This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Tappan Presbyterian Association
LIBRARY.

Presented by Mrs. Atterbury.
From Library of Rev. John G. Atterbury, D.D.

4666

Digitized by Google

BS
1965
1835a

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTUS APOSTOLORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Bible. N. T. Greek. Selections. 1835

NOVI TESTAMENTI

LIBRI HISTORICI

GRÆCE.

TEXTUI RECEPTO

APPOSITÆ SUNT

LECTIONES GRIESBACHIANÆ.

CUM

COMMENTARIIS

D. CHRISTIANI THEOPHILI KUINOEL,

MAGNO DUCI HASSIÆ A CONSILIIS ECCLESIÆ INTIMIS, ET
THEOL. PROF. ORD. IN ACAD. GISENSI.

TOMUS III.

CONTINENS

ACTUS APOSTOLORUM.

LONDINI:

APUD. JOS. BOOKER, 61, NEW BOND STREET.

MDCCCXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Gift
Tappan Presb. Ass
2-23-1932

PROLEGOMENA.

§. 1. *De inscriptione libri.*

INSCRIBITUR liber Πράξεις τῶν Ἀποστόλων h. e. Acta Apostolorum s. legatorum Christi, commentarii de rebus ab Apostolis gestis. Sic πράξεις Εὐαγόρου sunt *res gestæ ab Evagora* ap. Isocrat. Ev. c. 7. πράξεις Κύρου *res Cyri gestæ* Xen. Cyr. i. 3. 1. Diog. Laërt. 2. 3. Ἀλεξάνδρου πράξεις. Ovid. Trist. ii. 335. *Cæsaris acta condere* i. describere. add. Met. xv. 750. *Acta regis Philippi* Curt. viii. 1. 3. Per hos autem Christi legatos e *Grotii* quidem sententia nonnisi Petrus et Paulus intelligendi sunt, quoniam horum inprimis res gestæ hoc in libro enarrantur. Verum latiori significatu nomen ἀπόστολοι accipiendum esse, ipsum libri argumentum sat evidenter docet. Etenim in limine operis historia ordinis et cœtus Apostolici exhibetur vid. i—ii. 44. et in ipso opere præter Petri et Pauli, subinde etiam reliquorum Apostolorum, diaconorum, aliorumque religionis Christianæ præconum acta et fata referuntur vid. iii. 1 ss. iv. 33. v. 12, 18 ss. vi. 1—6. viii. 14 ss. ix. 27 sq. xi. 1. xii. 2, 17. xv. 13 sqq. xvi. 4. xxi. 18. — vi. 5. c. 7, 8, 9. xii. 25. xiii. 7. c. 15. xviii. 2, 24, 26. etc. Itaque voce ἀπόστολοι omnino designantur religionis Christianæ doctores, ut xiv. 4, 14. et not. ad Matth. x. 2.

§. 2. *De authentia libri.*

Lucam fuisse commentariorum de actis legatorum Christi auctorem, non tantum libri initium docet, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην κ. τ. λ. sed ipsa quoque scriptoris oratio, cum dictione, quæ in Evangelio Lucæ deprehenditur, ita conspirans, ut facile intelligatur, utrumque librum ab uno eodemque auctore esse profectum. Adjudicarunt etiam Lucæ hunc librum antiquiores familiæ Christianæ doctores, Irenæus adv. hæreses i. 31. iii. 12, 14, 19. Tertull. adv. Marc. v. 2. de jejuniis c. 10. Clemens Alex. Strom. v. p. 588. Euseb. H. E. iii. 25. v. *Eichhornii Einleit. in d. N. T.* Th. ii. p. 74 ss. Rejecerunt quidem hunc librum Marcionitæ v. Tertullian. adv. Marc. v. 2. Manichæi v. Augustin. de utilitate credendi c. 3. contra Adimantum c. 12. Ebionitæ v. Epiphan. hæres. 30. §. 16. Encratitæ v. Eusebius H. E. iv. 29. cf. *Eichhornius* l. l. p. 79 ss. verum non ex rationibus historicis, sed quoniam eorum decretis et opinionibus falsis hic liber adversabatur. Nempe Spiritum S. paracletum jam die illo Pentecostes (Act. ii.) venisse, Marcionitarum et Manichæorum placitis repugnabat; legem Mosaicam abrogandam esse (Act. xv. etc.), Ebionitarum; non esse ciborum discrimen observandum Encratitarum decretis contrarium erat. Quod autem Chrysostomus Homil. i. in Act. App. init. quæritur, sua ætate multis hunc librum ignotum esse (πολλοῖς τοῦτο τὸ βιβλίον οὐδ' ὅτι ἔνι γνώριμόν ἐστιν, οὔτε αὐτὸ οὔτε ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθείς), non hoc innuit, hunc librum ab ecclesia, cui ejus authentia suspecta sit, negligi; sed hoc sibi vult, hunc librum argumenti gravitate et utilitate sua cum maxime commendabilem, non in omnibus ecclesiis publice prælegi, adeoque multis prorsus ignotum esse; hinc pergit, διὸ καὶ ἀναγκαίως εἰς ταύτην ἐμαυτὸν ἔκρινε θεῖναι πραγματείαν, ὅστις καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξει, καὶ μὴ ἀφεῖναι

Digitized by Google

τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. Ipse etiam Chrysostomus homil. 66. testatur, sua ætate multis in ecclesiis Acta Apostolorum post festum Paschatos prælegi. Conf. *Schmidtii Einleit. in d. N. T.* B. 1. p. 163. *Eichhornius* l. l. p. 79.

Vel ex iis, quæ hactenus de authentia horum commentariorum disputata sunt, satis apparere arbitramur, non ferendam esse *Eckermani* conjecturam in *Theologisch. Beyträgen* B. 5. Th. i. p. 212 ss. circa Trajani tempora repertas esse Lucæ schedas, narrationes nonnullas de Jesu et Pauli rebus gestis continentes, a Luca in proprios usus literis consignatas. Vitæ Jesu fragmenta ab auctore quodam illius ætatis, ex Evangeliis κατὰ Ματθαῖον et Μάρκον fuisse suppleta, aliisque augmentis nonnullis locupletata, atque librum ita consarcinatum accepisse nomen *Evangelii secundum Lucam*. Fragmenta autem narrationum de rebus Pauli gestis, et descriptionem itineris a Luca cum Paulo facti, usque dum Romam pervenissent, eundem auctorem, qui Evangelium in usum Theophili cujusdam edidisset, notitiis de prima ecclesia Christiana, inprimis de Petro aliunde conquisitis, adauxisse, atque in eam quæ nunc est Actuum Apostolorum formam, redegisse. Hanc sententiam idoneis argumentis destitutam, qua admissa, nec apparet, cur auctor libri de ulterioribus Pauli fatis nil memorarit, pluribus refutarunt *Paulus* in libello inscripto: Introductionis in N. T. capita selectiora Jen. 1790. 8. p. 248 ss. *Storrius* in *Flatti Magazin für Christl. Moral u. Dogmatik* St. 4. p. 237 ss. *Münscherus Bemerkk. üb. d. Ursprung d. Vier Evangel. u. d. Apostelgesch.* in *Staüdlinii Beyträgen zur Philosophie u. Gesch. d. Religionis u. Sittenlehre* B. 5. *Gablerus* in *Neuest. Theol. Journal* B. 9. p. 300 ss. Ipse tamen *Eckermanus* sententiam mutavit, et utrumque commentarium Lucæ adjudicavit in *Erläuterung aller dunkeln Stellen d. N. T.* Th. i. *Einleit.* p. 11. Th. ii. *Einleit.* p. 164.

Cæterum, ut nec hoc silentio prætermittamus, reperiuntur in codd. Act. Apost. nominatim in cod. E. sive Laudiano, et inprimis in cod. D. sive Cantabrigiensi, multa loca augmentis partim brevioribus, partim prolixioribus locupletata; exinde tamen colligi nequit, Lucam ipsum duplicem operis editionem instituisse. Etenim facile demonstrari potest, additamenta illa, sæpius incommoda et frigida, originem suam debere lectoribus sedulis, qui orationem scriptoris illustrare et quasi perficere vellent. Multa horum augmentorum, ex orationis contextu, etiam aliis locis consarcinata sunt, multa etiam sunt nonnisi periphrases s. interpretationes liberiores singulorum locorum. Interpolatores isti glossas suas, et conjecturas et amplificationes, in marginibus codicum suorum enotarant, atque inde illæ haud raro immutatæ, novis etiam accessionibus adauctæ, in ipsa contexta venerunt. Hoc vero judicium nostrum, ne vanum cupidumque videatur, age, nonnullos locos ejusmodi additamentis locupletatos afferamus. *Cap.* ii. 42. ad verba: ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν Ἀποστόλων in cod. D. additum legitur ἐν Ἱερουσαλήμ. *Ibid.* v. 45. pro καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, cod. D. habet: ὅσοι κτήματα εἶχον ἢ ὑπάρξεις, τὰ κτήματα κ. τ. λ. item omisso ἢ ὑπάρξεις Syrus. Nempe alius in marg. cod. sui scripserat ὅσοι κτήματα εἶχον, alius addiderat ἢ ὑπάρξεις id quod versio Syr. docet et ipsa particula ἢ v. ad Marc. vi. 51. *Cap.* v. 5. cod. D. exhibet: παραχρῆμα πισών. cod. E. καὶ εὐθέως ἀκούων pro ἀκούσας δὲ, quæ est vulgaris lectio. *Cap.* v. 10. cod. D. Syr. Erp. legunt: συστιλαντες ἐξέπνηγκαν καὶ, ibi συστιλαντες e v. 6. repetitum est. *Ib.* v. 15. verbis: καὶ ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν Vulg. addit: *et liberarentur ab infirmitatibus suis*; cod. E. καὶ ῥυσθῶσιν ἀπὸ πάσης ἀσθενείας, ἧς εἶχον. cod. D. ἀπηλλάσσοντο

Digitized by Google

γὰρ ἀπὸ πάσης ἀσθενείας, (allus adjecit) ὡς εἶχεν ἕκαστος αὐτῶν. Nempe qui hæc adscripserunt, auctiorem reddere volebant narrationem, et v. 16. extr. legerant ἐθεραπεύοντο πάντες. *Cap.* vii. 24. legitur κατάξας τὸν Αἰγύπτιον· Syrus Erp. addit τὸν ἀδικοῦντα. cod. D. καὶ ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῇ ἄμμῳ quod glossema desumptum est ex Ex. ii. 12. *Cap.* ix. 5, 6. Vulg. Syr. poster. al. habent σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν· τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε· Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι· καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν verba v. 5. et v. 6. extrema e cap. xxvi. 14. et xxii. 10. in hunc locum translata sunt, verba autem τρέμων καὶ θαμβῶν adscripsit grammaticus contextus admonitu, cum et de Sauli comitibus v. 7. legatur εἱστήκεισαν ἐνεοί. *Cap.* x. 25. in cod. D. et Syr. p. in m. legitur: προσεγγίζοντος δὲ τοῦ Πέτρου εἰς τὴν Καισάρειαν προδραμὼν εἰς τῶν δούλων διεσάφησεν παραγεγονέναι αὐτόν· ὁ δὲ Κορνήλιος ἐκπηδήσας καὶ συναντήσας αὐτῷ, πεσὼν πρὸς τοὺς πόδας προσεκύνησεν αὐτόν. Est periphrasis verborum Lucæ, quæ est Ἑλληνικωτέρα, et mollius fluit, ut recte judicavit *Clericus* ad h. l. Ejusmodi exempla locorum παραφρασθέντων sunt etiam xi. 2, 25. xiii. 44. *Cap.* xiv. 1. Pro οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν in Syr. p. in m. ex interpretamento legitur; ἀρχισυνάγωγοι καὶ οἱ πρῶτοι ἐπήγειραν διωγμόν· et in cod. D. ἀρχισυνάγωγοι τῶν Ἰουδαίων καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς ἐπήγειραν αὐτοῖς διωγμὸν κατὰ τῶν δικαίων· librarius duas lectiones in margine codicis quem descripsit collocatas in ordinem recepit ἀρχισυνάγωγοι τ. Ἰουδ. et hujus glossæ explicationem οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς id quod vel particula καὶ, glossematis index, docet, v. ad Marc. vi. 51. *Cap.* xiv. 18. post verba: κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς in cod. C. aliisque nonnullis, additur: ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. *Ib.* v. 19. interpolator scriptoris orationem: ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι· καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, dilucidiorem reddere voluit verbis his: καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἀποστῆναι αὐτῶν, λέγοντες· ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται. Ita legitur in cod. C. al. *Cap.* xv. 2. post verba γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς in Syr. p. in m. et cod. D. inserta extant verba hæc: ἔλεγεν γὰρ ὁ Παῦλος, μένειν οὕτως, καθὼς ἐπίστευσαν διϊσχυριζόμενος (i. e. *Paulus enim magna contentione dicebat, ut sic manerent sicut crediderant*) οἱ δὲ ἐληλυθότες ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ (huc usque Syr.) παρήγγειλαν αὐτοῖς, τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ καί τισιν ἄλλοις, ἀναβαίνειν. Scilicet monere voluit lectorem interpolator, verbum ἔταξαν non esse referendum ad cœtum Antiochenum, sed intelligendum de mandato ψευδαδελφῶν κατελθόντων ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας. *Cap.* xv. 20. in cod. D. al. additum extat: καὶ ὅσα (ἂν) μὴ θέλωσιν (θέλουσιν) ἑαυτοῖς (αὐτοῖς) γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιῶν (ποιῶτε) quæ verba desumpta sunt ex Matth. vii. 12.: vid. not. ad Act. l. l. *Cap.* xvii. 14. pro θάλασσαν *Marklandus* ad Lys. p. 59. conjecit Θεσσαλίαν. Temere. Ita vero etiam vitiose scriptum fuisse in codd. antiquis, confirmat cod. D. in quo v. 15. post ἕως Ἀθηνῶν, adjecta leguntur hæc: παρῆλθεν δὲ τὴν Θεσσαλίαν, ἐκωλύθη γὰρ εἰς αὐτοὺς κηρῦξαι τὸν λόγον· quam verborum Lucæ illustrationem, ex ingenio grammatici prolatam, et in margine positam librarius cod. D. in textum transtulit. *Cap.* xviii. 27. in cod. D. Syr. p. in m. legitur: ἐν δὲ τῇ Ἐφέσῳ ἐπιδημοῦντός τινος Κορίνθιοι καὶ ἀκούσαντες αὐτοῦ, παρεκάλουν διελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν πατρίδα αὐτῶν· (conjectura interpolatoris) συγκατανεύσαντος δὲ αὐτοῦ, οἱ Ἐφέσιοι ἔγραψαν τοῖς ἐν Κορίνθῳ μαθηταῖς (interpretamentum verborum textus: οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς), ὅπως ἀποδέξωνται τὸν ἄνδρα· ὃς ἐπιδημήσας εἰς τὴν Ἀχαΐαν (explicatio verborum Lucæ: ὃς παραγενόμενος), πολὺ συνεβάλετο ἐν

Digitized by Google

ταῖς ἐκκλησίαις. Sed hæc hactenus. Exempla plura alia proposuit *Eichhornius* in *Einleitung in d. N. T.* Th. ii. p. 87 ss.

§. 3. *Græca lingua Lucas commentarios de Actis Apostolorum conscripsit. De Lucæ scribendi indole.*

Græce scripsisse Lucam, et constans cum veterum tum recentiorum interpretum sententia, omnique idonea ratione destituta est *Harduini* conjectura in Præf. ad Paraphr. (add. *Semlerus* in Præparat. Hermeneut. P. 4, p. 88.) Lucam Latine scripsisse. Quod autem ipsam Lucæ scribendi rationem attinet, ea magis accommodata est linguæ Græcæ genio, quam reliquorum N. T. scriptorum, v. Prolegg. Commentario in Luc. Evang. præmissa p. 223. Brevitatis inprimis est studiosus vid. xiii. 1 sq. xiv. 10, 20. xvi. 3. xix. 2, 4. etc. et perquam frequenter omittit, quæ facile ex reliqua narratione, etiam aliis locis suppleri possunt vid. viii. 36. x. 23. coll. xi. 12.: xi. 3. xv. 5, 34. al. haud raro ab oratione obliqua ad rectam transit vid. i. 4. xvii. 3. xxiii. 22. xxv. 8. al. sæpius pronomine relativo ita utitur, ut respondeat casui nominis præcedentis, non vero verbo sequenti vid. i. 1. iii. 25. ix. 13. xvii. 3. xx. 38. etc. delectatur inprimis voce ὁμοθυμαδὸν vid. i. 14. ii. 1, 46. iv. 24. v. 12. vii. 57. viii. 6. etc. et verbo προσκαρτερεῖν Act. i. 14. ii. 42, 46. vi. 4. viii. 13. al. Voces et formulæ Lucæ peculiares et propriæ, quæ alias non occurrunt, sunt v. c. ἄνδρες κατ' ἐξοχὴν τῆς πόλεως xxv. 23. ἀπελογμὸς xix. 27. ἀφιλότης ii. 46. ἐξαρτίζειν de tempore xxi. 5. ἐνστίζεσθαι ii. 14. ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας suscipere xii. 1. μοσχοποιεῖν vii. 41. περιαστράπτειν ix. 3. προσοπωλήπτης x. 34. πρόσπεινος x. 10. χρονοτριβεῖν (verbum rarius occurrens) xx. 16. ὀδῖνες vincula ii. 24. Voces et formulæ a reliquis N. T. scriptoribus non adhibitæ, sunt: ἀπίνατι adversus xvii. 7. ἀποφθέγγεσθαι ii. 4, 14. xvi. 25. βίωσις xxvi. 4. διάλεκτος i. 19. ii. 6, 8. xxi. 40. xxii. 2. xxvi. 14. διαστρέφειν ἀπὸ xiii. 8. δωδεκάφυλον xxvi. 7. ἐκτείνειν τὴν χεῖρα formula Hebraica, de Deo usurpata iv. 30. ἐπάναγκες xv. 28. ἐπίνοια viii. 22. καταγγελεὺς xvii. 18. κομᾶσθαι viii. 3. μεταξὺ post xiii. 42. οἴκημα carcer xii. 7. προσκλίνεσθαι v. 36. συνίστασθαι xx. 4. ταῦν iv. 29. v. 38. xvii. 30. xx. 32. xxvii. 22. τιθέναι παρὰ τοὺς πόδας iv. 35. v. 2. vii. 57. φάσις xxi. 31. cf. etiam *Michaëlis Einleitung in d. N. T.* Th. ii. p. 1179 ss. et *Eichhornii Einleitung* Th. ii. p. 42 s. 45 sq.

§. 4. *De fontibus e quibus Lucas suas narrationes derivavit.*

Quæ Lucas in his commentariis enarravit, iis vel ipse testis oculatus interfuit, vel ea ex ore Pauli aliorumque percepit, vel e monumentis jam tunc temporis literis consignatis hausit. vid. *Kurzmani* Prolusio de fontibus commentariorum qui Lucæ nomen præferunt, deque eorum consilio et ætate Alton. 1794. 4. qui libellus extat in *Potti* Sylloge Commentatt. Vol. iii. *Boltenius die Geschichte der Apostel von Lucas* Alton. 1799. Præfat. p. 7 ss. *Schmidtii Einleitung in d. N. T.* Th. i. p. 168. inprimis *Zieglerus über den Zweck, die Quellen und die Interpolationem in d. Apostelgesch.* in *Gableri Journal für Theol. Literat.* B. 1. St. 2. p. 125 sqq. add. *Heinrichsii* Prolegg. in Act. App. p. 20. et *Bertholdti Einleitung in d. A. u. N. T.* Th. iii. p. 1331 sq. Fuit nimirum Lucas Pauli a Troade Hierosolymam usque itinerum comes vid. xvi. 10. xx. 4 ss. xxi. 17. Commentar. nostr. in N. T. Vol. ii. p. 219. Hierosolymis, saltem in urbis vicinia per omne tempus, quo Paulus Cæsareæ captivus teneretur, re-

Digitized by Google

mansit, et cum exacto biennio xxiv. 27. Paulus Romam deduceretur, in hoc quoque itinere ei comitem sese adjunxit vid. xxvii. 2. Multis igitur rebus gestis, quæ in hoc libro enarrantur, Lucas ipse interfuit, alia plura, quibus non interfuit, a Paulo, quocum intimam familiaritatem contraxerat, et Hierosolymæ a Christianis ibi degentibus comperire potuit. Usum vero etiam esse Lucam in commentariis de Actis Apostolorum conscribendis, scriptis nonnullis de rebus Christianorum, argumentis haud levibus demonstrari potest. Scilicet Lucas cum Evangelium suum conscriberet, extabant varii generis libelli de rebus memorabilibus a Jesu gestis vid. Prolegg. Matth. p. 11. quibus Lucas in Evangelio conscribendo usus est v. Luc. Ev. i. 1—4. Nonne ergo cum maxime probabile est, eo tempore quo acta legatorum Christi literis consignavit, hoc est a. C. 63. etiam extitisse libellos de rebus quæ post Christi fata evenerunt, de ecclesiæ Christianæ primordiis, et rebus ab Apostolis gestis? Si vero ejusmodi scripta extiterunt, Lucam ea legisse et consuluisse quis neget? Jam vero in prima libri parte inprimis dicta, facta et fata Petri enarrantur, et quidem adeo accurate, ut etiam nomina obscura memorentur, v. c. Johannes et Alexander iv. 6. Rhode xii. 13. reliquorum vero Apostolorum res vix attinguntur, quamquam Johannes et Jacobus æque ac Petrus in Palæstina auctoritate erant insignes v. Gal. ii. 9. Petri tantum orationes afferuntur, etiam tum, cum notatum est Johannem quoque verba fecisse vid. iv. 1. coll. iii. 11 ss. v. 29. Hæ ipsæ autem Petri orationes stilo et charactere structuraque verborum haud parum discrepant ab orationibus Pauli; perquam frequenter loci V. T. laudantur, dictio est minus limata et polita, et singuli loci verbum de verbo in Hebraicum sermonem possunt transferri v. c. i. 15. בימים ההם ויקם כיפא בתוך תלמידים ויאמר ויהי עם שמות כמאה ועשרים v. *Zieglerus* l. c. p. 137. Hæc si quis omnia nulla adhuc opinione præoccupatus collegerit, facile concedet, ea quæ de Petri rebus in Actis Apostolorum memorata leguntur, Lucam non unice hausisse ex narrationibus Christianorum Hierosolymis degentium, sed adhibuisse quoque libellum de actis Petri Syrochaldaice scriptum, cujus inscriptio fuisse videtur מעבדי דכיפא *πράξις* Πέτρου vel אגרתא דכיפא *κήρυγμα* Πέτρου. Constat autem ejusmodi librum extitisse, qui tamen successu temporis interpolatus, et variis accessionibus auctus est, ita, ut falsa veris mixta contineret v. Clemens Alex. Strom. Lib. 7. p. 736. Origenes Commentar. in Joh. p. 298. *Grabii* Spicileg. PP. T. i. p. 62 sq. *Zieglerus* l. l. p. 142 ss. *Bertholdtus* l. l. p. 1332. Oratio porro Stephani ita comparata est vid. not. ad c. 7. ut dubitari non possit Lucam hanc orationem, et reliqua quæ de Stephano retulit, ex libello singulari de Stephani vita et obitu, commentariis suis inseruisse. Neque in altera Actuum Apostolorum parte (inde a cap. xiii. quæ de Pauli factis, fatis, et itineribus agit) tam plenam accuratamque controversiæ illius a severioribus legis Mosaicæ defensoribus motæ vid. cap. xiv sq. et in conventu Hierosolymitano compositæ narrationem Lucas exponere potuisset, ni ei præsto fuisset scriptum, quod historiam controversiæ, decretum Apostolorum et Petri atque Jacobi orationes contineret. Quod denique Pauli itinera attinet, in quibus Lucas eum comitatus est vid. c. xvi. 10 ss. xx. 5 sqq. forma narrationis haud obscure prodit v. inprimis c. xxvii—xxviii. 16. Lucam ea describentem, adhibuisse itinerarium, quod ipse, ut videtur, confecerat, nec improbabile est, eum etiam in descriptione eorum itinerum, in quibus non fuerat e Pauli comitibus, multa petiisse e libello, in quo Paulus ipse notarat, quæ ei in his itineribus memoratu digna evenerant. Cæterum Lucas fontibus suis ita est usus,

Digitized by Google

ut non nudam rerum expositionem ex iis repeteret, sed narrationem omnem suam faceret, omittenda omitteret, aliunde comperta, vel quorum ipse auditor et spectator fuerat, adjiceret.

§. 5. *De consilio Lucæ in scribendis de Actis Apostolorum commentariis proposito.*

Scriptorem nostrum historiam plenam et absolutam omnium eorum, quæ in prima republica Christiana, inde a Christi ex his terris abitu, usque ad Pauli captivitatem Romanam evenerunt, conscribere noluisse, ipsum libri argumentum sat evidenter docet. Exponuntur enim præcipue Pauli et Petri res gestæ, et quam plurima, de quibus aliunde constat, omittuntur, haud omittenda, si Lucas historiam plenam et accuratam illius temporis exarare voluisset. Nil v. c. memoratur de primordiis ecclesiæ Philippensis, Thessalonicensis, Romanæ, aliarumque, nil de Pauli itinere in Arabiam, v. ad Act. ix. 23, 25. de pluribus persecutionibus Pauli et vitæ periculis in quæ incurrit v. 2 Cor. xi. nil de dissensione Pauli cum Petro v. Gal. ii. 11 ss. de Petri aliorumque Apostolorum itineribus etc. v. *Michaëlis Einleitung in d. N. T.* Th. ii. *Hänleinii Einleitung* Th. iii. p. 151. et *Eichhornii Einleitung* Th. ii. p. 21 sq. Quare plerique interpretes, veluti *Michaëlis* l. l. §. 167. *Griesbachius* de consilio quo scriptor in Actibus Apostolicis concinnandis ductus fuerit Jenæ 1794. 4. *Paulus* in Introduct. in N. T. capita selectiora p. 287. *Hänleinius* l. l. p. 157. *Schmidtius Einleitung* Th. i. p. 173. censent, Lucam unice vel potissimum eum in finem hunc librum conscripsisse, ut ostenderet, gentilibus æque ac Judæis destinata esse regni Messiani beneficia, et ut Paulum, qui hanc sententiam propugnasset, defenderet. Verum enimvero in hoc libro permulta ad hoc consilio aliena leguntur, quæ adeo rectius Lucas omisisset, quo pertinent, quæ enarrantur de ecclesiæ Hierosolymitanæ conditione et institutis, de fraude Ananiæ et Sapphiræ, Stephani morte, Jacobi nece, captivitate et liberatione Petri, Simone Mago, Paulo in vincula conjecto et caussam perorante etc. cf. omnino quæ docte et subtiliter contra interpretes illos disputavit *Eichhornius* l. l. p. 23 sqq. qui p. 19 ss. contendit, Lucam conscribere voluisse historiam itinerum religionis Christianæ propagandæ caussa ab Apostolis aliisque doctoribus Christianis susceptorum. Sed et huic sententiæ, meo judicio, obstat, quod Lucæ liber aliarum quoque rerum narrationes continet v. c. prolixiores narrationes de ecclesia Hierosolymitana c. 1—7. de Pauli captivitate 21—28. etc. quod Petri tantum et Pauli sociorumque eorum labores et itinera in hoc libro exponuntur, multarum tamen ecclesiarum primordia silentio prætereuntur, quod nil de promulgata per reliquos Apostolos in variis civitatibus et regionibus doctrina Christiana commemoratur. Itaque præferenda videtur *Ziegleri* l. l. p. 127. et *Heinrichsii* Prolegg. p. 12. 16. sententia, qui statuunt, non esse ex vestigiis passim occurrentibus ad argumentum et specialius consilium concludendum, sed Lucam eam ob caussam scripsisse, ut Theophilo, quæ post Christi ex his terris abitum rei Christianæ, et doctrinæ Christi præconibus, vel secunda vel adversa acciderant, enarraret, ut huic ad manus esset commentarius, qui ei præterita in mentem revocaret, e quo rerum gestarum veritatem cognosceret v. Act. i. 1. Evang. i. 1 ss. Enarravit autem Lucas ea quæ in libellis de rebus Christianorum, quibus tanquam fontibus utebatur, repererat v. §. 4. extr. et quæ ex ore Pauli aliorumque testium fide dignorum audiverat, aut quorum ipse auditor et spectator

Digitized by Google

fuerat, multa præteriit, quoniam ea ignorabat, aut eorum oblitus erat, multa etiam intacta reliquit, ne libri modus nimis crescerct. Joh. xx. 30. xxi. 35.

§. 6. *De tempore et loco quo Lucas commentarios de Actis Apostolorum scripsit.*

Cum Lucas fata Pauli persecutus sit usque ad annum secundum ipsius captivitatis Romanæ vid. xxviii. 31. h. e. usque ad a. C. 62. nec ulterius historiam pertexuerit, verisimile est, Lucam hunc librum a. 63. absolvisse vid. §. 7. extr. et cum Lucas fuerit e Pauli comitibus cum ille Romam deduceretur v. Act. xxvii. 1.: maxime probabilis est eorum sententia, qui statuunt, Lucam Romæ hos commentarios literis consignasse. Alii opinati sunt Lucam, qui cum Paulo capitis absoluto Roma exiisset, eique in itineribus in Asiam, Syriam, Ægyptum, Antiochiam comes adhæserit, Antiochiæ vel Alexandriæ librum de Actis Apostolorum conscripsisse, quæ tamen conjectura idoneis argumentis destituta est v. *Michaëlis Einleit.* Th. ii. p. 1175.

§. 7. *De chronologia libri.*

De ordine temporum, quo ea quæ hoc in libro enarrata leguntur, sibi successerunt cf. *Usserii* Annales. *Pearsonus* Annales Paulini Halæ Sax. 1713. 4. *Witsii* Meletemata Leidensia Lugd. Bat. 1703. 4. *Bensonii Geschichte der ersten Pflanzung des Christenthums* 1768. *Semleri* Prolegg. in epist. ad Galat. *Michaëlis Einleitung* Th. ii. §. 169. *Hänleinii Einleit.* (ed. 2.) Th. iii. p. 157 ss. *Hugii Einleit.* Th. ii. p. 205 ss. *Eichhornii Einleit.* B. 2. p. 46 ss. B. 3. St. 1. p. 22 sqq. *Bertholdtii Einleit.* B. 5. p. 2702 sqq. Nihil autem certi hac de re dici potest. Etenim Lucas quidem ordinem quendam rerum gestarum servavit, verum cum annales conscribere nollet, nusquam rei gestæ annum apposuit, sed usus est passim formulis, ἐν ταύταις ἡμέραις, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, aliisque hujus generis late patentibus et ambiguis. Ipse annus quo Christus mortuus est, et post suam resurrectionem in cœlum rediit, qui vulgo constituitur annus 33, incertus est v. not. ad Luc. iii. 1, 23. Præterea etiam alii historiarum auctores, qui nonnulla quæ in Actis Apostolorum leguntur, commemorarunt, (v. c. famem regnante Claudio ortam Joseph. Ant. xx. 5. 2. Herodis Agrippæ mortem Joseph. Ant. xix. fin. expulsionem Judæorum ex urbe Roma v. not. ad xviii. 2. seditionem ab Ægyptio motam Joseph. Ant. xx. 6.) vel annum non notarunt vid. infra n. 8. vel ubi notationem temporis adjecerunt, ut recte monuit *Heinrichsius* Prolegg. p. 53. unum annum, binos, ternos, rotundo, ut aiunt, numero posuerunt. Hinc permagna est virorum doctorum de chronologia horum commentariorum Lucæ dissensio. Nos quidem in constituendis annis, quibus singulæ potioris momenti res gestæ evenerunt, cum hæc disputatio a scriptione nostra abesse non possit, ita versabimur, ut rationem, nostro judicio, præ cæteris probabilem sequamur, et aliarum quoque conjecturarum rationem habeamus.

1. *Jesus in cœlum rediit anno, ut vulgo statuitur,* 33. *eodem anno evenisse videntur etiam ea quæ Act.* iii—v. *leguntur.*

2. *Stephanus lapidatur anno* 37 *vel* 38. *Act.* vi. 7. *magna exoritur ecclesiæ Hierosolymitanæ vexatio, Christiani per omnem Judæam et Samariam dissipantur Act.* viii. 1 *sqq.* Relictum quidem erat Judæis in iis criminibus quæ ad religionem spectarent, jus supplicium capitale sumendi,

Digitized by Google

sed sententia lata a procuratore confirmanda erat v. ad Matthæum, xxvi. 66. At procuratoris nulla mentio fit Act. l. l. Erat Stephani lapidatio illegitima et tumultuaria. Non autem verisimile Judæos id facere ausos fuisse, cum Pilatus, homo crudelis et in Judæos severior, adhuc procuratoris munere fungeretur. Neque adeo probabilis est *Usserii* et *Süskindii* (vid. n. 3.) computatio, qui a C. 33. nec *Pearsonii*, qui a. C. 34. Stephanum lapidatum putat. Sed postquam Pilatus munere motus erat a Vitellio, Syriæ præside, a. C. 36. qui mirum in modum Judæis favebat, et plura favoris sui documenta, inprimis a. 37. is dederat, v. Joseph. Ant. xv. c. ult. xviii. 6. c. 7. tale quid audere poterat synedrium v. *Michaëlis Einleit.* Th. ii. § 169. *Eichhornii Einleitung* Th. ii. p. 47 sq.

3. *Paulus Damascum proficiscitur, et ad Christi signa se confert a. C.* 40. *v. Act.* ix. Plures statuunt, Paulum eodem anno quo Christus in cœlum abierit, ad religionem Christianam esse abductum. Hanc sententiam, quæ admissa, intra paucos menses evenissent quæ Act. c. 1—9. leguntur, nuperrime defendit quoque *Süskindius* in *Neuem Versuch über chronologische Standpunkte für die Apostelgeschichte u. für das Leben Jesu*, in *Bengelii Archiv für die Theologie u. ihre neueste Literatur* B. 1. St. 2. p. 303 sqq. et cum tempore conversionis Pauli Damascus, ut e loco 2 Cor. xi. 32, 33. patet, sub potestate Aretæ fuerit, V. D. statuit, Aretam a. C. 32. initio belli cum Herode Antipa per plures annos gesti, Damascum, quæ tunc temporis in ditione Romanorum esset, sibi subjecisse, cum præviderit sibi Romanos Herodis amicos bellum esse illaturos. Alii putant a. C. 37 vel 38. Paulum ad Christi sacra transiisse, eodemque anno Aretam Damascum occupasse, cum Vitellius, qui ei bellum pararat, accepto nuntio de obitu Tiberii, copias in hiberna reduxisset vid. not. ad ix. 23. Neutra sententia probabilis est. Etenim ut verissime observavit *Schmidtius* in *Keilii* et *Tzschirneri Analekten für das Studium der exegetischen u. systematischen Theologie* B. 3. St. 1. p. 132 sqq. add. *Bertholdti Einleit. in d. A. u. N. T.* Th. 5. p. 2702 sq. si Aretas Damascum, quæ ad Syriam pertinebat, occupasset prius, quam Tiberius Vitellium, Syriæ præsidem, jussisset bellum Aretæ inferre, non perspicitur, qui factum sit, ut Vitellius non statim Aretæ bellum intulerit. Constat enim, exorto bello inter Herodem et Aretam, tum demum Vitellium copias contraxisse, cum Tiberius ei scripsisset, ut Herodi suppetias ferret vid. ad ix. 23. Neque probabile est Aretam Syriam esse adortum, et Damascum expugnasse, cum Vitellius exercitum in hiberna reduxisset. Graviter enim hanc injuriam ulturus fuisset Vitellius, vir bellicis laudibus abundans, qui Parthorum regem statuis Augusti et Caligulæ immolare coegit v. Dio Cass. Hist. lib. 59. p. 66. Haud dubie igitur Aretastum demum, cum de provincia decessisset Vitellius a. 39. Damascum occupavit.

4. *Cum Paulus aliquamdiu Damasci commoratus esset, a præfecto regis Aretæ insidiæ ei struuntur* (*vid. not. ad Act.* ix. 23.), *Paulus in Arabiam se confert v. Gal.* i. 17. *inde Damascum redit.*

Lucas hoc Pauli iter in Arabiam silentio præteriit. *Süskindius* l. l. B. 1. St. 2. p. 310. et *Keilius* in *Analekten* etc. B. 3. St. 1. p. 145 ss. putant, Paulo insidias Damasci structas esse post reditum ex Arabia. Sed vid. not. ad Act. ix. 19.

5. *Paulus tribus post suum ad Christi sacra transitum elapsis annis* (*Gal.* i. 18. ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία) *a C.* 48. *prima vice Hierosolymam venit Act.* ix. 26. *quindecim ibi dies commoratur Gal. l. l. inde proficiscitur in Ciliciam Gal.* i. 21. *Act.* ix. 30. *coll.* xi. 25.

Digitized by Google

Tres annos Gal. l. c. memoratos, plerique computandos esse censent a Pauli conversione et profectione in Arabiam, alii ab ejus reditu ex Arabia in urbem Damascenam. Sed prior ratio plerisque interpretibus visa est probabilior, cum haud verisimile sit, Paulum, postquam ex Arabia Damascum reversus esset, per tres integros annos ibi mansisse, et ex ipsa orationis serie appareat, Apostolum respicere illud tempus quo ad Christi signa se contulisset v. *Haselaarius* de nonnullis Actuum Apostolicor. et Epistolar. Paulinar. ad histor. Pauli pertinentibus locis p. 85. et *Eichhornius* in *Einleitung in d. N. T.* Th. iii. St. 1. p. 24.—*Schmidtius* in *Keilii* et *Tzschirneri Analekten* B. 3. St. 1. p. 130 sqq. negat Paulum primum illud iter in urbem, quod Act. ix. 26. memoratur, suscepisse, et Lucam, qui trium itinerum a Paulo Hierosolymam susceptorum mentionem fecerit, errasse contendit, cum non probabile sit, Paulum, qui in Epistola ad Galatas duo tantum itinera memorarit, unum iter silentio præteriisse, præsertim cum ad Gal. l. l. ostendere voluerit, se Apostolis nihil quicquam dignitate cedere, nec ex eorum disciplina prodiisse, adeoque necesse esset, ut quoties Hierosolymis fuisset, quidque quolibet tempore facere ibi instituisset, singulatim exponeret. Primum ergo iter a Paulo Hierosolymam factum illud putat, quod Act. xi. 30. xii. 25. Gal. i. 18. commemoratur, alterum iter id quod Act. xv. et Gal. ii. 1. memoratur. Sed vid. quæ contra monuerunt *Bertholdtus* l. l. p. 2705. et *Keilius* in *Analekten* B. 3. St. 1. p. 147 ss. B. 3. St. 2. p. 58 sqq. 72 ss. (qui recte statuit Epistolam Pauli ad Galatas scriptam esse ante synodum Hierosolymis habitam Act. xv. et tertium Pauli iter Hierosolymam, quod synodo illi habendæ occasionem præbuit). add. *Süskindius* in *Bengelii Archiv* etc. B. 1. St. 1. p. 157 ss.

6. *Jacobus Major supplicio afficitur Act.* xii. 1 ss. *a. C.* 43. *vel ineunte* 44. *Fames exoritur in Judæa anno Claudii imperatoris quarto a. C.* 44. *exeunte. Paulus secunda vice una cum Barnaba Hierosolymam venit, et eleemosynas ab Antiochenis collectas Christianis Hierosolymitanis defert anno* 44. *ineunte Act.* xi. 27, 30. *Gal.* ii. 1. *Agrippa moritur eodem anno* 44. *v. Joseph. Ant.* xix. 8. 2. *Act.* xii. 20 ss.

Cum Paulus *prima vice* post suam ad Christum conversionem Hierosolymis esset, vivebat adhuc Jacobus Major, Zebedæi filius, Johannis frater. Quare Paulus Gal. i. 19. Jacobum Minorem Alphæi filium, in cujus notitiam se tunc venisse tradit, nominat Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου (vid. ad Matth. x. 2.) ut hunc Jacobum distingueret a Jacobo Majore. Sed Gal. ii. 9. eum simpliciter vocat Ἰάκωβον, quoniam Jacobus Major, cum Paulus secunda vice venisset Hierosolymam, trucidatus erat vid. *Hugius* in *Einleitung in d. N. T.* Th. ii. p. 357. *Bertholdtus* l. l. p. 2706. Neque e Luc. narratione Act. xi. 30. xii. 25. colligi potest, Jacobum Majorem, cum Paulus post susceptam ab ipso religionem Christianam *secunda vice* Hierosolymis versaretur, adhuc vixisse. Scilicet Lucas memorata Pauli profectione Hierosolymam, narrat, Herodis Agrippæ jussu trucidatum esse Jacobum v. xi. 30. xii. 2. Paulum vero Antiochiam rediisse refert vid. xii. 25. postquam Herodis Agrippæ mortem commemoravit vid. xii. 20 ss. Sic fere per annum Paulus commoratus esset Hierosolymis, et intra hujus anni spatium hæc evenissent: Pauli iter Hierosolymam, supplicium Jacobi Majoris, Petri capitivitas et liberatio, Agrippæ obitus Cæsareæ. Ut autem tam diu Paulus Hierosolymæ commoraretur, non postulabat consilium itineris eo suscepti, ut scilicet eleemosynas Hierosolymam perferret. Sed Lucas h. l. non temporis, verum argumenti rationem habuit v. *Hugius* l. l. p. 206. Enarrarat nimirum, Agabum Antiochiæ famem in Judæa exorituram prædixisse vid. xi. 28. ac

Digitized by Google

propterea Christianos Antiochenos decrevisse eleemosynas mittere ad sublevandos fratres in Judæa degentes. Jam quoniam a Paulo et Barnaba pecunia collecta Hierosolymam deferebatur, statim hujus eorum in urbem illam itineris mentionem facit, et tum demum Jacobi supplicium memorat. Advenit autem Paulus trucidato Jacobo antequam Petrus in vincula esset conjectus. Paulus enim, cujus adventum in urbem Lucas memorare omisit, cum Petro Hierosolymis illo tempore conversatus est v. Gal. 2. 9. cum autem Petrus e carcere liberatus esset, eadem nocte urbe egressus est v. Act. xii. 17. Gal. ii. 11. nec ante Herodis mortem in urbem redire ausus fuisset v. *Bertholdius* l. l. p. 2706 ss.

Annonæ sterilitas et fames ingruebat anno Claudii quarto exeunte, a. C. 44. sæviit sub procuratoribus Cuspio Fado et Tiberio Alexandro, usque ad a. C. 46. teste Josepho Ant. xx. 5. 2. Hanc famem, ut jam supra notavimus, prædixerat Agabus cf. Act. xi. 28. ubi v. not. et Antiocheni stipem collectam per Paulum et Barnabam transmiserunt Hierosolymam. Intra anni igitur spatium evenerunt ea quæ Act. ix. 32.—xii. 2. enarrantur v. *Bertholdius* l. l. p. 2711. 2735. et Paulus anno post primum iter in urbem elapso, quatuor annis post conversionem suam secundum iter Hierosolymam suscepit. Legitur quidem Gal. ii. 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν (post quatuordecim annos) πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα, sed maxime probabilis est sententia *Capelli* in historia Apostol. p. 57. *Grotii*, al. *Heinricksii* Proleg. p. 59 sq. *Bertholdti Einleit.* Th. v. p. 2711. qui legendum esse præcipiunt διὰ τεσσάρων ἐτῶν, quam lectionem etiam exhibet Chronicon Paschale s. Alexandrinum p. 186. ed. Venet. p. 233. ed. Paris. de quo v. *Semlerus* in Prolegg. in Epist. ad Gal. p. 63 ss. p. 71 sqq. *Bertholdtus* p. 2737. Hac lectione admissa, plures difficultates evanescunt, quo v. c. pertinet Pauli per decennium in Cilicia commoratio. Tribus enim annis post conversionem suam elapsis Paulus prima vice Hierosolymam profectus erat vid. supra n. 5. Hierosolymis contulerat se in Ciliciam v. Act. ix. 30. jam si statuitur, Paulum quatuordecim annis post conversionem secundum iter Hierosolymam suscepisse cum Barnaba, qui eum e Cilicia Antiochiam deduxerat, v. Act. xi. 25. statuendum quoque est, Paulum, hominem summo religionis Christianæ propagandæ ardore inflammatum, decem annos in Cilicia commoratum esse, quod parum probabile est cf. omnino *Bertholdius* l. l p. 2712 sq. Facile præterea ostendi potest, quomodo vulgaris lectio Gal. ii. 2. oriri potuerit. Librarius siglam Δ (quatuor) permutabat cum sigla ΙΔ (quatuordecim), vel pro δ scribebat δέκα; grammaticus in margine hujus codicis notabat veram lectionem τεσσάρων; et librarius, qui hunc codicem describebat, utramque lectionem temere in ordinem recipiebat; vel grammaticus, cujus cod. genuinam lectionem τεσσάρων exhibebat, qui recordabatur loci 2 Cor. xii. 2. ubi legitur πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, nec locum evolvebat, in margine vel inter versus adjiciebat vocem δέκα, quam deinde librarii in ipsa texta conferebant. Nec obstat huic conjecturæ reliquorum codd. auctoritas qui habent διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. Constat enim haud raro omnes libros scriptos falsam lectionem et interpolationem continere vid. not. ad Marc. xv. 28.

Plerique tamen interpretes lectionem illam Gal. ii. 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν veram et genuinam censent, sed vario modo hos quatuordecim annos computant. Alii nimirum eos a Pauli conversione ad Christum numerant, alii a primo itinere quod Paulus post suum ad Christi sacra transitum Hierosolymam suscepit Gal. i. 18. Hanc posteriorem computandi rationem defendit *Keilius* in Progr. de definiendo tempore itineris Pauli Hierosolymitani Gal. ii. 1, 2. commemorati Lips. 1798. 4. contra eum disputavit *Gablerus* in *Neuestes Theolog. Journal* B. 2. p. 217 ss. cujus monitis

Digitized by Google

permotus *Keilius* sententiam mutavit, et annos illos à Pauli conversione numerandos judicavit in *Potti* et *Ruperti* Sylloge commentatt. Theologg. in quam dissertationem illam inserendam curavit Vol. iii. p. 68 sqq. cf. etiam *Gableri Journal für auserlesene Theol. Literat. B.* 3. *Noch ein paar Worte über die Reise Pauli nach Jerusalem Gal.* ii. 1. *von D. Keil* p. 5 ss. Dissentiunt vero etiam viri docti in eo, utrum Gal. ii. 1, 2. illud iter Pauli Hierosolymitanum intelligendum sit quod Act. xv. memoratur, an illud de quo Act. xi. 30. sermo est. Vulgo statuitur iter illud Gal. ii. commemoratum, referendum esse ad illud tempus, quo Paulus, auctore Luca Act. xv. ab ecclesia Antiochena Hierosolymam ablegatus erat ad sciscitandam Apostolorum de legis Mosaicæ inter Christianos observatione sententiam. Hanc rationem secuti etiam sunt *Koppius*, *Borgerus* (in interpret. ep. ad Galat.) *Henkius* in *Anmerkk. zu Paley Horis Paulinis* p. 421. et nuperrime hanc sententiam defendit *Vogelius* in *Versuch über chronologische Standpunkte in der Lebensgeschichte Pauli* in *Gableri Journal für auserles. Theol. Literatur* B. 1. p. 249 ss. hujus sententiæ fautores secundum iter Pauli Hierosolymitanum Act. xi. in Epist. ad Galat. silentio prætermissum esse statuunt. Alii iter Gal. ii. 1. memoratum illi tempori assignandum esse contendunt, ad quod locus Act. xi. 27 sq. pertinet. Cujus sententiæ veritatem demonstravit *Keilius* ll. cc. et in *Analekten* B. 3. St. 2. p. 72 ss. ei adstipulatus est *Süskindius* in *Bengelii* Archiv. B. 1. St. 1. p. 157 ss. St. 2. p. 384.

7. *Paulus ab ecclesia Antiochena ad sciscitandam Apostolorum de legis Mosaicæ inter Christianos observatione sententiam, Hierosolymam mittitur Act.* xv. *a C.* 52.

8. *Judæi Roma expelluntur edicto Claudii a. C.* 52.

Quo anno expulerit Claudius Roma Judæos, certo dici nequit. Suetonius enim Vit. Claudii c. 25. non memoravit annum. Sed probabile est, factum id esse anno Claudii 12. quo eodem anno senatusconsulto Mathematici (Astrologi) ex Italia expulsi sunt. v. Tacit. Annal. xii. 52. in quorum numerum referri poterant Judæi, quippe qui censerentur Astrologi. Etiamsi vero id Judæos non spectaverit, poterant tamen hi quoque Cæsaris edicto hoc ipso anno expelli, cum tunc admodum seditiosa esset gens Judaica. cf. omnino *Vogelius Versuch über chronolog. Standpunkte* etc. in *Gableri Journal für auserles. Theol. Lit.* B. 1. p. 232 sqq. add. *Borgeri* Explicatio Ep. ad Gal. p. 32 ss. *Bertholdtus* l. l. p. 2722 sq.

9. *Aquila et Priscilla Romæ expulsi ex Italia Corinthi adveniunt Act.* xviii. 2. *a. C.* 52. (*v. Vogelius l. l. p.* 235.) *reperit ibi eos Paulus, qui eodem anno Corinthum venit, et in illa urbe per integrum annum et sex menses versatus est Act.* xviii. 11. *quibus elapsis profectus est Ephesum et Cæsaream Act.* xviii. 19—22. *ubi v. not. tum Antiochiam delatus, cum ibi aliquamdiu commoratus esset Act.* xviii. 22 *sq. per Galatiam et Phrygiam se contulit Ephesum Act.* xviii. 23. xix. 1. *ibique cum biennium et tres menses consumpsisset Act.* xix. 8, 10. *urbem reliquit Act.* xx. 1 *ss. et peragratis variis regionibus Hierosolymam quartum pervenit Act* xx. 16. *festo Pentecostes* (*v.* Act. xxi. 15.) *ibi in vincula conjicitur a C.* 57. (*v. Vogelius l. l. p.* 237.)

10. *Porcius Festus Felici Judææ procuratori* (*qui a C.* 52. *exeunte procuratoris munus susceperat v. Joseph Ant.* xx. 7. 1. *B.* I. ii. 12. 8.) *succedit sub Nerone a C.* 59. *cum Paulus per biennium in vinculis habitus esset Act.* xxiv. 26 *sq. Paulus eodem a.* 59. *mense Octobri* (*Act.* xxvii. 9. *ubi v. not.*) *Romam transportatur, naufragium facit Act.* xxvii. *in insula Melite hiemat Act.* xxviii. 11. *advenit Romæ a. C.* 60. *initio, ubi in vinculis detentus est usque ad a.* 62. (*Vogelius l. l.*) *Act.* xxviii. 30 *sq.*

Digitized by Google

Vulgo statuitur Paulum a. 62. Romam deductum esse, ibi a. 63. ineunte advenisse, et in persecutione Neroniana v. Tacit. Ann. xv. 44. Sueton. V. Ner. 16. Lactant. de mortibus persecutorum c. 2. §. 6. quæ initium cepit mense Nov. a. 64. et usque ad a. 67. duravit, a. 65. supplicium passum esse. Verum perquam probabilis est plurium interpretum sententia, qui statuunt, Paulum, cum Judæi graviora crimina in eum collata probare non potuissent, et cum plures Romæ nactus esset discipulos atque amicos (v. et not. ad Act. xxviii. 16.) horum ope et auctoritate, ex hac captivitate liberatum esse, eum vero post aliquot annos iterum Romam venisse, atque tunc Neronis jussu capite truncatum esse a. C. 67. Testantur hoc Clemens Rom. Ep. 1. ad Corinth. sect. 5. Eusebius H. E. ii. 22. quibuscum faciunt Theodoretus, Chrysostomus, Theophylactus. conf. *Michaëlis Einleit.* p. 273. ed. 4. *Haenleinii Einleit.* Th. iii. p. 524. *Hugii Einleitung* Th. ii. p. 211. *Bertholdtus* l. l. Th. v. p. 2740. 2748. 2751. *Danzii* Diss. de loco Euseb. H. E. ii. 22. qui de altera Pauli Apostoli captivitate agit. Jen. 1816. 4. Confirmatur etiam hæc sententia ipso loco Act. xxviii. 30. non scripsisset Lucas, ut scienter monuit *Vogelius* l. l. p. 241. διέμεινε et ἀπεδέχετο, si Paulus tunc temporis, cum hæc scriberet, adhuc captivus fuisset; et si Paulus tunc supplicio affectus fuisset, hoc Lucas notare non omisisset. Cæterum nec improbabilis est *Heinrichsii* conjectura Vol. ii. p. 286. Explic. Act. App. Lucam subito, in fine operis filum abrupisse, consulto, quod tertiam historiæ rerum Christianarum partem (τρίτον λόγον v. Act. i. 1.) addere sibi proposuisset.

Digitized by Google

ΠΡΑΞΕΙΣ
ΤΩΝ
ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ΚΕΦ. α.

Τον μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, Ἄχρι 2 ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου,

(1.) Commentariis quos Lucas de dictis, factis et fatis Jesu Christi conscripsit, hunc librum de Actis Apostolorum ita annexuit, ut historiam reditus Jesu in cœlum repetierit (Luc. Ev. xxiv. 51 ss.) eamque accuratius et copiosius exposuerit 1—14. τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην — διδάσκειν] *priorem librum confeci, Theophile, de omnibus, quæ Jesus fecit et docuit.* πρῶτον positum est pro πρότερον, nam cum de duobus sermo est, a Græcis adhibetur πρότερος, ut a Latinis *prior*. v. Ammonius p. 119, quando de pluribus, πρῶτος, Lat. *primus*. Sic πρῶτον pro πρότερον Joh. xv. 18. *primus liber* pro prior Cic. de Invent. ii. 3. v. not. ad Luc. ii. 2. extr. Particula μὲν h. l. ita posita deprehenditur, ut eam non sequatur particula δὲ, quam eandem rationem etiam probos scriptores Græcos tenuisse, observavimus ad Joh. vii. 13. cf. quoque *Kypkius*, et *Raphelius* Obss. Xenophh. ad h. l. Solent præterea etiam optimi scriptores, ut h. l. Lucas, libros suos inchoare a voce μὲν, ita tamen ut aliam semper ei præmittant, veluti Xenophon (de magistri equit. officio; de vectigalibus, al.) Sophocles (Philoctet.) Euripides (Hippolyt.) v. Selecta e scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. ed. *Wassenbergh*. Vol. i. p. 288. λόγον ἐποιησάμην *librum confeci*. Silicet λόγος a Græcis scriptoribus haud raro ita usurpatur, ut notet *enarrationem, historiam, librum*, in primis *historicum*, unde λογοποιοὶ dicuntur *historici* ap. Herodo. ii. 143. Harpocration: λογοποιοὺς, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος. Ἰοσηφέστης ἐν Βουσίριδι (Busir. p. 171. T. ii. *Bat.*) καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ. Xen. Cyr. viii. 5. 28. ἴσως δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν, ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν. Basilius M. in orat. de legend. Græcor. libris c. 4. καὶ ποιητὰς, καὶ λογοποιοὺς καὶ ῥήτορας, καὶ πᾶσιν ἀνθρώπους ἐμιλητέον. add. Arrian. de Exped. Alex. v. 6. v. *Majus* Obss. S. lib. 3. p. 120 ss. *Piersonus* ad Mœrid. p. 244. Sic λόγος de libro legitur ap. Xen. Ages. x. 3. μὰ—Δία τοῦτον τὸν λόγον νομιεῖτε, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐγκώμιον. De re equ. xii. 15. ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέλωτται. Anab. iii. 1. 1. ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ. Philo Lib. *quod omnis probus liber*: init. ὁ μὲν πρότερος λόγος ἡμῖν, ὦ Θεόδοτε, περὶ τοῦ πάντα δοῦλον φαῦλον. v. *Fesselius* Advers. Sacr. iv. 10. 1. et *Kypkius* ad h. l. Ab Hebræis quoque דבר de *libro* eodemque *historico* adhibetur 1 Chron. xxix. 29. ubi LXX. habent: οἱ δὲ λοιποὶ λόγοι τοῦ βασιλέως Δαυὶδ οἱ πρότεροι καὶ οἱ ὕστεροι. add. Jer. xxix. 29. καὶ ἀνέγνω Σοφονίας τοὺς λόγους τούτους [ita recte legitur in Ald., in reliquis ex interpretamento, τὸ βιβλίον] ubi in textu Hebraico extat vocabulum ספר. Itaque λόγον ποιεῖσθαι h. l. est, *historiam conscribere, librum conficere* ut ap. Diog. Laërt. vii. 1. 21. ubi Zeno, περὶ τοῦ καθήκοντος, de officio, λόγον πεποιηκέναι librum conscripsisse perhibetur. Verba quæ sequuntur περὶ πάντων non sunt ad vivum resecanda v. Prolegg. ad Matth. p. 10. ὦ Θεόφιλε vid. Prolegg. ad. Luc. Ev. §. 4. ὧν ἤρξατο ποιεῖν καὶ διδάσκειν positum est pro ἃ ἐποίησε καὶ ἐδίδαξε. Etenim pronomen relativum, Atticorum more, præcedentis nominis casui, non verbo sequenti respondet v. not. ad Marc. vii. 13. ἄρχεσθαι autem, ut Hebræorum החל aliis verbis junctum redundat v. not. ad Matth. iv. 17. xvi. 22. Joh. xiii. 5. Pausan. p. 37. πολεμαρχεῖν ἤρξατο i. e. ἐπολεμάρχησε *Polemarchus fuit*; hanc loquendi formam nostro scriptori familiarem esse, docent loci Ev. iii. 8. xii. 45. xxiii. 30. Act. ii. 4. Quare non accedere possum *Heinsio, Bengelio, Moro*, aliis, qui verba ὧν ἤρξατο κ.τ.λ. interpretantur: *quæ Jesus inde ab initio* (muneris) *fecit pariter ac docuit*. Scripsisset Lucas, si hoc dicere voluisset, ὧν ἀπ' ἀρχῆς ἐποίησε καὶ ἐδίδαξε.

(2.) *Usque ad eum diem, quo in cœlum sublatus est, cum mandata dedisset Apostolis, quos per Spiritum S. elegerat.* Interpretes in exponendis hisce verbis variant. Ac plures quidem verba διὰ Πνεύματος ἁγίου ad participium ἐντειλάμενος referunt, præeuntibus Chrysostomo et Theophylacto, quibuseum facit quoque scholion cod. Mosquens. ἐντειλάμενος·

Digitized by Google

οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη. Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα 3
μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσ-
σαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βα-
σιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς 4

ἡ σύνταξις οὕτως, διὰ Πνεύματος ἐντειλάμενος, vertunt: *postquam mandata dederat per Spiritum divinum, Apostolis quos sibi elegerat;* monent, Jesum hoc loco spectari tanquam legatum divinum, prophetam, adeoque sensum verbis subjiciendum esse hunc: vi divina instructus (διὰ Πν. ἁγ. Act. x. 38. Luc. iv. 18.) auctoritate divina, promisit Apostolis auxilium divinum, dotes et facultates ad munus gerendum necessarias, eosque doctores Judæorum atque gentilium constituit coll. v. 4, 5. Sed ut recte observarunt alii, hac interpretatione admissa, verba inserta οὓς ἐξελίξατο sunt plane otiosa. *Elsnerus* et *Bolteuius* διὰ Πνεύματος ἁγίου conjungendum esse putant cum verbo ἀνελήφθη, et laudant Rom. vi. 4. ubi Jesus διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς in vitam revocatus esse dicatur. Verum ut taceam sic quoque verbis adjectis οὓς ἐξελίξατο orationem languidam reddi, hæc ipsa verborum trajectio est sane durissima. Etenim ut probe monuit ad h. l. *Kypkius*, sic non modo hæc verba a se invicem, sed etiam verba οὓς ἐξελίξατο a voce Ἀποστόλοις, sine ratione atque exemplo dimota sunt. Neque ferenda est eorum ratio, qui præpositionem διὰ vertendam esse statuunt, *quod attinet ad*, mandata dedit Apostolis respectu Spiritus S., præcepit iis, ut exspectarent Hierosolymis largitionem donorum Sp. S. coll. v. 4. hæc enim præpositionis διὰ significatio idoneis exemplis comprobari nequit. Equidem eorum partes sequor (v. *Baxa, Heumanus, Kypkius, Michaëlis, Rosenmüllerus*, ad h. l.) qui post vocabulum Ἀποστόλοις interpungendum, et verba διὰ Πνεύματος ἁγίου cum verbis οὓς ἐξελίξατο conjungenda censent, ut adeo vocula tantum οὓς transposita dicatur, et constructio sit: Ἀποστόλοις οὓς διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐξελίξατο. Hæc quidem trajectio omnium facillima est, et utpote talis, cum quocunque modo verba explicentur, trajectio quædam admittenda sit, omnino præferenda videtur. Ita quoque hæc verba codd. nonnulli distinguunt, vers. Syr, Arab. Æthiop. et Cyrillus. Neque ejusmodi trajectio insolens est. Sic infra iii, 24. προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ, καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν positum legitur pro προφῆται ὅσοι κ. τ. λ. add. Joh. ix. 40. Cic. Verr. iii. 81. *cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, æstimavit.* Jam vero verba Ἀποστόλοις οὓς διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐξελίξατο explicanda sunt vel, *quos elegerat instinctu Sp. S., jussu, impulsu divino*, quos non sine numine elegerat, vid. not. ad Matth. iv. 1. Luc. iv. 14. vel *pro divina vi*, qua instructus erat, ex qua ingenia eorum, qui ad munus Apostolicum gerendum cum maxime idonei forent, dignoscere poterat. ἐντειλάμενος] *mandata dederat.* Verbum tertio generatim exprimit Lucas, ut scienter ad h. l. animadvertit *Bengelius* in Gnom. quid Dominus dixerit Apostolis per illos XL dies; sed v. 2. declarat, quid dixerit illo ascensionis die. Ergo ἐντειλάμενος referri debet ad ea, quæ h. l. v. 4 sqq. leguntur. cf. etiam not. ad Marc. xvi. 14, 19. ἀνελήφθη] scilicet εἰς τὸν οὐρανὸν coll. Marc. xvi. 19.

(3.) *Quibus, superato crucis supplicio, vivum sese exhibuit, pluribus certis indubitatisque documentis, per quadraginta dies iis apparendo, eosque de regno divino edocendo.* πάσχειν] de morte sæpius ponitur v. ad Luc. xiii. 2. τεκμήρια] autem sunt signa, e quibus aliquid certissime cognosci potest. Aristot. Rhet. i. 2, 40. τεκμήρια explicat, σημεῖα ἀναγκαῖα. Quinctil. Instit. Orat. v. 9. *signa necessaria.* Hesychius: τεκμήριον, σημεῖον ἀληθές, Isocr. Evag. c. 10. μάγιστον δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ὁσιότητος τῆς αὐτοῦ. add. Xen. Ages. iv. 3. Mem. i. 1. 2. 3 Macc. iii. 24. Sap. v. 11. xix. 13. Sermo est h. l. de indiciis et argumentis, quibus Apostoli certi reddebantur, Jesum vere in vitam rediisse, atque pertinent huc loci Luc. xxiv. 30 ss. 39 ss. Joh. xx. 15 sqq. 20, 27. Act. x. 41. ὀπτανόμενος] *conspiciendum se præbendo*, Hesychius, ὁρώμενος, ἐμφανιζόμενος, explicat. δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα non perpetuo cum iis versabatur, sed sæpius per illos quadraginta dies iis se conspiciendum præbebat. Similis locus 1 Sam. xvii. 16. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ] *de regno Dei:* περὶ circumlocutioni inseruit, ut xxvii. 15, 23. vid. ad Marc. iv. 19. et per βασιλείαν τοῦ Θεοῦ intelligitur religio Christiana vid. ad Matth. iii. 2, p. 78 sqq. Quod rem ipsam attinet cf. Matth. xxviii. 18 ss. Marc. xvi. 15 sqq. Luc. xxiv. 25 sqq. 45 ss. Joh. xx. 21 ss. add. not. ad Joh. xvi. 22.

(4.) καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς κ. τ. λ.] *Hos (aliquando) congregatos monebat, ut ne Hierosolymis discederent, sed exspectarent ibi beneficium, quod per ipsum a Patre sibi promissum audissent.* Pro συναλιζόμενος libri nonnulli habent συναυλιζόμενος *una cum iis commoratus, cum quasi eorum contubernalis esset.* Quam lectionem *Wetstenius*, parum tamen idoneis de caussis, defendit. Peperit

Digitized by Google

ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγ-
5 γελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατε μου. Ὅτι Ἰωάννης μὲν
ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ

enim eam librariorum incuria, qui sæpius hæc verba permutarunt, ut ap. Joseph. B. I. iii. 9. ubi pro *συναλισθεῖν* in aliis libris extat *συναυλισθεῖν*. add. Xen. Cyrop. i. 2. 15. ubi v. *Fischerus*. Jamblich. de vita Pythag. c. 12. p. 44. ubi v. *Küsterus*. cf. etiam *Erasmus Schmidius* ad h. l. tuetur etiam vulgarem lectionem plurimorum optimorumque librorum auctoritas, adeoque rejicienda quoque est lectio *συναλισκόμενος μετ' αὐτῶν*, *una cum iis sumptum faciens*, i. e. vitam degens, quam cod. D. exhibet, et conjectura *Hemsterhusii* (vid. *Wetsten*. et Selecta e scholis *Valckenarii* T. i. p. 300.) *συναλιζομένοις*, *congregatis*, quæ arrisit *Barkeye* in disp. de quibusdam locis trium prior. capp. Act. App. (Brem. 1766. 4.) et in Biblioth. Hagana T. i. p. 590. Sed illi ipsi interpretes, qui *συναλιζόμενος* præferunt, in explicanda hac voce inter se discrepant. *Boisius*, aliique a *Wolfio* in Curis ad h. l. laudati, quibus adstipulatur *Boltenius* (qui Marc. xvi. 14. cum nostro loco confert, ubi legitur *ἀνακειμένοις αὐταῖς*) vertunt: *convescens, cibum una cum iis capiens, s. postquam aliquando cibum una cum iis ceperat*, præeunte interprete Syro, Vulg., Arabe et Chrysostomo Opp. T. iii. p. 88. D. *τραπέζης κοινωνῶν*. p. 89. A. *συναλιζόμενος τοῖς Ἀποστόλοις ἀρᾶς ὅτι καὶ τραπέζης*. Laudant Ps. cxli. 4. ubi Hebr. אֶלְּקַחָה *comedam*, interpres anonym. vertit, *μὴ συναλισθῶ*. Symm. *συμφάγομι*. Verum enimvero hic verbi *συναλίζεσθαι* significatus paulo insolentior, contexto sermoni neutiquam conveniens est. Etenim quæ v. 4. leguntur, eo ipso die Jesus dixit, quo in cœlum rediit, nec inter cœnandum coll. v. 9. vid. et not. ad Marc. xvi. 14, 19. *Elsnerus συναλιζόμενος* explicat: *conveniens cum illis*. Laudat Herodo. i. 62. *οὗτοι μὲν δὴ συνηλίζοντο atque hi conveniebant*, v. 15. *οἱ δὲ Πίσσαι συνθέμενοι συναλίσθαι τοὺς Παίονας*, *Persæ autem certiores facti Pæones convenisse*. Mihi quidem, in primis ob verba quæ v. 6. leguntur, *οἱ μὲν οὖν συνελθόντες* præferenda videtur eorum interpretum ratio, qui verbo *συναλίζεσθαι congregandi* notionem tribuunt, ut *συναλιζόμενος* in forma media et sensu activo vertatur: *et congregans eos* l. *cum eos congregasset, iis congregatis* nempe in Monte Olivarum coll. v. 12. et cogitando adjiciatur pronomen *αὐτούς*. Xen. Cyr. i. 4. 14. *στίζων πολλοὺς καὶ ἱππέας συναλίσας*. Anab. vii. 3. 48. *συνηλίσθησαν ἀνδράποδα μὲν ὡς χίλια congregabantur mancipia*. add. Joseph. Ant. xix. 7. 4. *Albertius*, *Raphelius* Herodo. *Kypkius*, *Krebsius*, *Wetstenius* ad h. l. Etym. M. *συναλιζόμενος· συναθροιζόμενος*. *Albertii* Glossarium: *συναλιζόμενος· συναθροιζόμενος*. Hesychius: *συναλιζόμενος· συναλισθεὶς, συναχθεὶς, συναθροισθείς*. Verbum *χωρίζεσθαι* notat: *abire, discedere*, ut xviii. 1. Diod. Sic. p. 382. C. ed. *Rhod.* *εἰς ἕκαστος εἰς οἶκον χωρίσθη*. cf. *Elsnerus*, *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. *περιμένειν* Hebr. קוה Gen. xlix. 18. ubi Alexandrini interpretes habent: *τὴν σωτηρίαν περιμένειν Κυρίου*. Per *τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς* intelliguntur, effectus vis divinæ, facultates et vires ad munus gerendum necessariæ, vi divina efficacem se in Apostolis præbente, iis promissæ cf. Joh. xiv. 16, 17. ubi v. not. et ad Joh. xv. 26. Luc. xxiv. 49. *ἣν ἠκούσατέ μου*] *quam audivistis ex me*, *μου* positum est pro *παρά μου* vel *ἐξ ἐμοῦ*. Æschin. Dial. i. 4. *οὐκ ἀκήκοας τῶν προσωτέρων*. §. 5. *ἤδη τοῦτο ἤκουσας, ἢ παντέρου, ἢ προσωτέρου*; cf. et *Bosius* Ellips. s. ix p. 689. ed. *Schæf*. *Er. Schmidius*, *Kypkius* atque *Münthius* ad h. l. Cæterum subito ab oratione obliqua transiit auctor ad rectam, quare in versione perspicuitatis caussa inseri potest *inquit*, quam, inquit, ex me audivistis. Est autem hæc loquendi ratio perquam usitata scriptoribus sacris pariter atque profanis v. Luc. v. 14. Act. xvii. 3. xxiii. 22. xxv. 8. cf. *Raphelius* Obss. Xenophh. *Wolfius* in Curis et *Krebsius* ad h. l.

(5.) *Nam Johannes quidem aqua tinxit; vos vero post paucos hosce dies Spiritu sancto tingemini.* Respexit Jesus Johannis Baptistæ effatum, Apostolis, quorum plures Johannis discipuli fuerant, haud incognitum Joh. i. 33. Matth. iii. 11. ubi tamen *Πνεῦμα ἅγιον* arctiori significatu, de doctrina cœlesti, ejusque cognitione occurrit vid. ibi not. Hoc loco autem per *Πνεῦμα ἅγιον* intelligi debet vis divina ut Joh. iii. 5. xiv. 17. sive effectus vis divinæ i. e. dotes et virtutes Apostolis ad munus gerendum necessariæ. Etenim accuratius definitur his verbis *ἐπαγγελία τοῦ Πατρὸς*, cujus v. 4. mentio facta erat, et hæc ipsa *ἐπαγγελία* Luc. xxiv. 49. explicatur *δύναμις ἐξ ὕψους*. Præterea infra v. 8. leguntur verba *ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς*, sed hæc ipsa formula *ἐπελεύσεται ἐπί σε Πνεῦμα ἅγιον* Luc. i. 35. explanatur *δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι*. Verbum autem *βαπτίζειν* tropice positum notat, *penitus imbuere, largiter suppeditare* vid. not. ad Matth. iii. 11. Jam sensus est: Johannes in aquam tantum Judæos immergebat, ut cœtum Messiæ colligeret, Judæos aqua inaugurabat; vos vero (Matth. xi. 11.) effica-

Digitized by Google

6 οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες
ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀπο-
7 καθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς·
Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο
8 ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ
ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε

ciori modo inaugurabimini, Spiritu S. imbuemini, et muneri Apostolico idonei reddemini ad cœtum cultorum Dei et Messiæ angendum. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας dictum est pro: οὐ πολὺ μετὰ ταύτας ἡμέρας, vel οὐ πολλαῖς ἡμέραις μετὰ ταῦτα, vid. *Kypkius* ad h. l. Xen. H. Gr. init. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον.

(6. 7.) *Quærentibus jam ex eo, qui tum convenerant, num hoc ipso tempore genti Israelitiсæ regnum restauraturus esset? non vestrum est, inquit, tempora nosse, quæ Pater pro suo arbitrio constituerit.* ἀποκαθιστάνειν] significat: *restituere, in pristinum ac meliorem statum redigere* v. *Wolfius* in Curis ad h. l. et nos ad Matth. xvii. 11. ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ] *nunc, his ipsis diebus.* Cogitabant Apostoli de republica Judæorum in pristinum, imo splendidiorem statum per Christum restituenda. Hæc præjudicata opinio de regno Messiano terreno, alte ipsorum animis infixa, morte Jesu convulsa quidem et labefactata, sed ipsius in vitam reditu denuo firmata ac stabilita erat. Hinc cum Jesus iis præcepisset, ne discederent Hierosolymis, sed ibi exspectarent τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, in eam deveniebant cogitationem, Jesum propediem regnum Messianum terrestre, quod tam avide exspectabant, instauraturum esse. Quare unus eorum, (vid. ad Matth. c. 17. p. 486. c.) nomine reliquorum interrogabat Jesum: Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ κ. τ. λ. *Lightfootus* Apostolorum indignationem his verbis expressam esse autumat, iisque hunc sensum subjicit: itane nunc restitues regnum Judæis, qui te in crucem egerunt? *Barkeyus* in Biblioth. Hagana T. i. p. 603. hæc verba admirantis esse putat, et hoc quidem sensu prolata: num hoc tempore, cum tam virulento odio te Judæorum proceres persequantur, et nos omni ad restituendum Israeli regnum potestate destituti simus, illud regnum restitues? Versum autem 7. qui Christi responsionem continet, ita interpretatur: vestrum non est cognoscere l. judicare, num tempori huic conveniens sit ac congruum, Israeli restituere regnum promissum. Ab his vero explanatoribus verbis obtrudi sensum qui iis non insit, cordatissimus quisque rei æstimator, me non copiosius demonstrante, facile concedet. (7.) οὐχ ὑμῶν ἐστι] scl. ἔργον v. *Bosius* Ellips. s. ἔργον p. 155. sq. ed. *Schæfer.* non vestrum est, non ad vos pertinet. χρόνους ἢ καιροὺς nonnulli vertunt: *tempus aut horam*, s. *punctum temporis*, Vulg. *tempora vel momenta.* Thomas Mag. καιρὸς, μέρος χρόνου ἢ μεμετρημένων ἡμερῶν σύστημα· Χρόνος δὲ, πολλῶν καιρῶν περιοχή. Sed καιρὸς h. l. ut sæpius pro mere synonymo τοῦ χρόνου adhibetur v. *Koppius* ad 1 Thess. v. 1. Dan. ii. 21. vii. 12. עִדָּנָא וְזִמְנָא ubi *ol ο'.* habent καιροὺς καὶ χρόνους. Itaque χρόνους ἢ καιροὺς *tempora* i. *tempus*, pluralis vim singularis obtinet. Particula ἢ haud raro ita ponitur, ut vim conjungendi habeat, et id. sit qd. καὶ v. Matth. v. 17. xii. 29. not. ad Marc. vi. 15. τίθεσθαι notat: *constituere, destinare*, ut Rom. iv. 17. Act. xiii. 47. sic quoque Hebr. שׂוּם legitur Gen. xvii. 5. vid. et *Kypkius* ad h. l. ἐν, *secundum, pro, vermöge*, ut Luc. i. 8. Hebr. x. 10. cf. *Kypkius* ad 1 Tim. i. 18. ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ pro sua potestate i. pro suo arbitrio. Cum animi discipulorum nondum satis præparati essent, ut regni cœlestis naturam penitus perciperent v. Joh. xvi. 12. ss. Jesus autem sciret, eos post suum ex his terris abitum, meliora edoctos et clariori cognitionis luce illustratos, præconceptam illam de regno terreno opinionem sponte esse deposituros, et recordaturos eorum, quæ de regni cœlestis natura subinde eos monuisset, cum adhuc institutione ipsius perfruerentur v. not. ad Matth. xvi. 27. xvii. 11. Joh. xiv. 2, 3, 7.; jam iis valedicturus, ne prorsus eorum spem præcidendo aliquatenus eos perturbaret, responsionem suam ita temperabat, ut non plane omnem regni ab iis exspectati spem præcideret, neque tamen tale regnum quale exspectarent instaurandum affirmaret. Hinc quærentibus: num hoc ipso tempore regnum Israelis restituturus esset? respondebat: Vestrum non est nosse tempus, quod Pater, pro suo arbitrio, ad hanc rem perficiendam destinavit. (8.) *Sed* hoc scire vestra interest, hoc sub ἐπαγγελίᾳ τοῦ Πατρὸς intellexi, *vos instructum iri dotibus et facultatibus eximiis, adventante ad vos Spiritu sancto*, vi divina efficacem se in vobis præbente v. notata supra ad v. 5. Matth. iii. 16. Joh. i. 32. xiv. 17. Luc. xxiv. 49. *Morus* Opusce. T. i. p. 332. *atque mihi testes fore, et Hierosolymis, et in omni Judæa ac Samaria, usque ad ultimas terras oras.* δύναμις] dotes eximiæ ad munus

Digitized by Google

Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως
9 ἐσχάτου τῆς γῆς. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν
ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.
10 Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου αὐτοῦ,
καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ·
11 Οἱ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες
εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς
τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν

rite gerendum necessariæ, cognitio religionis Christianæ accuratior, ardor et studium eam profitendi et propagandi, animi fortitudo, constantia etc. v. ad Marc. xvi. 17. extr. Alii δύναμιν cum verbis ἐπιλαβόντος κ. τ. λ. copulant, *effectus, dona Sp. S. demissi*, s. *adventantis*. Sensus eodem redit. μάρτυρες testes dictorum, factorum, fatorumque meorum vid. xxii. 5. 32. x. 39, 42. xxii. 15. ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ] de omni regione Judaicæ gentis cogitandum coll. viii. 1. Σαμαρείᾳ] vid. viii. 5. ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς] *usque ad ultimas terræ oras*. Subintelligi debet μέρους· plena formula extat ap. Diod. Sic. l. p. 18. B. *Rhod.* ἀπὸ τῶν ἐσχάτων τῆς Αἰθιοπίας μερῶν· vel πέρατος, Diod. Sic. l. p. 38. καταφήσειν αὐτοὺς ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμου χώρας scl. πέρασι l. μέρεσι. Heliod. Æthiop. ii. 28. ἐπὶ πέρατα γῆς ἔσχατα. Significatur autem his verbis ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, ex usu loquendi Hebræorum, totus terrarum orbis. Etenim Ps. xix. 5. verba בְּקַוָּה חֲבֵל בְּכָל־הָאָרֶץ add. Ies. xlix. 6. Act. xiii. 47. cf. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 455. et *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 97. ed. *Fischer*. Neque tamen hæc verba nimis premenda sunt, Jesus iis exprimere voluit omnino sententiam hanc: destinavi vos doctores non modo Judæorum, sed etiam gentilium. Nonnulli interpretes, veluti *Tellerus* in *Wörterbuch d. N. T.* voce ἕως ἐσχ. τ. γ. significari putant, extremas Palæstinæ fines, atque adeo per Ἰουδαίαν intelligunt, regionem, cujus metropolis Hierosolyma erat, cum et alias Judæa stricte sic dicta et Hierosolyma conjunctim commemorentur v. Matth. iii. 5. iv. 25. Verum ipsa verborum complexio, et loci Matth. x. 5. (ubi v. not.) xxviii. 19. Act. xiii. 47. sat evidenter docent, formulam ἕως κ. τ. λ. interpretandam esse de omni terra, quam Judæi et gentiles incolebant.

(9.) καὶ ταῦτα εἰπὼν—ὀφθαλμῶν αὐτῶν] *hiis dictis, videntibus ipsis sublatus est, nubes enim illorum oculis susceptum subduxit*. Varias interpretum sententias de solenni receptione Christi in cœlum uberius exposuimus ad Marc. xvi. 19. add. not. ad Luc. xxiv. 52. ἐπήρθη id. qd. Marc. l. l. ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, et Luc. l. l. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν· quod quomodo evenerit, addita verba declarant, nempe nubes eum susceptum subduxit. καὶ explicantis est, *nempe* s. *enim*, ut sæpius. ὑπολαμβάνειν proprie notat, *suscipere* v. *Kypkium* ad h. l. in hac vero orationis serie, cum additum legatur ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, simul involvit notionem subducendi, abripiendi, adeoque exprimi debet, susceptum subduxit. Cæterum non improbabilis est *Lilienthalii* (die gute Sache d. göttl. Offenbarung Th. xvi. p. 1485.) conjectura, quæ *Paulo* quoque arrisit (*Kommentar.* Th. iii. p. 939.), Jesum prima luce in cœlum esse sublatum.

(10. 11.) *Cum fixis in cœlum oculis, postquam eo abierat, spectarent, duumviri vestibus candidis induti, illis adstantes, Galilæi, inquiunt, quare hic statis cœlum intuentes, hic Jesus in cœlum sublatus, ita inde redibit, ut eum eodem abeuntem vidistis*. De verbo ἀτενίζειν vid. not. ad Luc. xxii. 54. εἰς τὸν οὐρανὸν] non tantum referri debet ad ἀτενίζοντες, sed etiam ad πορευομένου αὐτοῦ coll. v. 11. hæc autem ipsa verba πορευομένου αὐτοῦ quæ vulgo convertuntur, *eum abeuntem*, interpretari mallem, *postquam abierat*. Præcessit enim v. 10. νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, et v. 11. sequitur: ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανὸν—ὁ ἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν, nec propterea reprehendi poterant, quod Jesum abeuntem fixis in cœlum oculis veluti comitati erant. ἄνδρες δύο] significantur genii cœlestes, id quod vel addita verba ἐν ἐσθῆτι λευκῇ docent v. Luc. xxiv. 4. Matth. xxviii. 2, 3. Joh. xx. 12. Sed quæ h. l. de angelis leguntur, ea non proprie intelligenda, sed ex usu loquendi illorum temporum explicanda esse haud pauci interpretes recte statuunt, quod vero ipsam rei explicationem attinet inter se dissentiunt. Mihi quidem eorum interpretum ratio præplacet, qui fulmina et tonitrua significari censent, quæ discipuli significantia putarint, ita, ut dixerint et crediderint, Deum per angelos i. per tonitrua declarasse, quæ ipsi cogitassent, cum Christus abiisset v. not. ad Joh.

Digitized by Google

πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσα- 12
λὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς
Ἱερουσαλὴμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν 13
εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ, τε Πέτρος καὶ
Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς,

xii. 29. Matth. xvii. 5. iii. 17. Ex aliorum sententia minus probabili, angeli spectantium oculis tantum visione obversati sunt, aut a Luca ipso ad rem exornandam ex istius ætatis genio angelorum apparitio adjecta est. ἄνδρες Γαλιλαῖοι] *Galilæi;* vocabulum enim ἄνδρες h. l. redundat, ut infra v. 16. ii. 14. iii. 12. v. 35. Matth. xii. 41. ubi v. not. cf. *Fischeri* Ind. Palæph. sub v. ἀνήρ. *Vorstius* de Hebraismm. N.T. p. 459 sq. et *Leusdenius* de Hebraismm. N.T. p. 98. ed. *Fisch.*—(11.) ἐλεύσεται] positum est pro ἐπαναλεύσεται *redibit* v. ad Matth. xxiv. 45. nempe ad inaugurationem regni Messiani cf. v. 6. Matth. xxv. 31. ubi v. not. cum judicio hominum, et mundi renovatione conjunctam vid. ad Matth. c. 24. p. 645 ss. Verba οὕτως—ὃν τρόπον referenda sunt ad ea quæ v. 9. extr. leguntur, νεφέλη ὑπέλαβεν κ. τ. λ. significant ergo, nubibus cinctus. Jam vero Hebræi cum Deum describere volunt majestatem suam declarantem, annuntiant, eum nubibus insidentem esse venturum, vel ad auxilium ferendum, vel ad judicium habendum v. Deut. xxxiii. 26. Ies. xix. 1. lxvi. 1. Ps. xviii. 18. Zach. xiv. 5. Dan. vii. 9. Cum igitur nubes, inter fulgura et tonitrua, Jesum discipulorum oculis subduceret, ii cogitabant: æque gloriose in nubibus redibit ad regnum suum inaugurandum, ut nunc abiit, æque tum majestatem suam demonstrabit, ut jam ex discessu ejus ea elucet. Alii οὕτως—ὃν τρόπον explicant: repente et inopinato; alii: adspectabili modo; alii: æque vere redibit ac abiit.

(12.) ἔρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος] *a monte qui Oliveti appellatur;* imminebat urbi ab oriente, et cæteris montibus altior erat v. ad. Matth. xxi. 1. *Korte* in *Paulus Sammlung merkwürd. Reisen in d. Orient.* Th. ii. p. 80. ὅ ἐστιν—ὁδὸν] *qui Hierosolymis vicinus est, et nonnisi via sabbati distat.* ἔχειν positum est pro ἀπέχειν, *abesse, distare,* ut Soph. El. 224. Xen. Cyr. vii. 1. 18. Herodo. iii. 79. Luc. xxiv. 13. ubi v. *Albertius, Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr. Vol. iii. P. 2. p. 64 sq. σαββάτου ὁδὸν erat spatium bis mille cubitorum vel totidem passuum, sive iter septem stadiorum cum dimidio, unde Syrus interpres σαββάτου ὁδὸν interpretatus est: *circiter septem stadia.* Chrysost. ἀπέχειν στάδια ἑπτά. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. s. ל״ד *Lud. de Dieu* ad h. l. not. ad Luc. xxiv. 13. Joh. xi. 18. Hoc spatium Judæis, non quidem ex Mosis præscripto, sed ex magistrorum ipsorum decretis, die sabbati emetiri licebat v. *Lightfootus* in Horis Hebr. et Talmud. ad h. l. et not. ad Matth. xxiv. 19. Josephus Ant. xx. 8. 6. montis Olivarii ab urbe distantiæ *sex* stadia, sed B. I. v. 2. 3. *quinque* tribuit. Scilicet alia pars montis longius ab urbe aberat alia; vario respectu ejusmodi intervalla definiri solent.

(13. 14.) καὶ ὅτε εἰσῆλθον] *cum ingressi essent,* nempe urbem coll. v. 12. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον] *se contulerunt in conclave domus supremum* np. precandi caussa coll. v. 14. τὸ ὑπερῷον *cœnaculum,* conclave in superiore parte domus, quo Judæi, precibus et meditationibus piis cum vacare vellent, se conferre solebant v. not. ad Marc. ii. 3. Subintelligi debet δίκτυα, quod additum legitur ap. Lucian. in Asino p. 107. κομίζουσιν ἕνα τῇ κλίμακι ἐς δίκτυα ὑπερῷον. add. Pollux 1. segm. 81. *Lud. de Dieu, Hammondus, Schœttgenius, Krebsius,* per τὸ ὑπερῷον intelligendam esse censent, *cellam superiorem in templo Hierosolymitano,* quæ *Krebsio,* qui verba vertit: *adscenderunt in superius illud templi conclave,* κατ' ἐξοχὴν, τὸ ὑπερῷον appellata fuisse videtur. Provocant interpretes illi, quo suam sententiam tueantur, in primis ad Luc. xx. 53. Act. ii. 46. ubi Apostoli semper in templo fuisse dicantur, Jesu in cœlum sublato. Verum enimvero cellam superiorem in templo κατ' ἐξοχὴν dictam fuisse τὸ ὑπερῷον probari nequit. Verissimum quidem est, varia in templo fuisse conclavia, ὑπερῷα, sed ut rectissime ad h. l. annotavit *Clericus,* proferenda erant exempla, ex quibus intelligere liceret, plebem, et præsertim peregrinam, non in atrio Israelis tantum preces fudisse, sed ascendisse in conclavia porticibus imposita, ut secretius Deum oraret. Nam credibile non est, Apostolos, homines pauperes, et Galilæos, Judæisque ob magistrum invisos, ausos esse quicquam facere, præter aliorum consuetudinem in templo, in quo a sacerdotibus et Levitis observari poterant. Si conclave templi superius intelligendum esset, satis obscure Lucas mentem suam expressisset vid. ad ii. 1. Loci denique Act. ii. 46. Ev. xxiv. 53. neutiquam ita sunt comparati, ut nos cogant h. l. de cella templi cogitare. Itaque ad eorum partes acceden-

Digitized by Google

Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Σίμων
14 ὁ Ζηλωτὴς, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. Οὗτοι πάντες ἦσαν προσ-
καρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ [καὶ τῇ δεήσει, σὺν
γυναιξὶ, καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελ-
φοῖς αὐτοῦ.
15 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν
μαθητῶν, εἶπεν· (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν
16 εἴκοσιν·) Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύ-

14. ℣ καὶ τῇ δεήσει.

dum puto, qui vocè ὑπερῶον cœnaculum domus privatæ significari statuunt. οὗ ἦσαν παραμένοντες] *ubi commorari s. convenire solebant.* Πέτρος κ. τ. λ.] vid. not. ad Matth. x, 2 sqq. Ἰάκωβος, *Jacobus* Major, Johannis frater, v. xii. 2. Ἰούδας Ἰακώβου scl. ἀδελφὸς frater Jacobi Minoris ut Luc. vi. 16. ep. Jud. 1. Alciphron. ep. ii. 2. extr. Τιμοκράτης ὁ Μητροδώρου scl. ἀδελφὸς, sic quoque sororis nomen supprimitur ap. Eurip. Iph. Aul. 768. vid. *Berglerus* ad Alciphr. l. l. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 312. οὗτοι πάντες—τῇ δεήσει] *hi omnes tum assidue una precibus vacabant.* προσκαρτερεῖν τινι notat: *assidue rei alicui operam dare*, ut ii. 42. Rom. xii. 12. Col. iv. 2. Diod. Sic. p. 105. B. προσκαρτερεῖν τοῖς ἔργοις συνεχῶς καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ δι' ὅλης νυκτός· sed ἦσαν προσκαρτεροῦντες positum est pro: προσκαρτέρουν quæ quidem periphrasis scriptoribus Græcis quoque usitatissima est; largam exemplorum copiam congessit *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 4. ὁμοθυμαδὸν *una*, ut ii. 1. 1 Par. x. 6. καὶ ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ ὁμοθυμαδὸν ἐπίστευσε v. *Lud. de Dieu* ad ii. 1. προσευχὴ et δέησις (quod vocabulum male a nonnullis eodd. abest) sunt mere synonyma, ut Eph. vi. 18. Phil. iv. 6. In verbis σὺν γυναιξὶ non tantum de Apostolorum et τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κυρίου uxoribus cogitandum est v. 1 Cor. ix, 5. ut nonnulli opinati sunt, neque adeo vertenda sunt, *tum uxoribus*, sed, *cum mulieribus*, alioquin scripsisset Lucas, ut scienter ad h. l. monuit *Wolfius* σὺν γυναιξὶ αὐτῶν, nempe notantur et aliæ mulieres, quæ Jesum e Galilæa secutæ erant, et victum ei ministrarant vid. Matth. xxvii. 55. Luc. viii. 2, 3. xxiv. 10. quæ adjunxerant se Apostolis, idque eo convenientius, cum et ipsa Jesu mater adesset, quæ apud Johannem degebat. σὺν τοῖς ἀδελφοῖς, *cum Jesu fratribus*, vid. not. ad Matth. xii. 46. x. 2. quibus nunc temporis Jesum Messiam esse, persuasum fuisse videtur cf. not. ad Joh. vii. 3.

(15.) Hortatu Petri in locum Judæ proditoris alius Apostolus sufficitur. Matthias sorte legitur v. 15—fin. Pro μαθητῶν in aliis libris legitur ἀδελφῶν, quæ lectio profecta est a grammaticis, quibus vocabulum ἀδελφῶν, quo et Petrus usus est v. 16. aptius videretur illo μαθητῶν, cum non omnes præsentes ex Apostolorum numero essent. Sed nomen μαθηταὶ etiam h. l. ut sæpius, latiori sensu est capiendum, ita, ut omnino Christi asseclæ significentur v. ad Luc. xvi. p. 561. ἦν τε—εἴκοσιν] *una congregati erant homines fere centum et viginti*: ὀνομάτων i. e. ἀνθρώπων, haud raro enim ὄνομα pro *persona, homine*, accipitur, ut Apoc. iii. 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα vid. *Glassius* Phil. S. p. 896. *Raphelius* Obss. Polyb. p. 297. *Suicerus* Thes. T. ii. p. 492. neque scriptoribus Latinis hæc loquendi ratio insolens est. Stat. Theb. vi. 373. *Quisnam iste duos, fidissima Phœbo nomina commisit Deus in discrimina reges.* v. *Gronovius* ad Liv. i. 3. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ita poni solet, ut subaudiatur χωρίον vel οἴκημα *in eodem loco, eadem domo*, vid. *Bosius* Ellips. sub v. χωρίον, sic legitur ii. 1. ubi v. *Lœsnerus*; adhibetur vero etiam sic ut sit *simul, una*, ut iii. 1. h. l. *erant una* i. congregati erant, unde Hesychius ἐπὶ τὰ αὐτὰ, explicuit, ὁμοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον et Ps. xxxvii. 38. Hebr. ℣ Symmachus expressit ὁμοῦ, LXX. ἐπὶ τὰ αὐτά. Occurrit denique etiam de animorum consensu, ut ii. 44. ubi v. not. et *Kypkius* ad iii. 1.

(16.) ἄνδρες ἀδελφοὶ] *fratres*, v. ad v. 11. ἔδει πληρωθῆναι—τὸν Ἰησοῦν] *debebat eventum habere oraculum illud, quod per Davidem Spiritus divinus de Juda edidit, qui Jesum comprehensuris se ducem præbuit.* *Eckermanus* in *Theol. Beyträgen* St. 2. p. 91. respici putat h. l. Ps. xli. 9, 10. quem locum Jesus ipse in Judam transtulerit v. Joh. xiii. 18. et πληρωθῆναι conjungit cum verbis περὶ Ἰούδα, ut sensus sit: *fieri non potuit, quin in Juda evenirent verba quæ Davides pie precatus* (per Πνεῦμα ἅγιον non donum vaticinandi, sed pie precandi 1 Cor. xii. 3. intelligit, cum Psalmus non contineat vaticinium proprie sic dictum) *olim protulit*, προεῖπε. Huic autem interpretationi, neque ordo verborum et cohærentia, neque usus loquendi favent.

Digitized by Google

τὴν ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ,
περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν·
Ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον 17
τῆς διακονίας ταύτης. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ 18
τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας· καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέ-
σος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Καὶ γνω- 19
στὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ὥστε κλη-
θῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, Ἀκελδαμὰ,
τουτέστι, χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλ- 20

17. ∼ ἐν 18. † τοῦ.

Hæc enim si auctoris mens fuisset: *evenire debebant in Juda*, scripsisset auctor ἴδει πληρωθῆναι ἐπὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου κ. τ. λ. nam verbum πληρωθῆναι construitur quidem hoc sensu cum præpositionibus ἐπὶ et ἐν v. Matth. xiii. 14. Luc. xxii. 37. sed formula πληρωθῆναι περί τινος plane insolens est. Neque *Eckermani* sententiæ, respexisse Petrum Ps. xli. 9 sq. assentiri possum, nullum enim in hac oratione indicium deprehenditur, e quo appareat, ejus menti illum quoque locum obversatum esse, respexit potius Petrus illa loca, quæ infra v. 20. afferuntur. γραφὴ] est *oraculum, effatum*, ut Luc. iv. 21. ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον] Deo ejusque Spiritui effata γραφῆς tribuuntur, loquebantur prophetæ φερόμενοι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου v. Act. iv. 25. iii. 21. 2 Petr. i. 21. Verba igitur ἣν κ. τ. λ. hanc vim habent: Davides non sine numine dixit, prædixit de Juda. Sed accommodavit tantum Psalmorum loca, id quod vel inde perspicitur, quoniam verba prioris loci (v. 20.) immutavit, et quæ h. l. leguntur, Judaico more ac populariter dicta sunt, hoc sensu: evenire debebant, fieri non poterat quin evenirent (ἴδει), *es musste so kommen*; Deus per Davidem de Juda prædixisse putandus est, adeo accurate Judæ Davidis verba conveniunt, quod Davides de adversariis suis scribit, id verissime Judæ evenit cf. v. 29. et not. ad Joh. xi. 51. στόμα] ex Hebraismo redundat, ut Luc. i. 70. Act. iii. 18, 21. al.

(17.) ὅτι κατηριθμημένος—ταύτης] *quamquam nobis annumerabatur, idemque ministerium acceperat*, ὅτι *quanquam* ut Luc. xi. 48. ubi v. add. not. ad Joh. v. 25. *Glassius* Phil. S. p. 531. λαγχάνειν proprie notat: *sortiri, sorte accipere* Luc. i. 9. deinde omnino, *nancisci, capere*, Xen. Anab. iii. 1. 9. Hesychius: λαχόντα· τυχόντα. Sic quoque voc. κλῆρος, quod prop. significat *sortem*, et, *id quod alicui sorte obvenit*, deinde transfertur *ad omnia quæ alicui quocunque modo obtingunt*, et ponitur de possessione quacunque, de opibus et facultatibus, præcipue de agris, quoniam agri olim sorte dividebantur colonis, ut ap. Hesiod. Ἔργ. 341. ubi v. *Graevius* Lectt. Hesiodd. et *Elsnerus* Obss. ad v. 25. etiam de labore qui alicui injungitur ap. Polyb. 10. p. 837. v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Hesychius: κλῆρος τὸ βαλλόμενον εἰς τὸ λαχεῖν, ἢ ψῆφος, ἢ οὐσία, ἢ μέρος. H. l. κλῆρος non sortem designat, sed idem est quod διακονία, munus Apostolicum, atque adeo redundat; nam Judas non per sortem acceperat Apostoli munus, sed a Jesu ipso in numerum Apostolorum receptus erat. ταύτης] hujus ejusdem muneris, quo nos perfungimur.

(18.) *Sed mercede sceleris sui occasionem emendi agri præbuit, et præceps factus, medius diruptus est, ita, ut omnia sua viscera effunderet.* Conf. notata ad Matth. xxvii. 6. (ed. sec.) ἐλάκησε] id. qd. διεῤῥάγη vel ἐσχίσθη Aristoph. Nub. 409. διαλακήσασα schol. διαῤῥαγεῖσα, λακὶς γὰρ τὸ σχίσμα.

(19.) Sequitur annotatio Lucæ. (*Quæ quidem res omnibus Hierosolymorum incolis innotuit, ita, ut ager ille eorum lingua vernacula Akeldama, h. e. ager cædis, vocatus sit.*) Esse hunc versum pro additamento Lucæ habendum, satis dilucide verba ipsa docent. Quorsum enim Petrus Apostolis dixisset, Judæ triste fatum omnibus Hierosolymitanis innotuisse? quam absona fuisset etiam vocis Akeldama, omnibus præsentibus satis notæ, interpretatio! Accedit etiam quod ager ille haud dubie hoc nomen successu demum temporis accepit. Est igitur hic versus parentheseos nota a reliquis sejungendus. ὥστε] hinc factum est ut etc. ἰδίᾳ διαλέκτῳ] lingua Syro-Chaldaica. Ἀκελδαμὰ] Syr. ܚܩܠ ܕܡܐ, Chald. חֲקַל דְּמָא *ager cædis* s. *cruentus*, ἀγρὸς αἵματος Matth. xxvii. 8. ubi v. not.

(20.) Respicitur v. 16. Jam vero hoc de eo enuntiatum extat. γέγραπται γὰρ ἐν βιβλίῳ κ. τ. λ.] *legitur autem in libro Psalmorum: domicilium ejus esto desertum, neque quisquam illud inhabitet! item: ejus munus accipiat alius!* Verba priora γενηθήτω—αὐτῇ desumpta sunt e Ps. lxix. 26. sed Petrus ea orationis suæ consilio convenienter immutavit. In versione Alexandrina legitur:

Digitized by Google

μῶν· Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ
κατοικῶν ἐν αὐτῇ. Καί· Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.
21 Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ
22 εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, Ἀρξάμενος
ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη

γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν. Ultima hujus versus verba desumpta sunt ex Ps. cix. 8. qui locus verbotenus redditus est. Hos duos locos *Eckermanus* in *Theolog. Beyträgen* B. 1. St. 2. p. 93. alii, non tam ad ea quæ præcesserunt, quam potius ad ea quæ sequuntur, esse nimirum alium Judæ loco in collegium Apostolorum cooptandum, referenda contendunt. Hinc ἔπαυλις explicant *locus*, munus vacuefactum, et verbis substituunt sensum hunc: jam munus ipsius et vacuefactum et alius ejus muneri præficiendus. Interpretibus vero ita statuentibus rectissime Morus, in Diss. de discrimine sensus et significationis Opuscc. Vol. i. p. 92. opposuit hæc: "qui per domicilium desertum intelligunt munus vacuefactum, hi nec vident, quam durum hoc sit, nec cogitant satis, quid sequatur. Nam si vacua domus est munus vacuefactum, et sequitur, utinam ne quis in ea domo habitet: sensus horum verborum necessario erit, vel, utinam ne quis ejus sit successor, vel, utinam ne recuperet munus. Id quod quantum abhorreat ab hoc loco sponte apparet." Scilicet ἔπαυλις respondet Hebraico nomini מִרְעֶה quod proprie *domum pastoritiam cum stabulo* significat, deinde vero etiam de *castello* et *domicilio* quocunque adhiberi solet v. *Michaëlis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. p. 1011 sqq. Hesychius: ἔπαυλις, μάνδρα βοῶν, ἢ οἴκημα. ἢ αὐλή, ἢ στρατοπέδια, καὶ ἡ σαμψυκὴ αὐλή. et scholiast. ad Apollon. Rhod. i. 800. scribit, ἐπαύλεις notare καταχρηστικῶς τὰς οἰκίας. vid. et *Wetstenius* ad h. l. Jam Psalmus 69. ut videtur, referendus est ad tempora seditionis Absolomicæ vid. not. ad Joh. ii. 17. atque v. 26. Davides adversariis suis mala imprecatur. Possunt ibi verba proprie intelligi, de Juda non item. Unde enim, inquit *Morus* l. l., constat, domicilium Judæ mortui desertum et incultum fuisse? certe vis facienda esset loco et argutius aliquid effingendum, si quis hæc proprie intelligi vellet. Imo domus deserta est h. l. imago, species, exemplum interitus, et sensus in universum: *intereat!* Petrus nempe ex longo carmine dirarum unam decerpit imprecationem, non quo hæc una potissimum syllabatim spectanda sit, sed ut doceatur, ad quem illæ omnes diræ referri possint aut debeant. Sic et in Ep. ad Rom. xi. 9. ubi Paulus Davidis verba repetit, ea non sunt urgenda, sed diris illis omnino hoc inest: *miseri sint inimici.* καὶ] i. e. καὶ πάλιν et alio loco legitur, etiam de Juda valet quod alio loco legitur. τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.] hæc verba Ps. cix. 8. omnino pertinent ad ea quæ sequuntur; et ad Judam, ut contextus docet, ita referuntur, ut proprie capiantur. Vocabulo ἐπισκοπὴ Alexandrini interpretes expresserunt Hebraicum פְּקֻדָּה quo significatur, *quod alicui administrandum demandatum est, munus alicui concreditum* v. *Rosenmüllerus* ad Ps. li. 1 Tim. iii. 1.

(21. 22.) *Itaque opus est, ut aliquis eorum, qui nobiscum toto illo tempore fuerunt, quo inter nos familiariter versatus et munere suo functus est dominus Jesus, inde a Johannis baptismo, usque ad eum diem quo a nobis in cœlum sublatus est, ut, inquam, aliquis horum sit nobiscum resurrectionis ipsius præco.* τῶν συνελθ. ἀνδρῶν] subintell. ἐν, verbum autem συνέρχεσθαι notat. *societatem inire, se alicui adjungere* v. Pollux i. 154. Xen. Exp. Cyr. vi. 5. 16. ἰᾶσαι συνελθεῖν αὐτούς. vii. 5. 26. συνελεηθείας σχεδὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. Respondet Hebr. יחד quod Symm. hoc ipso verbo expressit Gen. xiv. 3. præter duodecim Apostolos, alios quoque discipulos numero septuaginta Jesus elegerat v. Luc. x. qui his verbis innuuntur. εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθε] est formula loquendi Hebraica, בוֹא וְצֵאת quæ usurpatur de iis qui aliquo loco degunt, et qui cum aliis conversantur v. Act. ix. 28. reddi ergo cum plerisque interpretibus commode possunt verba nostra: *versatus est cum nobis et inter nos.* Sed hæc eadem formula adhibetur etiam de omni vita, actionibus et institutis, ut Ps. cxxi. 8. Deut. xxviii. 19. speciatim de muneris administratione, ut Deut. xxxi. 2. ubi Moses declarat, se propter senectutem non posse amplius ingredi et egredi i. e. muneris sui laboribus satisfacere. 1 Par. i. 10. ubi Salomo prudentiam et intelligentiam a Deo petit, ut ingredi et egredi coram populo i. officio suo satisfacere possit. vid. et not. ad Joh. x. 9. Jam cum sequantur verba ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κ.τ.λ. quibus verbis muneris Jesu initia innuuntur vid. ad Luc. iii. 23. utramque notionem conjungendam puto, ut sensus formulæ sit: quo Jesus inter nos versatus et munere suo func-

Digitized by Google

ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρ- 23
σαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν. Καὶ προσευ- 24
ξάμενοι εἶπον· Σὺ, Κύριε, καρδιογνώστα πάντων, ἀνάδειξον

tus est. Cæterum εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς est locutio ellipticæ, ut post *Camerarium* observarunt *Raphelius* Obss. Polybb. et *Valckenarius* in scholis ad h. l. plene scribendum erat: ἐν ᾧ εἰσῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐξῆλθεν ἀφ' ἡμῶν. Eadem ellipsis deprehenditur Eurip. Phœn. 536. εἰς οἴκους Εἰσῆλθε κἀξῆλθ', scl. ἐξ οἴκων. ubi v. *Valcken.*—(22.) ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου] *ex quo a Johanne Jesus baptizatus fuit.* Inde enim ab hoc tempore Jesus munere suo fungi et discipulos colligere cœpit v. Matth. iv. 17. Joh. i. 40. ἡμέρας ἧς pro ἣ vid. ad v. 1. μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως] Jesu resurrectionem tanquam luculentissimum legationis ejus divinæ documentum Apostoli laudare, ad eamque provocare solent v. 1 Cor. xv. 14. al. hinc doctrina de resurrectione Jesu pro reliquis omnibus doctrinæ Christianæ capitibus memoratur, atque adeo verba μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως I. omnino doctrinæ Christianæ præconem significant. ἕνα τούτων] referri debet ad ea quæ præcesserunt τῶν συνελθόντων κ. τ. λ. v. 21. cujusmodi hyperbata neque scriptoribus profanis inusitata sunt v. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 299.

(23.) ἔστησαν] adstare jusserunt. Pro Ἰωσὴφ in verss. Syr. et aliquot codd. legitur Ἰωσῆν, et pro Βαρσαβᾶν D. et Æth. habent Βαρνάβαν, sunt autem hujusmodi nominum variationes in libris antiquis admodum frequentes. Nomen Βαρσαβᾶς *Grotius* explicat, *filius juramenti. Drusius* monet, explicari etiam posse, *filius quietis* vel *captivitatis.* Hunc Josephum, qui vocabatur quoque Barsabas, interpp. nonnulli eundem esse volunt cum eo, qui iv. 36. dicitur *Joses. cognomine Barnabas*, et memoratur etiam ix. 27. xi. 22. quæ tamen conjectura incerta, neque valde probabilis est, cum diversa sit significatio nominum Barsabas et Barnabas v. ad iv. 36. Ἰοῦστος] nomen origine Latinum, neque Judæis insolitum (יוסטי) v. *Schœttgenius* Horr. Hebrr. ad h. l. Apud Judæos autem plures unum, etiam duo cognomina habuisse, tralatitium est v. ad Matth. x. 3. xxiii. 35.

(24. 25.) καρδιογνώστης] *animorum scrutator*, qui mentis animique hominum indolem cognitam atque perspectam habes. Hebr. לב ידע in vers. Alex. ἐνιδὼν καρδίας Jer. xvii. 10. Job. vii. 20. ita quoque Deus nuncupatur infra xv. 8. ἀνάδειξον] id qd. simplex δείκνυν, *ostendere, declarare.* Pro vulgari εἰς τούτων τῶν δύο ἕνα ὃν ἐξελίξω, cum pluribus iisdemque optimæ notæ codd. legendum est, ὃν ἐξελίξω ἐν τούτων τῶν δύο ἕνα, quam lectionem etiam *Griesbachius* et *Matthæius* in textum receperunt. Ordo verborum a librariis immutatus. (25.) λαβεῖν τὸν κλῆρον—εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον] ostende ex his duobus unum, quem elegeris, *ut accipiat hoc munus legationis, quo deserto, Judas ad suum locum abiit.* Pro κλῆρον codd. nonnulli habent τόπον, quæ tamen lectio e glossemate extitit. Est autem τὸν κλῆρον τῆς διακονίας positum pro simplici τὴν διακονίαν, ut v. 17. et διακονία καὶ ἀποστολή, præeuntibus *Grotio* et *Calovio*, explicandum puto per hendiadyn, ut sit id qd. διακονία ἀποστολική, munus Apostolicum. παραβαίνειν prop. *discedere*, ut ap. τοὺς ὁ. Ex. xxii. 8. Deut. ix. 22. παραβαίνειν ἐκ τῆς ὁδοῦ, ubi in textu Hebraico positum extat verbum סר, h. l. metaphorice notat, *munus deserere.* πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον] valde torserunt hæc verba interpretes. Alii nimirum ea ad Judam, alii ad ejus in munere Apostoli successorem referenda esse statuunt. A) Ac hujus quidem posterioris sententiæ propugnatores et patroni, *Knachtbullus* in Animadvv. ad h. l. *Hombergius* in Pareng. *Hammondus, Heumanus, Kypkius*, alii, hæc verba pendere aiunt a verbo λαβεῖν, formulam ἐξ ἧς παρέδη Ἰούδας, uncinis includendam, atque vocabulum τόπος de *munere* accipiendum esse præcipiunt, ut adeo sensus sit: *ut occupet locum Judæ antea proprium*, vel, *ut occupet locum ipsi* (np. Judæ successori) *a Deo destinatum.* Huic vero interpretationi plura opponi possunt: 1) ipsa verba ἐξ ἧς παρέδη Ἰούδας, satis aperte ostendunt, facilius vocem πορευθῆναι κ. τ. λ. ad Judam ipsum, quam ad ejus successorem referri. 2) priora versus verba continent sententiam hanc: alius præficiendus est muneri Apostolico, quod Judas deseruit. Jam si ultima verba ad Judæ successorem referuntur, eadem plane sententia, sed modo obscuriori repetitur. 3) desideratur scriptoris locus, ubi formula, πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, de successione in locum et munus ab alio gestum, adhibita reperiatur. 4) denique, si ultima verba cohærerent cum verbo λαβεῖν, scribendum fuisset καὶ πορευθῆναι, ut recte monuerunt *Clericus, Wolfius* ad h. l. et *Ernestius* in *Neuer Theolog. Biblioth.* B. 4. p. 134. Ex hactenus disputatis sat clarum

Digitized by Google

25 ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα ὃν ἐξελέξω, λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας,

24. ∾ ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα.

esse arbitramur, illam verborum interpretationem arbitrariam, omnique fundamento destitutam, judicandam esse, et rectissime ab aliis interpretibus verba: πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, ad Judam referri. B) Qui vero ea ad Judam referunt, ii ipsi inter se discrepant. a) *Keuchenius* in Annotatt. ad h. l. *Moldenhauerus Erklärung schwerer Stellen des N. T.*, *Moschius* in *Bibelfreund* Th. iii. p. 102. *Krebsius*, *Boltenius* ad h. l. per τὸν τόπον τὸν ἴδιον Judæ *domum* intelligunt, cum τόπος in versione septuagintavirali haud raro ita occurrat, ut domum indicet, veluti Judd. vii. 7. ἀνατειχίτω ἀνὴρ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, לְמִקֹּמוֹ, *abeat quisque in domum suam.* 1 Regg. xxiv. 23. ἀπῆλθε Σαοὺλ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ubi in textu Hebraico extat voc. בֵּית. add. Judd. ix. 55. 1 Macc. xi. 38. *Bielii* Thes. h. v. Comparant locutionem similem εἰς τὰ ἴδια i. πρὸς ἑαυτὸν *domum suam* Act. xxi. 6. Explicant igitur verba: *et recepit se Judas in priorem suam habitationem*, postquam societati reliquorum discipulorum renuntiarat. *Krebsius: domum abiit* i. e. a nobis recessit. Monent, eum domum abiisse, ut quæstum suum coleret, sed conscientiæ stimulis tactum se suspendisse. Quam jejuna vero et frigida, hac interpretatione admissa, sententia procedat, intelligentissimus quisque facile concedet; cf. etiam quæ contra monuit *Wolfius* in Curis ad h. l. b) Fuerunt etiam qui per τὸν τόπον *sepulcrum* significari putarent. Hujus sententiæ propugnatores verba vertunt: *venit in sepulcrum quod meruit*, in loco ignominioso, ut αὐτόχειρ sepultus est. Laudant ad hanc significationem vocabuli τόπος comprobandam Sir. xlvi. 12. xlix. 10. Verum et hæc verborum expositio facile potest vanitatis convinci. Est enim contorta, neque loci e libro Siracidis deprompti nostro loco similes sunt; ibi enim orationis series sat manifeste docet, esse de sepulcro sermonem, nec denique potest locus in medium proferri, ubi formula πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον significet *sepeliri*. c) Cum Petrus antea commemorarit, qualem habuerit Judas vitæ exitum, atque adeo narrationi conveniret, ut sortem ejus post mortem memoraret; cum voc. τόπος usurpari etiam soleat de *conditione* alicujus, ut Sir. xii. 12. μὴ στήσῃς αὐτὸν παρὰ σεαυτόν, μὴ ἀπατήσας σε στῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου· *Wolfius*, *Klosius* in examine emendatt. in N. T. a Valckenario proposit. p. 46. *Schleusnerus* in Lex. h. v. *Beckhausius üb. d. Gebrauch d. Apocryph. Bücher d. A. T.* p. 15. alii, nomen τόπος de *fortuna Judæ post mortem*, de ejus infelici apud inferos conditione interpretati sunt, *abiit ad justam sceleris mercedem.* d) Plerique tamen interpretes per τὸν τόπον τὸν ἴδιον intelligunt *Gehennam*, *locum damnatorum*, per euphemismum ita dictum. Atque hæc interpretatio reliquis haud dubie est præferenda. Etenim simplicitate sua sese commendat, contextui apprime congruit, confirmatur usu loquendi scriptorum Judaicorum et exterorum, atque ita etiam hunc locum intellexisse videntur scriptores ecclesiastici antiquissimi. Scilicet τόπος ἴδιος est *locus qui ipsi conveniebat, locus ei debitus, legitimus*, id. qd. δίκαιος, ut in cod. Alex. ex interpretamento legitur, qui ab Luca τόπος τῆς βασάνου dicitur Ev. xvi. 28. Hanc eandem loquendi rationem tenuerunt etiam in scriptis suis magistri Judæorum *Baal Turim* in Num. xxiv. 25. *Balaam ivit in locum suum, i. e. in gehennam. Targum* Eccles. vi. 6. *Die mortis suæ descendit anima ejus in gehennam, in locum unum, quo omnes peccatores abeunt.* v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. Nec desunt testimonia scriptorum Græcorum quæ ad hanc interpretationem stabiliendam faciant. Plato Phædo c. 57. εἰς ᾅδου πορεύεσθαι scl. τόπον. ib. c. 58. extr. de bonorum et malorum animabus: ὄψεσι τὸν αὐτῇ ἱκάστῃ τόπον προσήκοντα. Æschin. Socr. Axioch. c. 5. τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθείσης τόπον, τὸ ἀπολειφθὲν σῶμα, γεώδες ὂν καὶ ἄλογον, οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. Mirifice denique eam etiam confirmant loca scriptorum ecclesiasticorum antiquissimorum. Ignatius in ep. ad Magnes. c. 5. ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, ἐπίκειται τὰ δύο, ἅμα ὅ τε θάνατος, καὶ ἡ ζωή, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν, *quia igitur res finem habent, incumbunt duo simul, mors et vita, et unusquisque in proprium locum iturus est.* Clemens Rom. ep. 1. ad Corinth. p. 24. ed. *Wottoni*, de Petro: πολίσματα ὑπέμεινεν πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρήσας, ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον, τῆς δόξης, *plures labores perpessus est, atque ita martyrium passus, in debitum gloriæ locum ingressus est.* Polycarpus in Ep. ad Philipp. c. 9. ubi lectores suos cohortatur, ut Pauli cæterorumque Christi legatorum virtutes imitentur, hoc argumento utitur: ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. Contra hanc quam hactenus proposuimus verborum interpretationem monuerunt quidem *Heumanus* et *Moschius*, infinitivum πορευθῆναι indi-

Digitized by Google

πορευθῆναι εἰς τὸν ἴδιον. Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, καὶ 26
ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν
ἕνδεκα Ἀποστόλων.

ΚΕΦ. β'.

Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, 1

care *finem* et *consilium*, jam vero si τόπος de loco damnatorum accipiatur, sententiam ineptam prodire hanc, Judam deseruisse munus suum, ut in locum damnatorum perveniret; sed hi interpretes non reputarunt, præpositionem εἰς h. l. ut sæpius omissam, veluti Luc. ix. 2. al, haud raro consequens s. *eventum* judicare, *ita ut* v. Rom. i. 20. 2 Cor. iv. 4. *Noldius* Concordd. Particc. p. 952.

(26.) καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν κ. τ. λ.] *tum missa sors designavit Matthiam, qui adeo undecim Apostolis annumeratus est.* Modus quo jecerint sortes definiri nequit. Varia ratione sors mitti solebat apud veteres v. *Fabricii* Bibliograph. p. 460. *Seldenus* de synedriis Hebr. c. 11. §. 4. *Clericus* ad Levit. xvi. 8. *Wolfius* in Biblioth. Hebr. P. 2. p. 103. solebant tabulas, quibus nomina inscripta erant, in urnam conjicere, atque hanc sortitionem plures h. l. intelligunt, et ἔπεσεν κλῆρος vertunt: *sors exiit.* ἔδωκαν κλήρους נתן גורל Levit. xvi. 8. κλήρους αὐτῶν] hoc dicendi genus, sicut et illud quod proxime sequitur, ex vulgi consuetudine petitum est. Dicuntur enim sortes esse illorum, super quibus sit sortitio, et super eum cadere, qui in sortitione evadit superior. *Beza*, συγκατεψηφίζειν prop. notat: *communibus suffragiis eligere, communi sententia approbare*, deinde etiam *annumerare*, ut sit id. qd. συγκαταριθμεῖν, et sic h. l. capiendum esse hoc verbum et addita verba μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων docent, et inde apparet, quoniam non suffragiis, votis, sed sorte res decidebatur, ἔπεσεν κλῆρος *sors obtigit Matthiæ*, eum Apostolum designavit. πίπτειν ἐπί τινα et ἐκπίπτειν dicuntur sortes, quæ jactatæ urnis excidunt, et aliquem designant, vel quibus aliquid contingit v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. iv. 42. *Perizonius* ad Æl. H. V. iii. 45. *Palairetus* Obss. p. 272. Cic. Verr. ii. 51. *ut quot essent reuuntiati, tot in hydriam sortes conjicerentur. Cujus nomen exisset, ut is haberet hoc sacerdotium.* Virg. Æn. v. 49. *dejectamque ærea sortem galera accepit.* Cæterum sortiendi mos antiquissimus erat in creandis regibus, sacerdotibus eligendis, aliisque rebus gravissimis perficiendis adhibitus v. 1 Par. xxiv. 5. *Grotius* et *Wetstenius* ad h. l.

CAP. II.

(1.) Apostoli inaugurantur. Doctrina Christi in maxima Judæorum frequentia, tam Palæstinensium, quam eorum qui ex regionibus exteris ad festum Pentecostale celebrandum Hierosolymam convenerant, soleuniter promulgatur.—ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς] *cum jam adesset dies Pentecostes.* Verbum συμπληροῦσθαι ut simplex πληροῦσθαι non tantum consummationem, sed etiam adventum temporis significat, adeo ut sit *advenisse, adesse* vid. not. ad Marc. i. 15. add. Luc. i. 57. ix. 51. ii. 21. et sic etiam hoc loco accipiendum est coll. v. 15. Pro τὴν ἡμέραν Syr. Erp. Æth. Arm. Slav. (exc. ant.) Vulg. (*cum complerentur dies Pentecostes*) cant. laud. Aug. semel. Vigil. Leo. Maxim. taur. habent τὰς ἡμέρας, quam lectionem *Scaliger, Drusius, Grotius* assensu suo comprobarunt; ut adeo intelligatur omne tempus dierum quinquaginta a Paschate, cujus clausula sive ultima dies tum advenerat v. *Grotius* ad h. l. Sed nihil mutandum, retinenda vulgaris lectio, quam omnes codd. tuentur, quæque eundem sensum fundit; et interpretes illi antiquiores ad sensum magis quam vocem respexisse putandi sunt v. *Wolfius* ad h. l. Ad Πεντηκοστῆς non subintelligendum est, ut plures voluerunt, ἡμέρας, sed ἑορτῆς. Quam in rem scienter *Er. Schmidius* ad h. l. annotavit hæc: dicendum videri posset τὴν ἡμέραν τὴν Πεντηκοστὴν *cum compleretur dies quinquagesimus*, nempe a festo Paschatis, sed sciendum primo, hic Πεντηκοστῆς non adjective accipi, sed substantive et quasi nomen proprium, deinde non subintelligi ἡμέρας. Absurdum enim esset dicere, *compleri diem quinquagesimum diei*, sed potius ἑορτῆς, nempe illius, quæ a numero dierum a Paschate Πεντηκοστῆς nomen habuit. Quam quidem *Schmidii* observationem confirmat locus Tob. ii. 1. ubi legitur, ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἑορτῇ. unde et 2 Macc. xii. 32. ad verba: μετὰ τὴν λεγόμενην Πεντηκοστὴν subaudiendum est ἑορτήν. add. 1 Cor. xvi. 8. Festum autem Pentecostes peracta messi, quæ statim post Pascha inchoabat, celebrabatur, quinquagesima a festo Paschatos die, et quidem ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ Πάσχα a secunda Paschatos die, qua manipulus primitius offerendus erat d. XVI. m. Nisan v. Exod. xxiii. 16. Levit. xxiii. 15. Deut. xvi. 9, 10. *Michaëlis Mosaisch. Recht* Th. iv. §. 197. Erat hoc festum e celeberrimis

Digitized by Google

Joseph. Ant. xiii. 16. quo e legis præscripto, ut festo Paschatos et Tabernaculorum, omnes mares coram Deo apparere debebant v. ad Luc. ii. 41. Institutum erat hoc festum in memoriam latæ legis in Monte Sinaï (unde dicebatur עצרת תורה *festum legis*. Pesachim. fol. 68. 2. *Pentecoste dies quo data est lex*. vid. *Schœttgenius* Horr. Hebr. et *Wetstenius* ad h. l.) et ad offerendas novi panis primitias v. Levit. xxiii. 17. Fuerunt etiam qui per τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς intelligendum censerent *quinquagesimam diem post Christi resurrectionem*, quod die Dominica, qua nunc festum Pentecostes celebratur, Apostolis Πνῦμα ἅγιον contigerit, testibus ecclesiæ veteris doctoribus; festum autem Pentecostes a Judæis anno Christi emortuali celebratum sit die sabbati, cum Judæi illo ipso anno Pascha comederint die Jovis, ex nostra hebdomadum œconomia, festum autem Pentecostes die quinquagesima post *secundam diem* Paschatis ex legis præscripto peragendum esset v. *Moschius* in *Bibelfreund* Th. i. p. 160. At enimvero si dies quinquagesimus a resurrectione Jesu, non autem illud festum Judaicum intelligi deberet, scribendum potius fuisset ex linguæ legibus, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι ἡμέραν Πεντηκοστήν, *cum advenisset dies quinquagesimus*, aut, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι ἡμέρας πεντήκοντα *cum quinquaginta dies præteriissent*, ita tamen incideret oratio in obscuritatem et ambiguitatem. Monuerunt præterea viri docti, neutiquam posse certo affirmari, festum Pentecostes illo anno a Judæis die sabbati celebratum fuisse, imo haud deesse argumenta, quibus evincatur, festum illud die hebdomadis primo, sive die solis fuisse peractum. Nempe festum Pentecostes incidebat in quinquagesimum a Paschate diem, et numerabatur hic dies quinquagesimus ut locus Lev. xxiii. 15. docet, *a postero die illius sabbati* מכחרת השבת *quo manipulum porriciendum obtulerant*, ita, ut inde ab hoc die integræ septem hebdomades sive XLIX dies numerarentur, et sequens quinquagesimus esset festus. Sed in explicatione vocis שבת discrepabant inter se Sadducæi s. Karæi i. scripturarii (v. ad Matth. xxvi. 17. p. 723.) et Pharisæi. Nempe Karæi per שבת intelligebant *sabbatum proprie dictum*, sabbatum, quod septimo die solebat celebrari, Pharisæi autem primum diem Paschatis, qui tanquam sabbatum celebrabatur v. Exod. xii. 16. Hinc festum Pentecostes secundum Karæorum decreta semper in primum hebdomadis diem, diem solis, incidebat, secundum Pharisæorum placita, in eundem, quo quinquaginta diebus ante manipulus hordeaceus in templo oblatus erat cf. *Ikenii* Diss. de tempore celebratæ a Servatore ultimæ cœnæ Paschalis Diss. 1. p. 53. Diss. 2. p. 19 sq. in Diss. Philologico-theoll. Vol. ii. *Barkeyi* Obss. Exeget. ad Act. ii. in Bibliotheca Hagana Vol. ii. p. 373 ss. et *Moschius* l. l. p. 161. Jam si Jesus, cum reliquis Judæis eodem die, nempe die Jovis, Pascha comedit, ut plures interpretes volunt; Judæorum quidem vulgus festum Pentecostes celebrabat die sabbati, sed Jesu discipuli, si Karæorum placita sequebantur, die solis hoc festum peragebant. Verum enimvero perquam probabilis est, ut ad Matth. xxvi. 17. accuratius et uberius demonstravimus, eorum interpretum sententia qui statuunt, Jesum uno die Pascha Judæorum ordinarium cum Karæis anticipasse. Si ergo Jesus et Karæi die Jovis Pascha comederant, reliqui vero Judæi die Veneris post solis occasum (qui quidem primus Paschatis dies sabbatum erat, nam numerabant diem a vespera præcedente v. ad Matth. l. l. p. 722. 725.): utrique, Sadducæi et Pharisæi, *die solis* illo tempore festum Pentecostes celebrarunt. ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *et omnes eodem loco congregati essent*. Disputatum est ab interpretibus, num voce ἅπαντες significentur tantum duodecim Apostoli (ἅπαντες scl. οἱ Ἀπόστολοι, quod etiam in nonnullis codd. ex interpretamento adjectum legitur), an Apostoli cum omnibus cæteris μαθηταῖς utriusque sexus coll. i. 14, 15. Qui de Apostolis tantum sermonem esse præcipiunt, nituntur argumentis his: a) in proxime præcedentibus i. 26. sermo est de Apostolis undecim, quibus duodecimus adjunctus erat Matthias. Contextus igitur aperte docet, ad Apostolos referendum esse vocabulum ἅπαντες. b) qui linguis peregrinis loquebantur, v. 7. dicuntur Galilæi, non autem probabile est, omnes illos CXX. c. i. 15. memoratos fuisse Galilæos. cf. tamen not. ad v. 7. c) Petrus v. 14. dicitur cum undecim stetisse, unde colligi licet, hos solos adfuisse. Rectius tamen alii, præeuntibus Chrysostomo, Augustino, Hieronymo, statuunt, præter Apostolos adfuisse reliquos quoque Christi sectatores c. i. 15. memoratos, atque hanc sententiam his fere argumentis defendunt. a) Cuique contextum Act. i. 15. usque ad finem inspicienti liquebit, ibidem ex professo agi de cœtu CXX credentium, quem Petrus fuit allocutus, et e cujus medio Matthias in collegium Apostolorum cooptatus est, undecim autem Apostoli obiter tantum et ὡς ἐν παρόδῳ, v. 26. memorantur. Sed prædicato, quod subjecto destituitur, subjectum proxime antecedens, non autem illud, cujus in transitu, verum cujus ex professo mentio facta est, adscisci debet. b) Si duodecim tantum Apostolos intendisset auctor, satis habuisset pro ἅπαντες, dicere, erant hi ὁμοθυμαδὸν etc. c) Parum probabile

Digitized by Google

ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ ἐγένετο ἄφνω 2

est, die festo, hora precibus destinata (vid. *Schœttgenius* Hor. Hebr. ad Act. iii. 1. infra ad v. 15.) reliquos Christi cultores non fuisse una cum Apostolis. d) Locum Joelis iii. 1. Spiritum meum in *omnis generis homines* effundam, *filii* vestri ac *filiæ* afflatu divino loquentur etc. Petrus ii. 16 ss. eum in finem laudavit, ut ostenderet, jam nunc oraculum illud eventum habere. Patet ergo, præter Apostolos plures alios Christianos tunc temporis congregatos fuisse, iis Πνεῦμα ἅγιον contigisse, eosque linguis peregrinis locutos fuisse vid. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 228. 1063. e) Petrus et undecim surgebant coll. v. 14. quoniam antesignani erant, ab iisque defendendi reliqui adversus Judæorum calumnias. Prætereo alia levioris ponderis argumenta a *Vieroto* prolata in Diss. Exeget. Theologica ad Act. ii. 1. inserta Bibliothecæ Haganæ T. ii. p. 579 ss. cum ex hactenus allatis evidenter satis appareat, posteriorem illam rationem priori esse præoptandam. ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *una, in eodem loco* vid. ad i. 14, 15. Permagna autem est interpretum dissensio de loco, quo Christi sectatores tunc temporis congregati fuerint. Alii nimirum vocabulum οἶκος quod v. 2. positum legitur de templi Hierosolymitani œco sive conclavi, alii de conclavi domus privatæ capiendum esse statuunt. Afferamus rationes præcipuas, quibus priorissententiæ defensores ad eam stabiliendam usi sunt, ita, ut quæ contra moneri possint, et vero etiam ex parte monita sint, apponamus. 1) Vocabulum οἶκος non tantum de *domo* sed etiam de *conclavi*, eodemque amplo ac spatioso, adhiberi solet. Tales autem *œcos* (Säle) in templo Hierosolymitano triginta fuisse (in quibus et doctores legis de rebus sacris scholas haberent) testis est Josephus Ant. viii. 3. 2. περιφοδόμησε δὲ τὸν ναὸν ἐν κύκλῳ τριάκοντα βραχέσιν οἴκοις κ. τ. λ. *porro templo adstruxit per circuitum œcos triginta* etc. Id. vii. 14. 10. de Davide: τὸν διαγραφὸν καὶ τὸν διάπλαν τῆς οἰκοδομίας τοῦ ναοῦ, πάντων ἐφάνταν, ὅσους ἔλαβεν, θησαυρῶν καὶ οἴκων καὶ ὑπερῴων *templi autem ædificandi exemplar, ejusque descriptionem, omnium in conspectu, tradidit Salomoni, ut et substructionum et œcorum et cœnaculorum.* v. *Krebsius* ad h. l. a) Nomen οἶκος significat quidem inter alia *œcum* (quod voc. legitur ap. Vitruv. de Architect. lib. 6. c. 10.) *conclave, cœnaculum*, domus privatæ, ut ap. Luc. xiv. 23. Philon. Leg. ad Cai. p. 1042. C. δεομαῖος εἰς μίαν οἶκον εἰσεκόμισεν. Joseph. Ant. viii. 5. 2. x. 11. 2. xii. 4. 11. Athenæ. 4. p. 130. A. 5. p. 205. C. cf. *Ernestius* ad Callim. h. in Cer. 55. et Selecta e scholis *Valckenarii* ad h. l. et in templo quoque ejusmodi œcos fuisse loci Josephi supra laudati affatim docent. Sed si Lucas per τὸν οἶκον intelligi voluisset œcum templi, dilucidius mentem suam explicuisset, cum neque in antegressis, neque in sequentibus templi mentio facta sit. Præterea, ut jam ad i. 14. præeunte *Clerico* observavimus, desiderantur exempla, quibus comprobetur, plebi et præsertim peregrinæ licuisse, precandi caussa, in illis templi œcis convenire. 2) Acciderunt ea, quæ h. l. enarrantur, hora matutina tertia coll. v. 15. qua Judæi religiosiores ad precandum in templo convenire solebant v. *Capellus* in Spicileg. Obss. ad h. l. cumque Apostoli et reliqui Christi sectatores quotidie in templo versari solerent v. 46. nec aditu a sacerdotibus excluderentur, haud dubie quoque die illo Pentecostali, quo religionis pars esset templum adire, in eo convenerunt. b) Poterant omnino Christiani, nemine interveniente, templum adire, et sese immiscere Judæis ibi preces facientibus. Sed h. l. legitur eos fuisse ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ vid. ad i. 14, 15. parum autem probabile est, sacerdotes Christi discipulis sibi exosis permisisse, ut *œcum templi* occuparent vid. iv. 1. Tres erant solennes precandi horæ, *tertia* coll. v. 15. *sexta* vid. x. 9. et *nona* vid. iii. 1. sed non quavis harum horarum Judæi in templo apparebant, licebat quoque in synagoga, aut saltem in eo loco, in quo minimum decem congregati erant, preces facere v. *Triglandii* diatribam de Karæis p. 172. *Vitringam* de synag. vet. lib. 1. c. 5. p. 45 sq. interpp. ad 1 Tim. ii. 8. *Lightfootum* Horr. Hebrr. et Talmudd. ad Matth. vi. 3. p. 294. Convenerant ergo illa hora Apostoli (qui non ea superstitione, qua Pharisæi horumque sectatores, ritus ad cultum externum spectantes observabant v. Matth. ix. 14. xii. 1.) precandi caussa, in ea domo, in qua erat Christi sectatorum oratorium, synagoga quasi privata, coll. i. 13. Videntur præterea Apostoli illo ipso die, quo memoria legislationis Sinaïticæ celebraretur, sperasse, nunc eventum habituram esse promissionem Christi de Πνεύματι ἁγίῳ cœlitus demittendo v. Luc. xxiv. 49. Joh. xv. 26 etc. Act. i. 5, 8. et Deum signo in sensus incurrente et luculento declaraturum, jam esse ab ipsis latius religionem Christi propagandam, adeoque convenisse ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. vid. iv. 29 sq. Virg. Æn. iii. 385. — 3) Legitur v. 41. illo die tria millia hominum Christianis sese adjunxisse; tantam vero hominum multitudinem conclave in superiore parte domus privatæ vix capere potuisset; præ-

Digitized by Google

ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ
3 ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι. Καὶ ὤφθησαν
αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐπάθισέ τε ἐφ'

tertia non facile intelligitur, quomodo tanta multitudo tot gentium, tam celeriter, audito sonitu, confluere potuerit, nisi jam antea in loco propinquo fuisset congregata. v. *Krebsius* ad h. l. c) Cœnacula fuisse adeo spatiosa et ampla, ut magnum numerum hominum capere possent, docent loci Marc. ii. 3. Act. xx. 7. Cœnedamus vero, illud cœnaculum a Christianis conductum, non capere potuisse tria millia hominum, inde tamen non consequitur, esse h. l. de templi aede cogitandum. Nam, ut præclare observavit *Rosenmüllerus* in Scholiis ad v. 41. qui incredibile putant, tria millia hominum unam domum non capere potuisse, illi sumunt et tanquam certum supponunt, omnes simul admissos esse, ad audiendum Petrum et alios Apostolos, quod nec Lucas dicit, nec verisimile est. Præterea si statuitur, domum illam, in qua congregati erant Christiani, in vicinia templi fuisse, eo facilius perspicitur, qui fieri potuerit, ut brevi tempore magna multitudo hominum confluere potuerit, præsertim cum hora solennis precum instaret. 4) Credibile est Deum promulgationem evangelii in loco maxime illustri voluisse instituere v. *Schottgenius* in Hor. Hebrr. ad h. l. si in templo hæc moderante numine acciderant, splendidiora omnia et illustriora reddebantur et ad animos permovendos efficaciora v. *Heinrichsius* Exc. 2. p. 318. Hanc vero rationem non satis firmam et gravem esse, manifestius est, quam ut deceri pluribus necesse sit. Responderi præter alia potest, Deum noluisse evangelii promulgationem in templo instituere, quoniam constitutio Mosaica modus Deum colendi templo Hierosolymitano adstrictus abrogari, et alius ac longe perfectior cultus institui debebat, et templo ipsi interitus imminebat v. Joh. iv. 22 ss. Matth. xxiv. 1 sqq. Rationibus igitur, ut opinamur, maxime idoneis adducti censemus, præferendam esse eorum interpretum sententiam, qui per ὅλον τὸν οἶκον v. 2. non *templi aedem*, sed *domum privatam* intelligunt, in qua fuerit illud ὑπερῷον supra i. 13. memoratum.

(2.) καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος κ. τ. λ.] *tum repente exortus est de cœlo sonitus, tanquam venti vehementer ruentis, omnemque domum in qua convenerant, replevit.* ἦχος dicitur *sonus quicunque*, Hesychius: ἦχος, φωνὴ, κτύπος, ἐκφώνησις. Nonnulli per ἦχον intelligunt *tonitru*, quibus etiam adstipulatur *Heinrichsius*, Exc. 2. p. 319. rectius vero alii intelligunt *stridorem*, *sonum* venti, nam ἦχος non dicitur conjunctus fuisse cum flatu procelloso, sed fuisse ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας *qualis esse solet venti ruentis*, qualem efficere solent *luctantes venti tempestatesque sonoræ*. Virg. Æn. i. 67. Ventus autem pro symbolo præsentiæ divinæ habebatur v. Ps. xviii. 11. civ. 3, 4. Joseph. Ant. iii. 4. memorat, ἀνέμου σφοδροῦ inter alia Dei præsentiam in Monte Sinaitico indicasse. cf. et *Elsnerus* ad h. l. etiam Christiani congregati ventum, domum et conclave in quo convenerant replentem, præsentioris numinis et adventantis Πνεύματος ἁγίου a Christo promissi signum habebant, adeoque majus quid audire sibi videbantur, quam quod per tempestatem vulgarem evenire solet, hinc Lucas scripsit ἦχος ὥσπερ φερ. πν. β. quibus verbis significare voluit, se non habuisse vocabulum quod istam rem accuratius exprimeret. φέρεσθαι ut Lat. *ruere* (Virg. Æn. i. 86. *ac venti—ruunt*) de ventis eorumque violento impetu admodum frequens est. Ælian. H. A. vii. 24. *in Bosporo Thracio* ἐπιόντος τοῦ Πνεύματος βίαιον ἐκφέρεται *cum ventus ingruit violentus*. Diod. Sic. p. 619. A. Rhod. πολλοῦ καὶ βιαίου Πνεύματος φερομένου. Diog. Laërt. lib. 10. c. 25. §. 104. διὰ τοῦ Πνεύματος πολλοῦ φερομένου. Vocabulum πνοὴ in versione septuagintavirali respondet nominibus Hebraicis נְשָׁמָה Job. xxxvii. 10. et רוּחַ Gen. vii. 22. Prov. i. 22. Ies. xxxviii. 16. ejusque synonymum est Πνεῦμα, quocum permutatur ap. Arrian. Exped. vii. 22. 7. οὗ pro ἐφ' οὗ ἄλσος v. *Boius* Ellips. p. 486. ed. *Schæfer*. καθῆσθαι cum cognatis καθίζειν et καθίζεσθαι sæpius ita ponitur, ut sit *commorari, esse, versari in aliquo loco*, ut Luc. xxi. 35. ubi v. not. xxiv. 49. add. *Kypkius* ad h. l.

(3.) καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς] male nonnulli vertunt, *vinæ sunt super illos*, aut, *in illis*, imo reddi debent hæc verba: *vinæ sunt ab illis, apparuerunt ipsis*, hanc explicationem contextus flagitat, et tuetur auctoritas usus loquendi scriptorum N. T. qui verbum ὀφθῆναι dativo junctum, Matth. xvii. 3. al. ita adhibent, ut exponi debeat per ablativum, addita præpositione *a* vel *ab*, ut recte annotarunt ad h. l. *Maius* Obss. Sacr. P. 4. p. 71. *Heumanus*, alii. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς] *linguæ veluti igneæ dispersæ*, per conclave. Varia explicuerunt hæc verba interpretes. 1) Fuerunt qui putarent linguas naturales Apostolorum procul intuentibus igneas et discissas apparuisse, ut adeo αὐτοῖς positum esset pro αὐτῶν. Ineptam esse hanc interpretationem, vel inde patet, quoniam non legitur αἱ γλῶσσαι, refragantur vi etiam verborum constructio, usus loquendi,

Digitized by Google

ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος 4

ut paulo ante vidimus, atque contextus; spectatores enim non statim præsto erant, sed aliquando post demum accedebant coll. v. 6. præterea γλῶσσαι διαμεριζόμεναι non sunt linguæ *discissæ*, sed potius per conclave *dispersæ*, modo hac modo illac apparentes. 2) De fulmine plures cogitant, ut *Moschius* in *Bibelfreund* Th. i. p. 170. alii. *Heinrichsius* (Acta App. perpetua annotatione illustrata Exc. 2. p. 120. 130.) autumat, fulmen cœcum illum vel locum prope eum tetigisse, fulgura vere cellam pervasisse, sed in inusitatas imagines ea effinxisse Apostolorum commotam et de sede sua quasi dejectam mentem. 3) *Heumanus* putat, Christi discipulos tantum in ἰσοτάτου (v. not. ad Mat. iv. p. 102.) linguas igneas vidisse, per conclave dispersas. Laudat hanc in rem Act. x. 11.— 4) *Eichhornius* in *Allgem. Bibliothek d. Bibl. Literatur* Th. iii. p. 232. 1070. sonum et fragorem quendam auditum esse concedit, sed verba ἤφθησαν αὐτοῖς γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς διαμεριζόμεναι ex usu loquendi Rabbinorum, de animi inflammatione et enthusiasmo accipienda statuit; *videbant flammas* i. e. vehementissime commovebantur. Provocat hanc in rem ad locos scriptorum Judaicorum, quos etiam *Schœttgenius* in Horr. Hebrr. ad h. l. laudavit, hos: *Schir, Haschirim rabba* fol. 10. 2. et *Midrasch Ruth rabba* fol. 42. 1. *eo tempore, quo viri docti student in lege, et inde ad Prophetas et Hagiographos pergunt*, ignis circa ipsos flammavit, *et verba* ipsos exhilararunt, *eo modo quo idem in promulgatione Sinaïtica factum est. Annon enim lex in Sinaï per ignem data est?* q. d. Deut. iv. 11. et mons arsit igne usque ad cœlum. *Filius Asai sedit et legem explicavit*, et ignis circa illos visebatur. *Venerunt ergo discipuli ejus ad R. Akiba et dixerunt: Rabbi filius Asai sedet et legem explicat*, ignis vero circa illos apparet. *Ivit R. Akiba ad ipsum, dicens: Audivi*, cum tu legem *explicares*, ignem circa te apparuisse. *Filius Asai respondit: ita est. Akiba pergit: num forte in opere currus* (theologia mystica superiore) *tu studuisti? ille respondit: Non feci, sed a Lege perrexi ad Prophetas, a Prophetis ad Hagiographos*, verba autem illa tam grata mihi fuerunt, *quemadmodum promulgatio legis in Monte Sinaï*, et tam dulcia, *sicut præcipuum promulgationis ejus*. Hæc autem per ignem facta est. *Sic quoque R. Afhu sedit et legem explicuit, et* flamma circa ipsum visa est etc. *Midrasch Coheleth* fol. 87. 1. *Historia: Abuja, unus ex primoribus gentis nostræ, cum ad circumcidendum veniret, omnes primores Hierosolymorum, aliosque, qui tunc temporis erant, convocavit, interque hos R. Elieserem R. Jehosuam. Postquam comederunt et bibe-runt, quidam ex illis Psalmos, alii rhythmos alphabeticos recitarunt. Dixit R. Elieser ad R. Jéhoschua: illi rebus suis occupati sint: nos nostra agemus. Inceperunt igitur a Mose et inde ad Prophetas et Hagiographos perrexerunt, et* verba hæc illos exhilararunt, *sicut promulgatio legis*, et ignis circum ipsos flammavit etc. Contra *Eichhornium* disputavit *Storrius* in Opuscc. Académicis etc. Vol. iii. p. 174 sq. cujus verba appónere liceat: Verum nescimus, inquit, an ipsis illis locis, quos vir doctissimus ex *Schœttgenio* protulit, Judaici scriptores credulis popularibus persuadere voluerint *phænomenon aliquod igneum*, cujus præsentia Deus studium legis et reliquarum scripturarum, quo Rabbini arsissent, indeque captam ab iis voluptatem exornasset atque illustrasset. Eandem certe fabulam de igne circa R. Elieserem et Josuam flammante quæ p. 234. affertur, alibi (v. *Danzii* Progr. de Promulgatione evangelii haud obscuriore legali, in *Meuschenii* N. T. ex Talmude et antt. Hebrr. illustrato p. 747 sq.) cum hac adjunctione narrant, quod infantis circumcisi Pater, a quo Rabbini *flamma cincti* in convivium adhibiti fuissent, *domui suæ timuerit, ne incendio excitato deleretur*. Atqui de ædificio nihil profecto ab *animi ardore* et studio metuendum erat. Fac vero, Judæos istos auctores nihil aliud voluisse, quam animi impetum. Illicone sequitur, ut loquendi formulam, in scriptis Judæorum *multo recentioribus* repertam, cum Luca communicare liceat, qui nec mentionem quidem habet de lege Mosaica per ignem promulgata (cujus promulgationem isti loci Judaici ad unum omnes respiciunt, expressamque de ea mentionem inferunt), nec formulæ πλησθῆναι Πνεύματος ἁγίου, qua sæpenumero utitur (Act. iv. 31. vii. 55. viii. 17. x. 44 ss. xiii. 9. xix. 6.) seu æquipollentem alias unquam addit *flammarum velut ignearum* mentionem, sed hoc uno loco, *inter alia phænomena sub sensus cadentia* (v. 2. coll. v. 6. et v. 4. coll. iv. 6, 8, 11.) de flammulis tanquam igneis commemorat? 5) *Michaëlis, Rosenmüllerus, Hezelius* in *Schriftforscher* B. 2. St. 2. p. 301 ss. (Giessen 1793. 8.) *über die Ausgiessung des heil. Geistes am Pfingstfest*, et St. 3. p. 590 ss. *de vis electricæ flammarum luminumque miræ effectricis vestigiis in cod. sacro; Paulus* in *Memorabilien* St. 7. p. 38. electricas scintillas visas esse existimant, quæ alias etiam, cœlo tonitrua parturiente et aëre materie electrica repleto, conspiciuntur, hominibus, aliisve rebus, ut navium malis et antennis, insidere, nec tamen urere solent v. *Hezelius* l. l. *Voigt Magazin für das Neueste aus der Physiku. Naturgeschichte*, Gotha 1793. B. 8

Digitized by Google

ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ

St. 4. p. 158. Numinis præsentiam igne indicari credebat antiquitas, et flamma e capite micans signum favoris auxiliique divini habebatur. Virg. Æn. ii. 680 ss. *Cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum, Namque manus inter mæstorumque ora parentum, Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.—At pater Anchises oculos ad sidera lætus Extulit, et cœlo palmas cum voce tetendit: Juppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis, Adspice nos; hoc tantum: et, si pietate meremur, Da deinde auxilium, Pater, atque hæc omina firma.* Ovid. Fast. vi. 635. *Signa dedit genitor, tum cum caput igne corusco Contigit, inque coma flammeus arsit aper.* add. Valer. Flacc. Argonaut. i. 570 ss. Plin. H. N. ii. 37. Livius i. 39. *Eo tempore in regia prodigium visu auditque mirabile fuit. Puero dormienti, cui Ser. Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei miraculum orto excitos reges; et cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoque eam tumultu moveri vetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset. Mox cum somno et flammam abiisse. Tum abducto in secretum viro Tanaquil, Viden' tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus? Scire licet, hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum, præsidiumque regiæ adflictæ; proinde materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus.* Huic interpretationi apprime conveniunt ipsa scriptoris verba: γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, quæ minus commode de fulmine explicantur, vid. et not. ad v. 3. γλῶσσαι πυρὸς *lingulæ ignis, flammæ acuminatæ;* extremitas flammæ ob formæ et motus similitudinem comparari solet cum lingua. Sic Ies. v. 24. לְשׁוֹן אֵשׁ permutatur cum לְהָבָה, etiam Latinis flamma *lambere* dicitur v. Virg. Æn. ii. 684. Horat. Serm. i. 5. 74. ἐκάθισε τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν] *quæ unicuique eorum insederunt,* super quolibet eorum aliquamdiu tremulo motu substiterunt. Ad verbum ἐκάθισε (pro quo in nonnullis libris e glossemate legitur ἐκάθισαν) *Maius* Obss. Sacr. P. 4. p. 71. *Wolfius* in Curis, *Heumanus, Boltenius, Heinrichsius,* subaudiunt Πνεῦμα quod v. seq. legitur, cum ellipsis vocis haud raro ex membro proxime sequente repetenda sit v. *Glassius* Phil. S. p. 638. Verum hæc forma loquendi Πνεῦμα ἅγιον ἐκάθισε insolentior ac sine exemplo est, et nulla hujus expletionis admittendæ necessitas premit. Nam numerus singularis commode potest cum *Beza, Schœttgenio,* aliis, referri ad πῦρ, quod proxime præcessit, vel quasi distributionis index per enallagen positus, cum γλῶσσαις πυρὸς construi, quæ fuit sententia *Ernestii* (v. *Dindorfius* ad h. l.) et *Storrii* in Opuscc. Acadd. Vol. iii. p. 71. cf. etiam *Schnurrerus* in Opuscc. p. 267. et *Schrœderi* Syntax. nominum reg. 24.

(4.) Inter sanctas preces per dies decem vid. i. 3. avide exspectarant Christi discipuli adventum τοῦ Παρακλήτου iis promissi vid. i. 5, 8. Joh. xv. 26. Festum Pentecostes celebrabatur in memoriam legislationis Sinaïticæ, et perquam probabile est Christi sectatores sperasse, fore, ut hoc ipso die festo illa Christi promissio eventum haberet v. supra ad v. 1. lit. b. Lex Sinaïtica inter fulmina et tonitrua promulgata erat; procella, ignis erant præsentiæ divinæ symbola vid. ad v. 3. Cum igitur Christi discipuli congregati audirent sonitum veluti venti vehementius ruentis, viderentque flammas per conclave dispersas et super singulorum capitibus tremulo motu aliquamdiu subsistentes; inde colligebant, jam adesse tempus, quo, juvante Deo, viribus et facultatibus idoneis instructi, felici successu doctrinam Christianam latius propagare possent ac deberent. Summo igitur et limpidissimo gaudio perfusi ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου omnes repleti, acti, *sunt Spiritu Sancto,* Sp. S. vis divina (vid. not. ad Joh. xiv. 17.) in iis operabatur. Formulæ autem *Spiritus Dei replevit aliquem, venit super aliquem* (Act. xix. 6. ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς) ut ad Matth. iii. 16. Joh. i. 30. annotavimus, usurpabantur de eo, qui vi divina adjutus, instinctu divino admiranda vel loquebatur vel faciebat, divino quodam animi motu exagitabatur, de eo, apud quem indoles divina primum evigilabat, qui singulari scientia divina, animi fortitudine, constantia, aliisque dotibus eximiis ornatus apparebat; et ad harum formularum vim loco quoque accuratius constituendam, semper contextus respici debet. Ac nostro quidem loco ἐπλήσθησαν Πνεύματος ἁγίου notat: animi eorum concitabantur (Luc. i. 41, 67.), sacro ardore et enthusiasmo corripiebantur, ita, ut animi cogitata, pectoris commoti sensus proferrent γλώσσαις ἑτέραις *linguis peregrinis.* Sed hæc ipsa verba: καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις mirifice exercuerunt interpretum industriam, in iisque explicandis in diversissimas partes abierunt. Singularibus libellis hunc locum illustrarunt: *Barkeyus* Obss. exegeticæ ad Act. ii. 3, 4. in Biblioth. Hagana (Amstelod. 1768.) T. ii. p. 336 ss. *Vierootus* Diss. exeget. ad Act. ii. 1. ibid. p. 578 ss. *Moschius* in *Bibelfreund* (Arnstad.

Digitized by Google

1770.) Th. i. p. 159 ss. *Ernestius* ad 1 Cor. xiv. de dono linguarum, in Opusc. Theologg. (Lips. 1792. ed. 2.) p. 412 ss. *Lessius* super doni linguarum indole ab *Ernesti* oppugnationibus vindicatum, in Opusc. Theol. p. 302 ss. *Pabstius* de faustis religionis Christ. initiis ad locum Act. ii. 1—4. Erlang. 1786. 4. *Bardili*, Significatus primitivus vocis πνεύματος e Platone erutus, cum novo tentamine interpretandi 1 Cor. c. xiv. Götting. 1786. *Eichhornius* in *Allgemeiner Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 1. p. 91 ss. et 778. B. 3. p. 227. (*über die Ausgiessung des Geistes am Pfingstfest*) contra eum disputavit *Storrius* in notitiis historicis etc. v. ejusdem Opusc. Acadd. Vol. ii. p. 290 ss. et in Diss. in aliquot loca libror. N. T. historicor. inserta Opusc. Acadd. T. iii. p. 171. ad *Storrii* dubitationes respondit *Eichhornius* l. l. B. 2. p. 795. B. 3. p. 1063 sqq. *Storrius* sententiam suam denuo defendit in *Paulus Neuen Repertorium* (*von den Geistesgaben der Korinth. Christen*) Th. iii. p. 302 ss. quam commentationem recensuit *Eichhornius* l. l. B. 4. p. 925 ss. *Herderus von der Gabe der Sprachen am ersten Christlichen Pfingstfest.* Riga 1794. 8. qui censensorem nactus est *Joh. Christph. Schmidium über die Gabe der Sprachen* etc. in *Paulus Memorabilien* St. 7. N. 2. (cf. *Eichhornii Allg. Biblioth.* B. 7. p. 115.) contra *Herderum* disputavit *Storrius* in Opusc. Vol. iii. p. 277.—*Paulus über die fremden Sprachen der Christen* in *Neu. Reperter. f. Bibl. u. Morgenl. Literatur* Th. i. p. 266 ss. Th. ii. p. 312 ss. (cf. Th. iii. p. 302 ss.) *Becker Untersuchung de Frage, ob die Apostel oder Fremdlinge aus entfernten Ländern zu Jerusalem am Pfingstfest in fremden Sprachen geredet haben?* Lips. 1792. 8. *Freye Pfingstbemerkungen* in *Beyträgen zur Beförderung des vernünftigen Denkens in d. Religion.* Heft 16. Winterth. 1792. *Hezel* in *Schriftforscher* B. 2. St. 2. p. 301 ss. St. 3. p. 590 ss. Giss. 1793. *Kursmani* Narratio critica, non critica, sed historica) de interpretatione locorum N. T. in quibus donorum Sp. S. quæ vulgo extraordinaria dicuntur, mentio injicitur. Getting. 1793. *Hansenii* Obss. miscellaneæ in illa Actorum Apostolicorum loca, quæ de primorum Christianorum conventibus et congressibus sacris agunt. Hava. 1794. 8. (cf. *Eichhorn. Allg. Bibl.* B. 6. p. 1039 ss. *Götting. Biblioth. d. n. Theol. Literat.* B. 2. p. 624. *Paulus* n. Theol. Journ. B. 8. p. 693 ss.) *Pistorius Erläuterungen d. schwersten Stellen d. N. T.* p. 61 ss. *Eisen.* 1795. 8. (cf. *Paulus n. Theol. Journ.* B. 5. p. 504.) *Meyeri* de charismate τῶν γλωσσῶν, cujus præsertim Act. ii. et 1 Cor. xiv. mentio sit, commentatio, qua recentiores in primis interpretum hac de re sententiæ inter se comparantur. Hannover. 1797. 8. Anonymus: *über die Gabe der Sprachen in der ersten Christl. Kirche.* Tübingen. 1798. 8. *Grund der Verwunderung am ersten Christl. Pfingstfest* in *Henkii Neuem Magazin* B. 2. St. 3. n. 17. (cf. *Eichhornii Allg. Bibl.* B. 9. p. 303.) *Ammonii* Commentatio de linguis novis. Erlang. 1808. *Böhme über das Reden mit Zungen unter den ersten Christen* in *Analekten für das Studium der exeget. u. systemat. Theologie herausgeg. von Keil u. Tzschirner* B. 1. St. 2. p. 178 ss. (Lips. 1813.) De loquendi formula γλώσσαις λαλεῖν quæ est in prima ep. ad Corinth. et in Actis Apostolorum, novæ sententiæ periculum fecit *Kleinius* Jenæ 1816. 8.

I. A) Ex antiquiorum plerorumque interpretum sententia, quibus et recentiorum haud pauci adstipulati sunt, Apostoli tunc temporis congregati, vel, ut alii volunt, etiam reliqui Christi cultores cum iis congregati (vid. supra not. ad verba ἤρξαν ἄφαντοι κ. τ. λ.) vi divina cœperunt loqui verbis linguarum peregrinarum, et ipsis nullo usu cognitarum, tanquam linguæ suæ, et sermonis ipsis usitati a longo tempore, fuitque hoc donum iis divinitus concessum, perpetuum. Argumenta præcipua, quibus sententiam suam probare nituntur, sunt fere hæc: 1) "Ex Christi mandato doctrina ipsius ab Apostolis omnibus gentibus tradenda erat, ut ergo recte et accurate suo munere fungi, illudque sine mora, sine diuturno labore in linguas peregrinas addiscendas impendendo, suscipere possent, tribuenda erat Apostolis, aliisque Christianis divinitus facultas, doctrinam Christianam peregrinis gentibus sua cuique lingua prædicandi." Verum enimvero non Apostoli tantum, sed etiam omnes reliqui Christiani die Pentecostes congregati linguis peregrinis locuti sunt, vid. not. ad v. 1. ut et postea Cornelius cum suis Act. x. 44 s. et Johannis discipuli Act. xix. 6. neque tamen ulla caussa adest existimandi, omnes factos esse doctores, et Corinthii hac facultate linguis peregrinis loquendi utebantur in ipsa ecclesia Corinthiaca, inter conventus qui sacrorum caussa fierent, ubi non opus erat linguis peregrinis ad edocendos homines qui Græce modo scirent. Respondent quidem ii, qui argumento supra allato utuntur, etsi concedatur, non omnes facultate illa divinitus instructos, doctrinam Christianam docendo propagasse, adesse tamen debebat idoneus Christianorum evangelio exteris tradendo ab omni parte aptorum numerus, e quibus opportunitate oblata sumi possent, qui ad peregrinos ablegarentur. Sed neque Apostolis, neque aliis religionis Christianæ doctoribus ad usum docendi per orbem terrarum alia opus erat lingua quam vernacula Palæstinæ i. e. Syrochaldaica aut Græca, quam callebant utramque, quantum

Digitized by Google

erat ad hunc usum satis. Etenim illa ætate Græcorum lingua ubivis fere terrarum, etiam in Palæstinæ regionibus in usu erat v. *Ernestii* Opuscc. Theologg. p. 421 sq. Prolegg. nostr. in Joh. p. 34 sq. *Hugii Einleit. in d. N. T.* p. 30 ss. (Cic. pro Archia c. 25. *Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur.*) Itaque non necesse erat, ut iis ad docendi rationem divinitus infunderentur linguæ aliæ. Nec Paulus, qui multa itinera religionis Christianæ propagandæ caussa suscepit, omnes linguas callebat v. Act. xiv. 11. — 2) "Prædixerat Jesus discipulis, futuris religionis suæ doctoribus, ipsos locuturos esse γλώσσαις καιναῖς Marc. xvi. 17. h. e. concessum iri iis divinitus facultatem linguis peregrinis, quas non antea didicissent, animi cogitata et sensa exprimendi; hæc prædictio die Pentecostes eventum habuit." Sed legitur ibi καιναῖς *novis* linguis, et indicatur nova dicendi ratio, eloquentia inusitata, nec discipulis antea propria; et quæ ibi Jesus dixisse fertur, non referenda sunt ad ea quæ Act. ii. leguntur vid. not. ad Marcc. l. l. 3) "Illo Pentecostes die tria fere millia hominum, ut v. 41. legitur, ad Christi signa sese contulerunt, tantum incrementum peperit ecclesiæ donum linguarum, cujus vim et caussam auditores admirabundi cognoverant ex sermonibus τῶν λαλούντων τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ et ex ipsa Petri oratione coll. v. 33." Sed auditores ex sermonibus sectatorum Christi cognovisse, linguas quibus usi essent ipsis fuisse antea incognitas, sumitur tantum, non ex Lucæ narratione apparet, et verbis Petri quæ v. 33. leguntur, ab his interpretibus sensus obtruditur, qui iis non inest. Mirabundi audiverant religiosi Judæi Christianos congregatos linguis peregrinis insignia Dei facta celebrantes v. 11. alii irridentes dixerant, eos musto se inebriasse; cur vero Petrus his rei insolitæ admiratoribus, his cavillatoribus non aperte declaravit, loquentibus ipsa verba linguarum peregrinarum fuisse inspirata? Cæterum contra eos qui contendunt linguas peregrinas loquentibus antea non fuisse cognitas, monita quoque sunt hæc: a) Si Apostolis singulari Dei beneficio facultas linguis peregrinis loquendi contigit; non perspicitur qui factum sit, ut non sponte et ultro in eam cogitationem devenerint, se hac facultate a Deo esse ornatos, ut gentilibus quoque doctrinam evangelii traderent. Sed Petrus per visionem edocendus erat, præter Judæos etiam gentiles in cœtum Christianorum esse recipiendos vid. x. 10 ss., neque a Christianis e Judæis reprehensus vid. xi. 1 ss. quod gentilibus doctrinam divinam annuntiasset, in apologia sua provocat ad donum linguarum peregrinarum sibi reliquisque collegis die Pentecostes divinitus concessum. b) Inter Corinthios plures erant γλώσσῃ s. γλώσσαις λαλοῦντες (quæ formulæ sunt nostræ γλώσσαις ἑτέραις λαλοῦντες æquipollentes), Johannis discipuli cum ad Christi signa se contulissent, et Cornelius cum suis, linguis peregrinis locuti esse perhibentur v. Act. x. 44, 46. xix. 6. Si de miraculo cogitandum, sane maximis illud esset annumerandum, parum autem probabile est, tam insigne miraculum toties fuisse repetitum, atque hoc donum tributum tot hominibus ad Christum conversis. c) Paulus 1 Cor. xii. 28. χαρίσματα recensens, donum linguarum (γένη γλωσσῶν) ultimo loco memorat, ad minoris pretii χαρίσματα refert 1 Cor. xii. 31. xiv. 1 ss. et ex eo nullum in ecclesiam redundare commodum declarat, si non ea, quæ γλώσσαις λαλῶν protulerit, explicentur. d) A Corinthiis pluribus hoc donum ad ostentationem et vanitatem expetitum et tractum est, quod in eo esset major admiratio, quam in cæteris donis, id quod Paulus graviter arguit ac reprehendit v. 1 Cor. xiv. 12, 28, 33. Qui vero probabile, Deum hoc donum tam admirabile concessisse Corinthiis, ut eo abuti possent? Hoc cogitari nequit, sive statuatur, concessam iis fuisse facultatem linguæ cujusvis talem, ut ea, pro vernacula, cum vellent, uti possent; sive cum aliis, hoc donum temporarium, et subinde a Deo fuisse concessum v. *Paulus* in *Neuen Repertor.* Th. i. p. 292 ss.

B) Scilicet fuerunt etiam qui putarent donum linguarum fuisse temporarium et subitum, ac subinde inter conventus sacros eum in finem datum, ut esset testimonium pro religionis Christianæ veritate, ut Apostoli, qui Christo, et cæteri ejus sectatores, qui deinde Apostolis credidissent, confirmarentur, et hoc haberent pignus veritatis; ut vero etiam ii, qui nondum crederent, ad veritatis cognitionem excitarentur. vid. *Ernestius, Moschius* ll. ll. Sic vero donum miraculo concessum, miraculo fuisset adimendum; ut autem iis illud donum conservaretur, neutiquam novo miraculo opus fuisset. Si semel Apostolis facultas linguis peregrinis loquendi data erat, cur hanc facultatem Deus non sinebat esse perpetuam? quamquam iis non necessaria, utilis tamen esse poterat. Nec perspicitur, cur necesse fuerit, ut reliquis Christianis, quo pignus veritatis religionis haberent, hæc facultas concederetur v. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* Th. iii. p. 240 ss. *Storrius* in *Paulus Neuen Repertor.* Th. iii. p. 355. et in Opuscc. Acadd. T. iii. p. 177. asserit, scientiam quidem linguarum peregrinarum Apostolis aliisque Christianis non concessam fuisse, sed animum tantummodo eorum parem et habilem

Digitized by Google

redditam loquendis linguis, ubicunque opus esset, et laudationem Dei (v. 11.), aut precationem, quæ certo tempore fundebatur, divinitus hoc tempore iis fuisse inspiratam, verbis incognitæ precantibus linguæ ideo conceptam, ut in Apostolis admiratio efficeretur (v. 6—12.), divinique quod his doctoribus promissum fuisset, auxilii præsentia et adeptio confirmaretur. Sed neque hæc conjectura, ut *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth.* B. 3. p. 1072 s. probe monuit, idoneis argumentis comprobari potest.

C) Denique nec defuerunt, qui miraculum, et ejus veluti sedem, ab Apostolis reliquisque Christianis loquentibus transferrent ad audientes, atque statuerent, Christi discipulos vernacula sua lingua locutos esse, sed a diversarum gentium auditoribus verba illa percepta fuisse in sua cujusque lingua vernacula v. *Wolfius* ad h. l. Huic vero sententiæ contextus aperte repugnat coll. v. 4. 11. et præter necessitatem sic mirabiliora redduntur ea, quæ per se intellectu satis difficilia sunt.

II. Alii naturali modo rem omnem explicandam esse præcipiunt, sed hi quoque interpretes in varias partes abeunt. α) *Eichhornio* auctore, in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 1. p. 91. 778. B. 2. p. 800 ss. formula γλώσσαις ἑτέραις λαλεῖν quæ h. l. extat, alio sensu capienda est quam formulæ γλώσσῃ et γλώσσαις λαλεῖν, quæ 1 Cor. c. 12, 14. et Act. x. 46. xix. 6. adhibitæ leguntur. Has nimirum formulas explicandas censet: lingua tantum loqui, agitare linguam ad sonos inarticulatos nec distinctos, quos alii intelligere nequeunt, proferendos; et quod sigillatim locum Act. x. 46. attinet, l. l. B. 2. p. 813. notat, eum posse et ita explicari, nonnullos inarticulatos nec distinctos sonos protulisse, alios vero verbis perspicuis Deum celebrasse. Cum *Eichhornio* fere consentit *Bardili* supra laudatus; adstipulati ei quoque sunt *Zieglerus* in *Theologischen Abhandlungen* Th. ii. p. 34 s. et *Bœhmius* l. l. (cf. *Kleinius* l. l. p. 64 ss.). De hoc autem nostro loco *Eichhornius* in *Allg. Bibl.* B. 3. p. 232 ss. ita judicat: qui peregrinis linguis loquebantur, erant Judæi exteri, e numero eorum, qui ad festum Paschatis et Pentecostes celebrandum Hierosolymam venerant, et ab Apostolis ad religionem Christi adducti erant. Illi Christiani exteri, furore divino correpti, animi cogitata et sensa linguis ipsis vernaculis exprimebant. Jam vero Judæi, inprimis severiores in religione colenda tradendaque, in orationibus sacris abhorrebant ab usu alius linguæ, quam suæ, id est, sacræ, Hebraicæ antiquæ aut Syrochaldaicæ (v. *Eichhornius* l. l. p. 245. add. *Nœsselti* Disputatio, de Spiritu Sancto, primis Christianis ab Apostolis per impositionem manuum tradito, inserta ejus Exercitatt. ad sacrar. Scripturar. interpretationem p. 67. et p. 73. ubi notat, caussam, cur Samaritani Act. viii. 17. nulli dicantur ἑτέραις γλώσσαις locuti, esse hanc: quod Samaritanorum lingua patria esset Aramæa, linguæ sanctæ quædam dialectus, adeoque non profana lingua locuti potuerint dici). Judæi igitur qui accurrerant, cum Judæos linguis profanis orationes sacras habentes, de rebus ad religionem pertinentibus differentes audirent, hac innovatione graviter offensi dicebant: nonne hi sunt Galilæi? h. e. Judæi sectæ e Galilæa oriundæ addicti, quos linguis profanis loquentes audimus? quo rapiet eos novaturiendi libido? Alii vero respondebant: Non innovatio nominanda est, ebrii sunt. β) *Herderus* in libro: *von der Gabe der Sprachen am ersten Christl. Pfingstfest* §. 17. monet, nomen γλῶσσα a Græcis interdum usurpari de vocabulis obsoletis, peregrinis, minus usitatis, et poëticis (Prior vocis γλῶσσα significatio apud scriptores profanos raro, in libris N. T. nusquam reperitur, verba autem poëtica hac voce quoque significari, idoneis exemplis comprobari nequit, nam loco Aristotel. de Art. Poët. c. 21. p. 247. ed. *Sylburg.* γλῶττα dicitur ὄνομα ξενικόν, vocabulum insolens, peregrinum, non poëticum; cui opponuntur κύρια nomina quibus omnes utuntur cf. et *Storrius* Opuscc. Vol. iii. p. 277. *Kleinius* de loquendi formula γλώσσαις λαλεῖν p. 6 sq.) et in scriptis Rabbinorum לשון etiam notare certæ cujusdam nationis sermonem. Formulam γλώσσῃ λαλεῖν interpretatur, animo concitato loqui; γλώσσαις λαλεῖν, ἀποφθέγγεσθαι multa animi concitatione loqui (*viel begeistert sprechen*); ἑτέραις, καιναῖς γλώσσαις λαλεῖν nova oraculorum divinorum interpretamenta (*neue Auslegungsweisen der alten Propheten*) proferre; ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλεῖν ea ita proferre, ut auditor simili affectu concitatus, suam in iis exspectationem agnoscat. Admirationem Judæorum, qui ad ædes, in quibus Christiani versabantur, concurrerant, inde repetendam esse censet, quod Galilæi a civibus Hierosolymitanis reliquisque Judæis contemnerentur, ita, ut stultissimum quemque Galilæi, nomine insignirent, vid. not ad Matth. ii. 23. iv. 12. Auditores ergo illos miratos esse, a Galilæis ejusmodi nova oracula, et oraculorum divinorum interpretationes enuntiari. Contra *Herderum* acute disputavit *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 277 sqq. qui inter alia animadvertit: *Herderi* interpretandi rationem non argumentis grammaticis, nec usu loquendi Rabbinorum posse defendi. Etsi enim vocabulum לשון a Judæis grammaticis etiam nominatim, ut Gr. γλῶσσα de *minus usitata, obsoleta, incognita, interpreta-*

Digitized by Google

tionis indiga voce, imo etiam de *glossemate* s. de voce verbum obscurum explanante, et, cum ejusmodi interpretamentum vocis minus cognitæ (glossæ) cui addatur, *significationem* exprimat atque definiat, de ipso vocis *significatu* usurpetur; tamen verborum modorumque loquendi *singulorum* exponere *significationes* (לשונות) eorumque interpretationem *grammaticam glossario* aptam (γλώσσαν) afferre (λαλεῖν), non continuo unum idemque esse, ac in *loca integra* sacrorum librorum *ita* commentari, ut certam aliquis cogitandi rationem sequatur, proque ea sacras literas explicet, et ad varios vel theoreticos vel practicos *usus* conferat, atque inprimis etiam *mystico* et *allegorico* modo accommodet. Præterea vocem διάλεκτος Act ii. 8. non propterea quod Græco γλῶσσα respondeat, et certæ nationis sermonem significet, continuo obtinuisse putandam esse vim certi *generis interpretandi*, quæ voc. לשון (sine idonea tamen ratione) ab *Herdero* tribuatur. Denique non posse perspici, *Herderi* sententia admissa, quomodo *nova* (ἰδίᾳ v. 4.) interpretandi ratio, quam amici Jesu sequerentur, eadem potuerit esse sua cujusque auditorum, non *pristina* tantum (v. 6, 11.) sed *vernacula* (ἐν ᾗ ἐγεννήθη v. 8.) ratio interpretandi. Nam si auditores quoque a Christianis sensibus dudum haud alienos fuisse sumatur, *vernaculum* certe, et a majoribus cuique traditum genus interpretandi *Judaicum* fuisse et a Christiana religione abhorrens. add. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 697. γ) *Paulus* in *Neuem Repertor.* Th. i. p. 266. Th. ii. p. 312ss. opinatur, Christianos peregrinis linguis h. e. lingua Græca, Latina, Arabica, forte etiam Persica preces facientes et hymnos canentes, fuisse Judæos exteros, auditores vero eos falso et præpropere pro Galilæis incolis habuisse; etiam Corinthios linguis peregrinis iis cognitis locutos esse statuit. δ) *Meyerus* in Diss. de charismate τῶν γλωσσῶν verba v. 4. vertit: linguis alienis antea non in hunc usum adhibitis loqui cœperunt. Formulas γλῶσσῃ, γλώσσαις λαλεῖν Act. x. 46. xix. 6. et in Ep. ad Corinth. obvias intelligendas esse autumat, de sermone enthusiastico peregrinis nominibus referto, ut adeo ex ejus sententia v. c. Græce loquentes voces formulasque Hebraicas vel Latinas sermoni immiscuerint. Quam conjecturam idoneis argumentis destitutam et improbabilem pluribus refutarunt Censor libelli in *Neuen Theologischen Annalen Jahrg.* 1798. p. 134 sqq. *Kleinius* l. l. p. 6 sqq. vid. et supra sub lit. β notata. ε) Ex *Heinrichsii* sententia (Acta App. perpetua annotatione illustrata Exc. 2. p. 325.) Judæi in festis celebrandis non utebantur lingua Palæstinensi quotidiana, sed veteriore Hebraica sacra (at lingua vetus Hebraica illo tempore in vulgus ignota erat v. *Vitringa* de Synagoga vetere lib. 3. P. 2. c. 12. p. 1015. "A quo Hebræa lingua Judæo populo vernacula esse desiit, quod haud dubie factum post tempora Antiochi Epiphanis, lectio Legis et Prophetarum in cœtibus publicis institui non potuit cum fructu, nisi adesset qui scripturam prælectam in vernaculum idioma transferret." etc. *Bertholdtus* in *Einleitung in d. A. u. N. T.* Th. ii. p. 571. *Pfankuchius*, *über die Palästinische Landesprache in d. Zeitalter Christi u. d. Apostel*, in *Eichhornii Allgem. d. Bibl. Literatur* B. 8. p. 422.), ea usi etiam erant Apostoli et discipuli, antequam phænomenon esset visum, postea autem Spiritu divino impulsos cum se sentirent, et sacro furore correptos, non curabant illam linguam sanctam, sed eo sermone pronuntiabant verba, qui unicuique solitus et patrius esset; Palæstinenses ergo utebantur dialecto Palæstinensi, Cretes lingua Cretensi etc. Formulæ igitur γλώσσαις ἰδίαις ἤρξαντο λαλεῖν, *Heinrichsius* p. 104. et Exc. 2. p. 325. hunc sensum substituit: beneficia majestatemque divinam, quam adhuc lingua sancta celebraverant, poëtico et figurato sermone (sed vid. notata supra sub lit. β), lingua sublimiori extollebant, et quidem ea lingua dialectoque, quæ cuivis patria erat et vernacula. Notat præterea, auditores, qui nescirent, plurium jam gentium homines illi cœtui interesse, Galilæorum quod sectæ esset, a nomine gentis parum discernentes, admiratos esse, eos diversis linguis loqui, idque eo magis, quod peregrinarum linguarum studium Judæis invisum esset, quodque a Galilæis ob rusticitatem, ingeniorumque torporem famosis multo minus exspectarent peregrinarum linguarum loquendarum dexteritatem. 3) *Kleinius* in libello: de loquendi formula γλώσσαις λαλεῖν etc. statuit: die festo permultos, ut more solito et lingua sancta e ritus legibus præscripta preces funderent, in templum convenisse, et mox eventu quodam extraordinario vehementissime commotos, sensus internos maxime excitatos lingua vernacula ipsis faciliore expressisse, et enthusiasmo magno correptos verba graviora fecisse, ἤρξαντο λαλεῖν ἰδίαις γλώσσαις v. 4. (p. 44 sq.) Formulam γλώσσαις λαλεῖν Act. c. x. et xix. non sensu proprio, sed *proverbiali* capiendam esse conjicit. Sumit nimirum, illud ἰδίαις γλώσσαις λαλεῖν Act. ii. 4. memoratum, in proverbium abiisse. "Nam si, scribit p. 54. omnia in Act. ii. narrata accuratius comparamus, totius facti summam in *enthusiasmo magno*, quo impleti discipuli ad sensus suos maxime commotos facilius declarandos, lingua sancta neglecta, vernacula soluta usi sint, versari satis perspicuum est. Cum vero illi ipsi totum eventum Pentecos-

Digitized by Google

tale, tanquam rem extraordinariam a Deo effectam, permagni æstimarent, atque Judæi adstantes de eorum furore sacro admirarentur, in lege rituali autem ab iis læsa maxime offenderent, Christiani effectum pro caussa, usum linguæ peregrinæ pro ipsa animi conditione, in qua illi linguam sanctam neglexerant, ponere, et illam phrasin, γλώσσαις λαλεῖν, veluti locutionem proverbialem, ad *summum animi motum significandum* adhibere facile potuerunt." Corinthios locutionem proverbialem γλώσσαις λαλεῖν, non sensu figurato, sed proprio pro ἑτέραις γλώσσαις accepisse, et tres furoris Corinthii modos, varie tamen immutatos et commixtos statuendos esse contendit. Scilicet 1) cum hoc linguarum charisma imitatione quadam niteretur eorum, qui festo Pentecostali Spiritu S. essent impleti, alios linguis peregrinis, quarum cognitione gauderent, usos esse; 2) alios initio orationis suæ verba Græca fecisse, mox vero, furore sacro abreptos, nil nisi sonos haud distinctos, quibus voces claras forte intermiscerent, edidisse; 3) alios denique, ita facientes, non modo lingua populorum externorum, verum etiam spirituum cœlestium loqui sibi visos esse. Addit *Klöinius* p. 61: Sic non est quod amplius miremur, Paulum sibimet ipsum hoc linguarum donum vindicare, nam dicit, se γλώσσαις λαλεῖν, quod sensu solito proverbiali accipit, Corinthiis vero τὸ γλώσσῃ et διὰ τῆς γλώσσης λαλεῖν tribuit. Legimus quidem c. xiv. 5. θέλω πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις et v. 23. καὶ πάντες γλώσσαις λαλοῦν, sed cum Paulus de *omnibus* loqueretur, ita scribere potuit ac debuit. (cf. *Allgem. Literatur-Zeitung* Jahrg. 1817. p. 421 sq.)

η) Allatis variis iisdemque præcipuis hujus loci interpretatioribus, pro instituti ratione adjicere liceat eam, quæ mihi præ cæteris probabilis videatur, ultra probabilitatem enim nihil requirendum, cum ab illis temporibus, quibus res h. l. exposita evenit, nimis remoti vivamus, et nil nisi factum ipsum a scriptore enarratum sit. Præferenda autem mihi esse videtur eorum interpretum ratio, utpote simplicissima et singulis locis convenientissima, qui formulas γλώσσῃ, γλώσσαις λαλεῖν, quæ Act. c. x. c. xix. et 1 Cor. xiv. leguntur, æquipollentes esse censent formulæ γλώσσαις ἑτέραις λαλεῖν Act. ii. 4. easque interpretantur, *lingua peregrina, linguis peregrinis loqui*. Eas esse idem valentes, vel potest docere locus Act. xi. 15. ubi Petrus profitetur, in paganis h. e. Cornelio cæterisque Romanis coll. c. x. 30, 44. vim divinam operatam esse eodem modo, quo olim, die Pentecostes, in Apostolis. Sed c. x. 46. legitur, Cornelium ejusque sodales invasisse Spiritum Sanctum, eos ardore et enthusiasmo correptos, et linguis (peregrinis) locutos esse. Pertinet huc quoque locus 1 Cor. xiv. 21. ubi præcesserunt formulæ γλώσσαις, γλώσσῃ λαλεῖν, atque affertur a Paulo et in rem suam transfertur effatum Iesaiæ xxviii. 11. Propheta ibi minatur popularibus, Deum usurum esse hostibus lingua barbaris ad ipsos castigandos. Iesaiæ l. l. in versione Alexandrina legitur διὰ γλώσσης ἑτέρας, Apostolus autem adhibuit voces χείλεσι ἑτέροις et ἑτερόγλωσσος h. e. *aliena, peregrina lingua utens*. cf. etiam *Storrius* in Opuscc. Vol. ii. p. 295. *Paulus* in *Neuem Repertor*. Th. i. p. 275. et supra notata sub lit. β. Jam quod locum nostrum attinet, tenenda sunt hæc. Judæis Palæstinensibus, inprimis severioribus, invisum erat studium linguarum peregrinarum, et ab usu alius quam sanctæ i. e. Hebrææ veteris et Syrochaldaicæ in religione tradenda et precibus faciendis abhorrebant, lenius sentientes usum Græcæ linguæ concedebant. In synagogis Palæstinensibus Lex et Prophetæ sermone Hebræo prælegebantur, qui vero cum illa ætate vulgo ignotus esset, loci prælecti lingua patria i. e. Syrochaldaica explicabantur, et hac lingua, ut et Hebræa vetere, precum formulæ recitabantur. Menachoth fol. 99. b. *Dumæ filius, qui ex R. Ismaëlis sorore genitus erat, interrogavit avunculum: Num mihi, qui universam legem didici, fas est sapientiæ Græcæ studere? Tunc ei inculcavit avunculus dictum* (*Jos.* i. 8.): *ne discedito liber iste legis ex ore tuo, sed studio ejus incumbe interdiu ac noctu. Age igitur, reputa tecum, quænam sit illa hora, quæ nec ad diem, nec ad noctem pertineat; quam si inveneris, licebit tibi sapientiæ Græcæ operam navare*. Medrasch Tehillin: *quæsiverunt R. Josua f. Levi. quoad docebit homo filium suum sapientiam Græcam? respondit iis: ea hora quæ neque est diei neque noctis*. Menachoth fol. 64. 2. *maledictus sit, qui alit porcos, et qui docet filium suum sapientiam Græcorum*. Hieros. Sota fol. 21. 2. *R. Levi ben Chaiathah adiit Cæsaream, atque audivit eos recitantes precationem* שמע (quæ desumpta erat e locis Deut. vi. 4—9. ix. 13—21. Num. xv. 37—41.) *Græce, voluit eos prohibere. R. Jose id animadvertens, iratus dicebat: qui non potest Hebraice, num omnino non recitabit? Imo recitet ea lingua, quam intelligit, et sic officio suo satisfaciat*. Berachoth fol. 3. 1. *Sunt, qui dicant precatiunculam istam, cujus initium* קריש, *ideo lingua Aramæa proferri, quod sit lingua nobilis et summæ laudis.—In more fuit, orationem* קריש *recitare post concionem; adfuit autem ibi vulgus, qui linguam Hebræam non intelligebat, ideo in lingua Targumistica eam instituerunt, ut intelligeretur ab omnibus, nam hæc eorum lingua*. v. et not. ad Joh. vii. 36. Etiam in synagogis Hellenistarum (v. Act. vi. 1, 9) libri sacri sermone Hebræo prælegebantur,

Digitized by Google

5 Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσα-

(Alexandrinam enim versionem prælectam fuisse, probari nequit v. *Pfankuchius* in *Eichhorniii Allg. Biblioth. d. Bibl. Literat.* p. 477 ss.) sed lingua Græca loci prælecti explicabantur, etiam preces lingua Syrochaldaica, et quæ ex locis V. T. compositæ essent, Hebræo vetere nuncupabantur. v. *Pfankuchius* l. l. p. 451. Vulgus quidem illas precum formulas non intelligebat, sed e decretis doctorum Judaicorum satis erat ad preces recitatas respondisse *Amen*. Schabbath fol. 119. 2. *Dixit R. Josua Ben Levi: Quicunque respondet Amen, illius nomen magnum erit et benedictum, et decretum damnationis ejus omnibus viribus annihilatur. Imo si ipsi aliquid idololatriæ adhæreat, id deletur. R. Chija fil. Abba dixit, docuisse R. Jochananem: Quicunque respondet Amen, illi omnibus viribus aperiunt portas Paradisi* etc. Berachoth fol. liii. 2. et Sohar chadasch fol. 74. 1. *R. Jose dixit: Major est, qui respondet Amen, quam qui preces recitat.* cf. et 1 Cor. xiv. 16. ubi v. *Beza*. Fuerunt quidem qui contenderent, non tantum in synagogis Judæorum Palæstinensium, sed etiam in synagogis Judæorum exterorum linguam Syrochaldaicam in usu fuisse, ac religiosiores Judæos omnes in religione tradenda et colenda ab usu alius linguæ abstinuisse, v. *Pfankuchius über die Palæstinische Landessprache* in *Eichhorniii Allg. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 8. p. 469 ss. sed hoc certis et idoneis argumentis probari nequit, nec hac sententia admissa perspici potest, quomodo gentiles linguæ Syrochaldaicæ ignari edoceri, et proselyti facti, synagogas frequentare potuerint. Admissa vero sententia nostra, quam modo proposuimus, non tantum hæc difficultas removetur, sed liquide etiam, ut nos quidem opinamur, et luculenter satis apparet, quam vim habeant verba: ἤρξαντο λαλεῖν γλώσσαις ἑτέραις, et cur Judæi εὐλαβεῖς, *severiores*, obstupefacti sint, cum quisque sua vernacula lingua audiret Christianos precantes. Scilicet inter Christianos die Pentecostes congregatos erant quoque Judæi exteri (Joh. xii. 20). Cum sonus ab iis perciperetur (v. 2). flammæque conspicerentur (v. 3.); omnes sacro enthusiasmo, sacro furore correpti, alta voce precabantur et prædicabant τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ (v. 11.), ita, ut quisque uteretur lingua ipsa vernacula. Judæi inter eosque ἄνδρες εὐλαβεῖς, festi celebrandi caussa ad templum in vicinia situm pergentes, audito sonitu et clamore concitata mente precantium, synagogam Galilæorum intrabant, audiebant Galilæos linguis peregrinis precantes et Deum ob ea quæ evenerant celebrantes. Qui Christianos precantes audiebant, erant Judæi exteri Palæstinenses, iis autem utpote religiosis Judæis offensioni erant preces, quæ non tantum lingua Syrochaldaica aut Græca, sed etiam aliis linguis a Judæis Christi sectæ addictis illo die festo, hora solenni precum in urbe sancta, publice, in synagoga, funderentur vid. not. ad v. 7, 12. Cæterum Apostolos eorumque sodales inprimis preces fecisse, etiam hymnos e libris sacris depromptos tempori accommodatos recitasse, non orationes sacras habuisse, confirmari quoque potest loco 1 Cor. xiv. 13—17. Erant nimirum inter Corinthios qui eventum illum Act. ii. commemoratum imitarentur, ita, ut in conventibus sacris linguis peregrinis uterentur, (sæpius plures simul v. 1 Cor. xiv. 27.) non pio animi ardore inflammati et excitati, ut Christiani illi die Pentecostes congregati, sed vanitate ducti, ut scientiam linguarum peregrinarum ostentarent. Quæ autem proferebant, erant preces et hymni. Etenim 1 Cor. l. l. τὸ λαλεῖν γλώσσῃ vel γλώσσαις, accuratius definitur verbis, προσεύχεσθαι, ψάλλειν, εὐλογεῖν pro quibus h. l. v. 11. legitur λαλοῦν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ· cf. et x. 46.—καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι *nam concitabat eos Spiritus ad loquendum*, nam enthusiasmus, animus concitatus eos loqui jubebat. καθὼς vulgo vertunt: *prouti*; explicant: prout Spiritus Sanctus iis facultatem dabat pronuntiandi, vel, non singuli omnibus et singulis linguis, sed alii aliis loquebantur, prout Spiritus S. facultatem cuique largitus erat. *Heinrichsius*: " καθὼς non tam: *sicuti*, quod forsan eo rediret, ac si protulisse dicerentur, quicquid in buccam venisset, aut casu in hanc illamve linguam decidisse, cum tamen necessario quilibet in patriam delaberetur, sed *in quantum, quatenus, quoniam*, quia Πνεῦμα eos totos concitabat, ita ut sanctam linguam relinquerent." Possent etiam verba ita intelligi, eos vario modo Deum celebrasse, alios preces fecisse, alios hymnos recitasse. Sed rectius καθὼς exprimitur, *siquidem, nam*, quo significatu etiam legitur Joh. xvii. 2. Rom. i. 6. al. ut caussa reddatur cur linguis peregrinis usi sint. δίδωμι, *sino, auctor eum*, sæpius. ἀποφθέγγεσθαι, *loqui, enuntiare*, ut xxvi. 25.

(5.) *Paulus* in *Neuem Repertorium* Th. ii. p. 315. *Heinrichsius*, alii, putant, hunc versum ad proxime præcedentem referendum esse, et quæ h. l. leguntur, a scriptore addita esse, quo ostenderet, qui factum sit, ut Christiani illi variis linguis peregrinis loquerentur. Nempe Hierosolymis versari homines ex qualibet terrarum natione, et ex pluribus nationibus diverse loquentibus interfuisse illi Christianorum cœtui. Rectius

Digitized by Google

λὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς
ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, 6
συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη· ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ
ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ 7
ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί

vero refertur v. 5. ad ea quæ sequuntur. Nam v. 8—11. formula πᾶν ἔθνος τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν exemplis illustratur; et si verbis Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς significare voluisset Lucas homines e cœtu Christianorum, pro, ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες, scribere debuisset ἦσαν δὲ ἐκεῖ vel ἐν τῷ οἴκῳ. Cæterum multitudinem quæ confluxerat, constitisse non tantum ex advenis diversas linguas loquentibus, sed etiam ex indigenis, et per se intelligitur, et satis dilucide patet ex v. 9 ss. sed Lucas h. l. Judæorum exterorum mentionem facit, quod v. 4. notarat, Christianos usos fuisse ἑτέραις γλώσσαις, linguis peregrinis. ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ—οὐρανὸν] *commorabantur autem eo tempore Hierosolymis Judæi religiosi, ex omnibus orbis terrarum gentibus.* Verbum κατοικεῖν *Wolfius, Michaëlis, Rosenmüllerus* explicant *habitare*, cum de commoratione ad tempus adhibeantur verba παροικεῖν et παρεστήκειν. Monent, multos Judæos exteros religiosos tunc temporis sedem suam fixisse Hierosolymis, quod hoc modo facultatem haberent, perpetuo sacrificia Deo offerendi, quod alibi non liceret, festa solenniora celebrandi, et quod tunc Messiæ adventus exspectaretur; οἱ κατοικοῦντες v. 9. explanant: *qui olim habitavimus.* Sed κατοικεῖν usurpatur etiam de iis, qui *ad tempus* aliquo loco *commorantur, versantur*, ita ut sit idem quod ἐπιδημεῖν, ut in versione septuagintavirali Gen. xxvii. 44. ubi respondet Hebraico verbo שב *habitare, commorari*; 1 Regg. xvii. 20. ubi in textu Hebraico extat verbum גר *peregrinari*. Sic etiam h. l. κατοικεῖν legitur, et commutatur cum verbo ἐπιδημεῖν quod v. 10. positum deprehenditur. Venerant nimirum exteri illi Hierosolymam ad festum Pentecostes celebrandum, et plures eorum haud dubie inde a festo Paschatis usque ad festum Pentecostes in urbe remanserant. ἄνδρες εὐλαβεῖς, *homines legis divinæ reverentes, qui caute et circumspecte circa ea versantur quæ ad cultum Dei pertinent, religiosi*, non *proselyti*, ut nonnulli voluerunt, quo significatu istud vocabulum in libris N. T. non occurrit, neque addita particula καὶ a Judæis antea commemoratis distinguuntur. Nam Act. viii. 2. εὐλαβεῖς sunt homines *probi, religiosi*, ut Simeon Luc. ii. 25. ὑπὸ παντὸς ἔθνους κ. τ. λ. Hyperbole, v. *Glassius* Phil. S. p. 1245. pro, ex multis seu variis terrarum orbis gentibus. *Wolfius* subintelligit χωρῶν. *Erasmus, Beza, Heumanus*: ἐθνῶν. Subaudiendum simpliciter ὄντων. Pro ὑπὸ τὸν οὐρανὸν *in terra*, alias eodem sensu legitur ὑπὸ τὸν ἥλιον, תחת השמש Eccles. i. 9. Diod. Sic. p. 599. C. Persepolis, πλουσιωτάτη (πόλις) τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. Plato Timæ. p. 23. C. ubi urbs Athenarum dicitur esse omnium pulcherrima τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. add. Plutarch. in Lycurg. p. 45. C.

(6.) γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης] *orto igitur hoc clamore.* Φωνὴ haud paucis interpretibus est id. qd. ἦχος v. 2. sonus per aëris commotionem editus, stridor, sonus venti vid. not. ad v. 2. Sed vocabulum ἦχος nimis remotum est, nec perspicitur, quomodo ventus vehementior per urbis partes diffusus, efficere potuerit, ut Hierosolymitani ad ædes illas concurrerent. *Erasmus, Beza, Grotius, Wolfius, Heumanus*, φωνὴ h. l. eo sensu accipiunt, ut sit idem quod φήμη, *fama, rumor*, coll. Gen. xlv. 16. ubi in versione Alexandrina legitur, καὶ διεβόησε ἡ φωνή. Jer. iv. 15. φωνὴ ἀναγγέλλοντος ἥξει. L. 46. φωνὴ ἀλαλάσεως. v. *Gataekerus* de stylo N. T. c. 14. p. 144. et φωνῆς ταύτης explicant: φωνῆς περὶ τούτου. Sed nulla idonea ratio adest, cur a vulgari nominis φωνὴ significatione recedamus, illudque pro φήμη positum accipiamus, quo significatu adhibitum, conjungi potius solet cum verbis ἔρχεσθαι, ἐξέρχεσθαι (Matth. ix. 26.) non cum verbo γενέσθαι. Accedit quod pronomen ταύτης satis aperte docet, vocabulum φωνὴ referendum esse ad ea quæ proxime præcesserunt, h. e. ad clamorem eorum, qui vehementius moti, affectus pleni, alta voce, peregrinis linguis precabantur. Etiam infra v. 14. φωνὴ de voce humana legitur. συνεχύθη] *obstupuit, perculsa est* multitudo, novitate rei; συγχεῖσθαι ut Lat. *confundi*, ingentem animi perturbationem indicat, ut 1 Macc. iv. 27. 2 Macc. x. 30. Hesychius: συγκέχυται, συνετάραχται. *Suidas*: συγχυθεὶς, συνταραχθείς. v. *Wetstenius* et *Lesmerus* ad h. l. ὅτι ἤκουον κ. τ. λ.] *cum sua quisque lingua*, vernacula, *eos loquentes audiret.* διάλεκτος] id. qd. γλῶσσα i. 19. ii. 4.

(7. 8.) *Omnes igitur obstupefacti sunt, et admirabundi invicem dixerunt: nonne hi omnes qui loquuntur Galilæi sunt? Qui fit, ut nos audiamus suam quisque linguam, in qua nati sumus?* Plerique interpretes in ea ver-

Digitized by Google

8 εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν
9 ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν; Πάρθοι
καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσο-
ποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν

santur sententia ut credant, auditores miratos esse, homines natione Galilæos, nullis vel itineribus vel literis excultos (iv. 13.) linguis peregrinis loqui. vid. *Storrius* Opuscc. Vol. iii. p. 174. et not. ad v. 4. sub lit. ι. At enimvero Galilæi pluribus mixti erant gentibus, inhabitabant Galilæam Ægyptii, Arabes, Phœnicii, Syri; erat hæc provincia mercatura clara, moribus expolita v. not. ad Matth. iv. 12. et Prolegg. Evangelio Joh. præmissa p. 34. Itaque linguæ peregrinæ a Galilæis addisci poterant. Interesse ergo etiam poterant illo die Pentecostes cœtui Christianorum, Galilæi linguarum peregrinarum scientia instructi, et Judæi exteri. Quomodo ergo Judæis qui concurrerant, miraculo esse potuit, Galilæos linguis peregrinis loqui? cur nulli eorum in mentem venit, in numero loquentium esse posse Judæos exteros? disci posse linguas peregrinas? Quæ fuerit admirationis caussa, Lucas ipse satis aperte declarat. Ita enim Judæos *religiosos* v. 11., loquentes inducit: ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Mirabantur ergo Judæi εὐλαβεῖς, Galilæos Deum celebrare linguis exteris. vid. not. supra ad v. 4. sub lit. η. Scilicet Γαλιλαῖοι h. l. *sectæ* potius, quam patriæ nomen est, ut verissime cum aliis (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) statuit *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 247. 1066. Omnes nimirum Christi sectatores, antequam Χριστιανοὶ dicerentur, audiebant *Galilæi*, quia sectæ auctor et primi ejus discipuli e Galilæa ortum duxerant v. *Relandi* Palæstina p. 184. Matth. xxvi. 69, 71. Joh. vii. 52. Act. xi. 26. Sensus igitur, est: nonne hi omnes sunt Judæi, Galilæorum sectam profitentes? et hi conantur linguis peregrinis atque profanis preces ad Deum mittere, ejusque laudes celebrare? vid. et not. ad v. 12.

(9.) Catalogus populorum qui h. l. exhibetur, ad ornatum pertinet, ut apposite monuit *Eichhornius* l. l. p. 248. Audierat Lucas variis linguis Christianos illo Pentecostes die Dei laudes celebrasse. Ut ergo lectoribus ostenderet, Judæos variarum regionum incolas linguis in his regionibus usitatis audivisse Christianos precantes, recensuit regiones inde ab ortu solis (*Parthiam, Mediam* etc.) usque ad occasum (*Libyam, Cyrenen*) inde a septentrione (*Cappadociam, Pontum* etc.) usque ad austrum (*Ægyptum*), in quibus Judæi tum habitabant, et unde tempore festi Hierosolymis advenæ exspectari poterant. Hunc populorum recensum non esse nimis urgendum, nec statuendum, ex omnibus gentibus h. l. nominatis nonnullos interfuisse auditoribus, et totidem diversis linguis Christianos locutos esse, vel inde patet, quoniam in pluribus provinciis nominatis eadem lingua in usu erat, ut in Phrygia, Pamphilia etc. lingua Græca, in Judæa et Mesopotamia lingua Syrochaldaica, in Parthia, Media, Elymaide, lingua Persica. Cæterum *Zieglerus* in *Gableri Journal für Theol. Literatur* B. 1. p. 155. (*Jahrgang* 1801.) sine omni idonea ratione suspicatur, hunc populorum catalogum ab aliena manu additum fuisse, et Lucam scripsisse: καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν, ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν, λαλούντων αὐτῶν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ.—Πάρθοι] Judæi in Parthia nati, ibique degentes. Parthia regio Asiæ, finitima Mediæ et Persidi. Justin. lib. 41. Procœm. *Parthi, Scytharum exules fuerunt. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur; nam Scythico sermone Parthi* exules *dicuntur*, vid. *Cellarii* Geogr. Ant. lib. 3. c. 18 sq. Ἐλαμῖται] *Elymais*, provincia ad sinum Persicum, pars Persidis, h. l. pro Persia ponitur, ut ap. Ies. xxi. 2. ubi οἱ ο'. habent: ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρεσβεῖς τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. add. 1. Macc. vi. 1. Joseph. Ant. i. 6. 4. Μεσοποταμίαν] *Mesopotamia*, regio Syriæ contermina, inter amnes Tigridem et Euphratem sita, Gen. xxiv. 10. dr. ארם נהרים vid. *Cellarius* l. l. lib. 3. c. 15. p. 547. Ἰουδαίαν] Spurium hoc nomen visum est haud paucis interpretibus cum antiquioribus tum recentioribus, qui non perspicerent, quomodo Lucas in recensu exterarum gentium, *Judæos* commemorare potuerit. Quare Tertullianus c. Judd. lib. 1. c. 5. p. 139. atque *Augustinus* c. Manich. c. 9. legerunt, *Armeniam*, et Theophylactus nomen Ἰουδαίαν omisit. *Er. Schmidius* reponi jussit Ἰδίαν, *Barthius* Adversar. lib. 5. c. 2. legendum conjecit Ἰδουμαίαν. *Hemsterhusius* probante *Valckenario* (v. *Valckenarii* Opuscc. Vol. ii. p. 276. ed. *Lips.* et Selecta e scholis *Valckenarii* T. i. p. 349.) Βιθυνίαν cum Θ in O ut N in ΔΑ sæpius transierit, et per Bithyniam quoque Judæi sparsi fuerint coll. 1 Petr. i. 1. Rectius plerique interpretes lectionem vulgatam, omnium codicum et versionum fide ac præsidio munitam,

Digitized by Google

Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον, καὶ τὰ μέρη 10
τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι,
Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν 11
λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ
Θεοῦ. Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον 12

retinendam esse censuerunt, atque monuerunt, Judæam commode memorari potuisse, cum dialectus incolarum Galilææ paulum diversa fuerit a dialecto civium Hierosolymitanorum et Judæorum reliquorum, vocabulum autem διάλεκτος non tantum significare *linguam* sed etiam *dialectum* h. e. ejusdem linguæ diversam rationem. Scilicet Lucas, qui v. 5. Judæos exteros tantum memorarat, significare etiam volebat, cives quoque Hierosolymitanos et Judæos, qui, ut supra vidimus, in religione tradenda et precibus faciundis ab usu alius linguæ quam sanctæ h. e. Hebraicæ veteris et Syrochaldaicæ maxime abhorrebant, audivisse Christianos linguis peregrinis precantes. *Heinrichsius* putat ex impetu orationis additam esse vocem alienam, neque adeo ad vivum resecandam. Καππαδοκία] *Cappadocia*, regio Asiæ, quæ Pontum Euxinum, Armeniam minorem, Ciliciam, Pamphyliam et Galatiam terminos habebat v. *Cellarii* Geograph. lib. 3. c. 8. p. 288. memoratur etiam 1 Petr. i. 1. Πόντος] regio sita ad oram Ponti Euxini, a quo nomen habebat v. *Cellarius* l. l. p. 271. *Pottus* ad 1 Petr. i. 1. Ἀσίαν] *Asia*. Cum memoratæ sint h. l. singulæ Asiæ partes, Cappadocia, Phrygia, Pamphylia; haud dubie per τὴν Ἀσίαν intelligenda est *Ionia* (cujus metropolis Ephesus erat) olim hoc nomine nuncupata, ut Act. vi. 9. xvi. 6. xx. 16. Judæis admodum frequentata v. Joseph. Ant. xii. 3. xiv. 17. xvi. 3. cf. *Schleusneri* Lexicon s. voc. Ἀσία] et *Grotius* ad 1 Petr. i. 1.

(10. 11.) τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην] *et Libyæ partem Cyrenaicam*. Libya, regio Africæ, Ægypto contermina, cujus partes fuerunt tres, *Libya* stricte sumpta, *Marmarica*, et *Cyrenaica*, quæ h. l. memoratur, cujus metropolis Cyrene s. Cyrenæ, quæ regio etiam dicebatur Pentapolitana, a quinque urbibus præcipuis in ea sitis, Ptolemaide, Apollonia, Arsinoë, Berenice, et Cyrene, v. Mela de situ orbis i. 4. 8. ibique *Vossius*. Plin. H. N. v. 5. Joseph. Ant. xiv. 7. 2. c. Apion. ii. 4. *Cellarius* Geogr. vi. 1. 1. οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι] *Romani advenæ*. Ῥωμαῖοι Judæi Romæ domicilia habentes, qui sedes Romæ fixerant. Sic Ἀντιοχεῖς qui Antiochiam habitabant ap. Joseph. c. Apion. ii. 11. ἐπιδημοῦντες] scil. ἐδῶ i. e. ἐν Ἱερουσαλὴμ coll. xvii. 21. ἐπιδημεῖν drr. ii, *qui peregre et extra patriam agunt*, sive alicubi ad tempus tantum commorentur, sive domicilium certum et stabile ibidem figant. Priori sensu h. l. legitur ap. Diod. Sic. p. 53. A. οἱ παραπιδημοῦντες τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας *Italici homines* in Ægypto *aliquamdiu commorantes*. al. Etym. M. ἔνδημος, ὁ μὴ ἀποδημῶν, ἐπίδημος δὲ ὁ ἀποδημῶν ξένος. vid. et *Münthius* ad h. l. Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι] *Judæi* nati et *proselyti*, gentiles Judæi facti; οἱ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότες scl. τῷ Θεῷ, ut Suidas explicat; proselytos æque ac Judæos offendebat usus linguarum peregrinarum. Nonnulli hæc verba ad Romanos antea memoratos referunt, alii rectius ad omnes gentes, quarum in antegressis mentio facta est; sed respiciuntur etiam his verbis *Cretenses*, insulæ Cretæ incolæ Tit. i. 12. et *Arabes*, postea nominati. Lucas, qui in hac recensione non magnam ordinis rationem habuit, rei intentus, et dicendi impetu abreptus, inseruit h. l. verba, quæ rectius ultimo loco posuisset. τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ] scl. πράγματα vel ἔργα sunt omnino *facinora admiratione digna*, deinde vero inprimis *beneficia divina magna et admiratione digna* vid. not. ad Luc. i. 49. celebrabant Dei laudes vel Psalmis, qui in istis diebus recitari solebant, vel propriis verbis et precibus, memorabant beneficia a Deo per Christum in vitam revocatum concessa et concedenda, læta augurabantur etc.

(12. 13.) ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν] *omnes obstupefacti et perturbati*: διαπορεῖν adhibetur de iis, qui consilii inopes sunt, ut quid statuant, judicent, quidve agant, quo se vertant, prorsus ignorant. Adjectum est hoc verbum, ut summa admiratio exprimeretur. τί ἂν θέλει τοῦτο εἶναι;] *quo tandem hoc est evasurum?* quo tandem hos Galilæos eorum novaturiendi libido rapiet, cum jam eo processerit eorum audacia, ut linguis peregrinis preces faciant et Dei laudes celebrent! Verbum θέλειν ut βούλεσθαι haud raro idem est quod μέλλειν, Philo de Opif. p. 31. C. οὐδὲ ἐκ τοῦ τυχόντος μέρους τῆς γῆς ἔοικεν ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν τὸν ἀνθρωποειδῆ τοῦτον ἀνδρίαντα πλάττειν ἐθελῆσαι, *non ex quavis terræ parte sumpta humo videtur Deus hanc humana specie statuam fictiurus fuisse*. v. *Reiskius* Animadvv. ad Auct. Grr. Vel. iv. p. 694. et *Læmerus* ad

Digitized by Google

13 λέγοντες· Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Ἕτεροι δὲ χλευάζοντες
14 ἔλεγον· Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί. Σταθεὶς δὲ Πέ-
τρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγ-
ξατο αὐτοῖς· Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερου-
σαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτί-
15 σασθε τὰ ῥήματά μου. Οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε,

13. ∽ διαχλευάζοντες.

h. l. (13.) ἕτεροι δὲ χλευάζοντες κ. τ. λ.] *alii contra irridentes dicebant: Sunt vini dulcis pleni.* Haud pauci statuunt, hos irrisores fuisse cives Hierosolymitanos, linguarum peregrinarum ignaros, ideoque eos dixisse: Non est quod miremini, vino se inebriarunt, hinc temere voces inanes effutiunt. Hæc vero explicatio vel propterea admitti nequit, quoniam inter linguas memoratas etiam Syrochaldaicæ, Græcæ, Romanæ mentio facta est. Sensus potius ita constituendus: non novaturiendi studio ducti id agunt, ebrii sunt, hinc ita gestiunt, tanto ardore loquuntur, linguis peregrinis utuntur. χλευάζειν id. qd. γιλᾷν. Græcos scriptores his verbis promiscue uti, docuerunt *Münthius* et *Lœsnerus* ad h. l. Hesychius: χλευάζει, ἐμπαίζει, γιλᾷ. Pro χλευάζοντες plures optimæ notæ libri habent διαχλευάζοντες, quam lectionem *Griesbachius* recte in ordinem revocavit. Sæpius a librariis verba composita mutata sunt in simplicia vid. not. ad Marc. xiv. 40, 51. Luc. i. 29. vi. 49. xxiii. 33. γλεῦκος] est *vinum dulce*, ut sæpius. Sic legitur in Heduli versu ap. Athenæ. lib. 4. p. 176. D. Ἤδλει γλεύκους μεμεθυσμένα παίγνια Μουσῶν, *vino dulci plena canebat ludicra Musarum*; et ab interpretibus Alexandrinis Job. xxxii. 19. Hebr. יין redditur γλεῦκος. Cyrilli MS. Brem. γλεῦκος, οἶνος v. et *Harmar Beobachtt. über d. Orient* Th. i. p. 353.

(14.) Sequitur Petri oratio, quæ tantam habebat vim in admiratorum et irrisorum animos, ut ad Christi signa transirent, et ab iis admoniti atque edocti alii, eorum exemplum sequerentur, ita, ut tria millia hominum illo die in cœtum Christianorum aggregarentur. Esse autem summam tantum orationis Petrinæ allatam et plura omissa ab Apostolo tunc temporis dicta, e v. 40. patet. Quæ inde a v. 14. leguntur, eo redeunt: nos hic congregati, non ebrii, sed divino animi motu concitati sumus. Adest tempus Messianum, quo, ut Joel vates cecinit, vis divina efficacem sese in omnis generis hominibus præbebit, et omnes religionis ac pietatis studio incensi flagrabunt, quo hostes Messiæ pœnas luent, ejusque cultores felices erunt. Messias autem ille promissus, est Jesus in crucem actus et in vitam a Deo revocatus. σταθεὶς δὲ ὁ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα] *tum Petrus consurgens cum undecim* Apostolis, qui animo forti et impavido una cum Petro surgebant, ut in ipsis conspiceret multitudo quæ concurrerat, sectatorum Christi coryphæos. σταθεὶς *surgens*, ut Apoc. xi. 11. coll. v. 8, 9. ἐπῆρε τὴν φωνὴν κ. τ. λ.] (vid. iv. 24.) *eos ita allocutus est.* ἄνδρες Ἰουδαῖοι] id. qd. Ἰουδαῖοι vid. i. 4. in Judæa nati. καὶ οἱ κατοικοῦντες κ. τ. λ. *et vos omnes qui jam Hierosolymis versamini*; significantur Judæi exteri, qui ad festum concelebrandum Hierosolymam venerant v. ad v. 5. γνωστὸν ἔστω καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου] *hoc scitote, auribusque percipite.* Activum ἐνωτίζειν significabat *auribus accipere, audire jubere*, unde et Lactant. Institt. divv. c. xlv. 2. ex ἐνωτίζειν expressit verbum *inaurire*, sed non raro vim habebat Medii ἐνωτίζεσθαι *auribus accipere, audire.* Suidas: ἐνωτίζω, αἰτιατικῇ, τὸ ἀκούω· καὶ ἐνωτίσαι (Num. xxiii. 18.) ἄκουσον, εἴσω τῶν ὤτων γενέσθαι ποίησον. Lex. Cyrill. MS. Brem. ἐνωτίσασθε· ἀκούσατε. Hesychius: ἐνωτίζου, ἐν τοῖς ὤτοις δίχου. In versione Alexandrina ἐνωτίζεσθαι respondet verbis הַאֲזִין Gen. iv. 23. Job. xxxiii. 1. הטה Job. xxxii. 11. הקשיב Jer. iii. 6. שמע Ies. xliv. 8. Ex Hebraico verbo verbo האזין Alexandrinos Judæos effinxisse verbum ἐνωτίζεσθαι, quo veteres scriptores Græci non usi sunt, statuerunt *Reinesius* Epp. ad *Joh. Vorstium* ep. 14. p. 39. *Fesselius* Adversarr. Sacrr. lib. 8. c. 1. p. 209. alii; sed hanc vocem e sermone illius ætatis communi et quotidiano petitam esse, et obtinuisse apud Græcos jam, antequam Græci interpretes versionem suam adornarent, præclare docuit *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 10 ss. ed *Fisch.* add. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 694. Recentiores scriptores, Gregorius Nazianzenus (v. *Reinesius* l. l.) Cinnamus (v. *Palairetus* ad h. l.) Josephus Genesius (v. *Reinesius* l. l.) Zonaras Chron. p. 108. 48. T. i. alii, hoc verbo tantopere delectati sunt, ut illud etiam verbo ἀκούειν prætulerint.

(15.) οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε κ. τ. λ.] *non, ut vos arbitramini, hi ebrii sunt, est enim hora diei tertia.* οὗτοι loquitur Petrus in tertia persona, ipsum defendebat oratio sua. ὥρα τρίτη hora nostra matutina nona,

Digitized by Google

οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας· Ἀλλὰ 16
τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ· Καὶ ἔσται 17
ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, (λέγει ὁ Θεὸς,) ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ
Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ
υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν
ὁράσει ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθή-
σονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δού- 18

17. ∼ ἐνυπνίοις.

solennis precandi hora. Sufficiebat Petro, ut retunderet Judæorum calumniam, argumentum desumptum a consuetudine eorum, ante matutinas preces, usque ad horam nonam, et diebus festis, usque ad horam sextam, nostram duodecimam, a cibo potuque abstinendi. Hic mos diligenter observabatur ab omnibus, quibus ulla religionis reverentia erat. Berachot fol. 28. 2. *non licet homini gustare quicquam, antequam oraverit orationem suam* v. *Lightfootus* et *Wetstenius* ad h. l. et Josephus in vita sua refert, concionem, quæ diebus sabbati in synagoga sive proseucha (v. ad xvi. 13.) convenerat, non dimitti solitam ad prandium, nisi hora sexta, nempe post preces factas. Verba sunt: κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν οὖν ἡμέραν συνάγονται πάντες εἰς τὴν προσευχήν· οὐκ ἠρίσκετο δὲ τοῖς λεχθεῖσιν τὸ πλῆθος, καὶ πάντως ἂν εἰς στάσιν ἐχώρησαν, ἢ μὴ τὴν σύνοδον διέλυσεν ἐπιλθοῦσα ἕκτη ὥρα, καθ' ἣν τοῖς σάββασιν ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμον ἐστὶν ἡμῖν. Apud gentiles quoque dedecori fuisse, interdiu ebrium procedere patet ex Plauti Pseud. v. 2, 6. et Senecæ Epist. 122.

(16—18.) Laudatur locus Joëlis iii. 1—5. memoriter; verba enim neque textui Hebraico, neque versioni Alexandrinæ omni ex parte respondent. In textu Hebraico legitur: והיה אחרי כן, quæ verba Alexandrini interpretes reddiderunt: καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα. sed Petrus usus est verbis: καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. In versione septuagintavirali legitur: καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, eundem ordinem servat quoque textus Hebraicus, sed Petrus inverso ordine hæc verba laudavit. Hebraicam vocem הצעירים interpp. Græci expresserunt δούλους μου, quos Petrus secutus est; sed pro δούλας μου in textu Hebraico et versione Alexandrina simpliciter legitur δούλας. Verba καὶ προφητεύσουσι Lucas adjecit. Quæ denique v. 19. leguntur, Alexandrini, textum Hebraicum pressius secuti, reddiderunt: καὶ δώσω τέρατα ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, αἷμα κ. τ. λ. De loco Joëlis cf. *Tychsenii* illustratio vaticinii Joelis c. iii. Götting. 1788. 4. *Eckermani Theolog. Beyträge* St. 2. p. 94. *Justi, Joel neu übersetzt u. erläutert* Lips. 1792. et *Rosenmülleri* Scholia P. 7. Vol. i. Lips. 1812. Continet locus Joëlis regni Messiani descriptionem poëticam. Postquam nimirum propheta vastationem terræ per locustarum agmina deploravit, et populares suos cohortatus est, ut pœnitentiam agerent, iis ad meliorem frugem reversis promittit fertilitatem terræ et feliciora tempora ii. 18 ss. atque huic promissioni annectit descriptionem ætatis aureæ, temporis Messiani c. iii. 1 sqq. Prophetæ V. T. cum tempus illud describebant, verba etiam faciebant de vindicta, quam Deus illo ipso tempore sumpturus esset de Judæorum hostibus. Hinc Joel quoque c. iii. 3, 4. memorat victorias de hostibus reportandas, initia regni Messiani prægressuras, atque de his victoriis uberius et copiosius c. 4. agit. Paucis tantum verbis earum c. 3. mentionem facit, nec ab iis dicendi initium capit, sed lectores in mediam rem rapit, loquitur de regno Messiano jam florente, atque regni illius cives describit tanquam homines rerum divinarum cognitione eximia præditos, religionis ac pietatis studio flagrantes ardentissimo, Deoque conjunctissimos. Petrus qui hunc Joëlis locum in rem suam transtulit, eum propterea laudavit, ut ostenderet Judæis qui convenerant, *ea quæ vidissent et audivissent* coll. v. 33., sacrum illum furorem quo correpti sectatores Jesu Messiæ linguis peregrinis precati essent, fiduciam qua præditi conspicerentur (καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας iv. 31.) pietatis sensus, quos verbis expressissent, læta rerum futurarum auguria, hæc omnia a vis divinæ efficacitate derivanda esse. *Hoc illud ipsum est quod Joel propheta cecinit,* ἀλλὰ τοῦτο ἐστὶ τὸ εἰρημένον κ. τ. λ. nunc eventu comprobantur, quæ Joel de temporibus Messianis prædixit, quæ nunc vidistis et audivistis sunt quasi prolusio eorum quæ jam evenient, instituetur regnum Messianum, vera religio longe lateque propagabitur, fervent animi pietatis studio, Messiæ adversarii pœnas luent, cultores vero ejus felices erunt.

Digitized by Google

λας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός
19 μου, καὶ προφητεύσουσι. Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ

καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις] *ultima ætate* i. temporibus Messiæ. ἔσται ex Hebraismo redundat v. *Glassii* Philol. S. p. 336. ed. *Dath. Vorstius* de Hebraismm. N.T. p. 605 sq. ed. *Fisch.* Formula ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις in versione Alexandrina respondet Hebraicæ formulæ באחרית הימים atque his vocibus proprie *futura tempora* significantur, ut adeo reddendæ sint: *tempore futuro, olim, aliquando* v. Gen. xlix. 1. Ies. ii. 2. Sed h. l. cum sermo sit de temporibus Messiæ, ἔσχατοι ἡμέραι sunt *ultima tempora.* Judæi enim qui sperarent Messiam prorsus aliam faciem orbi inducturum, et finem impositurum esse omnibus populi Judaica ærumnis et afflictationibus, tempora Messiana nominabant, *extrema, ultima* vid. ad Matth. c. 24. p. 644. et *Heinrichsii* Exc. 1. in Ep. ad Hebr. p. 225 s. Hic loquendi usus etiam in aliis locis librorum N. T. et in scriptis Rabbinorum deprehenditur. v. Hebr. i. 1. 1 Petr. i. 20. R. Nachman ad Gen. xlix. 1. *Extremum tempus omnium doctorum consensu sunt dies Messiæ.* ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου] *largiter effundam Spiritum meum.* ἐκ τοῦ Πνεύματος positum est pro τὸ Πνεῦμα coll. v. 33. ex Hebraici sermonis consuetudine. Hebræi enim particula מ ita utuntur, ut accusativum efficiat v. *Noldius* Concordd. Particc. p. 470 sq. *Tymp.* Πνεῦμα Θεοῦ indicat *vim divinam* et *vis divinæ efficientiam, et effectus* vid. not. supra ad v. 4. et Joh. xiv. 17. H. l. formula ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου omnino exprimitur sententia hæc: operabor in omnibus hominibus (Luc. iv. 18.), vis divina sese in iis efficacem præbebit. Quomodo vero ea efficacem sese præbitura sit, verba sequentia declarant. Alii verbis ἐκχεῶ κ. τ. λ. notionem justo arctiorem subjecerunt, atque ea interpretati sunt vel, de plena accurataque Dei cognitione et cogitandi ratione huic cognitioni consentanea; vel, de pietatis studio ardentissimo. Ἐκχέειν ut שפך Joël l. l. Hos. v. 10. Zeph. iii. 8. per translationem adhibetur de omnibus rebus quæ largiter et abunde præbentur v. Tit. iii. 16. Sir. xv. 11. ἐξέχυεν ἐφ' αὐτοὺς τὸ ἔλεος αὐτοῦ. add. xvi. 11. xviii. 11. Schol. min. ad Homer. Il. ι'. 618. ἔχυτο δαψιλῶς ἔτεμψαν, ἐπέχυτο ἀδρόως· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν. Virg. Georg. ii. 460. *fundit humo facilem victum justissima tellus.* πάντες] intelliguntur cives regni Messiani, sine discrimine omnes. καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν κ. τ. λ.] *ut filii vestri et filiæ afflatu divino loquantur, juvenes vestri visa et seniores somnia habeant.* προφητεύειν quod alii explicant: *laudes divinas carminibus celebrare* (de quo significatu vid. not. ad Luc. i. 67.) alii, *eventa futura prædicere,* rectius latiori sensu h. l. sumitur, ita, ut sit, *afflatu divino loqui, prophetarum more res sacras eloqui,* v. *Schleusneri* Lex. sub v. προφητεύειν n. 5. *Koppii* Exc. 3. in Ep. ad Ephes. p. 151 sq. *Dahl. Amos neu überseizt u. erläutert* ad ii. 11. p. 100 sq. ὁράσεις ὄψονται, ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται] respiciuntur his verbis visiones et somnia, quibus Deus prophetis voluntatem suam patefecisse legitur, et sensus horum verborum est: Deus eos ut olim prophetas vario modo monebit, edocebit, familiaritate sua eos dignabitur v. *Tychsenius* ap. *Rosenmüllerum* ad Joëlis l. l. Prophetæ Hebræorum rerum divinarum scientia, pietatisque studio acri et perpetuo eminebant, et ministri ac familiares Jovæ credebantur, hoc sensu etiam Abrahamus dicitur נביא Gen. xx. 7. Memoratur porro haud uno in loco librorum sacrorum tanquam singulare favoris divini documentum, quod variis temporibus Deus prophetas nonnullos, voluntatis suæ interpretes excitarit. Quæ si quis apud animum suum reputet, videbit inesse verbis hujus versus sententiam hanc: illa ætate aurea non aliquot tantum prophetæ existent, non aliquot tantum Deus accuratius edocebit, sed omnes, ut olim prophetæ, rerum divinarum scientia excellent, pietatis ac sanctitatis studio ardentissimo flagrabunt, Deoque conjunctissimi erunt. ὁράσεις visiones quæ vigilantibus contingunt vid. ad Matth. c. 4. p. 102. ἐνύπνια visiones nocturnæ. (18.) *Quin etiam super servos meos et servas effundam Spiritum meum.* Poëta per singula descendit, senes, juvenes, servi, servæ sunt distributio poëtica, nec adeo per servos et servas, ut interpretes haud pauci statuunt, cultores Dei cujusvis sexus notantur; imo significatur servile genus hominum, sed servi *mei,* servæ *meæ* sunt, vel me colentes, vel mihi cari, caræ; etiam hoc hominum genus mihi carum erit. καί γε] *quin etiam,* ut ap. Æl. H. V. i. 14. al.

(19. 20.) Tristia vero tempora, illa lætiora, auream illam ætatem præcedent. Prodigia, v. 19 et 20. memorata, ad ornatum pertinent, eorumque ideo mentio facta est, quoniam per τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου significatur tempus cum maxime clamitosum. Erat enim communis Hebræorum, Græcorum Romanorumque opinio ejusmodi prodigiis, qualia hoc loco commemorantur, calamitates publicas, civitatumque interitus portendi, hinc etiam terræ motus, obscurationes solis et lunæ, poëtis Hebræorum aliarumve gentium, solennes imagines sunt temporis max-

Digitized by Google

ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη 20
εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ
ἐπιφανῆ. Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα 21
Κυρίου, σωθήσεται. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λό- 22
γους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ
ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις οἷς

ime calamitosi v. Amos viii. 9. Ies. xiii. 10 ss. xxxiv. 4. Lucan. Pharsal. i. 524. portenta enumerans, quæ bellum civile præsagiverant, canit:—*Superique minaces Prodigiis terras implerunt, æthera, pontum. Ignota obscuræ viderunt sidera noctes, Ardentemque polum flammis, cœloque volantes Obliquas per inane faces, crinemque timendi Sideris, et terris mutantem regna cometen. Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno, Et varias ignis denso dedit aëre formas.* add. Livius Hist. xxii. 1. Virg. Georg. i. 463. vid. not. ad Matth. xxiv. 29. Luc. xxi. 25. ἀτμὶς καπνοῦ *vapor fumi*, i. e. fumus densissimus. In verbis: αἷμα, πῦρ, ἀτμίδα καπνοῦ, *Limborchius, Bengelius, Morus, Rosenmüllerus, Heinrichsius, Stolzius*, alii, cogitant de bellis, cædibus et incendiis. Sed Joëlis l. l. et h. l. sermo est de prodigiis, quæ tempus calamitosum, tempus vindictæ divinæ præsagiunt. Rectius igitur per *ignem* intelliguntur meteora ignita, corpora sulphurea et inflammabilia, quæ ardere et lucere solent; per *fumum*, crassi et atri vapores, qui e terra ascendunt, et solem lunamque obducunt, ut inde rubicundum (αἷμα) colorem accipiant, quod fieri solet in terræ motu vid. not. ad Matth. l. l. *Harmari Beobachtt. üb. d. Orient* Th. ii. p. 197. Cæterum vel ex hactenus dictis manifestum et clarum esse arbitramur, Joëlis verba quæ v. 19, 20. allata sunt, non esse cum nonnullis interpretibus ad ea referenda quæ v. 2. et 3. narrata leguntur. πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν—ἐπιφανῆ] *antequam venerit magnus et insignis Domini dies.* Vulgo per τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου intelligunt tempus quo Deus effusurus sit Spiritum suum. Plura tamen huic interpretationi obstant. Scilicet ἐπιφανὴς in versione Alexandrina Joëlis l. l. respondet Hebraico נורא h. e. *terribilis, horrendus*, quod Aquila Deut. x. 21. 2 Sam. vii. 23. Ps. lxxxviii. 8. expressit ἐπίφοβος. Sed Alexandrini interpretes hoc ipsum נורא plerisque in locis v. c. Judd. xiii. 6. 1 Par. xvii. 21. Joël ii. 11, Hab. i. 7. Mal. i. 14. transtulerunt ἐπιφανὴς h. e. *conspicuus, illustris, insignis, admirationis dignus*, quoniam participium נורא a verbo ירא derivandum putarunt v. *Fischerus* in Proluss. quinque, quibus varii loci libror. divinor. illustrantur (Lips. 1779. 8.) p. 33. et *Kofodius* Commentar. in Habaccuc. (Havniæ 1792. 8.) ad i. 7. Joëlis l. l. sermo est de tempore quo Deus de hostibus populi sui pœnam capturus esset, coll. iv. 2 ss. Itaque interpretibus Alexandrinis ἡμέρα ἐπιφανὴς est dies pœnis divinis insignis, dies quo Deus in Judæorum hostes graviter statuturus majestatem suam conspicuam reddet, ut adeo ἡμέρα ἐπιφανὴς quoad sensum reddi possit, *dies terribilis*, atque idem sit quod φοβερός. Jam cum ἡμέρα Κυρίου in V. et N. T. sæpius notet, *tempus vindictæ, tempus quo Deus judex sedebit* v. interpp. ad Hebr. x. 25. cum ἐπιφανὴς respondeat Hebr. נורא, cum Joëlis l. l. de tempore calamitoso sermo sit; cum h. l. v. 19. memorata fuerint prodigia tempus calamitosum præcessura; cum v. 21. sequatur: πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται· per τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ *tempus calamitosum*, tempus quo Deus in Judæos impios Christianæ religionis adversarios graviter statuturus, eorum impietatem et contumaciam templi urbisque excidione ulturus sit (Matth. 24.), intelligi debere, ita certum esse arbitramur, ut recte dubitari a nemine ullo pacto posse videatur.

(21.) καὶ ἔσται πᾶς—σωθήσεται] *quicunque vero Domini nomen invocaverit, servabitur.* Vocabulum ὄνομα personarum nominibus junctum ex Hebraica ratione redundat ut Act. iii. 16. ix. 14. 1 Tim. vi. 1. 1 Cor. i. 2. coll. Rom. x. 12. 2 Tim. ii. 22. et ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον notat: Deum colere v. Ps. lxxix. 6. Zach. xiii. 9. Ies. lxv. 1. h. l. ex mente Petri, Jesum Messiam agnoscere, ejusque doctrinam amplecti ut 1 Cor. i. 2. σωθήσεται *liberabitur*, a persecutionibus et calamitatibus Judæorum vid. not. ad Luc. xxi. 28. Matth. xxiv. 33, 43.

(22.) Quod Deus in nobis operetur, in nobis vis divina se efficacem præbeat, atque Joëlis effatum jam eventum habeat, debemus Jesu Messiæ, quem vos in crucem egistis, quem vero Deus in vitam revocavit, cujus ope Spiritus S. effusus est v. Luc. xxiv. 49. Joh. xiv. 16, 26. xv. 26. coll. infra v. 33. Hoc est reliquæ orationis Petrinæ partis argumentum. Id vero pertractavit hunc in mo-

Digitized by Google

ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ
23 οἴδατε, Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ
Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες

dum: Jesum, quem vos in crucem egistis, Deus in vitam revocavit, fieri non poterat, ut morti obnoxius teneretur v. 22—24. nam in Deo spem suam reponebat, et Messias erat. Hanc vero sententiam Petrus ita exornavit, ut laudarit Davidis verba Ps. xvi. 8 ss. eaque ad Jesum retulerit v. 25 sqq. Tum v. 33. pergit: hic ergo Jesus, quem Deus in vitam revocatum ad summam dignitatem evexit, tribuit nobis Spiritum S., de eo valent verba Ps. cx. quæ ipsi ad Messiam referre soletis v. 34, 35. persuasum ergo vobis sit, Jesum in crucem actum, esse Messiam v. 36. Ἰεραηλῖται nomen honoris, quo gloriabantur Judæi v. 2 Cor. xi. 22. ab *Israele* vero, non a *Jacobo* nomen ducebant, quia illud a Deo ipso traditum Jacobo dicitur Gen. xxxii. 28. ut esset gratiæ divinæ symbolum v. *Koppius* ad Rom. ix. 4. De voce Ναζωραῖος *Nazaræus* v. not. ad Matth. ii. 23. Petrum nominasse Jesum *Nazarænm*, quod Judæi eum per contemptum ita nominare consueverint, v. Matth. xxvii. 71. coll. Joh. i. 47. Act. 24. 5. *Beza*, *Heumanus*, *Wetstenius*, *Heinrichsius*, alii, contendunt. Ego vero ad eorum partes accedo, qui statuunt, Jesum a Petro propterea dictum esse Nazaræum, quod hoc nomine notus esset, ut Marc. xvi. 6. Joh. xv. 5. Act. iii. 6. x. 38. vid. not. ad Joh. i. 45. xix. 19. ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον—οἴδατε] *virum a Deo inter vos comprobatum multis ac variis insignibus factis, quæ Deus per eum inter vos edidit, ut ipsi nostis.* Post Θεοῦ, *Kypkius*, *Heinrichsius* al. interpungunt, et subintelligunt ὄντα εἰρεν *divinitus missum*; cujus tamen supplementi nulla idonea ratio apparet, imo quæ sequuntur: οἷς ἐποίησεν δι' αὐτοῦ ὁ Θεός, satis dilucide docent, verba: ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένος conjungenda esse; sed ἀπὸ τοῦ Θεοῦ positum est pro ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, quæ duæ præpositiones frequenter inter se permutantur, ut Jac. i. 13. ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι. Joseph. Ant. vii. 14. 5. ἵνα γνῷ πᾶς ὁ λαὸς ἀποδεδειγμένον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς βασιλέα. vid. nos ad Matt. xi. 19. Obss. Miscell. Vol. iii. p. 427. Vol. vi. p. 298. *Dorvillius* ad Charite. p. 548. *Reizius* ad Lucian. de Gymnas. c. 20. et *Lœsnerus* ad h. l. Verbum ἀποδείκνυμι, de cujus notionibus variis vid. *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. inter alia notat: *probo, comprobo, demonstro, evinco*, ut xxv. 7. Xen. de rep. Athen. i. 1. τοῦτο ἀποδείξω *hoc demonstrabo*. Hæc significatio huic loco convenientissima est, atque adeo verbis ἀνὴρ ἀποδεδειγμένος εἰς ὑμᾶς κ. τ. λ. significatur *vir, a Deo multis et variis miraculis comprobatus, approbatus* (Vulg.) *von Gott beglaubigt*, doctor divinus, Messias Hebr. ii. 4. ἐκμαρτυρούντος τοῦ Θεοῦ. Jesus ipse quoque provocabat ad opera sua, insignia sua facta, ita, ut ex iis apparere declararet, se esse legatum divinum, Messiam v. Joh. x. 37. add. Joh. v. 36. ubi v. not. δυνάμεις, τέρατα, σημεῖα] sunt vocabula idem valentia, conjuncta, ut indicarentur multa et varii generis insignia facta, ut Joh. iv. 48. al. οἷς ἐποίησε pro ἃ ἐποίησε vid. ad Marc. vii. 13. Joh. iv. 39. ἐν μέσῳ ὑμῶν est simpliciter, *inter vos* v. ad Luc. ii. 46.

(23.) τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ—λαβόντες] *hunc certo Dei consilio ac decreto vobis concessum.* ὁρίζειν *definire, constituere, decernere.* Hesychius; ὁρίζει, ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει. v. Act. x. 42. Herodi. i. 6. 16. vi. 7. 11. i. 10. 11. et *Elsnerus* ad h. l. Itaque τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ est, *definito, certo, immutabili Dei consilio.* Luc. xxii. 22. ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον, *propterea quod definitum est s. ex decreto, voluntate Dei.* Vocabula βουλὴ et πρόγνωσις sunt synonyma. πρόγνωσις nonnulli explicant: *præscientia*, sed ut probe notavit *Krebsius*, orationis series postulat, ut *decretum, consilium* (1 Petr. i. 2.) reddamus. Nam quod Judæi et Romani impune vim et crudelitatem in Christum exercere potuerint, id non tam a *præscientia*, quam *decreto divino* pendebat. Hanc vero significationem vocabuli πρόγνωσις non solum usus loquendi Hebræorum, sed etiam Græcorum confirmat. Hebræi enim verbo ידע et Græci verbo γιγνώσκειν eo significatu utuntur, ut per metonymiam caussæ pro effectu notet: *decernere, constituere*, Herodi vii. 3. 4. εὐτυχῆς μᾶλλον γένοιτο scl. τοῦτο, *feliciter magis ita statuentes, quam prudenter.* Philo in Flacc. p. 966. B. ἐγνωκὼς ἀνθρώπου κατηγορεῖν *cum hominem accusare decreverit.* Lib. 1. d. Vit. Mos. p. 636. E. μετὰ τὴν μάχην ταύτην ἔγνω δεῖν τὴν χῶραν—κατασκέψασθαι, *post prœlium decrevit ad inspiciendam terram—mittendos esse*, v. *Barnesius* ad Eurip. Dan. v. 43. *Elsnerus* et *Lœsnerus* ad h. l. Cæterum his ipsis verbis: τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ κ. τ. λ. tacite respondet Petrus objectioni Judæorum, quos offenderet mors Jesu in cruce perpessa. Opponere ei poterant: si Jesus Messias fuit, quomodo in crucem agi potuit? cur Deus eum non tuitus est? respondet Apostolus: Judæi Jesum Messiam non ita tractare potuissent, nisi Deus hoc concessisset, e voluntate Dei mortem subiit. ἔκδοτος] dici-

Digitized by Google

ἀνείλετε. Ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου· 24

tur omnino *is, qui traditur*, nominatim, *qui hostibus et adversariis exposcentibus, ad supplicium, utque de eo pro arbitrio statuant, traditur*, et ἔκδοτον λαμβάνειν τινὰ est, *accipere aliquem*, vel *proditum ab altero*, vel *ullo modo deprehensum, in suam potestatem*. Hesychius: ἔκδοτος, προδιδομένος, ἀποδιδομένος. Sic in hist. Beli v. 26. rex dicitur Belum Danieli dedisse ἔκδοτον h. e. ut cum illo pro lubitu ageret, verba sunt: ἔδωκε τὸν Βὴλ ἔκδοτον τῷ Δανιὴλ, ubi ἔκδοτον δοῦναι id. qd. simplex ἐκδιδόναι (Herodo. ix. 86. Philo lib. 2. Alleg. p. 97. A.). Palæphat. f. 41. nolebat Admetus Acasto Alcestin ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι *exposcenti tradere*. Joseph. Ant. vi. 15. 9. Σάουλος γνωρίσας τὴν Δαυΐδου φωνὴν, καὶ μαθὼν ὅτι λαβὼν αὐτὸν ἔκδοτον ὑπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ τῆς τῶν φυλαττόντων ἀμελείας οὐκ ἀπέκτεινεν *Saulus, agnita voce Davidis, quod cum eum a somno, et negligentia custodum proditum, in suam potestatem accepisset, non tamen occiderit* B. I. iii. 7. 31. Θεὸς τὸν τῆς πόλεως λαὸν—πρὸς ἀπώλειαν ἔκδοτον φονεῦσιν ἐχθροῖς παρέστησεν, *Deus universum populum ad interitum dedidit hostibus cædium avidissimis*. Exempla plura alia congesserunt *Raphelius* Obss. Polybb. *Elsnerus, Kypkius, Krebsius, Münthius, Lœsnerus* ad h. l. In verbis autem ἔκδοτον λαβόντες διὰ χειρῶν ἀ. τ. λ. construendis et explicandis interpretes magnopere variant. *Limborchius* et *Wolfius* ἔκδοτον λαβόντες ad Deum referunt, cujus consilio id factum dicatur, qui quasi Christum Judæis tradiderit. Durius. Referenda potius sunt hæc verba ad Judam proditorem; accepefunt Judæi Jesum a Juda *traditum, proditum*, ἔκδοτον. Alii post ἔκδοτον distinguunt, et λαβόντες cum verbis quæ sequuntur conjungunt hoc sensu: *hunc certo Dei decreto traditum vobis, per manus impias* (Judæ proditoris) *accepistis*. Ita vero languida et frigida existit oratio, præterea etiam usus loquendi flagitat, ut verba ἔκδοτον λαβόντες conjungantur. *Beza* et *Casaubonus*, sine idonea ratione, διὰ χειρῶν ἀνόμων cum verbo ἀνείλετε construunt, *manibus sceleratis vos Judæi cruci affixum interimistis*, cum qui interficiendum curet, perinde reus sit, ac si sua manu interfecisset. Plerique tamen interpretes, ut *Grotius, Limborchius, Wolfius, Heymanus, Rosenmüllerus* etc. διὰ χειρῶν ἀνόμων ad Pilatum et milites Romanos referunt, quorum sententiæ subscribere nullus dubito. Etenim *gentiles* παρ' ἐξοχὴν dicuntur ἄνομοι, *qui legem Mosaicam non habent* νόμον μὴ ἔχοντες (Rom. ii. 12, 14.) ut 1 Cor. ix. 21. 1 Macc. ii. 44. Sed pro διὰ χειρῶν cum pluribus et optimis libris legendum est διὰ χειρὸς, vulgaris lectio e glossemate extitit, διὰ χειρὸς autem ut Hebr. יד simpliciter notat, *per*, gentiles. Ad προσπήξαντες subaudiendum est σταυρῷ. Jam vero verba sunt convertenda hunc in modum: *quem certo Dei consilio ac decreto proditum nacti, per gentiles, qui eum cruci affixerunt, sustulistis*. Cæterum non illi quidem manus intulerant Jesu, qui Petrum audiebant, nec tradiderant gentilibus, maxima pars auditorum Judæi exteri erant, sed, ut recte monuerunt interpretes, macula illa omni Judæorum genti adhærebat, hinc Petrus dicebat: ἔκδοτον λαβόντες ἀνείλετε.

(24.) *Quem Deus ab inferis excitavit, solutis mortis vinculis, quippe cum fieri non posset, ut ab ipsa vinceretur*, ut morte perpetua captus teneretur. Pro θανάτου in aliis libris legitur ᾅδου, probantibus *Millio* in Prolegg. §. 285. et 438. *Deylingio* Obss. Sacr. P. 3. c. 3. p. 267. atque *Griesbachio*, qui θανάτου pro interpretamento habent. Sensus idem manet, sive θανάτου legas sive ᾅδου, cum ᾅδης sæpius apud Græcos *mortem ipsam* designet v. *Deylingius* l. l. Verum cum vulgaris lectio plurium optimorumque codicum auctoritate confirmetur, ea omnino retinenda est, altera lectio ᾅδου e v. 27. et Ps. xviii. 6. ubi ὠδῖνες τοῦ ᾅδου memorantur, in hunc locum migrasse videtur. Vocabulum autem ὠδῖνες quod in versione septuagintavirali Hebr. חֲבָלִים respondet, proprie adhibetur de doloribus puerperæ 1 Thess. v. 3. deinde vero etiam usurpatur de doloribus acerbis et gravibus quibuscunque, et de calamitatibus atrocibus v. not. ad Matth. xxiv. 8. Verba quoque quæ h. l. leguntur λύειν et κρατεῖσθαι, ut omnino verba constringendi ab Hebræis et Græcis de doloribus frequentantur Job. xxxix. 2. ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἔλυσας, *dolores partus solvisti*. Lycophron. v. 1198. σφε ὠδῖνας ἐξέλυσε *se dolore partus exsolvit*. Ælian. H. A. xii. 5. τοὺς τῶν ὠδίνων λῦσαι δεσμοὺς, *partus dolorum vincula solvisse*. Mich. iv. 9. κατειρέατησαν σου ὠδῖνες ὡς τικτούσης, *tenuerunt te dolores tanquam parturientis*. add. Luc. xiii. 16. Hinc haud pauci interpretes verba ὠδῖνας θανάτου h. l. verterunt, *mortis dolores*. Cum vero mors finem cruciatibus Christi attulerit, quæsitum est, qua ratione dici possit, eum solutis *mortis doloribus* resurrexisse? Qua quidem ex difficultate ut sese exsolverent interpretes, varias vias ingressi sunt. Ac *Beza* quidem ὠδῖνας θανάτου ex Hebræorum loquendi consuetudine explicanda censet, ut significetur mors dolorum corporis et cruciatus animi plena, θάνατος ὠδινηρὸς, sicuti Matth. xxiv. 15. τὸ βδέλυγμα ἐρημώσεως sit idem quod ἐρήμωσις βδελυκτὴ *desolatio horrenda*. Rom. vii. 24. σῶμα τοῦ θανάτου id. qd. θνητόν. Et quamvis corpus, inquit

Digitized by Google

25 του, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν· Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ

Beza, in sepulcro jacens, omnis doloris atque adeo omnis sensus expers esset (cum vere ac certo Christus mortuus sit), tamen cum mors ipsa nihil aliud esse videretur, quam ipsorum cruciatuum ac dolorum quasi victoria ac plenum imperium, Christus merito dicitur tum demum dolores istos letales ac mortiferos superasse (οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ), cum mortuus mortem vicit, ut in æternum cum suis Deo vivat. Sed recte contra monuerunt *Deylingius*, alii, nullum fuisse amplius dolorem in morte ex qua Christus resuscitatus sit, mortem enim, exantlato crucis supplicio, omnium laborum finem fuisse. *Kypkius* intelligit dolores mortem antecedentes, exquisitissimos Christi cruciatus, quos et anima et corpore subierat. At enimvero sermo hoc loco est de statu ac tempore inter mortem Christi in crucem acti ejusque resuscitationem intermedio, et satis jejuna, hac interpretatione admissa, sententia procedit. Præterea explicationes alias longius petitas et contortas, quas qui nosse cupit, adeat *Wolfium* in Curis ad h. l. et *Deylingium* l. l. Præferenda est haud dubie sententia *Hackspanii* in notis philologg. ad Matth. xiii. 32. *Deylingii*, *Heumani*, *Fischeri* ad *Leusden*. de Hebraismm. N. T. p. 53. *Storrii* in Obss. ad Analog. et Synt. Hebr. p. 50. *Schleusneri* in Lex. h. v. *Boltenii*, aliorumque, qui per τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, *vincula mortis*, intelligenda esse statuunt, cum verba λύειν et κρατεῖσθαι proprie de vinculis adhibeantur, et hæc interpretatio orationis seriei convenientissima sit. Hoc quidem significatu vocabulum ὠδῖνες nusquam in libris scriptorum Græcorum comparet, sed referri debet in numerum eorum vocabulorum Græcorum, quibus nova et inusitata potestas tributa est ab interpretibus Alexandrinis, admonitu usus vocabulorum Hebraicorum. Scilicet Hebraicum vocabulum חֲבָלִים notat *dolores*, ut Ies. xiii. 8. Jer. xlix. 24. ubi LXX. habent ὠδῖνες. Sed hoc ipsum nomen Hebraicum significat etiam *funes*, *vincula*, et hæc est princeps ac propria hujus nominis notio. Alexandrini autem interpretes iis in locis, in quibus nomen חבלים hoc significatu occurrit, illud expresserunt modo σχοινία *funes*, modo ὠδῖνες. Nempe Ps. cxix. 61. verba חֲבְלֵי רְשָׁעִים transtulerunt σχοινία (funes) ἁμαρτωλῶν, sed Ps. xviii. 5. חֶבְלֵי מָוֶת *vincula mortis*; et v. 6. חֶבְלֵי שְׁאוֹל *vincula inferni*: converterunt, ὠδῖνες θανάτου et ὠδῖνες ᾅδου, legitur autem ibi in altero membro v. 6. מוֹקְשֵׁי מָוֶת *funes mortis*, quæ verba iidem interpretes reddiderunt παγίδες θανάτου. Sic quoque Ps. cxvi. 3. חבלי מות et 2 Sam. xxii. 6. חבלי שאול expresserunt ὠδῖνες θανάτου. Solebant autem Hebræi mortem comparare cum venatore retia tendente hominesque captante v. Ps. xci. 3. hæc eadem imago etiam locis hactenus laudatis et loco nostro inest. Petrus igitur locos illos V. T. respiciens usus erat verbis חבלי מות, Lucas autem secutus versionem Alexandrinam scripsit ὠδῖνας θανάτου, ita tamen, ut ipse quoque *vincula mortis* intelligeret. Hoc sensu etiam Syrus interpres vocabulum ὠδῖνας h. l. cepit, vertit enim ܚܒܠܐ (*chablo*), qua eadem voce Joh. ii. 15. expressit φραγέλλιον et Act. xxvii. 32. σχοινία. Itaque verba λύσας κ. τ. λ. reddi debent: *solutis vinculis quibus mors eum impeditum tenebat*, et intelligenda sunt de statu mortis, in quo Christus per triduum mansit, quasi vinculis constrictus. καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κ. τ. λ.] *fieri non poterat, ut morte teneretur*, talem enim Dei cultorem (τὸν ὅσιόν σου v. 27.) qualis Jesus erat, eundemque Messiam v. 31. spes sua in Deo reposita, se ab eo in vitam revocatum iri, fallere non poterat v. 27. valent de eo quæ Davides cecinit Ps. xvi. 8 sqq. προωρώμην κ. τ. λ.] v. 25. Alii verba explicant: eventum enim habere debebant vaticinia V. T. de Christi in vitam revocatione, quale extat Ps. xvi. 8 sqq. κρατεῖν] dicuntur Græcis superiores in quocunque certamine, ut docuit *Perizonius* ad Æl. H. V, ii. 4, 5. Suidas: κρατεῖν, νικᾶν.

(25.) Diversæ sunt interpretum de argumento Ps. xvi. a Petro allati sententiæ. Plerique Messiam ibi loquentem induci existimant, qui in afflictionibus, quibus urgeatur, fiduciam suam in Deo repositam declaret, deinde v. 4, 5. se Jovæ sacerdotem esse profiteatur, ac denique a Deo se in vitam revocatum, corpusque suum a corruptione servatum iri confidat. Alii contra, Davidis fata in illo carmine describi contendunt, ut *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ps. xvi. *Rupertius* über den 16ten Psalm, in *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 284 ss. et in Commentatt. Theologg. Vol. i. p. 109 ss. Vol. ii. p. 199 sqq. Qui priorem interpretandi rationem sequuntur, Petrum h. l. et Paulum infra xiii. 16 sq. Psalmi verba tanquam vaticinium proprie sic dictum laudasse statuunt. Sed carmen illud non de Messia agere sat evidenter demonstrarunt viri docti quos paulo ante laudavimus. Hæc enim interpretatio non respondet notioni Messiæ, quam sibi antiquiores Judæi informabant, qui Messiam cogi-

Digitized by Google

πάντος, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Διὰ τοῦτο 26

tabant regem potentissimum, qui hostes Judæorum omnes debellaturus esset, et hæc ipsa Messiæ notio haud dubie post Davidis mortem exornata est v. *Ziegler über Beweise fürs Christenthum u. Ursprung der Ideen vom Messias* in *Henckii Magazin für Religionsphilosophie etc.* B. 1. St. 1. p. 65 sqq. Seriori demum ætate Judæi Messiam sibi cogitabant prophetam, pontificem v. not. ad Joh. i. 29. p. 146. erantque inter Judæos sapientiores, qui existimarent, Messiam quo populum expiaret, moriturum, in vitam tamen rediturum esse vid. not. ad Matth. xx. 28. Luc. xxiii. 42. Multa præterea in hoc Psalmo occurrunt, quæ nonnisi contorte ad Messiam referri possint v. *Rupertius* l. l. Itaque Petrus et Paulus Psalmi locum accommodarunt, et sublimiori sensu ad Christum retulerunt v. *Behnius üb. die Lehrart Jesu u. seiner Apostel*, Lübeck 1791. *Eichhornii Allg. Biblioth.* B. 2. p. 947 ss. B. 3. p. 920. et *Eckermanus* in *Theologisch. Beyträgen* St. 2. p. 101 sqq. add. not. ad Matth. i. 23. Quæsiverunt porro interpretes, num Judæi quoque Petri tempore Psalmi verba ad Messiam retulerint? Qui hanc sententiam tuentur, statuunt Petrum ostendere voluisse, quæ Psalmi l. l. ipsi Judæi de Messia dicta censerent, eventum habuisse in Jesu Messia. His vero ita statuentibus recte opponi potest: si Judæi ipsi Psalmum de Messia explicuissent, non opus fuisset, ut Petrus pluribus demonstraret, sublimiori sensu illa verba de Messia esse capienda; nec vulgus Judæorum illa ætate credebat, Messiam moriturum esse v. ad Matth. xx. 28. Itaque Petrus qui ad Messiam, quem Jesum esse profitetur v. 32., Psalmi verba transtulit, non secutus est vulgarem carmen illud interpretandi rationem. Ita quoque judicavit *Schœttgenius* in Horis Hebrr. ad h. l. Ex Judæis, inquit, nemo, quod sciam, hunc Psalmum xvi. de Messia exposuit. Δαυὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτὸν] *Davides enim de eo cecinit.* Potuisset Petrus dicere, Jesus Messias erat, adeoque confidebat et certo confidere poterat, se a Deo in vitam revocatum iri, nec eum spes in Deo sita fefellit; sed quo fortius feriret auditorum animos, utebantur verbis e Psalmo xvi. depromptis. v. not. ad Matth. i. 22. p. 411. Præpositio εἰς h. l. ut sæpius, ita adhibetur, ut significet *de*, et obtineat vim præpositionis περὶ Diod. Sic. xi. 50. εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν λέγων· ubi v. *Wesselingius*. Pausan v. 22. τοιαῦτα δὲ ἕτερα ἔστι Πίνδαρος εἰς Θήβην τε καὶ εἰς Δία. Sic quoque Hebræi utuntur particula לְ v. Job. xlii. 8. Ez. xxi. 33. cf. *Glassius* Philol. S. p. 456. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Formulam λέγειν εἴς τινα τι in N. T. etiam ita usurpari, ut notet, verbis uti, quæ non proprie quidem de aliquo agant, sed ad illum accommodari possint, planissime docet locus Eph. v. 32. ab *Eckermano* allatus, ubi verba sunt: ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, eamque hoc sensu etiam nostro loco capiendam esse, ex iis quæ hactenus a nobis disputata sunt, et omni orationis serie sat luculenter apparere arbitramur. Inest ergo verbis sententia hæc: valent de Christo sensu sublimiori, quæ proprio sensu de Davide Ps. l. l. dicta sunt. προορώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς] *semper Deum ob oculos habeo*, h. e. grata benignæ opis divinæ memoria semper animo meo obversatur, præcessit enim Ps. xvi. 7. *gratias Deo ago qui mihi consuluit.* ὅτι ἐκ δεξιῶν κ. τ. λ.] *nam a dextra mihi est*, i. me adjuvat, *ne commovear.* Locutio ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶ desumpta est a judiciis et foro, ubi amici, παράκλητοι (v. ad Joh. xiv. 16.) ad dextram ejus qui in jus vocatus erat stabant v. Ps. cix. 31. Pro ἵνα μὴ σαλευθῶ in textu Hebraico legitur: בַּל אֶמּוֹט *non vacillabo.* Verbum מוט frequentatur in libris V. T. de iis, qui in discrimen aliquod sive periculum adducuntur, atque haud raro idem est quod נפל *cadere*, ut antecedens positum sit pro conseq. et tropice notet: *interire, calamitatibus succumbere, ab hostibus vinci*, ut Ps. xiii. 5. xxxviii. 17. coll. v. 13. Ps. xlvi. 6. et Ps. xvi. 8. Eodem fere modo etiam h. l. abhibitum extat verbum σαλευθῶ, *ne cadam, ut interire non possim.* Proprie autem σαλεύειν usurpatur de navibus, quæ fluctuum ventorumque vi huc illuc jactantur, Moschopulus: σαλεύειν κυρίως ἐστὶ τὴν λέγουσι, ὅταν ὑπ' ἀγκύρας κατῶσι, καὶ ἀστατοῦσι ὑπὸ τῶν κυμάτων παρεκτεινόμενοι. add. Pollux i. 114. hinc transfertur ad quemvis motum et agitationem, unde sæpius occurrit de terræ motu v. τοὺς σ'. Ps. xvii. 9. Act. iv. 31. cf. *Bosius, Kypkius* ad h. l. *Carpzovius* ad Hebr. xii. 27. *Elsnerus* ad Act. xvii. 13. et Hebr. l. l. ad homines translatum, ponitur de iis, quorum animus metu, curis ac sollicitudine perturbatus est ut 2 Thess. ii. 2. Judith xii. 15. ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. 1 Macc. vi. 8. ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα. v. *Elsnerus* ad 2 Thess. l. l. atque hoc sensu etiam h. l. nonnulli interpretes verbum accipiendum esse existimant, qui adeo vertunt: *ne animum abjiciam in afflictionibus meis.* Sed interpretatio supra proposita et h. l. et Ps. l. l. orationis seriei convenientior est.

(26.) *Quare animus meus gaudet, et lætatur lingua mea, præterea etiam corpus meum securе quiescet.* διὰ τοῦτο] *propterea*, quoniam

Digitized by Google

εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· 27 ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν

tu mihi auxilium præstas. εὐφράνθη] in aliis libris legitur ἠϋφράνθη. "Nil interest sive scribatur εὐφράνθη, sive ἠϋφράνθη, quæ scriptio videtur nonnullis accuratior. Verum in talibus non in sermone tantum quotidiano, sed et scribentes Græci augmentum omittebant, quia syllaba natura longa incapax erat augmenti. Propterea scribebant Attici a v. ἀναλόω imperfectum ἀνάλουν. Aoristum ἀνάλωσα, non ἀνήλουν, ἀνήλωσα, quia syllaba erat natura sua producta." Selecta e scholis *Valckenarii* p. 360. ἡ καρδία μου] Psalmi loco כְּבוֹדִי quod prop. esset *gloria mea*, ἡ δόξα μου, Alexandrini autem interpp. ut Vulg. Arab. habent ἡ γλῶσσά μου, videntur ergo legisse לְשׁוֹנִי *lingua mea lætitiam eloquitur*. Etenim non possum adstipulari *Bucero* (v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. l. l.) et *Michaëli* (*Kritisches Collegium über die drey wichtigsten Psalmen von Christo, den* 16*ten*, 40*sten u.* 110*ten. Frnf. et Götting.* 1759. 8.) p. 163. suspicantibus, *linguam* dictam esse כבוד, quod sit nobilior pars corporis, qua homo maxime bestiis excellat; iis enim in locis, quos ad hanc significationem confirmandam attulerunt, Ps. xxx. 13. cxviii. 2. nomen כבוד satis commode explicari potest *animus*, quo significatu aliis quoque in locis pluribus recurrit v. Gen. xlix. 6. Ps. iv. 3. vii. 6. lvii. 9. Hæc igitur significatio etiam hoc Psalmi loco nomini כָּבוֹד tribuenda est. Scilicet כבד a כָּבוֹד *gravis fuit*, ut Arab. كبد adhibetur de *animo*, utpote potiore et digniore hominis parte, atque adeo idem est quod נפש v. *Aurivillii* Diss. ad Gen. xlix. 6. *Michaëlis* l. c. et in Supplementis ad Lexx. Hebrr. p. 1199. 1200. Sed Ps. xvi. 9. vocabula לִבִּי (*cor meum*) כְּבוֹדִי (*animus meus*) et בְּשָׂרִי (*corpus meum*. Phil. i. 20. σῶμα) vim pronominis obtinent, ut sæpius, adeoque exprimenda sunt: *ego lætor*, (quæ sententia poëtarum Hebræorum more aliis verbis repetitur) *ego exulto, habitabo* sive *quiescam securus*. Verbum שכן proprie notat: *quievit* (1 Par. xvii. 9.) deinde, *quievit noctu, dormivit*, tum etiam *habitavit, commoratus est*; quare Ps. l. l. ultima verba reddi possunt vel: ego tutus ab omni malo habitabo i. e. omnino, tutus ero, nil mihi mali eveniet, vel: dormiam secure, ab omni periculo tutus id. qd. בְּשָׁלוֹם אִשְׁכְּבָה Ps. iv. 9. Hæc vero ultima verba: *corpus meum secure quiescet*, hoc nostro Lucæ loco aliter interpretanda sunt. Etenim cum Petrus ea transtulerit ad Jesum, Messiam, in vitam revocatum; in ejus oratione urgendum est nomen σὰρξ *corpus*, oppositum animo coll. v. 27, 31. Verbum κατασκηνοῦν ut Hebr. שכן significat *habitare, commorari*, etiam *quiescere*, unde et Judæi Alexandrini שכן Ez. xvii. 23. reddiderunt verbo ἀναπαύσεται et Symmachus Ex. xxiv. 6. ἐπαναπαύειν. Itaque verba: καὶ ἡ σάρξ μου κ. τ. λ. reddenda sunt: *corpus meum salvum et illæsum, tutum a putredine commorabitur* s. *quiescet* nempe in sepulcro, nam sequitur v. 27. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν] et v. 31. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Formula ἐπ' ἐλπίδι respondet Hebr. לָבֶטַח atque notat: *secure*, ut Prov. i. 33. ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. add. Ps. iv. 10. Judd. xviii. 7. Ies. xxxii. 9. etc.

(27.) *Nam non relinques animam meam in orco, nec cultorem tuum putrescere patieris.* εἰς ᾅδου] ᾅδης Hebr. שְׁאוֹל, *orcus*, locus subterraneus, sedes umbrarum piarum impiarumque v. not. ad Matth. xvi. 18. Luc. xvi. 23. εἰς positum est h. l. pro ἐν, ut sæpius v. ad Marc. i. 9, 39. ii. 1. Joh. i. 18. ix. 7. xx. 7. sed εἰς ᾅδου positum est pro εἰς ᾅδου οἶκον vel τόπον (i. e. εἰς ᾅδην quod in nonnullis codd. e glossemate legitur) sive ἐν ᾅδου οἴκῳ l. τόπῳ i. e. ἐν ᾅδῃ quæ formula Luc. xvi. 23. posita deprehenditur. Eadem elliptica dicendi ratione usus est etiam Xen. Œcon. extr. ὁ Τάνταλος ἐν ᾅδου λίγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν, φοβούμενος, μὴ δὶς ἀποθάνῃ· et Diod. Sic. p. 162, A. καταβῆναι εἰς ᾅδου παραδόξως ἐτόλμησε. Exempla plura hujus ellipseos congesserunt *Raphelius* in Obss. Xenophh. et *Münthius* ad h. l. οὐδὲ δώσεις *nec permittes*; διδόναι ut Hebr. נתן notat etiam *concedere, permittere, sinere, jubere*, v. *Krebsius* ad h. l. *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebraismm. N. T. p. 58. et nos ad Marc. x. 26. τὸν ὅσιόν σου] *me tuum cultorem*, corpus tui cultoris coll. v. 31. ἰδεῖν] ut Hebr. ראה significat quoque *sentire, experiri*, v. Ps. xxxiv. 13. lxxxix. 49. cvi. 5. ibique LXX. sed ἰδεῖν διαφθορὰν est, *corrumpi, putrefieri*, ut ἰδεῖν τὸν θάνατον, *videre, experiri mortem* est id. qd. *mori*, de qua loquendi forma Hebraica v. not. ad Luc. ii. 26. Pro vocabulo Hebraico שחת Psalm. xvi. 10. Alexandrini Judæi posuerunt nomen διαφθορὰ, et hanc eandem notionem Petrum quoque, qui Syrochaldaice loquebatur, vocabulo שחת subjecisse, ipsius argumentatio docet: quæ notio illi vocabulo seriori ætate tradita est, ea enim nusquam

Digitized by Google

ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· πλη- 28
ρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. Ἄνδρες 29

in textu Hebraico occurrit v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. xvi. 10. et not. infra ad xiii. 34. Sensus ergo verborum ex mente Petri atque Lucæ est: *tu me in vitam revocabis.* Sed verbis Psalmi xvi. 10., quæ Petrus ad Christum retulit, alius sensus inest. Scilicet verbum עזב, pro quo h.l. legitur ἐγκαταλείπειν, cum particulam ל comitem habet, denotat: *committere, tradere*, ut Ps. xlix. 11. atque adeo verba לא־תעזב נפשי לשאול sonant: *non trades me orco.* coll. Ps. cxviii. 18. Etenim נפשי ut לב centies loco pronominis ponitur. Pro חסידך in sing. *cultorem tuum, Fischerus* in Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 184 sqq. *Rupertius, Rosenmüllerus*, alii, pluralem חסידיך legendum esse præcipiunt, ita, ut vel pluralem vim singularis obtinere existiment, vel eum reddendum esse putent, *cultores tuos*, qualis ego sum. Sed singularem Masorethæ ponendum jubent, atque hanc lectionem omnes versiones antiquæ tuentur, et plerique codices iidemque probatissimi exhibent. Recte igitur, meo judicio, præsertim cum et aliæ rationes accedant, maxima pars criticorum atque interpretum lectionem חסידך præferendam censet. Præcessit nimirum in membro priori נפשי, membrorum igitur concinnitas postulat, ut in posteriori membro singularis sequatur. Durior omnino interpretatio existit, sive חסידיך explicetur cultores tuos, sive pro plurali eminentiæ habeatur, et loci qui afferuntur, ubi nomina pluralia pro singularibus posita extant, nostro loco non similes sunt sed valde dissimiles. Neque lectio difficilior est omnibus in locis verior. v. ad Matth. xxiii. 25. et *Fischeri* Proluss. in Palæphat. p. 21 ss. Facile præterea ostendi potest, qui factum sit, ut lectio חסידך in textum irreperet. Nempe a festinante librarii manu *Jod* non ante, sed post Daleth scriptum est, ut Ps. xvii. 7. ubi חסיך pro חסיך Chald. Syr. et Arab. legerunt, vel illud Jod abundat, et pro matre lectionis habendum est, quam librarius more Judæorum, priusquam puncta adderet, pro Scheva posuit v. *Tychsenius* in *Repertor. für Bibl. u. morgenl. Literatur* Th. i. p. 170 ss. *Kœhlerus* ib. Th. ii. p. 83, 84. et *Michaëlis Oriental. Biblioth.* Th. ii. p. 237 sqq. Vocabulum שחת a rad. שחה vel שיח *descendere, immergi*, quod in altero membro legitur, et ab interpretibus Alexandrinis expressum est διαφθορὰ proprie notat, *locum depressiorem*, hinc *foveam*, tum vero etiam ut בור (de qua voce vid. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. xxviii. 1.) de *sepulcro*, vel *locis subterraneis, orco* adhibetur, ut Ps. xxx. 4. (*eduristi me* מן־שאול *ex orco, vitam mihi servasti* מיורדי־בור *a descendentibus in foveam* i. in sepulcrum, coll. v. 10. ubi legitur: quid lucri ex morte mea, ex me sepulto בְּרִדְתִּי אֶל־שָׁחַת *percipies? num pulvis*, corpus in sepulcro in cinerem redactum, *te prædicabit?*) Ps. xlix. 10. hinc etiam *interitum* significat ut Ps. lv. 24. ciii. 4. Job. xxxiii. 18. Jam Ps. xvi. 10. more Hebræorum, eadem sententia bis expressa est. In priori membro memoratur *locus*, שְׁאוֹל, non committes me orco, parallelismus membrorum igitur flagitat, ut in altero membro per שחת quoque intelligatur *locus*, atque adeo שחת explicetur de *sepulcro* s. *orco, locis subterraneis inferorum.* Sensus igitur verborum Davidis est: *longioris vitæ usuram mihi concedes, non succumbam hostibus meis.* Nam *videre sepulcrum* s. *orcum* idem valet quod mori. Minus accurate igitur plerique interpretes, cum versione septuagintavirali, cæterisque versionibus (excepta Chald. quæ habet שְׁחִיתָא *fovea*) vocabulum שחת explicant *corruptio, putredo.*

(28.) *Viam mihi ostendis, quæ in vitam reducat, summaque apud te versantem lætitia afficies.* In textu Hebraico legitur: תודיעני אֹרַח חַיִּים *doces me viam vitæ.* Horum verborum sensus esse potest: ostendis mihi viam, qua e vitæ periculis evadere possim, a porta inferorum me reducis (Ps. ix. 14.) vitam mihi conservas v. Ps. xxx. 4. lxxi. 20. Sic et Prov. vii. 27. *viæ inferni* sunt viæ quæ in orcum ducunt. Sed חי vel חיים Hebræus sermo etiam ita frequentavit, ut significaret *felicitatem* v. Ps. xxxvi. 10. xlii. 9. Hos. vi. 2. Prov. xv. 24.; quam rationem secuti N. T. scriptores eodem sensu usurparunt vocabulum ζωή, v. Luc. xii. 15. 1 Petr. iii. 10. cf. etiam *Rupertius* et *Rosenmüllerus* ad hunc Psalmi locum; atque hæc interpretatio ob membrorum parallelismum illi priori præoptanda est, ut adeo Davides his verbis sententiam expresserit hanc: tu me felicem reddis, victoriam de hostibus meis reportabo, liberatus calamitatibus, quibus nunc premor, feliciter regnabo. Petri vero orationis consilio convenienter hæc verba explicanda sunt: tu mihi vitam reddis, me a mortuis excitas. πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου] Psalmi l.l. legitur: שְׂבַע־שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ *saturatio gaudii*, i. e. gaudium maximum *est coram facie tua*; sequitur: *in dextra tua est lætitia perpetua.* Verba אֶת־פָּנֶיךָ explicant: in cultu, in religione tua (cum

Digitized by Google

ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πα-
τριάρχου Δαβὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα
30 αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης
οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ
καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ †τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν
31 Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, Προϊδὼν ἐλάλησε

30. † τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν.

pii homines coram Deo ambulare dicantur) vel, in templo tuo. Verum cum sequatur *lætitia est* בימינך *in dextru tua;* prius illud אתך simpliciter reddendum esse videtur *apud te*, ut hæc formula, et quæ sequitur בימינך idem significent, atque sensus sit: tu es auctor et dator lætitiæ, felicitatis summæ et perpetuæ. Petrus autem, recordatus dictorum Jesu Joh. xvii. 5. coll. infra v. 34. verba ita intelligi volebat: in vitam revocatus fruar apud te beatitate summa.

(29.) Jam in Psalmi locum Petrus commentatur, et ostendit, sublimiorem sensum verbis illis inesse, quo admisso, neutiquam ad Davidem, sed ad Jesum Messiam referenda sint. *Liceat mihi*, inquit, *libere ad vos loqui de Patriarcha Davide*, etsi Davides fuerit vir cum maxime pius (ὅσιος) eumque vos unice admiremini, tamen libere profiteri possum, nemo vestrum negare poterit, eum mortuum, et sepultum, et putredinem expertum esse coll. v. 27, 31. xiii. 37. illa igitur Psalmi verba, quæ commode quoque intelligi possunt de spe resurrectionis post brevem corporis in sepulcro commorationem, hoc sensu admisso, non ad Davidem, sed ad Jesum sunt referenda, qui resurrectione sua se Messiam declaravit. v. xiii. 35. ἐξὸν] scilicet ἔστω *liceat* l. *fas mihi sit*. Eadem ellipsis ap. Virgil. Æn. ii. 157. *Fas mihi Graiorum sacrata revolvere jura.* μετὰ παῤῥησίας] *ingenue, libere*, Diod. Sic. p. 345. B. τὴν συμβουλίαν ἐκτίθεσθαι μετὰ τῆς παῤῥησίας, *ingenua animi libertate sententiam suam edisserere.* Joh. vii. 13. πατριάρχης] Davides nuncupatur, quoniam auctor et caput familiæ regiæ Judæorum erat. Eodem fere sensu Tertullianus lib. 2. ad nationes c. 12. Saturnum vocat *patriarcham deorum.* καὶ ἐτάφη] *mortuus et sepultus est*, atque in putredinem ejus corpus abiit, hæc enim notio verbis simul inest coll. v. 27. xiii. 37. τὸ μνῆμα ἐν ἡμῖν] *in hac urbe nostra.* Alia sepulcra extra urbem erant v. ad Matth. viii. 28. Traditiones Judæorum de Davidis sepulcro a Johanne Hyrcano et Herode M. spoliato memoravit Josephus Ant. vii. 15. 3. xiii. 8. 4. B. l. i. 2. 5. cf. et *Michaëlis* ad h. l.

(30—32.) Petrum sensu tantum sublimiori Psalmum xvi. ad Christum trahere, atque argumentari more inter Judæorum doctores recepto, vel exinde quoque apparet, quoniam promissionem eam, quam Davidem accepisse h. l. refert, nempe Messiam ipsius successorem fore, [eum e stirpe ipsius proditurum esse] ille non acceperat v. ad v. 25. Sed Judæi illos V. T. locos, quos Petrus respicit 2 Sam. vii. 12. Ps. lxxxix. 5. cxxxii. 11. ad Messiam referebant. προφήτης οὖν ὑπάρχων κ. τ. λ.] *Sed cum vates esset, sciretque Deum interposito jurejurando ipsi promisisse, unum e posteris, ipsius regnum occupaturum esse* etc. προφήτης h. l. ut omnis verborum complexio docet, significat *eum qui futura prædicit.* Hoc nomine Davides insignitur, quoniam illa ætate Judæi plures Psalmorum Davidis de Messia ejusque fatis explicare solebant vid. *Hezelius* ad h. l. Hanc interpretationem confirmant sequentia verba καὶ εἰδὼς κ. τ. λ., quæ luculentius ostendunt, cur propheta nominandus sit. Participium προϊδὼν v. 31. conjungendum est cum verbo ἐλάλησε *prævidens* resurrectionem Christi *dixit*, i. simpliciter *prædixit, vaticinatus est*, προεφήτευσε. Sed hoc populariter dictum est, pro, *de resurrectione Messiæ vaticinatus esse putandus est*, np. Ps. xvi. Verba enim, quæ esse vel facere significant, quandoque pro rei opinione ponuntur, et intelligenda sunt φαινομένως, reputative v. *Glassius* in Philol. S. p. 229. nos ad Joh. xi. 50. Matth. xxvi. 12. Similis locus Matth. xv. 7. καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἠσαΐας ubi v. not. *Eckermannus* l. l. ad προϊδὼν subintelligit particulam ὡς, Davides ita de resurrectione locutus est ac si eam prævidisset. Sensum idem manet. Verba ὅτι οὐ κατελείφθη κ. τ. λ. cum præcedentibus copulanda sunt: *de resurrectione Messiæ vaticinatus est: ejus animam non esse in orco relictam, nec corpus ejus in putredinem abiise.* Sententia igitur verborum eorumque cohærentia hæc est: facile concedetis Psalmi xvi. verba recte referri ad Messiam, sublimieri sensu de Messia explicanda esse, nam Davides non in vitam rediit, et vosmet ipsi statuitis, Davidem, qui acceperit promissionem ex posteris ipsius Messiam proditurum esse (2 Sam. vii. 12.) in Psalmis etiam de Messia ejusque fatis cecinisse. Videamus jam de ver-

Digitized by Google

περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ¹ ἡ ψυχὴ
αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Τοῦτον τὸν 32
Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες.
Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ 33
ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν

31. † ἡ ψυχὴ αὐτοῦ.

bis reliquis. καὶ εἰδὼς] *et nosset*, nempe edoctus a Deo per Nathanem 2 Sam. vii. 12, 16. coll. Ps. cxxxii. 11. ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς] quando Deus in literis sacris jurasse dicitur, eo ipso declaratur, Deum esse mutationis et pœnitentiæ expertem v. Hebr. iii. 11. vi. 13, 17. inest ergo his verbis omnino notio hæc: *sanctissime promisit.* ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ] Ps. cxxxii. 11. quem Petrus in primis respexit, legitur מִפְּרִי בִטְנְךָ quæ verba Alexandrini Judæi expresserunt ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου· sed nomen ὀσφὺς in versione septuagintavirali respondet Hebr. חֲלָצַיִם Job. xxxviii. 3. et מָתְנַיִם Ex. xii. 11. ut adeo καρποὶ τῆς ὀσφύος proprie sit, *fructus lumborum.* Verum hæc vocabula cum de liberorum procreatione sermo est, inter se permutantur, atque formula nostra ex Hebræorum loquendi consuetudine significat: *ex ipsius posteris.* Verba: κατὰ σάρκα ἀναστήσειν κ. τ. λ. plerumque vertunt: *secundum humanam naturam Messiam nasciturum, ejusque regnum occupaturum esse.* Notant, ἀναστῆναι, ut verbum ἐγείρειν frequenter de nativitate adhiberi, ut sit: *sobolem excitare, nasci aliquem jubere,* veluti Matth. xxii. 24. 2 Sam. vii. 12.: καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου. Sed hæc ipsa verba: τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν omittunt A C D * * Barb. 1. Ed. Syr. Erp. Copt. Æth. Arm. Vulg. Ath. Cyr. Iren. Victorin. Fulg. in aliis libris post verba θρόνου αὐτοῦ legitur: ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα καθίσαι, alii omisso ἀναστήσειν post καθίσαι habent τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα v. *Griesbachius* ad h. l. Lectionem vulgatam defendunt *Lud. de Dieu, Wolfius, Heumanus,* alii. Sed eam improbandam esse, rectissime judicarunt *Bengelius, Millius, Schœttgenius, Griesbachius,* al. Ipsa enim scripturæ varietas et inconstantia interpolationem aperte prodit; non leguntur hæc verba Ps. cxxxii. 11. nec locis parallelis 2 Sam. vii. 12. Ps. lxxxix. 5. omissis verbis existit lectio difficilior, ostendi denique facile potest, quomodo vulgaris lectio orta sit. Silicet grammatici, cum legerent, Deum jurasse Davidi, ex posteris *ipsius* aliquem *regnum ejus occupaturum esse,* explicationis caussa adjiciebant: τὸν Χριστόν. Alii qui putarent Petrum e Ps. cxxxii. verbis probare voluisse resuscitationem Christi, *neque,* ut *Millius* probe monuit, *connexionem argumenti perspicerent, quo necessitas resurrectionis Christi e promissione sessionis ejus in throno Davidis inferebatur, ipsius resurrectionis* promissionem *addebant,* ita, ut apponerent verbum ἀναστήσειν, quod de Christi resurrectione v. 32. positum comparet. Alii vero emunctioris naris, qui viderent, Petrum, verbis Psalmi cxxxii. non nisi hanc sententiam exprimere voluisse: Davidem scivisse ex posteris ipsius Messiam proditurum esse, quique recordarentur verborum loci 2 Sam. vii. 12. καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, atque in textu reperirent insertum ἀναστήσειν, accipiebant hoc verbum de nativitate, et quo clarius appareret illud hoc sensu capiendum esse, adjiciebant, κατὰ σάρκα *quoad naturam humanam.* Jam vero omissis verbis illis insitivis, ad καθίσαι subaudiendum est τινὰ *aliquem,* regni successorem, nempe τὸν Χριστὸν coll. v. 31. Cæterum verba ἡ ψυχὴ αὐτοῦ plures optimæ notæ libri omittunt, probante *Bengelio, Millio, Griesbachio.* nempe e v. 27. in hunc translata sunt a grammaticis, qui etiam pro κατελείφθη rescripserunt ἐγκαταλείφθη, quoniam hoc ipsum verbum v. 27. extat.

(32.) τοῦτον τὸν Ἰησοῦν] Bene *Heinrichsius:* post τοῦτον subintelligendum Χριστὸν ὄντα, ut τοῦτον prædicati loco habeatur, Ἰησοῦν autem subjecti loco, proferaturque emphatice; suscitavit Deus *Jesum,* qui est hic Messias. Alii his verbis respici putant ad ea, quæ v. 22. leguntur, hunc Jesum supra descriptum, Jesum Nazarenum, quem vos interfecistis, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον κ. τ. λ.

(33.) τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς] *Jamque Dei dextra evectus,* ad summam dignitatem et majestatem, declaratus et constitutus Dominus et Messias (np. resurrectione et in cœlum reditu) v. 36. Phil. ii. 9 sqq. De verbo ὑψοῦν vid. not. ad Joh. viii. 28. Matth. xi. 23. τῇ δεξιᾷ scl. χειρὶ ut v. 31. cui formulæ Hebræi hanc subjecerunt vim, ut declararet *Dei potentiam* v. *Glassii* Philol. S. p. 937. Suidas: δεξιὰ Κυρίου· ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐνέργεια παρὰ τῇ θείᾳ γραφή. Nonnulli interpretes τῇ δεξιᾷ positum existimant pro εἰς vel πρὸς τὴν δεξιὰν, contra usum loquendi. Quoad sensum autem verbis τῇ δεξιᾷ τοῦ Θ. ὑψωθεὶς eadem sententia expri-

Digitized by Google

34 ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς
οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτός· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου·
35 Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον
τῶν ποδῶν σου. Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ,
36 ὅτι [1]Κύριον [||]καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν
Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.
37 Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν
Πέτρον καὶ τοὺς λοιπούς Ἀποστόλους· Τί ποιήσομεν, ἄνδρες

36, [1] καὶ. [||] ∼ αὐτὸν καὶ Χριστὸν.

mitur, quæ inest formulæ *sedet ad Dei dextram*, i. cum Deo regnat coll. v. 34. τήν τε ἐπαγγελίαν λαβὼν—τοῦτο] *Spiritum divinum, de quo promissum a Patre acceperat, effudit*, nobis impertitus est. τοῦτο scl. Πνεῦμα. Pertinent huc loci Johannei xiv. 16. *rogabo Patrem, ut alium vobis adjutorem concedat.* v. 26. *quem Pater mea caussa mittet.* xv. 26. *eum a Patre vobis mittam, qui a Patre conceditur.* Erat præterea Judæorum persuasio, nutu Messiæ populo suo prospicientis, jam olim magnas res gestas esse, hujusque instinctu vates oracula edidisse v. *Knappii* Opuscc. p. 26. intpp. ad 1 Petr. i. 11. et Prolegg. nostr. in Joh. p. 85 sq. Sententiæ autem summa est: nos Christo debemus dotes illas, quibus jam instructi sumus, illas vis divinæ effectiones, quibus gaudemus; ἃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε, *id quod nunc videtis et auditis*, vid. not. ad v. 16.

(34.) Petrus, ut accuratius explicaret verba: τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς, et quo acrius moveret auditorum suorum animos vid. ad v. 25. laudat verba Psalmi cx. 1, 2. quem quidem Psalmum Judæi ipsi oraculis Messianis annumerabant vid. not. ad Matth. xxii. 44. et intpp. ad Hebr. i. 13. οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς] Messiæ in cœlum abitum Davidis verba spectant, quæ vosmet ipsi ad Messiam revocatis. *Neque Davides cœlum adscendit;* in orco versatur. γὰρ est mera particula transeundi. *Michaëlis, Heinrichsius*, alii, opinantur Judæos illius ætatis, falsa interpretatione Psalmi xvi. deceptos credidisse, Davidem in cœlum sublatum fuisse. Quæ tamen conjectura idoneis rationibus destituta est; et ipsa versionis Alexandrinæ verba: οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην sensu prægnanti accipienda sonant: non derelinques me ita, ut morti jam concedam, jam in orcum descendam. Sensus autem verborum Petri h. l. est: Davides, ut nostis, non in cœlum abiit, de Messia autem, ut vosmet ipsi conceditis, Ps. cx. cecinit: κάθου ἐκ δεξιῶν μου κ. τ. λ. hæc ejus verba in Jesum Messiam valent. λέγει αὐτός] Interpretes ii, qui Psalmum cx. ad Davidem referunt, ut adeo Petrus carminis verba h. l. tantum accommodasse putandus sit, Davidem non auctorem Psalmi agnoscunt, sed Christum (Matth. l. l.) atque Petrum usum loquendi vulgarem et opinionem popularium suorum secutos esse statuunt; in eadem sententia sunt quoque plures eorum, qui Psalmum de Messia interpretantur, cum notio Messiæ post Davidis demum mortem exornata sit, quibus accedere nullus dubito. τῷ Κυρίῳ μου] Deus dixit Domino meo, Messiæ, quem colo et veneror. κάθου ἐκ δεξιῶν μου] *sede ad dextram meam*, mecum regna. Voc. ὑποπόδιον, *subsellium*, usi sunt interpretes Alexandrini, præter Ps. l. l. Ies. lxvi. 1. Thren. ii. 1. Athen. 5. p. 192. E. aliique recentiores v. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 199. nos ad Matth. v. 35.

(36, 37.) *Quare hoc universa gens Israelitarum certo cognoscat, Deum hunc Jesum, quem vos in crucem egistis, Dominum et Messiam constituisse.* Ordo enim verborum hic est: ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμ. ἐσταυρ. ὁ Θεὸς ἐποίησεν αὐτὸν Κύριον καὶ Χριστόν. Pronomen αὐτὸν ex Hebraismo redundat. ἐποίησε constituit eum, constitutum declaravit, per resurrectionem et in cœlum reditum. ποιεῖν *constituere*, de qua verbi vi ac potestate v. not. ad Marc. iii. 14. Joh. vi. 15.—(37.) ἀκούσαντες] scl. τοῦτο (v. *Besius* de Ellips. p. 490 sq. ed. *Schæf.*) nempe non tantum virum innocentem, sed ipsum adeo Messiam esse interfectum. κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ] *magna tristitia affecti sunt.* κατανύσσεσθαι prop. *compungi*, tropice notat, *acri dolore affici*, quo sensu in versione Alexandrina legitur Gen. xxxiv. 7. ubi Hebr. ויתעצב respondet, et usurpatur inprimis de sermonibus, qui animum valde afficiunt aut tristitiam animo incutiunt v. *Kypkius* ad h. l. Sir. 14. 1. καὶ οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτιῶν, *quippe non afficitur dolore propter peccata.* Hesychius: κατενύγησαν, ἐλυπήθησαν. Κατανύγητι, λυπήθητι. Κατανένυγμαι· λελύπημαι. Cum dolor perturbet animum, κατανύσσεσθαι significat porro, *obstupescere, de statu mentis*

Digitized by Google

ἀδελφοί; Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς· Μετανοήσατε, καὶ 38
βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύ-
ματος. Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις 39
ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται

dejici, vel præ mœrore Sir. xii. 12. vel etiam alia quavis de caussa Sir. xx. 21. *καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτοῦ οὐ κατανυγήσεται neque perturbatur ipsius animi tranquillitas.* ib. xlvii. 21. *κατενύγην ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ σου obstupui stultitia tua.* Susan. v. 11. *καὶ ἦσαν ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς ambo erant de statu mentis dejecti, præ admiratione* (formositatis), *præ amore illius.* Cum vero is dolor soleat esse vehementissimus, cum quis ita de statu mentis dejectus est, ut vox faucibus hæreat, ut sileat, factum est, ut hoc verbum usurparetur quoque eo significatu, ut notaret *silere*, Ps. iv. 5. *ἐπὶ ταῖς κλίναις ὑμῶν κατανύγητε.* Aquila ibi habet *ἡσυχάσατε.* Levit. x. 3. *κατενύχθη Ἀαρὼν*, ubi respondet Hebr. דמם *silere*, ut Dan. x. 15 verbo נאלם *obmutescere.* Suidas: *κατανυγῶ· ἀντὶ τοῦ σιωπῶ.* Hesychius: *κατανύγητε· ἡσυχάσατε.* Id. *κατανύνγμαι· ἡσύχασα.* Atque hanc ipsam verbi significationem *Boltenius* retinendam h. l. putat; male tamen, cum ea ab hoc loco aliena sit. Vertit: *sie gaben im Herzen nach, wurden im Herzen zum Schweigen gebracht*, nil habebant, quod obloquerentur. *τί ποιήσομεν] quid nobis faciendum?* cum facta infecta fieri nequeant, ut peccati remissionem nanciscamur, nec regno ejus excludamur.

(38.) *μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω κ. τ. λ.] mentem mutate, et quilibet vestrum baptismo suscipiendo, se Jesu Messiæ sectatorem profiteatur, ut vobis peccata condonentur. μετανοήσατε* vitam animumque emendate, aliter in posterum sentite, ita ut præconceptis opinionibus valedicatis, quæ vos impeditverunt, quo minus Jesum Messiam agnosceretis. *βαπτίζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι* I. X. idem valet quod *βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ* Act. xix. 5. h. e. baptismi ritu solenni se Jesu Messiæ sectatorem profiteri, ejus doctrinæ sese obstringere vid. not. ad Matth. xxviii. 19. *εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν] ut peccatorum veniam obtineatis*, quibus in verbis simul cogitandum de illo peccato quod hactenus repudiaverant Jesum Messiam. *εἰς*, ut sæpius, eventum judicat. Per *τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, cum Petrus, ut satis evidenter sequentia docent, respexerit locum Joëlis supra v. 17 ss. laudatum, significantur vis divinæ effectus, rerum divinarum scientia plena et accurata, acre et perpetuum sanctitatis studium, ardor doctrinam Christi profitendi et propagandi flagrantissimus v. not. ad i. 8. ii. 4, 14.

(39.) *ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία] ad vos pertinet promissio.* Dativus *ὑμῖν* positus est pro genitivo *ὑμῶν*, de quo usu loquendi vid. *Kypkius* ad h. l. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 294. et nos ad Marc. ii. 18. Per *τὴν ἐπαγγελίαν* nonnulli interpretes intelligi volunt promissionem de Messia mittendo. Sed cum paulo ante præcesserit: *λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, et h. l. respiciatur locus Joëlis iii. 1. extra omnem dubitationem positum esse arbitramur, per *τὴν ἐπαγγελίαν* intelligendam esse promissionem de *Πνεύματι* mittendo. *καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν] et ad remotissimos quosque.* Plerique, præeunte Theophylacto, his verbis significari statuunt *gentiles*, et suppleri jubent *χώραν οὖσι* (v. *Bosius* de Ellips. sub. v. *χώρα* p. 563. ed. *Shæf.*), ut *εἰς μακρὰν χώραν* positum sit pro *ἐν μακρᾷ χώρᾳ.* Monent ab Hebræis *remotos*, רחוקים, dictos esse *gentiles*, tanquam ab religione Judaica atque adeo etiam beneficiis divinis remotos coll. Zach. vi. 15. x. 9. et hunc usum loquendi secutum esse h. l. Petrum, atque Paulum Eph. ii. 13. coll. Rom. ix. 24. His vero ita statuentibus opposuerunt alii, Petro tunc temporis adhuc ignotum fuisse, ad gentiles quoque beneficia Messiæ pertinere, eum, ut ex Act. x. constet, visione cœlesti admonendum fuisse, gentes non amplius immundas esse habendas, sed ipsis æque ac Judæis doctrinam evangelii annuntiandam; et cum Petrus postea meliora edoctus gentilibus doctrinam Christi prædicasset, ea re graviter offensos fuisse Christianos Hierosolymitanos coll. Act. xi. 2. Itaque verba *τοῖς εἰς μακρὰν de sera posteritate* interpretanda esse censuerunt, cum *μακρὰν* etiam de *tempore* usurpetur, veluti ap. Xen. Cyr. v. 4. 21. *ἀμυνούμεθα τοὺς πολεμίους οὐκ εἰς μακρὰν propediem* v. *Westenius* ad h. l. ut adeo *τοῖς εἰς μακρὰν* positum sit pro, *τοῖς εἰς μακρὰν μερίδα τοῦ χρόνου οὖσι* v. *Bosius* l. l. Alii cogitarunt *de Judæis procul inter gentes dispersis, et longe ab Hierosolyma remotis*, laudarunt hanc in rem locum Eph. ix. 20. ubi legitur: *τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς ἐγγὺς, ἢ τοῖς μακρὰν* (pro, *τοῖς εἰς μακρὰν χώραν οὖσι*) *Judæis tam vicinis, quam iis qui procul aberant.* Equidem eorum partes sequor, qui *gentiles* his verbis spectari statuunt, ita tamen, ut intelligendos putem

Digitized by Google

40 Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρ-
τύρετο, καὶ παρεκάλει, λέγων· Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς
41 σκολιᾶς ταύτης. Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λό-
γον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν· καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ

gentiles ad religionem Judaicam transgressuros. Judæi enim opinabantur, e gentilibus eos regni Messiani cives fore, qui Judaicam religionem suscepissent vid. not. ad Matth. iii. 2. p. 74. (edit. sec.) viii. 11. xxviii. 18. p. 829 sq. ad hoc proselytos ad sacra Judæorum transituros etiam Petrus tunc temporis putabat beneficia Christi spectare. Hanc verborum interpretationem apprime confirmat locus Act. iii. 25. ubi Petrus ita loquens inducitur: *ad vos pertinet* (ὑμῖς ἐστι υἱοὶ τῆς διαθήκης) *promissio* Abrahamo data: per sobolem tuam (Messiam) *omnes gentes felices evadent.* In vestrum inprimis commodum Deus prodire jussit Jesum Messiam etc. ubi v. not. ὅσους ἂν—ὁ Θεὸς ἡμῶν] *quoscunque Dominus Deus noster* per doctrinam impertitam ad religionis Christi professionem et felicitatem cum ejus professione conjunctam *advocaverit*, perducendos curaverit v. Joh. vi. 44. προσκαλέσηται] cf. *Koppius* ad Gal. i. 6. Rom. ix. 24. *Pottus* Exc. 2. ad Ep. Petr. p. 279 ss.

(40.) *Pluribus insuper verbis eos obtestabatur et cohortabatur, ut a perversæ istius ætatis moribus avocari se paterentur.* σώζεσθαι] *liberari, eripi se sinere,* v. *Raphelius* Obss. Herodo. ap. h. l. *Gataekeri* Adversaria posthuma c. 31. p. 761. *Suiceri* Thes. Eccl. s. v. σώζω. Vocabulum γενεὰ notat eos, *qui seculo quodam vivunt, æquales,* intelliguntur h. l. ex Judæis ii, qui doctrinam Christi repudiabant v. not. ad Matth. xi. 16. xxiii. 36. σκολιὸν proprie dicitur *id quod curvum, pravum, et obliquum est.* Sap. xiii. 13. ξύλον σκολιόν. ib. xvi. 15. δήγμασί τε σκολιῶν διεφθείροντο ἑρπόντων *morsibus tortuosorum serpentum perimebantur,* unde τὰ σκολιὰ et εὐθεῖα sibi invicem opponuntur Luc. iii. 5. atque σκολιὸς inprimis ponitur de via curva et tortuosa, ut Prov. ii. 15. ὧν αἱ τρίβοι σκολιαὶ *quorum semitæ curvæ,* ubi tamen improprie dicitur. Hesychius: σκολιὰ, οὐκ ἐρθὰ, ἐπικαμπῆ. Deinde metaphorice ita dicitur: *quicquid suo in genere iniquum est et perversum* Sap. i. 3. σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ *cogitationes perversæ avellunt a Deo.* Hesychius: σκολιὰ, ἄδικα. H. l. γενεὰ σκολιὰ notat *populum perversum; homines vitiis indulgentes et Jesum Messiam repudiantes.* Deut. xxxii. 5. γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη *populus pravus et perversus,* ubi in textu Hebraico legitur עקש. Sensus igitur est: fugite popularium vestrorum perversam sentiendi et agendi rationem.

(41.) *Qui igitur libenter ejus orationem probarunt, sacro fonte initiabantur.* οὖν] particula transeundi. ἀσμένως] Hesychius: μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, προθύμως, ἑκουσίως. Omittunt hanc vocem ACD. 19. Barb. 1. Copt. Sahid. Æth. Vulg. etc. v. *Griesbach.* eam e scholio marginali in contextum irrepsisse putabat *Millius* Prolegg. §. 628. Recte vero contra monuerunt *Wolfius, Krebsius, Læsnerus,* alii, verisimilius esse librarios adverbium ἀσμένως omisisse, vel incuria, vel consulto, quasi non opus eo esset, cum ejus notio verbo ἀποδεξάμενοι inhæreret. Sed perquam frequenter verba δέχεσθαι et ἀποδέχεσθαι hanc vocem sibi comitem habent Athen. 8. p. 339. E. ubi versus Timoclis laudatur: Ἡ Πυθονίκη δ' ἀσμένως σε δέξεται. Diod. Sic. p. 315. D. ἀσμένως τῶν Κορινθίων προσδεξαμένων τοὺς λόγους. Joseph. Ant. iv. 7. αἱ δ' ἀσμένως δεξάμενοι τοὺς λόγους. Philo de rer. div. her. p. 522. D. ὅσα παρὰ τῶν ἄλλων ἀσμένως δέχεται. Exempla hanc in rem plura congesserunt *Wetstenius, Kypkius, Krebsius, Münthius* et *Læsnerus.* Verbum autem ἀποδέχεσθαι notat: *probare, assensu et obsequio alicujus orationem admittere, auctoritatem alicujus sequi.* Xen. Mem. i. 2. 8. οἱ ἀποδεξάμενοι ἅπερ αὐτῷ ἐδόκει *discipuli qui probabant ejus placita.* Eurip. Helen. v. 838. ἣν δὲ δὴ νῶν μὴ ἀποδέξηται λόγους *si vero nostris morem non gerat sermonibus.* cf. *Kypkius* ad h. l. *Taylor.* ad Lysiam p. 423. *Irmischius* ad Herodi. lib. 1. Exc. p. 766. ἐβαπτίσθησαν] primis rei Christianæ temporibus, qui Jesum Messiam agnoscebant, baptismi ritu solenni in cœtum Christianorum recipiebantur, accuratior institutio baptismum non præcedebat, sed sequebatur v. *Eichhornius* in *Allgem. Bibliothek. d. Bibl. Literat.* B. 3. p. 409. καὶ προσετέθησαν—τρισχίλιαι] *et addita sunt illo die tria fere hominum millia,* cœtui Christianorum. προσετέθησαν scl. τῇ ἐκκλησίᾳ coll. v. 47. vid. *Kypkius* ad h. l. ψυχὴ] *homo,* more loquendi omnibus fere linguis communi. Sic נפש legitur Gen. xlvi. 27. ψυχὴ infra v. 43. iii. 23. vii. 14. xxvii. 37. Rom. ii. 9. Levit. xvii. 9. ubi in textu Hebraico positum extat vocabulum נפש. Eurip. Helen. 52. ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἐμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις Ῥοιβδοῦσιν ἔθανον. Andromach. 611. ψυχὰς δὲ πολλὰς πῆγαβὰς ἐπώλεσας. add. Aristoph. Nub. 49. Soph. Aj. 154. Æschyl. Agam. 972. Virg. Æn. xi. 24. *animæ egregiæ.* add. v. 371. Valer. Flacc. Argon. vii. 274. *totque animas, quales nec viderit ultra Dic precor, auxilio juvet,*

Digitized by Google

ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ 42
διδαχῇ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ

atquæ hæc nomina servet. Id. viii. 391. *Respiceret pluresque animas, majoraque facta Tot comitum.* Senec. Controvers. 16. *jacebat navigium pervetus, et attritum salo, vix unius capax animæ.* v. *Cuperus* Obss. lib. 1. c. 20. p. 138. *Gataekerus* ad Antonin. v. 37. p. 166. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l.

(42.) Adduntur nonnulla de ecclesiæ primæ institutis. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες κ. τ. λ.] *adhærebant constanter doctrinæ Apostolorum,* sectabantur institutionem Apostolorum. De verbo προσκαρτερεῖν vid. not. ad i. 14. Reliqua autem versus verba multiplici modo explicuerunt interpretes. Scilicet vocabulum κοινωνία plures eo significatu accipiendum esse præcipiunt, ut sit: *societas, consuetudo.* Et *Heumanus* quidem atque *Barkeyus* in Biblioth. Hagana T. ii. p. 359. verba: προσκαρτερεῖντες τῇ κοινωνίᾳ vertunt: *adhærebant societati;* sed *Wolfius, Rosenmüllerus, Thalemanus, Reichardus, Schottus,* κοινωνία ad Apostolos referunt, ut sententia procedat hæc: *consuetudinem Apostolorum sectabantur, familiariter cum iis versabantur.* — *Moshemius* in Commentariis de rebus Christianor. ante Constantin. M. p. 114. *Hansenius* in Obss. in Act. App. loca quæ de primor. Christianor. conventibus et congressibus sacris agunt, Havn. 1794. 8. (coll. *Eichhornii Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 1041.) *Heinrichsius,* alii, per τὴν κοινωνίαν intelligunt *communicationem bonorum, beneficentiam* s. *eleemosynas,* quo significatu nomen κοινωνία in libris N. T. frequenter occurrit v. Rom. xv. 26. Hebr. xiii. 16. 2 Cor. viii. 4. ix. 13. 1 Tim. vi. 18. Ex aliorum sententia particula καὶ h. l. accipienda est pro ἤγουν *sive,* vel τοῦτ' ἐστὶ *id est* (de quo particulæ usu v. *Grævius* ad Hesiod. Ἔργ. v. 328. et *Dorvillius* in Obss. Misc. Vol. ix. p. 108.) ut adeo verba sonent: *perseverabant in audienda doctrina Apostolorum et communione, videlicet fractione panis et precibus.* Alii denique præeunte interprete Vulgato, qui vertit: *erant perseverantes in doctrina Apostolorum, et communicatione fractionis panis,* nomen κοινωνία cum verbis sequentibus καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου ita conjungendum censent, ut figura, quam grammatici ἓν διὰ δυοῖν vocant, locum habeat (ut Act. xxiii. 6. *propter spem et resurrectionem,* pro, propter speratam resurrectionem. add. Eph. ii. 3. Hom. Il. γ'. 101. θάνατος καὶ μοῖρα *mors fatalis.* Odyss. ι'. 61. θάνατόν τι, μόρον τι. Act. xiv. 13. ταύρους καὶ στέμματα) atque adeo καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κ. τ. λ. positum sit pro καὶ τῇ κοινωνίᾳ κλάσεως τοῦ ἄρτου, atque intelligatur *epulum commune.* Verum, ut intelligenter animadvertit *Wolfius,* figura Hendiadys locum hic propterea habere non potest, quod τὸ καὶ quater omnino hic repetatur, cum alias semel tantum occurrat, ubi Hendiadys ex usu veterum statui potest. Equidem adstipulor explanatoribus iis, qui vocabulum κοινωνία de *communicatione bonorum* s. *liberalitate erga pauperes* interpretantur. Neque huic interpretationi obstat, quod v. 44 sq. de *beneficentia* sermo est, imo quæ ibi leguntur hanc interpretationem apprime confirmant. Lucas enim ibi in eo est, ut quæ v. 42. paucis et paulo obscurioribus verbis notarit, uberius et enucleatius exponat, hinc etiam v. 46. iterum τὴν ἀγοραστικίαν commemorat, eamque distinctius describit. Non minori interpretationis diversitati obnoxia fuerunt verba: καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. Formulæ κλᾷν τὸν ἄρτον, κλάσις τοῦ ἄρτου in N. T. non tantum ita adhibentur, ut *fractionem panis, frangere panem minutatim, et aliis dare,* significent, v. Ies. lviii. 7. Jer. xvi. 6. Luc. xxiv. 30, 35. Matth. xiv. 19. sed etiam ita usurpantur, ut *cœnam ipsam, convivium, epulum commune, cibum capere, cœnare, convivari* denotent; hinc etiam κλᾷν τὸν ἄρτον de cœna sacra legitur 1 Cor. x. 16. cf. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 689 ss. et *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 141. ed. *Fisch.* Jam h. l. per κλάσιν τοῦ ἄρτου haud pauci interpretes, tanquam *Er. Schmidius, Beza,* aliique ab *Heumano* laudati, *cœnam vulgarem* intelligunt. Quæ tamen interpretatio vel eo potest vanitatis convinci, quoniam διδαχὴ et προσευχαὶ commemorantur, atque adeo potius partes divini cultus in cœtu Hierosolymitano enumerantur. Syrus interpres formulam κλάσις τοῦ ἄρτου de *sacra cœna* accepit. Vertit enim, *perseverabant in doctrina Apostolorum, et communicabant in precibus, et in fractione Eucharistiæ.* Vocabulum ἄρτος quod alias transtulit ܟܘܫܦܐ h. l. ut Act. xx. 7. expressit ܐܦܪܟܣܬܐ Εὐχαριστία. Placuit hæc interpretandi ratio patribus nonnullis (v. *Suiceri* Obss. Sacrr. p. 130. Thes. T. ii. p. 105.) et interpretibus recentioribus plurimis, ut *Hammondo, Lightfooto, Suicero, Schœttgenio, Wolfio, Heumano,* aliis. Verum enimvero v. 46. satis aperte sermo est de epulis communibus, nec ratio adest idonea, cur ibi alio sensu verba κλῶντες ἄρτον accipiantur, quam h. l. Itaque accedere nullus dubito *Limborchio, Moshemio, Barkeyo, Hansenio,* aliis, qui h. l. ut Act. xx. 7. de epulis communibus sacris cogitant, quæ dicebantur ἀγάπαι, ad quæ ditiores

Digitized by Google

43 ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φό-
βος· πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν Ἀποστόλων ἐγί-
44 νετο. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον

Christiani, in usum et subsidium pauperiorum, necessaria conferebant, et quæ sacræ cœnæ celebrationem præcedere solebant v. 1 Cor. xi. 16 ss.

(43.) ἐγίνετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος κ. τ. λ.] *magna autem admiratio omnes homines invasit; multa enim ab Apostolis insignia facta edebantur.* Per πᾶσαν ψυχὴν intelligitur ὅλος λαὸς coll. v. 47. φόβος *admirationem* indicat, ut Luc. i. 65. vii. 16. vid. not. ad Marc. iv. 41. et formulæ ἐγίνετο π. ψ. φόβος par est formula, quæ infra legitur iii. 10. ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως. Vocula autem τε h. l. notat *nam, quia*, ut iv. 13. v. *Noldius* Concordd. Particc. p. 298.

(44.) *Omnes autem Christiani erant conjunctissimi, et bona omnia habebant communia.* ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *Wolfius*, alii, vertunt: *congregati erant in eodem loco*, et intelligunt locum ad exercitium religionis, cumque non credibile sit, tot Christianorum millia in eandem domum convenisse, et v. 46. etiam legatur, κλῶντες κατ' οἶκον ἄρτον, monent, ecclesiam Hierosolymitanam tunc temporis in plures familias minores fuisse divisam, atque singulas has familias, suos conventuum sacrorum locos habuisse, et hoc ipsum verbis ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ indicari. Durior sane interpretatio, nec, ea admissa, perspicitur, cur hæc obsertio h. l. addita sit. Verissima haud dubie et narrationis tenori convenientissima est eorum ratio, qui, præeunte Theophylacto, formulam ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ de animorum consensu et summa inter omnes concordia interpretantur, quæ verbis sequentibus latius describitur. Confirmat hanc interpretationem etiam locus similis iv. 32. et usus loquendi, de animorum enim consensu hæc formula adhibita extat in versione Alexandrina Ps. xxxiv. 4. ubi in textu Hebraico legitur יחד et ap. Thucyd. i. 79. al. καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ] Hæc verba non esse nimis premenda, neque de absoluta bonorum communione interpretanda, jam plures observarunt (v. *Heumanus* ad iv. 32.) idoneisque argumentis comprobarunt. Etenim inde quod ditiores Christiani, quo inopiæ sodalium suorum succurrerent, agros et ædes vendidisse, et apud Apostolos in usum pauperum deposuisse leguntur h. l. v. 45. et iv. 34 ss. neutiquam consequitur, eos se omnibus bonis exuisse, imo verborum sensus hic est: ditiores, quo luculentiora beneficia in tenuioris fortunæ Christianos conferre possent, vendebant partem bonorum, quæ sine magno incommodo carere poterant, ut quod per reditus præstari non poterat, per possessionum pretium supplerent. Hoc sensu verba scriptoris l. l. capienda esse, neque in iis de collatione bonorum omnium a singulis facta, cogitandum esse, ex pluribus aliis hujus libri locis sat clare patescit. Nempe Act. iv. 32. legitur: *nec ullus bonorum quicquam suum esse dicebat, sed erant iis omnia communia;* quæ verba satis perspicue declarant, *usum tantum possessionum fuisse communem, non possessiones ipsas.* Porro Act. v. 3. Petrus Ananiam ita allocutus esse perhibetur: *nonne si agrum retinebas, in tua potestate manebat? et postquam vendideras, nonne tuo arbitrio (pecunia) erat relicta?* Quomodo vero Petrus dicere potuisset, in potestate Ananiæ fuisse agrum non vendere, aut agri venditi pretium sibi retinere, si cogente legum societatis necessitate omnia divendenda fuissent? Satis dilucide ergo ex h. l. apparet, fuisse inter Christianos qui proprias possessiones haberent, et sua bona retinerent. Act. denique c. xii. 12. mentio fit Mariæ, quæ Hierosolymis proprias ædes habebat. Neque in reliquis Christianorum societatibus communio bonorum locum habebat. Nullum hujus rei vestigium in literis Apostolorum deprehenditur. In reliquis Christianorum cœtibus divites erant et pauperes. Admonitu Apostolorum pecuniæ in usum pauperum colligebantur. Paulus 1 Cor. xvi. 1. Corinthios cohortatur, ut quisque eorum quolibet septimanæ die primo in domo sua aliquid in usum pauperum seponat. Retinuerant ergo Corinthii possessiones suas. 1 Thess. iv. 11. idem Apostolus Thessalonicenses hortatur, ut manuum opera victum sibi parent; et 2 Thess. iii. 7, 12. iis exemplum suum in eo imitandum proponit, quod non gratis ab aliquo victum accipere studuisset, sed labore sibi eum comparasset. add. Eph. iv. 28. Act. ix. 36. xi. 29. Itaque verba: καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ populariter et eodem sensu capienda sunt, quo vetus proverbium: πάντα κοινὰ τὰ τῶν φίλων ap. Platon. de republ. lib. iv. p. 634. *amicorum omnia sunt communia* ap. Cic. Offic. i. 16. h. e. ut Seneca de Benef. vii. 12. scribit: *Quicquid habet amicus, commune est nobis, sed illius proprium est qui tenet; uti illo nolente non possum*, vid. ad iv. 32. Designatur ergo his verbis beneficentiæ ac liberalitatis studium acre et eximium. Cæterum observarunt interpretes, etiam Pythagoreos et Essenos habuisse bona communia. Ac de Pythagoreis quidem Jamblichus de vita Pythagoræ c. 17. p. 59. hæc tradit: ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ τὰ μὲν ἑκάστου ὑπάρχοντα

Digitized by Google

ἅπαντα κοινά. Καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπί- 45
πρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν
εἶχε. Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ 46

τουτέστιν αἱ οὐσίαι ἐκοινοῦντο, διδόμενα τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τοῦτό γνωρίμοις, εἴτεγε ἐκαλοῦντο πολιτικοὶ καὶ οἰκονομικοί τινες καὶ νομοθετικοὶ ὄντες, eo tempore quicquid facultatum opumve quisque possidebat in medium conferebatur, et aliis ad hoc ipsum destinatis, qui politici et œconomi et legislatores audiebant, dispensandum committebatur. add. c. 6. 30. v. *Elsnerus* ad h.l. et *Walchii* Obss. in N. F. libros p. 48 ss. De Essenis autem Josephus de B. I. ii. 12. scribit: *καταφρονηταὶ δὲ πλοῦτον, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς τὸ κοινωνικόν· οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα· νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν, ὥστε ἓν ἅπασι μήτε πενίας ἐκφαίνεσθαι, μηδ' ὑπεροχὴν πλούτου· τῶν γὰρ ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι.* add. Ant. xviii. 2. p. 618. et Philo quod omnis probus sit liber p. 601 sq. hæc refert: *ὅσα γὰρ ἂν μεθ' ἡμέραν ἐργασάμενοι λάβωσιν ἐπὶ μισθῷ ταῦτ' οὐκ ἴδια φυλάττουσιν, ἀλλ' εἰς μέσον προτιθέντες κοινὴν τοῖς ἐθέλουσι χρῆσθαι τὴν ἀπ' αὐτῶν παρασκευάζουσιν ὠφέλειαν.* add. Id. de vita contemplat. p. 611. ed. Paris. 1552. Atque ab his Essenorum institutis communionem bonorum, quæ in ecclesia Hierosolymitana vigebat, derivandam esse, *Grotius, Heinrichsius*, alii, statuerunt. Verum ex illis ipsis Josephi et Philonis locis, quæ modo laudavimus, et ex iis, quæ supra disputavimus, ubi pluribus ostendimus, bona sua cuique Christianorum mansisse propria, liberum cuique fuisse, de bonis vendere aut non, etiam manuum labore parta cuique mansisse, sat luculenter apparet, longe diversam fuisse communionem bonorum, quæ in ecclesia Hierosolymitana locum obtinebat, ab Essenorum communione bonorum. Atque vel inde perspici potest Christianos Hierosolymitanos non esse hac in re imitatos Essenorum mores. Sed ditiores Christiani Hierosolymitani pauperes tam liberaliter sustentabant, et plures eorum possessiones etiam suas, saltem partem earum in usum pauperum vendebant, et pecuniam inde redactam apud Apostolos deponebant, quoniam Jesus ipse suis amorem mutuum et liberalitatis studium toties et tam graviter inculcarat, et discipulos suos, quo sese totos religioni ejusque propagationi consecrare possent, cohortatus erat, ut possessiones suas venderent, et inopes adjuvarent v. Luc. xii. 33. quoniam timendum erat ne pauperes, qui Christo nomina dederant, apud Judæos, quibus utpote defectores cum maxime odiosi essent Christiani, sustentationem frustra circumspicientes, inopia pressi, eo redigerentur, ut ad avitam religionem redirent; et cum Christiani, tristia fata, persecutiones, exilia, mortem, sibi imminere, et bellum instare præviderent, quo possessiones ipsorum vastandæ essent, eo paratiores erant ditiores vendere prædia, agros, domos, et pretiis eorum succurrere sodalium suorum inopiæ. Ita vero planum et manifestum esse arbitramur, originem communionis bonorum, quæ h.l. memoratur et prædicatur, neutiquam ab institutis Essenorum repetendam esse. cf. etiam *Moshemii* Diss. de vera natura communionis bonorum in ecclesia Hierosolymitana, inserta ejusd. dissertatt. ad historiam ecclesiasticam pertinentibus Vol. i. p. 1. ss. *Lüderwaldius* in *Henkii Magazin.* B. 4. p. 371 sqq. et *Bengelii Bemerkungen über d. Versuch das Christenthum aus dem Essäismus abzuleiten* in *Flatti Magazin für Christl. Dogmatik* u. *Moral* St. 7. p. 128 ss.

(45.) *καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον*] *possessiones suas et facultates vendebant.* Nomen *κτήματα* generatim quidem *omnia quæ quis possidet, bona et facultates*, indicat. Hesychius: *κτήματα, πάντα τὰ ὑπάρχοντα.* Speciatim autem significat: *bona immobilia*, qualia sunt agri, vineæ, prædia, domus etc. Eustathius ad Homer. Il. η'. p. 685. Rom. *κτήματα δὲ οἱ μὲν μεθ' Ὅμηρον ἰδίως ἐπὶ ἀγρῶν καὶ οἴκων φασίν. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπαρχόντων.* Hinc in versione septuagintavirali hac voce exprimitur Hebraicum כֶּרֶם *vinea* Prov. xxxi. 16. Hos. ii. 15. שָׂדֶה *ager* Prov. xxiii. 10. apud Herodi. vii. 12. 13. *domus cum hortis* dicuntur *κτήματα*, ii. 6. 5. *prædia*, vi. 3. 10. *ἀρχῆς κτήματα imperii provinciæ*; et Act. v. 1. 3. commutatur hoc nomen cum nomine *χωρίον*. add. Sir. xxviii. 27. xxxvi. 25. Vocabulum *ὑπάρξις*, quo omnino *opes, facultates* declarantur v. Ps. lxxviii. 48. Prov. xviii. 11. Hebr. x. 34. Hesychius: *ὕπαρξις, οὐσία·* h.l. cum opponantur *κτήματα*, notat: *supellectilem, bona quæ dicuntur mobilia.* *καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε*] *atque pecuniam inde redactam, prout cuique opus erat, distribuebant. Hansenius* l. l. alii, putant, initio Christianos ipsos pecuniam distribuisse, tum id factum esse per Apostolos coll. iv. 34. denique per diaconos coll. vi. 1. 3. Verum *διεμέριζον* commode explicari potest: distribuendam curarunt pecuniam, np. per Apostolos.

(46. 47.) *καθ' ἡμέραν τε—ἐν τῷ ἱερῷ*]

Digitized by Google

47 ἱερῶ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας, Αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

quotidie templum simul frequentabant, ad preces faciendas; immiscebant sese Judæis in templo preces facientibus v. iii. 1. et not. ad ii. 1. προσκαρτερεῖν *assidue adesse*, ut in hist. Susan. v. 7. οὗτοι προσκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακεὶμ *constanter aderant in domo Joakimi.* κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον] *singulis in domibus epula communia sacra celebrabant.* κατ' οἶκον *Hammondus* positum accipit pro ἐν οἴκῳ, atque hanc formulam interpretatur: *cœnam Dominicam celebrabant in aliquo templi conclavi.* Ecquis vero credat Judæos Christianis permissuros fuisse, ut in templi œco non dicam sacra celebrarent, sed cibum caperent? *Lud. de Dieu, Bengelius, Heinrichsius,* alii v. *Wolfius* ad h. l. qui quoque κατ' οἶκον idem valere putant quod ἐν οἴκῳ, hanc vocem explicant: *domi, privatim.* Hæc vero explicatio frigidam sententiam parit, cum per se intelligatur, eos non in templo, sed privatim cœnasse. Imo Lucas his verbis docere voluit, quomodo tantus Christianorum numerus (v. 41.) qui quotidie creverit, epulas communes celebrarit, cum conclave domus privatæ tantam multitudinem capere non potuerit. Itaque subaudiendum est ἕκαστον *singulis in domibus*, modo in hac, modo in illa. Sic κατὰ πόλις Ælian H. V. vi. 1. κατὰ τόπους Matth. xxiv. 7. κατὰ πόλιν καὶ κώμην Luc. viii. 1. κατὰ πόλιν Act. xv. 11. xx. 23. cf. *Bosius* de Ellips. p. 119 sq. ed. *Schæfer.* De formula ipsa κλῶντες ἄρτον vid. supra not. ad v. 42. *Heinrichsius* præeunte *Kypkio* κλῶντες ἄρτον explicat *panem frangebant, scilicet pauperioribus,* μετελαμβ. τροφῆς *divitiores ipsi.* Quæ tamen verborum explanatio durior nec satis accurata est. Etenim sermo est de agapis, nil legitur h. l. de pauperibus, sed κλῶντες τε ἄρτον κ. τ. λ. ad omnes Christi sectatores cum divites, tum pauperes, referri debet, generatim enim antea notatum erat, omnes (ὁμοθυμαδὸν id. qd. πάντες οἱ πιστεύοντες v. 44.), ditiores æque ac pauperiores assidue templum adiisse. μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει κ. τ. λ.] *animo lætio atque sincero cibum capiebant.* Divites in eo lætabantur, quod liberalitatem erga pauperes exercere possent, pauperes sibi ditiorum liberalitatem gratulabantur. Hæc eorum lætitia non fucata, sed ex mutuo amore et animorum consensione enata erat, alieni erant divites ab omni fastu et ostentatione; pauperes, ab omni malignitate et invidia. μεταλαμβάνειν τροφῆς est *cibum capere*, vid. *Kypkius* ad Act. xxvii. 33. et *Münthius* ad h. l. ἀφελότης autem ita ponitur, ut declaret *simplicitatem morum animique, a qua omnis simulatio et colliditas abest;* quæ quidem virtus alias ἁπλότης nuncupatur v. *Schleusneri* Lex. h. v. Phavorinus: ἀφέλειαν ἤτοι ἁπλότητες οἱ παλαιοὶ ἔφασαν. Scholia ex codd. MSS. Coislinianis, in *Albertii* Append. ad Gloss. N. T. p. 210. ἀφελότητα, ἀντὶ τοῦ, ἐν ταπεινώσει καὶ ἐνταλείᾳ, μηδὲ ὑψηλὸν φρονοῦντες, ἀφ' οἷς ἕκαστον ἀγαθοεργίαις καὶ ἐλεημοσύναις. Hinc *Barkeyus* in Bibliotheca Hagana T. ii. p. 366. nomen ἀφελότης h. l. explicandum esse censet, *de simplicitate cordis, quæ omnem animi fastum respuit.* Laudat hanc in rem locum Ælian. H. V. iv. 9. ubi Plato legitur Olympiæ cum hominibus ignotis cibum sumpsisse ἀφελῶς h. e. sine fastu, aut affectatione præcipuæ cujusdam sapientiæ et dignitatis. Legitur ibi paulo post: ἀτύφως αὐτοῦ συγγινομένου καὶ ἀνεπιτηδεύτως αὐτοῖς *sine fastu et arrogantia cujusdam auctoritatis affectatæ cum illis versabatur.* Sed præoptandam duco priorem interpretationem supra positam, cum h. l. non tantum de ditioribus sed etiam de pauperioribus Christianis sermo sit. (47.) αἰνοῦντες τὸν Θεὸν] *Deum laudabant;* de precibus ante et post cœnam factis, etiam hymnis finita cœna decantatis, cogitandum vid. ad Matth. xiv. 19. xxvi. 30. καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαὸν *et omni populo gratiosi erant;* nempe mutuus ille Christianorum amor, eorum liberalitatis et pietatis studium coll. v. 42, 46. populi favorem iis conciliabant. χάρις *favor, benevolentia,* Ex. xxxiii. 12. Deus ad Mosen: χάριν ἔχεις παρ' ἐμοί pro quibus verbis v. 14. legitur: εὕρηκας χάριν ἐνώπιον ἐμοῦ. ὁ δὲ Κύριος προσετίθει κ. τ. λ.] *Dominus autem quotidie cœtui adjungebat, qui salutis participes fierent.* σωζόμενοι dicuntur, qui rejecta Judæorum perversa sentiendi et agendi ratione coll. v. 40. felicitatis per Christum partæ participes reddebantur vid. ad Matth. xix. 25. Marc. xvi. 16. Κύριος est vel Deus, Κύριος προσετίθει, divina providentia moderante, per Christi doctrinam ad religionis Christianæ professionem perducebantur coll. v. 39.; vel Christus coll. v. 36. Verba τῇ ἐκκλησίᾳ codd. nonnulli et versiones antiquæ omittunt, ea ab aliena manu adjecta adeoque expungenda esse *Millius* Prolegg. §. 1201, 1451. et *Bengelius* opinati sunt, male et perperam. Vulgatam enim lectionem plurium codd. verss. et Patrum auctoritas tuetur. vid. et not. ad iii. 1.

Digitized by Google

ΚΕΦ. γ'.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ 1
ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην. Καί τις ἀνὴρ, 2
χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ἐβαστάζετο· ὃν

CAP. III.

Petrus hominem a nativitate claudum, ad templi portam sedentem, sanat 1—11. et ab hac sanatione occasionem sumit, populi multitudinem in porticu Salomonis congregatam et eventu illo in admirationem raptam edocendi, eamque excitandi, ut se ad Jesu Messiæ signa conferat 12—26. Quæ hoc in capite exponuntur, *Lightfootus* ad h. l. et *Barkeyus* in Biblioth. Hagana T. ii. p. 346 ss. die Pentecostes evenisse autumant, nulla tamen idonea ratione adducti, imo vel ea, quæ c. ii. 42 ss. annotata leguntur, de alio die nos cogitare jubent. ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος—ἐνάτην] *Petrus et Johannes, cum aliquando circa horam precibus dicatam nonam templum una adirent.* Formula ἐπὶ τὸ αὐτὸ, de cujus significationibus variis ad c. i. 15. disputavimus, h. l. reddi nequit, *in eundem locum*, nam diserte memoratur locus, in quem Petrus et Johannes se tunc temporis contulerunt; nempe τὸ ἱερόν neque cum *Abreschio* in Annotatt. ad N. T. converti potest: *in eundem finem*, nam verba apposita: ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς ἐνάτην, sat luculenter docent, quo consilio Petrus et Johannes templum adierint: sed exprimi debet: *una, simul*, flagitante orationis serie. Hanc ipsam autem formulam ἐπὶ τὸ αὐτὸ codd. nonnulli et versiones antiquæ ad finem capitis præcedentis referunt, probante *Millio*, qui in Prolegg. § 1451. conjicit, grammaticos, quibus hæc formula obscurior visa esset, eam ad sequentia rejecisse, et ejus loco substituisse τῇ ἐκκλησίᾳ, et vertit: *Dominus addidit fideles qui una vivebant, multiplicavit numerum Christianorum qui in unum congregati erant.* Sed verba τῇ ἐκκλησίᾳ retinenda esse, jam supra posuimus; et omnis lectionis varietas quæ h. l. deprehenditur v. *Griesbach.* ut præclare docuit *Eichhornius* in *Einleitung in d. N. T.* B. 2. p. 97. e Lectionariis repetenda est. Nempe qui anagnosmatum initia constituebant et usui ecclesiastico adaptabant, verba ἐπὶ τὸ αὐτὸ omittebant et eorum loco scribebant: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις Πέτρος κ. τ. λ. Jam qui conformare vellent continui textus codices Lectionariis, verba ἐπὶ τὸ αὐτὸ aut annectebant commati 47. c. ii. ita, ut τῇ ἐκκλησίᾳ vel expungerent, vel retinerent, et c. iii. inchoabant verbis: ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις Πέτρος ut D. cant. aut ἐπὶ τὸ αὐτὸ iii. 1. reservabant, et textum ita corrigebant: ἐγένετο δὲ, ὡς ἀνέβαινον Σίμων Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ut Syr. Erp. Sinceram igitur et genuinam esse vulgarem hujus loci scripturam intelligentissimus quisque facile concedet. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην] hæc verba posita accipienda sunt pro: ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, ἥτις ἦν ἡ ἐνάτη τῆς ἡμέρας, *circa precationis horam, quæ erat diei nona*, hora nostra fere tertia pomeridiana. Præpositione ἐπὶ etiam Græci scriptores ita utuntur, ut notet: *sub, ad* Arrian. Exp. Al. iii. 18. ἐπὶ τὴν ἕω, *sub auroram.* Polyb. iii. 83. ἐπὶ τὴν ἑωθινὴν, scl. ὥραν, *sub matutinum tempus*: v. *Albertius* et *Wolfius* ad h. l. Tres autem horæ solenni apud Judæos precationi destinatæ erant: prima, *matutina*, dicta תפלת השחר s. שחרית, hora tertia Act ii. 15. secunda, *meridiana* תפלת מנחה *precatio oblationis*, hora sexta Act. x. 9. tertia, *vespertina*, תפלת ערבית, hora nona Act. x. 3, 30. h. l. Hoc institutum Judæi a patriarchis, Abrahamo, Isaaco et Jacobo repetebant: cf. *Lightfootus* et *Schœttgenius* ad h. l. *Buxtorfii* Lex. Talmud. p. 964. 1361. 2370. *Suiceri* Thes. Eccl. T. i. p. 1278. s. εὐχὴ, et quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l.

(2.) ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν κ. τ. λ.] *quem quotidie ad portam templi, quæ pulchra dicitur, deponebant.* θύρα *porta* Hebr. שער Job. v. 4. Jer. xix. 2. Thomas Mag. πύλαι, ἐπὶ τείχους· θύραι, ἐπὶ οἰκίας. Sed hoc discrimen non semper observatur. Gentilium pauperes ad portas templorum stipem corrogare consuevisse ab iis, qui templa adirent, docet Martial. i. 112. etiam in veteri Christianorum ecclesia hæc consuetudo permansit. Testatur hoc Chrysost. Homil. 2. in 2 Ep. ad Tim. διὰ τοῦτο ἐστήκασιν οἱ πένητες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα μηδεὶς ἐσῇ κενὸς, ἵνα μετὰ ἐλεημοσύνης εἰσίῃ, ita enim preces efficaciores fore. Quæsiverunt autem interpretes, quænam porta templi ὡραία nuncupata fuerit? Plerique cogitant de porta orientali, etiam Nicanoris dicta, per quam ex atrio mulierum in atrium Israelitarum aditus patebat. Hanc portam κατ' ἐξοχὴν vocatam esse conjiciunt ὡραίαν, *pulchram*, quoniam ex ære Corinthio, quod ipsum aurum dignitate et pretio superabat, magna arte et sumptu confecta esset v. Joseph. B. I. v. 5. 3. add. vi. 5. 3. Alii, veluti *Wagenseilius* ad Sota p. 40. *Lundius* in *den Jüd. Heiligthümern* lib. 2. c. 27. *Bengelius*, *Walchius* in Diss. de claudo a Petro sanato Act. iii. 1. Jen. 1755. 4. portam h. l. memoratam eandem

Digitized by Google

ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην
Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων
3 εἰς τὸ ἱερόν. Ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσ-
4 ιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν. Ἀτενίσας δὲ
Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπε· Βλέψον εἰς ἡμᾶς.

esse contendunt, quæ alias *Susan* fuerit dicta, atque hanc sententiam suam his ferme argumentis defendunt: 1) cum Lucas v. 3, 8. Petrum et Johannem, post claudi sanationem in templum demum s. in istam aream, quam murus extimus Montis Moriæ cinxit, ingressos esse dicat; cum vix probabile sit, homini claudo propter atriorum interiorum sanctitatem permissum fuisse, ut in his consideret et stipem colligeret; cum locus templi exterior ob majorem ibi hominum frequentiam, inprimis propter pios, qui eo confluebant, alienigenas, homini paupertati suæ fomenta quædam conquirenti, longe opportunior et aptior esset, quam vel mulierum vel Israelitarum atrium: satis perspicue inde patet, hanc portam in eo muro, qui proxime ad atrium gentium ducebat, quærendam esse. 2) Lucas, refert, Petrum et Johannem post sanationem hominis se contulisse statim in porticum Salomonis, hæc vero portæ *Susan* admodum vicina erat v. Joseph. Ant. xx. 8. coll. xv. 14. add. *Lakemacheri* Obss. Philoll. p. 154. 3) claudus mendicans haud dubie sibi elegit locum, ubi tanto plus æris in stipem acciperet, quanto maior introëuntium frequentia ibi poterat exspectari. Ad portam vero Susan longe major erat, quam alibi, hominum multitudo, quoniam ibi erant tabernæ, in quibus vinum, sal, farina, oleum, columbæ, aliaque quorum usus in sacrificiis necessarius erat, vendebantur. 4) Sacris scriptoribus familiare est hoc, ut nomina Hebraica, etiam ea, quæ usu propriorum indolem acceperunt, in appellativa Græca convertant. Recte autem *Susan* verti potuit *ὡραῖα*. Porta enim *Susan*, ab urbe ejusdem nominis, sede quondam Persarum regia, nomen habebat; urbs vero illa teste Athenæo Dipnos. lib. 12. c. 1. p. 573. *διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου, propter loci amœnitatem*, a liliis nempe (שושן *lilium*), quæ ibi admodum frequentia erant, (*Σοῦσα γὰρ ἐγχωρίος τὰ κρίνα* v. Eustath. ad Dionys. Perieg. 1074. Stephanus Byzantin. de urbibus v. *Σοῦσα* p. 615. add. *Cellarii* Not. orb. ant. T. ii. p. 797.) et veteres in floribus pulcherrimis habebant (v. Athen. p. 683. Plin. H. N. xxi. 5.) nomen *Susan* accepit. Alii denique, v. *Lightfootus* et *Boltenius* ad h. l. significari existimant portam atrii gentium, vocatam *Chulda* חולדה, sic dictam a חול *tempus, ævum*, ut adeo vocabulum *ὡραία*, quo Lucas usus est, reddendum sit *tempestiva*. Hoc quidem certum et exploratum videtur, per *τὴν θύραν τὴν λεγομένην ὡραίαν*, non intelligendam esse portam quæ ex atrio mulierum in atrium Israelitarum ducebat, ipse enim contextus, si quid video, lectorem cogitare jubet de spatio Montis Moriæ extimo, quod per murum ab atrio gentium separatum fuit. Parum præterea etiam probabile est, Judæos nomen origine Græcum portæ templi imposuisse. Utrum autem portam *Susan*, an *Chulda*, nomine *ὡραία* insigniverit scriptor? certo definiri nequit, præplacet tamen posterior ratio, cum ea simplicitate et intelligendi facilitate sese commendet. De voc. *ἱερὸν* vid. not. ad Matth. xxi. 12. ubi ostendimus, eam generatim notare aream illam in Monte Moria, in qua ipsa ædis sacra cum porticibus, atriis et conclavibus exstructa erat, speciatim vero poni de exterioribus templi ædificiis. *τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην*] *ut stipem peteret*. Nomen *ἐλεημοσύνη* non tantum *liberalitatem* signat, sed etiam id ipsum quod pauperibus datur, *stipem*, ut Sir. xxix. 12. *σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου* v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 60. nos ad Matth. vi. 2.

(3—5.) *ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν*] h. e. simpliciter, *stipem petiit;* etenim *λαβεῖν* post verba potendi ex Græcorum loquendi consuetudine redundat, ut ap. Aristoph. Plut. 240. *Αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον*. Sophocl. Aj. 836. *Αἰτήσομαι δὲ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαβεῖν*. Ælian. H. A. ubi de corvis Ægyptiis scribit: *τῶν πλοίων τὰ πρῶτα λοίπασιν ἐκεῖναι εἶναι, λαβεῖν τι αἰτοῦντες navigantibus* initio supplicare videntur, accipere aliquid *flagitantes*. add. Eurip. Iphig. Aul. 894. Similiter infra vii. 46. *ἠτήσατο σκήνωμα εὑρεῖν*. vid. *Valckenarius* ad Eurip. Phœn. 1324. *Pricæus* ad h. l. et *Kypkius* ad v. 5. *ἀτενίσας δὲ Πέτρος—εἰς ἡμᾶς*] *Petrus cum Johanne eum intuitus dicebat: Adspice nos!* De verbo *ἀτενίζειν*, quod Lucæ inprimis familiare est et notat: *intentis oculis aliquem adspicere*, vid. not. ad Luc. xxii. 56. add. *Elsnerus* ad h. l. Petrus et Johannes oculos in claudum defigebant, ut cognoscerent, an debilitatem tantum simularet, et quo accuratius hoc cognoscerent, postulabat Petrus liberiorem intuitum, ut animi nihil mali sibi conscii indicem, simul vero etiam ut hominis attentionem excitaret.

Digitized by Google

Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν. 5
Εἶπε δὲ Πέτρος· Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, 6
ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ
τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει. Καὶ πιάσας αὐτὸν 7
τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε· παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ

(5.) ὁ δὲ ἐπεῖχε αὐτοῖς] *hic vero oculos in eos intendebat.* Ad ἐπέχειν *Wolfius, Elsnerus, Morus,* subintelligunt τὸν νοῦν, *animum advertebat, attendebat, observabat.* Rectius vero, cum proxime præcesserit: βλέψον εἰς ἡμᾶς, *Bosius* de Ellips. p. 366. ed. *Schæf. Rosenmüllerus, Heinrichsius,* alii, subaudiunt ὀφθαλμοὺς. cf. et not. ad Luc. xiv. 7.

(6. 7.) ἀργύριον καὶ χρυσίον] *argentum et aurum,* solennis divitiarum periphrasis v. Herodo. iii. 140. ὁ δὲ ἔχω] *quod habeo,* facultatem te sanandi. δίδωμι] pro δώσω, *dabo,* solet autem præsens pro futuro poni, cum sermo est de re certo futura v. ad Matth. iii. 10. xxvi. 29. Index Joh. et *Fischeri* Animadvv. ad *Weller.* Vol. iii. P. 2. p. 53 sq. ἐν τῷ ὀνόματι] Ἰησοῦ Χριστοῦ *utpote Jesu legatus, ejus auxilio fretus* coll. v. 16. Matth. xvii. 20. Luc. ix. 49. Marc. xvi. 17. Joh. xvi. 23. add. not. ad Matth. xviii. 6. Act. iv. 7. *surgere te jubeo et ambulare:* coll. xvi. 18. Ναζωραίου] vid. not. ad ii. 22. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυδρὰ] *confestim ejus pedes et tali confirmabantur.* βάσεις καὶ τὰ σφυδρὰ male Vulgatus interpres expressit: *bases et plantæ,* rectius *Beza: pedes ac malleoli.* Scilicet βάσις proprie est *gressus,* Aristoph. Thesmoph. v. 937. εὐκύκλου χορείας εὐφυῆ στῆσαι βάσιν, *orbicularis choreæ concinnum constituere gressum:* ad quem locum scholiast. εὐφυῆ στῆσαι βάσιν· ἀντὶ τοῦ εὐφυῶς, καὶ καλῶς, καὶ εὐρύθμως βαίνειν, *apte, et recte, et concinne incedere.* add. Herodi. vi. 5. 12. vid. et *Elsnerus* ad h. l. qui adeo, minus recte tamen βάσεις h. l. de *gressibus* accipit, ut notetur, non solum malleolos, τὰ σφυδρὰ, sed et gressum, firmatos esse. Sed ut recte monuit ad h. l. *Dindorfius,* hoc per se apparet; est potius corporis membrum intelligendum, quod ad eundum necessario requiritur. Hinc alii βάσεις de *planta pedis* interpretantur, ut *Albertius,* qui hanc in rem laudat Lucian. Tragopod. p. 804. Χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας πεδῶν. βάσεις *manibus ab extremis ad infimas pedum plantas.* Sed orationis complexioni convenientior est *Bezæ, Fesselii* Advers. Sacr. v. 1. p. 414. *Læsneri,* aliorumque sententia, qui vocabulo βάσεις h. l. *pedes* significari statuunt, quo quidem significatu hoc nomen quam sæpissime comparet, ut Sap. xiii. 18. τὰ μηδὲ βάσει χρῆσθαι δυνάμενον *quod non potest pedibus incedere.* Sermo ibi est de idolo, ad quod frustra preces pro felici itinere mittuntur, quia non potest βάσει χρῆσθαι. Male ac perperam ibi *Bielius* explicat *gressus.* Diod. Sic. p. 644. D. σφαλείσης τῆς βάσεως, ὁ πληγεὶς παραλελυμένος ἔκειτο, *pede labefactato enervatus jacebat.* Apollodor. Bibl. i. 3. πεσόντα δ' Ἡφαιστον ἐν Λήμνῳ καὶ πηρωθέντα τὰς βάσεις δίσσοις Θέτις, *dejectum vero Vulcanum in Lemno insula et claudum pedibus factum Thetis servavit.* Joseph. Ant. vii. 10. gigantem Philistæum sex refert habuisse δακτύλους ἐν ἑκατέρῳ τῶν βάσεων *digitos in utroque pede.* Id. vii. 10. ubi Mephibosetus loquens inducitur: εἰ μέν τοι γε τὰς βάσεις εἶχον ἐρρωμένας, *si pedibus firmis fuissem.* add. Sophocl. Aj. 19. Trachin. 339. 964. Herodi. i. 15. 19. Schol. ad Sophocl. Philoct. v. 692. βάσιν· πέδα. Per τὰ σφυδρὰ indicantur *malleoli pedum, tali,* ut ap. Diod. Sic. p. 770. A. τῶν γυναικῶν τῶν εὐπόρων τινῶν μὲν καρπίνοις σιδηροῖς τὰ σφυδρὰ πάζων συνέτυπε, *matronis quibusdam opulentis malleos pedum ferreis forcipibus compressos extendebat.* add. Athen. p. 68. D. Theocrit. Idyl. iv. 51. Callim. h. in Dian. v. 128. ubi v. *Spanhemius.* Sed αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυδρὰ per Hendiadyn dictum est, pro: *pedum tali.* ἀλλόμενος] *saliens.* Bene *Rosenmüllerus* præeunte *Er. Schmidio:* non modo præ gaudio, sed etiam in signum se perfecte esse sanatum. Cæterum *Thiessius* in *Praktischem Kommentar* ad h. l. sumit, mendicum illum pedum debilitatem simulasse, quo largiorem stipem cogeret, cum vero Petrus et Johannes eum vultu iracundo adspicerent, et Petrus minaci voce eum alloqueretur, ac verbis uteretur: in nomine Messiæ surge! veteratorem illum perterritum surrexisse, et métu plebis, ne ejus misericordia in rabiem se converteret, ab eo inde tempore Apostolos esse sectatum et hominum societatem fugisse! Apposite vero contra hanc interpretationem mere arbitrariam et plane absonam *Heinrichsius* Exc. 5. p. 353. cujus verbis utor, monuit hæc: tantamne effectuum seriem putabimus ex istiusmodi re potuisse insequi, quæ narratur c. iii. et iv.? nonne Petrus hominibus fraudulentissimis merito accensendus foret, si tantopere gloriabatur (iv. 10.) sanatione hominis, quem non sanaverat vere, sed cujus mendacia in lucem protraxerat? utrum toleranda foret ejusdem Petri βλασφημία, quæ proferre poterat ea, quæ adsunt iii. 12, 13.

Digitized by Google

8 αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά. Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ
περιεπάτει· καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν, περιπατῶν
9 καὶ ἁλλόμενος, καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν. Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς
10 ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν Θεόν· Ἐπεγίνωσκόν
τε αὐτὸν ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ
τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ
11 ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ. Κρατοῦντος δὲ [1]τοῦ
ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς
αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ [||] Σολομῶντος,
12 ἔκθαμβοι. Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν·
Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί
ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περι-

11. ~ αὐτοῦ τὸν Πέτρον. || ~ Σολομῶντος.

iv. 9, 10.? nonne insanum mendicum illum existimaremus, qui homines, quos fugiendos habebat vel maxime, quod larvam ei demserant, assectaretur (v. 11.)?" adde: incaute dictum mendici si veram sanationis rationem prodidisset, omnem existimationem perdidisset Petrus, in ignominiam et dedecora incurrisset. cf. etiam quæ observavit *Gablerus* in *Neuest. Theolog. Journal* B. 8. p. 241.

(9—11.) Narratur quam vim habuerit claudi sanatio in auditorum animos κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, *cum claudus sanatus Petrum et Johannem assectaretur.* Pro τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ in pluribus optimæ notæ codicibus et versionibus antiquis pluribus legitur: κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ, quam lectionem *Griesbachius* Lucæ vindicavit; vulgaris enim lectio aperte glossema redolet, et e Lectionariis irrepsisse videtur. κρατεῖν] *assectari, adhærere alicui, ab alicujus latere non discedere*, ut in LXX. 2 Sam. iii. 6. Ἀβνὴρ ἦν κρατῶν τοῦ οἴκου Σαούλ. add. Col. ii. 19. Claudus non discedebat a latere Apostolorum, a quibus sanatus erat, eorum amore ductus et grati animi significandi caussa. στοὰ τοῦ Σολομῶντος] vid. ad Joh. x. 23. Nomini collectivo λαὸς additur pluralis ἔκθαμβοι. Quem usum loquendi comprobarunt exemplis pluribus, e V. T. desumptis *Glassius* in Phil. S. p. 326. e Græcis scriptoribus *Kypkius* ad h. l. add. Act. v. 16. Xen. Ephes. i. 4. ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν θύσαντες πᾶν τὸ πλῆθος.

(12.) Summa orationis quam Petrus per hanc occasionem habuit, hæc est: nolite existimare nos propria potestate et in honorem nostrum hunc claudum sanasse, imo Deus ei per nos sanitatem restituit, in honorem Jesu Messiæ, quem vos repudiastis et in crucem egistis, resipiscite ergo, et vos ad Christi signa conferte. ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαὸν] *allocutus est populum.* Verbum ἀποκρίνεσθαι, ut Hebraicum עָנָה non tantum notat *respondere*, sed etiam omnino *verba facere, loqui* v. Deut. xxvi. 5. Job. iii. 5. unde etiam in versione Alexandrina respondet verbo אמר Gen. xxix. 26. Exod. xxi. 5. construitur h. l. cum præpositione πρὸς sequente accusativo, ut Luc. iv. 4. vi. 3. xiv. 5. Act. xxv. 16. ex Hebraica ratione. Hebræi enim cum verbo עָנָה conjungunt particulam אֶת quæ præpositioni πρὸς respondet v. Gen. xxiii. 5. 1 Regg. xii. 13. τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ κ. τ. λ.] *quare admiramini hanc rem, aut quare nos intentis oculis adspicitis, quasi nostris viribus aut pietate effecerimus, ut hic aubulare possit?* ἐπὶ τούτῳ scl. πράγματι. Pro εὐσεβείᾳ Syr. Erp. Arm. Vulg. al. legerunt ἐξουσίᾳ, sed vulgaris lectio proba est. Scilicet grammatici in locum nominis εὐσεβείᾳ substituerunt vocabulum ἐξουσίᾳ, quoniam alias quoque δύναμις et ἐξουσία junguntur, ut Luc. iv. 36. et quoniam eos ipsa sententia offendebat, sed v. Joh. ix. 31. *Boltenius* εὐσεβείᾳ vertit: *Gebetskraft*, precibus nostris. Quæ tamen interpretatio facile potest vanitatis convinci; hæc enim significatio vocis εὐσέβεια probari nequit, nec in præcedentibus memoratur Apostolos ante sanationem preces fecisse. *Hezelius* verba interpretatur: non ut confirmaretur doctrina religionis a nobis inventa. Provocat ad 1 Tim. iii. 16. ubi εὐσέβεια religionem Christianam designat. Sed nimis alte repetitam et contortam esse hanc explanationem vel nobis non monentibus sponte intelligitur. Imo sensus verborum est: non nostris viribus sanatus est hic homo, non nosmet ipsi haberi possumus hujus insignis facti auctores, nec Deus eum singularis pietatis nostræ præmii loco sanavit. τοῦ περιπατεῖν] Scriptores N. T. exem-

Digitized by Google

πατεῖν αὐτόν; Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, 13
ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν,
ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον
Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον 14
καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ἠτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι
ὑμῖν. Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς 15

13. ↑ μὲν.

plo Alexandrinorum interpretum infinitivis jungere solent articulum τοῦ, ubi Græca ratio eum reputiat, more Hebræorum, qui infinitivos comitari jubent particulam ל. vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 330. 742. et ad *Leusdenii* libellum de Hebraismm. N. T. p. 168.

(13.) ὁ Θεὸς—τῶν πατέρων ἡμῶν] Deus quem majores nostri coluerunt et propitium experti sunt, Deus eorum tutelaris v. Act. v. 30. Luc. i. 68. Matth. xxii. 32. ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν] *illustravit Filium suum Jesum* (Joh. xi. 4.), ejus dignitatem conspicuam reddidit, eum Messiam esse declaravit (v. Joh. i. 14. not. ad Joh. ii. 11.), nempe per sanationem hujus hominis, quem Deus per nos Jesu legatos sanavit, unde consequitur, Jesum non impostorem, sed verum Messiam esse. παῖς] id. qd. υἱὸς ut v. 26. iv. 27, 30. Matth. xvii. 18. coll. v. 15. *Raphelius* Obss. Xenopph. ad h. l. παρεδώκατε] nempe εἰς θάνατον l. εἰς τὸ σταυρωθῆναι v. Rom. iv. 25. coll. Matth. x. 21. xxvi. 2. 2 Cor. iv. 11. καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου] *et coram Pilato rejecistis. Heinrichsius* hæc verba explicat: noluistis eum inter vivos divitius superesse. Quæ tamen explicatio non satis accurata est. Scilicet ἀρνεῖσθαι τινὰ notat: *abnegare aliquem, profiteri, te nec habuisse, nec velle cum aliquo aliquid commercii habere, rejicere, repudiare aliquem* v. *Kypkius* ad h. l. Præcessit: Deus ἐδόξασε Ἰησοῦν τὸν παῖδα αὐτοῦ, sed παῖς τοῦ Θεοῦ, ut Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, *dilectus Deo*, est cognomentum Messiæ. Jam sequitur, hunc Deo dilectum (Messiam) vos abnegastis, repudiastis coram Pilato, quibus verbis hoc notatur: eum Messiam esse negastis (Joh. xix. 15.) tanquam impostorem rejecistis; cum vero sequatur: κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν, verbis illis simul hæc sententia inest: eum absolvi, inter vivos superesse noluistis. Itaque verba: ἠρνήσασθε κ. τ. λ. aliquid amplius dicunt, quam quod ea dicere *Heinrichsius* autumat. κατὰ πρόσωπον reddi debet *coram*, respondet Hebr. לְפָנֵי v. not. ad Luc. ii. 31. *Glassius* Phil. S. p. 463. Male *Heinrichsius* κατὰ contra. κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν] *etsi eum dimittere voluisset. Bosius* de Ellips. *Wolfius, Münthius*, subintelligunt δεῖν, quam tamen ellipsin h. l. non esse necessariam, recte judicavit *Krebsius*. κρίνειν significat *decernere, statuere, velle*, ut ap. Joseph. Ant. i. 4. ἀφανίσαι ἐκ παντὸς οὐκ ἐκρίνειν, *omnes omnino perdere noluit*. Ib. vii. 1. 5. κρίναις Ἀζίνηρον ἀποκτεῖναι.] ii. 12. ταῦτα τοῦ Θεοῦ κρίναντος περὶ τῶν Σοδομιτῶν, *cùm hæc Deus de Sodomitis decrevisset*. Exempla hanc in rem plura collegerunt *Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. Denique ἀπολύειν proprie notat, *solvere id quod connexum est*, hinc *liberare* 2 Macc. vi. 22. hinc *dimittere, aliquem discedere sinere*, inde *absolvere reum*, ut h. l. Susan. v. 52. ἀπολύων τοὺς αὐτίους] *absolvens reos*. add. 1 Macc. x. 43. 2 Macc. iv. 47.

(14.) ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε] *vos, inquam, repudiastis sanctum et innocentem*. ἅγιος sanctus, Deo consecratus, cognomentum Messiæ ut Apoc. iii. 7. Joh. x. 36. Act. iv. 27, 30. v. *Knappii* Opuscc. p. 34. δίκαιος, *innocens, probus Dei cultor*, Matth. xxiii. 29. xxvii. 19. xiii. 17. hoc prædicato insigniebatur etiam Messias v. Ies. xi. 4, 5. liii. 11. usus autem est Petrus his nominibus, quoniam Jesu opposuit φονέα nempe Barabam v. Matth. xxvi. 16, 21. Luc. xxiii. 19. ἠτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν] *rogastis ut in gratiam vestram homicida morte liberaretur*. Hoc sensu Græcis de reis χαρισθῆναί τινὶ dicitur v. Joseph. Ant. ii. 6. 9. vii. 8. 4. B. I. i. 27. 5. add. Act. xxv. 11. Philem. 22. v. *Krebsius* ad h. l. Græcos imitati sunt Latini, qui eodem modo utuntur formula *donare aliquem alicui*. vid. *Duckerus* ad Flor. iii. 5. 10. *Grævius* ad Cic. ep. v. 4.

(15.) τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε] *salutis vero auctorem interfecistis*. vid. ad ii. 23. Jesus ipse professus erat, se esse τὴν ὁδὸν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ζωὴν Joh. xiv. 6. ubi v. not. ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς bene Vulgatus expressit: *auctor vitæ*. Hoc significatu ἀρχηγὸς sæpius recurrit, ut ap. Diod. Sic. p. 84. A. ubi Cyaxares dicitur ἀρχηγὸς τῆς τῶν ὅλων ἡγεμονίας *conditor imperii Medorum*. Joseph. Ant. vii. 8. πολλῶν ἀρχηγὸς κακῶν *multorum malorum auctor*. 1 Macc. ix. 61. ἀρχηγὸ τῆς κακίας. Joseph. c. Apion. i. 19. Noachus ἀρχηγὸς τοῦ γένους ἡμῶν. cf. *Wesselingius* ad Diod. Sic. v. 64. T. i. p. 382. *Irmischius* ad Herodi. T. ii. p. 202. *Bielii*

Digitized by Google

16 ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν

Lex. sub h. v. *Carpzovius* ad Hebr. ii. 10. *Raphelius* Obss. Polybb. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. Sed ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς est *auctor et caussa salutis* Christianorum id. qd. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας Hebr. ii. 10. ἀρχηγὸς καὶ σωτὴρ Act. v. 31. αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου Heb. v. 9. ὃν ὁ Θεὸς — μάρτυρές ἐσμεν] *quem Deus in vitam revocavit, cujus rei nos testes sumus*, v. ii. 32. possunt vero etiam hæc verba explicari: *cujus* (Jesu Messiæ) *nos præcones, legati sumus*, vid. xiii. 31.

(16.) Præpositio ἐπὶ in formula ἐπὶ τῇ πίστει τ. ὀ. αὐ. idem valet quod διὰ, *propter*, ut Marc. iii. 5. Act. xxvi. 6. v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. xiii. 21. Vocabulum ὄνομα Hebræorum more redundat vid. ad ii. 21. ut adeo πίστις τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ idem declaret quod πίστις αὐτοῦ h. e. fides in Jesum, πίστις εἰς αὐτὸν, ut Marc. xi. 22. πίστις Θεοῦ. Rom. iii. 22. πίστις Ἰησοῦ X. add. Gal. ii. 20. Pronomen αὐτὸς referendum est ad Jesum, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς coll. v. 15. Formula autem τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, propterea usus est Petrus, quoniam menti ejus obversabantur ea quæ v. 6. leguntur. Jam vero priorum hujus commatis verborum sensus existit hic: *et propter fiduciam nostram in Christi auxilio repositam, hunc quem videtis et bene nostis hominem* (Christus) *firmavit*, pedum firmitatem ei concessit coll. v. 7. add. Act. ix. 34. Sanatio igitur hominis claudi h. l. refertur ad Jesum, sed supra v. 13. tribuebatur Deo. Scilicet spes Petri atque Johannis, Deum claudum esse corroboraturum, nitebatur Jesu, cujus legati erant, quem in vitam a Deo revocatum (v. 15.) et ad summam majestatem ac dignitatem evectum esse (ii. 33.) sciebant, cujus promissis confidebant. Joh. xiv. 13. *auxilio meo vobis adero, et quodcunque mei caussa petieritis a Patre, efficiam, ut Pater illustretur per Filium.* Matth. xxviii. 20. *ego vobis quovis tempore adero.* add. Marc. xvi. 17. (σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι παρακολουθήσει) v. 20. (τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος). Joh. xvi. 23. Sic quoque de Paraclete ap. Joh. xv. 26. Jesus dicit: *quem ego vobis mittam;* sed xiv. 26. *quem Pater mea caussa mittet;* et xiv. 16. qui meo rogatu a *Patre vobis concedetur.* Recte igitur hominis claudi sanatio a Petro ad Deum et Jesum referri poterat. καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ κ. τ. λ.] *fiducia inquam in eo reposita huic incolumitatem dedit in conspectu omnium vestrum.* ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ idem valet quod ἡ πίστις ἡ ἐν αὐτῷ Col. i. 4. fiducia in Christo reposita. Sæpius enim præpositiones διὰ et ἐν inter se permutantur ut 2 Cor. iii. 11. iv. 10. Est ergo ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ id. qd. ἡ πίστις τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Vocabulum ὁλοκληρία de corpore positum, indicat, *integritatem, incolumitatem corporis*, ut nulla pars corporis aut deficiat, aut vitio laboret. Antonin. de rebus suis v. 8. πυροῦται γὰρ τὸ ὁλόκληρον ἰὰν καὶ ὁτιοῦν διακόψῃς, *mutilatur quod integrum est, si quid vel minimum abscindas.* Joseph. B. I. vi. 15. opponit sacerdotes ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἱλεωτοῦργουν, *qui ob mutilationem sacra non obibant*, τοῖς ὁλοκλήροις *integris.* v. *Kypkius* ad h. l. in versione Septuagintavirali hoc nomen Ies. i. 6. respondet Hebr. מרום ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία. Symmach. ibi habet ὑγιής. Verbis ἐνώπιαντι πάντων ὑμῶν inest notio hæc: ut vos Jesu Messiæ fidem haberetis, eum Messiam agnosceretis coll. v. 13, 19. Jam de aliorum hujus versus interpretationibus, pro instituti ratione, paucis dicemus. Citra necessitatem *Michaëlis, Boltenius*, alii, post ἐστερέωσε interpungunt, et τὸ ὄνομα αὐτοῦ cum iis quæ sequuntur verbis conjungunt, ut sententia verborum sit: propter fiduciam in ejus auctoritate repositam, ille hunc— confirmavit; auctoritas ejus et fiducia etc. *Storrius* quoque in Opuscc. Vol. iii. p. 93 sq. hanc interpunctionem probat, et, cum tertiæ personæ pronomina ac verba in eodem contextu ad *diversa* subjecta redire possint, atque h. l. pronomen αὐτῷ non eodem, quo αὐτοῦ, sed ad claudum sanatum (τοῦτον ὃν θεωρεῖτε) spectet; cum præterea Deo, qui Jesum in vitam restituerit (v. 15.) etiam v. 13. miraculum patratum tribuatur: verba τὸ ὄνομα αὐτοῦ ad Deum referenda putat, et sensum ita constituit: *Deus* claudum roboraverat, ut Jesus honoraretur *sub conditione* (ἐπὶ Phil. iii. 9.) *fiduciæ Jesu. Nam* (καὶ) *claudo omnibus conspicuam integritatem valetudinis ipsa Jesu fiducia conciliaverat.* Quam tamen interpretationem gravi duritie laborare in promptu est. vid. et supra notata. *Rosenmüllerus, Heinrichsius*, alii, cum ἐπὶ haud raro *finem, consilium* innuat. v. 1 Thess. iv. 7. 2 Tim. ii. 14. verba: ἐπὶ τῇ πίστει explicant: ut vos in Christum crederetis, ut fiducia in Jesum in animis vestris excitaretur, Jesus hunc corroboravit. Quam vim etsi hæc verba in se spectata habere possunt, hæc tamen explicatio non accommodata est huic loco. Contextus enim flagitat, ut de Apostolorum fiducia in Christo reposita cogitemus coll. v. 6, 12. præterea ea ipsa notio quæ his verbis tribuitur, inest verbis hujus versus ultimis. Alii per τὴν πίστιν intelligunt fidem Apostolorum et claudi,

Digitized by Google

αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν. Καὶ 17
νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ
οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στό- 18
ματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν,
ἐπλήρωσεν οὕτω. Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ 19
ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας· ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ

cumque nil antea memoratum sit de fide claudi, monent, parum referre, utrum hæc fides ante, an post sanationem in claudo producta intelligatur. Æque male alii verba ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ scl. Ἰησοῦ explanant: fides s. fiducia in Deo reposita, per Christum excitata ἐνεργουμένη Gal. v. 6.

(17. 18.) *Jam scio quidem, vos, populares, non minus quam principes vestros, per ignorantiam ita egisse.* Offendit interpretes Petrum solam ignorantiam attulisse, tanquam caussam facinoris a synedris et populo commissi. Hinc *Wolfio* in Curis ad h. l. animus inclinat eo, ut putet, verba: ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, referenda esse non ad remotius ἄγνοιαν, sed ad proximum ἐπράξατε, ut comparatio populi cum primoribus tantummodo spectet utrorumque opera, non autem originem eorum vel operum excusationem, atque adeo sensus sit: *scio vos ignorantia adductos, ut faceretis sicut duces vestri* scl. ἐπράξαν. Sic quoque verba Petri intellexit *Reichardus*, qui in vers. lat. N. T. ea expressit: *Scio vos per ignorantiam procerum vestrorum facta approbasse.* Ita vero extricatur sensus qui verbis non inest. Ipsa enim verba Græca hanc interpretationem respuunt, et adversantur ei etiam loci Act. xiii. 27. 1 Cor. ii. 8. Quare *Barkeyus* in Biblioth. Hagana T. iii. p. 120. ut his difficultatibus sese exsolveret, ostendere studuit, Judæorum proceres reapse ignorasse, Jesum verum Messiam esse, etsi hoc scire potuissent. Verum, ut jam probe notarunt *Dindorfius* (*Mori* Versio et Explicatio Actuum App. edidit, animadverss. recentior. maxime interpp. suasque adjecit *Gottl. Imm. Dindorf.* Lipsæ. 1794. 8.) et *Heinrichsius*, verba Petri non sunt nimis premenda. Sed Petrus, ut emollienda facinoris atrocitate, audientibus orationem suam probaret, eos erigeret et consolaretur, ex variis caussis hanc tantum attulit, reliquis non exclusis, sed in præsentia tantum sepositis vid. Matth. xxi. 33 ss. ibique not. Nec vero ita culpam plane tollit. (18.) Deus permisit, ut hoc crimen committeretis, atque ita rata fieri jussit, quæ de calamitatibus Messiæ prophetæ cecinerunt v. Act. xiii. 17, 29. Luc. xxiv. 26 sq. Act. viii. 32. πάντων] non premendum, intelliguntur plurium prophetarum oracula; πάντες sæpius ponitur pro πολλοὶ ut Marc. i. 37. Joh. iii. 26. al. στόμα] ex Hebraismo redundat, ut i. 16. Luc. i. 70. etc.

(19.) Cohortatur jam Petrus auditores, ut ad meliorem frugem redeant. Jesum, quem hactenus repudiarint, Messiam agnoscant, ejusque doctrinam amplectantur, quo peccatorum venia iis contingat. μετανοήσατε] et ἐπιστρέψατε sunt mere synonyma. De vi ac potestate verbi μετανοεῖν disputavimus ad Matth. iii. 2. de verbo autem ἐπιστρέφεσθαι, quod proprie notat: *redire in viam*, et, per metaphoram, *de vitæ animique emendatione* usurpatur, ad Luc. i. 16. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας] Per τὰς ἁμαρτίας intelligi debent, peccatum in repudiando Jesu commissum et cætera peccata coll. v. 26. ii. 38. Verbum ἐξαλείφειν proprie significat, *obliterare, litura inducta ea quæ scripta sunt delere.* Veteres in tabellis cera inductis, stilo ferreo inarabant: quando quod scriptum erat eradendum videbatur, stilum vertebant, et obtusa ejus parte ceram oblinebant, atque ita ante scripta corrigebant. Xen. H. Gr. ii. 3. 20. Θηραμένην ἐξαλείφω ἐκ τοῦ καταλόγου np. τῶν τριακοσίων. add. Athen. lib. 9. p. 403. F. Deinde in genere notat, *delere*, ut ap. Æschyl. Choëph. v. 500. Sir. xlvi. 20. ἐξαλεῖψαι ἀνομίαν λαοῦ pro λαὸν ἄνομον add. xlvii. 22. Item, *tollere, oblivioni tradere*, ap. Plat. in Theæt. p. 187. A. πάντα τὰ πρόσθεν ἐξαλείφειν, atque inter alia dicitur etiam de legibus, *antiquare legem*, v. *Kypkius* ad Col. ii. 14. *Wetstenius* ad Apoc. iii. 3. *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 207. H. l. eo sensu legitur, ut sit *remittere peccata*, quomodo ab Hebræis usurpatur verbum מחה Ies. xliii. 25. ubi sermo est de liberatione Judæorum a jugo Babyloniorum; Alexandrini ibi habent: ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου. Sic 2 Macc. xii. 42. legitur: εἰς ἱκετείαν ἐτράπησαν, ἀξιώσαντες τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι, *rogarunt ut peccatum commissum oblivioni traderetur* s. *committeretur.* Metaphora h. l. deducta est a creditoribus, qui debitorum nomina, ubi solverunt, litura inducta delent. cf. Col. ii. 14. Quæ quidem imago scriptoribus Judaicis frequens Tanchuma fol. 44. 2. *quando homo pœnitentiam agit, tunc chirographum ejus aboletur.* Jam sensus est: ne

Digitized by Google

20 ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, Καὶ ἀποστείλῃ τὸν
21 [1]προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν, [2]Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν

20. ~ προκεχειρισμένον.

beneficiis per Messiam paratis privemini, ne felicitate regni Messiani excludamini coll. v. 23.

(20 sq.) Longe diversas vias ac rationes ingressi sunt interpretes ut planum hujus loci sensum redderent. Equidem in eo illustrando ita versabor, ut primo ostendam, quænam loci vexati interpretatio mihi verior videatur, deinde vero sententiarum, quæ enarratoribus N.T. probatissimis arriserunt, diversitatem breviter strictimque exponam. Verba: ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, quæ accurate cum proxime antegressis cohærent, vertenda sunt: *cum Deo auctore lætissima tempora venerint*. Etenim ὅπως h. l. notat: *cum, postquam*, ut ap. Herodo. p. 47. extr. ed. Basil. 1557. ὅπως ἔλθῃ ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πηχίας, ubi ὅπως ἔλθῃ dictum est pro ἐπειδὰν ἔλθῃ. add. Eurip. Phœu. 1155. Sophocl. Œd. Tyr. 1241. 1250. Homer Odys. ᾗ. 109. χ'. 22. Il. μ'. 208. Aristoph. Nubb. 60. v. *Beza, Er. Schmidius* ad h. l. *Glassii* Phil. S. p. 375. *Devarius* de Particc. Gr. L. sub v. ὅπως p. 252. ed. 2. *Reusm.* Thom. Mag. τὸ ὅπως—καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπεί. Vocabulum ἀνάψυξις quod proprie *respirationem*, deinde *refrigerationem post æstum* indicat, unde Vulg. h. l. expressit: *refrigerium*, per metaphoram declarat, *recreationem, requiem, otium, liberationem a malis*, ut in vers. Alex. Exod. viii. 15. ubi in textu Hebr. est רוחה quod Symmach. convertit: ἄνεσις Vulg. *requies*. Philo de Abrah. p. 371. C. ἡ ἄψυξις—ἐν ταῖς ἀναψύξεσι καὶ ἀνέσεσι συνανίσται καὶ χαλᾶται, *oculi—in otio et remissione simul remittuntur et relaxantur*. Xen. H. Gr. i. 5, 6. ἀναψύχειν, *quietem concedere*. add. LXX. 2 Regg. xvi. 14. Hesychius: ἀνάψυξις· ἀνάπαυσις. Id. ἀνίψυξιν· ἀνίπαυσιν. Suidas: ἀναψυχομένη, ἀντὶ τοῦ ἀναπαυομένη. Sed quies in literis sacris est perpetua imago felicitatis v. Sapient. iv. 7. Sir. li. 27. interpp. ad Hebr. iii. 11. Apoc. xiv. 13. Sic quoque h. l. καιροὶ ἀναψύξεως sunt omnino *tempora felicissima*, sed speciatim hac voce indicantur, tempora Messiæ, omnis felicitatis auctoris, tempora, quibus cogi et colligi debebat cœtus cultorum Messiæ, per eum beandorum. Legitur enim infra v. 24. προκατήγγειλαν (οἱ προφῆται) τὰς ἡμέρας ταύτας. coll. v. 24. et explicationis caussa h. l. additur: καὶ ἀποστείλῃ Ἰησοῦν Χριστὸν, *et miserit vobis Jesum Messiam*, coll. v. 26. Sicuti ergo Johannes Baptista Matth. iii. 2. et Jesus ipse Matth. iv. 17. Judæos ad vitæ animique emendationem cohortati erant verbis his: μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ita Petrus quoque auditores suos cohortatur ut resipiscant, cum venerint ἡμέραι ἀναψύξεως *tempora felicissima, tempora Messiæ*, atque adeo hac ipsa formula idem declaratur quod verbis: ἐνιαυτὸς Κυρίου δεκτὸς Luc. iv. 19. coll. v. 18. καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἡμέρα σωτηρίας 2 Cor. vi. 2. βασιλεία τῶν οὐρανῶν Matth. l. l. ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, *auctore Deo* h. e. cum Deus venire, exoriri jusserit tempora lætissima. Præpositio ἀπὸ h. l. ut sæpius, caussam, auctorem, indicat, et πρόσωπον redundat, ut מִפְּנֵי Gen. vi. 13. Alii vertunt: *a Deo promissa*. καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν] *et miserit vobis destinatum Jesum Messiam*. Pro προκεκηρυγμένον *a prophetis prædictum* codd. ABCDE. aliique plures v. *Griesb.* legunt προκεχειρισμένον, quam lectionem omnes fere critici approbarunt, et *Bengelius, Griesbachius* et *Matthæius* in contexta recte migrare jusserunt. Vulgaris lectio glossema sapit e v. 21. et 24. enatum. Verbum autem προχειρίζεσθαί τινὰ significat: *aliquem ad aliquid agendum deligere, delectumque muneri designare, destinare*, ut xxii. 14. xxvi. 16. Polyb. v. 72. ὁ δὲ Ἀχαιὸς προχειρισάμενος Γαρσύηριν, *Achæus Garsyerim ducem eligens*. Diod. Sic. p. 433. B. τὸν ἀσεβέστατον προχειρίσασθαι ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν, *summæ impietatis hominem ad imperium designare*. p. 558. D. ἐπὶ τῆς δυνάμεως στρατηγὸς προκεχειρισμένος, *dux exercitus designatus*. Hesychius: προκεχειρισμένον, προσεκλημένον ἡτοιμασμένον. Lex. Cyrilli MS. προχείρισαι, προσκάλεσαι, ἐπίλεξαι. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Wetstenius* ad h. l. *Kypkius* ad xxii. 14.

(21.) Judæi statuebant Messiam perpetuo his in terris regnaturum esse cf. Joh. xii. 34. ubi v. not. Hinc Petri auditores objicere poterant: si Jesus Messias esset, his in terris versaretur, et regnum perpetuo duraturum condidisset. Quare Apostolus jam docere instituit, cur Christus e medio discesserit sublatus in cœlum; nempe quod ita placuerit Deo eum in cœlo esse et manere ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως κ. τ. λ. Itaque pergit: ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι h. e. *quem debebat* (δεῖ pro ἔδει. Œcumenius: δεῖ ἀντὶ τοῦ ἔδει) *excipere* s. *receptum retinere cœlum*. Disputarunt viri docti utrum τὸ δέξασθαι (quod per enallagen satis frequentem positum est pro δέχεσθαι v. Matth. x. 34, 35. Luc. ix. 22. xvii. 25.) accipiendum sit ita, ut Christus cœlum *occupaverit*, an ut eum *acceperit retineatque* cœlum. Priorem sententiam tuentur *Er. Schmidius, Wolfius*,

Digitized by Google

δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν

Dresigius de V. M. p. 545. *Morus* ad h. l. *Rosenmüllerus*, *Schottus*, alii; posteriorem *Beza*, *Castellio*, *Clericus*, *Heumanus*, *Ernestius* in Opuscc. Theologg. p. 436 sqq. alii. Sensus quidem eodem redit, ni argutari in his verbis velis, quod factum est ob controversias dogmaticas v. *Wolfium* ad h. l. et *Ernestium* l. l. Sed posterior interpretandi ratio, qua *cœlum* Christum recepisse dicitur, quam præiverunt Justin. Martyr. Apol. 1. §. 60. Didymus, Theophylactus, Œcumenius, vid. *Ernest.* non una de caussa præferenda est priori illi, qua τὸ δέξασθαι ad *Christum* refertur, ita, ut sit *occupare*. Etenim verbum δέχεσθαι, cum loco jungitur, ejusdem est attributum, notat *capere*, *excipere*, *exceptum retinere* et idem valet quod ἀναλαμβάνειν, κατέχειν, ut Act. xxi. 17. Luc. ix. 11. et ap. Lysian. Orat. c. Andoc. p. 117. ubi hominem patria pulsum, nullam dicit urbem recipere in perpetuum voluisse: καὶ τὸν ἄνδρα—οὐ πόλις ἐθέλει δέχεσθαι διὰ τέλους. Philon Leg. ad Cai. p. 1023. B. ὅπερ οὐκ ἐδέξατο—μιᾶς χώρας περίβολος, *Judæorum gentem non capit unius terræ ambitus.* Aristoph. Plut. 773. χῶραν δὲ πᾶσαν Κίπρεστος, ἣ μ' ἐδέξατο. vid. *Palairetus* et *Læsnerus* ad h. l. Interdum quidem sed perraro δέχεσθαι valet *occupare*, ut loco *Demosthenis*, quem *Er. Schmidius* laudavit, Philipp. 1. ὡς δὲ νῦν ἔχει, οὐδὲ δοθέντων ὑμῖν τῶν καιρῶν, Ἀμφίπολιν δέξασθαι δύναιτ' ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, καὶ ταῖς γνώμαις, *uti nunc status vester est, neque, si vel ipsæ opportunitates vobis eam traderent, Amphipolin occupare possetis, destituti nempe cum apparatibus, tum consiliis;* ubi tamen de occupatione violenta sermo est. Neque huc pertinet locus Eurip. Alc. 817. ad quem, qui verbo δέχεσθαι occupandi notionem tribuunt, certatim provocant. Verba ibi sunt: οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμους, quæ vertunt: *non venisti opportune has ædes occupatum*, i. e. ut has ædes occupes, instar hospitis. Sed rectius hæc verba explicantur: *non opportune in has ædes venisti, ut te exciperemus.* Nam ad δέξασθαι cogitando adjiciendum est ὥστε, ut v. 657. et pronomina sæpius omittuntur, ut v. 637. ἡ τεκοῦν (scl. με) φάσκουσα. Omnino autem non sinunt, ut scientissime *Ernestius* l. l. monuit, vera interpretandi præcepta, ab significatione verborum propria et vulgata recedere, et sequi paucorum exemplorum auctoritatem contrariorum, præsertim in libris Apostolorum, qui illa rariora ignorabant, nisi evidens necessitas cogat: quæ profecto hic nulla nec intellecta est ab antiquis, nec intelligi potest. Præterea ipsum Apostoli consilium, de quo supra dictum est, non tam postulat quam potius flagitat, ut vulgaris verbi δέξασθαι significatio retineatur, cui et cætera melius conveniunt. Cæterum verbis ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι generatim exprimitur sententia hæc: remotus a conspectu hominum versatur apud Deum, ad summam majestatem et beatitatem evectus v. 1 Petr. iii. 22. Act. ii. 33. Joh. i. 1. ubi v. not. et ad Matth. xx. 21. ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων κ.τ.λ.] *usque ad tempus, quo plane perficientur omnia, quæ Deus per prophetas dudum prædixit.* Formulam ἄχρι χρόνων *Ernestius*, *Krebsius*, *Læsnerus*, explicant: *interea dum, quoad, quamdiu*, ut tractum et durationem temporis indicet, veluti Act. xx. 6. ἄχρις ἡμερῶν πέντε, *quinque dierum spatio.* Hebr. iii. 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, *quoad hodie dicere licet.* Joseph. Ant. xii. 7. 6. προσέταξε τούτοις ἐκπολιορκῆσαι τέως τοὺς τὴν ἄκραν φυλάττοντας, ἄχρι ἂν αὐτὸς τὸν ναὸν ἁγνίσειε, *mandavit ut eos, qui arcem custodiebant, oppugnarent tam diu, quam diu lustratio templi duraret.* Caussam cur hac significatione particula ἄχρι h. l. capienda sit, afferunt hanc, quod χρόνος non, ut nomen καιρὸς, temporis terminum, sed temporis continuationem, spatium exprimat. Verum enimvero vocabula καιρὸς et χρόνος haud raro inter se permutantur, et χρόνος sæpius quoque de termino temporis ponitur, ut in versione Alexandrina Jer. xxxviii. 28. in carcere manebat, ἕως χρόνου, οὗ συνελήφθη Ἱερουσαλὴμ, *usque ad tempus* s. *diem, quo Hierosolyma capiebantur.* Job. vi. 11. ἢ τίς μου ὁ χρόνος; *aut quinam finis?* Aquila ibi habet τέλος, in textu autem Hebraico legitur γρ *finis, terminus.* Esth. ii. 15. ἐν δὲ τῷ ἀναπληροῦσθαι τὸν χρόνον Ἐσθήρ. Luc. i. 57. τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτήν, *cum advenisset tempus pariendi;* ubi v. not. add. Luc. ii. 21. ubi ἡμέραι positum legitur pro ἡμέρα, ut h. l. χρόνοι pro χρόνος. Quæ numerorum enallage Hebræis frequentissima est, eaque inprimis tuta utuntur, cum de re eminentiori et singulari sermo est. Itaque haud quaquam necesse est, ut a vulgari significatione particulæ ἄχρι recedamus, imo retinenda est, cum eam contextus flagitet. Ἀποκατάστασις significat, *emendationem, restitutionem in pristinum statum, mutationem in meliorem conditionem.* Sic ap. Joseph. Ant. xi. 3. 8. ἀποκατάστασις τῶν Ἰουδαίων est, *Judæorum reditus e captivitate Babylonica, restitutioque in statum pristinum.* Ibid. iv. 6. τῶν Ἱεροσολύμων ἀποκατάστασις *instauratio Hierosolymorum.* Philo de Decal. p. 767. B. τῶν κληρουχιῶν ἀποκατάστασις εἰς τοὺς ἐξ ἀρχῆς λαχόντας οἴκους, *restitutio possessionum ad quos antea domus pertinuissent.* Hæc autem vocabuli notio parum conveniens est huic loco, cum sermo sit de vaticiniorum

Digitized by Google

ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ Προφητῶν ἀπ'

21. ~ τῶν.

eventu. Sed ἀποκατάστασις notat etiam *perfectionem, absolutionem, consummationem,* quæ significatio contextui apprime congruit. Ita hanc vocem adhibuit Philo de rer. div. her. p. 522. C. τελεία ἀποκατάστασις ἀρετῆς, *perfecta virtutis absolutio.* Et Hesychius atque Phavorinus ἀποκατάστασις interpretati sunt τελείωσις. Schol. autem Cod. Mosq. ad h. l. ἀποκατάστασις explicat: συμπληρώσεως, ἐκβάσεως. Sic quoque verbum ἀποκαθιστάνειν notat *perficere, ad finem perducere,* in versione septuagintavirali Job. viii. 6. ubi respondet Hebraico verbo שָׁלַם Hesychius: ἀποκατεστήσαι, τελειῶσαι. Petrus autem per τοὺς χρόνους τῆς ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν κ. τ. λ. per tempus quo omnia perficientur, absolventur, omnia eventum habebunt, quæ prædixerunt prophetæ, intellexit, inaugurationem regni Messiani et eventa quæ eam præcedent, latiorem doctrinæ Christi propagationem, resuscitationem mortuorum, judicium extremum etc. cf. Act. i. 6. Matth. xvii. 11. Sensus ergo omnino est: usque ad finem mundi. Pro πάντων ἁγίων cum *Griesbachio* legendum est: τῶν ἁγίων αὐτοῦ Προφητῶν, vocabulum πάντων repetiit librariorum incuria. ἀπ' αἰῶνος] *ab antiquissimis temporibus, jamdudum* vid. xv. 18. Ev. Luc. i. 70. ubi v. *Kypkius.*

Quam hactenus proposuimus v. 20. et 21. interpretationem, cum legibus linguæ et usui loquendi librorum N. T. consentanea, et orationi contextæ ita accommodata sit, ut omnia aptissime inter se cohæreant, reliquis hujus loci interpretationibus anteponenda videtur. Jam vero age videamus quid dicant alii. a) *Lud. de Dieu, Limborchius, Wolfius,* alii, per καιροὺς ἀναψύξεως et χρόνους ἀποκαταστάσεως (tempora restitutionis omnium jam olim per prophetas prædicta, tempora quibus unicuique status ei debitus assignabitur v. *Limb.* et *Wolf.*) intelligunt *tempora judicii extremi,* tempora afflictionis impiis ac contumacibus, piis vero tempora refrigerii, quietis ac salutis. Monent: sæpius scriptores sacros argumento a die novissimo petito uti, ad permovendos homines ut resipiscant coll. Act. xvii. 30 sq. 2 Petr. iii. 7. xi. 13 sq. notant, etiam 2 Thess. i. 7. eodem modo ut h. l. tempus illud judicii describi: δίκαιον παρὰ Θεῷ—δοῦναι τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ· et felicitatem alterius vitæ 2 Thess. ii. 16. dici παράκλησιν αἰωνίαν, atque a Judæorum magistris, *tempus recreationis* v. Pirke Aboth c. 4. §. 17. Particulas ὅπως ἄν nonnulli hujus sententiæ propugnatores vertunt *ut* (v. Luc. ii. 35. xv. 17. Rom. iii. 4. Theophr. Char. xxi. 2. 4. xxiii. 3. Thom. M. τὸ ὅπως—ἀντὶ τοῦ ἵνα.), alii vero probe intelligentes ὅπως ἄν non commode posse h. l. verti *ut,* cum vitæ animique emendatio auditorum Petri non accelerare vel maturare potuerit adventum Christi ad judicium extremum, ὅπως ἄν reddunt *quando,* hoc sensu: ut, quando venerit tempus—obliterata sint vestra peccata. b) *Schulzius* in Diss. de temporibus τῆς ἀναψύξεως Act. iii. 21. inserta Biblioth. Hagan. T. v. p. 119 ss. per καιροὺς ἀναψύξεως intelligit *mortis tempus,* vitæ terminum cuique homini præfixum, futuram mortuorum in Domino requiem. [Recte *Barkeyus* ibid. p. 411. inter alia contra hanc interpretationem monuit: mirum, quod, hoc si voluisset Petrus, verbis non usus fuerit magis consuetis et clarioribus, sed obscurioribus nec alibi occurrentibus.] Vertit: *resipiscite igitur et convertite vos, ut peccata vestra deleantur, cum venerint statuta requiei tempora coram Domino* (ἀπὸ προσώπου id. qd. ἐνώπιον, ἐναντίον, ut Hebr. מִפְּנֵי et מִלִּפְנֵי 2 Par. xxxiii. 12. Mal. iii. 14. status et conditio beatorum in scriptura sacra sæpe ita describitur, ut beati dicantur esse *apud Dominum, coram Domino,* moriuntur Domino Rom. xiv. 8.) *et* (Dominus) *miserit præordinatum vobis J. C.* ubi venerit judex die decretorio. *Quem cœli oportet capiant, usque ad tempus exhibitionis* s. *impletionis omnium, quæ* (ὅν pro ἃ) *Deus locutus est* etc. i. e. usque ad finem mundi. Versum 21. sumit, continere digressionem declarationis caussa insertam, neque hæc verba a Petro profecta, sed a Luca interjecta esse. c) *Kraftius* Obss. Sacr. Fascic. 9. p. 271 sqq. animadvertit, Petrum h. l. non tantum a *spe consequendæ peccatorum veniæ* desumere argumentum exhortationis ad resipiscentiam, sed etiam a beneficiis jam a Deo exhibitis, quæ veram resipiscentiam postulent ab iis, qui illorum vere participes fieri velint, hinc eum adjecisse; *cum venerint tempora refrigerii* etc. *miseritque Deus Jesum.* Per illam refrigerationem autem intelligit, *liberationem per Jesum præstitam ab onere jugoque legis ceremonialis.* Hanc interpretationem bene refutavit *Barkeyus* in Obss. Exeget. ad Act. iii. 19—21. v. Biblioth. Hagan. T. iii. p. 119 sqq. ubi præter alia monuit, Petrum ipsum, licet Apostolus esset, dum hæc loqueretur, nondum tanta veritatis luce illustratum fuisse, ut sciret, finem adventus Jesu in carnem, liberationem quoque fuisse ab onere jugoque legis ceremonialis, neque adeo argumentum ab hac liberatione desumere potuisse. d) *Barkeyus* d. l. et T. v. p. 397 ss. *tempora refrigerii,* putat esse, *tempora dilationis judicii divini super Judæos,* tempora longanimitatis, in quibus zelus vindictæ divinæ remit-

Digitized by Google

ἀιῶνος. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν· Ὅτι 22

22. † γὰρ.

tebat aut relaxatus erat. Ἰησοῦν Χριστὸν positum esse autumat pro λόγον τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, atque adeo verba: καὶ ἀποστείλῃ κ. τ. λ. refert ad *præconium doctrinæ Jesu.* Sensum loci ita constituit: *Resipiscite ergo et convertite vos ad Deum, ut deleantur peccata vestra, ut appareant, vel, protrahantur tempora refrigerii, quæ a remissione æstus faciei Domini vobis conceduntur, et ut mittat, vel, mittere pergat verbum evangelii de Jesu Christo, jam antea vobis annuntiatum* (προσκεκηρυγμένον), *quod vobis jam innotuit, et publice nunc proponitur. Non videbitis Jesum oculis corporeis, usque dum venerint tempora restitutionis omnium, de quibus locutus est Deus ab omni ævo per ora omnium sanctorum suorum prophetarum.* e) E sententia *Grotii, Hammondi, Boltenii,* καιροὶ ἀναψύξεως sunt *tempora quietis, securitatis,* tempora liberationis Christianorum a persecutionibus Judæorum et a calamitatibus, quæ Judæis improbis ac male pertinacibus imminent coll. Matth. xxiv. 33. Luc. xxi. 28. χρόνοι ἀποκαταστάσεως] tempora impletionis prædictionum prophetarum de eversione civitatis Judæorum v. Matth. xxiv. 15, 30. f) *Ernestius* ad Act. iii. 21. in Opuscc. Theol. p. 477. qui consensorem nactus est *Dæderleinium* in Institutione Theologi Christiani T. ii. §. 223. Obss. 6. vocabulo ἀποκατάστασις significari statuit: *majorem, et veram, etiam novam religionis perfectionem,* evangelii claram et ab omnibus figurarum et rituum umbris liberam doctrinam, per Johannem primum denuntiandam, per Jesum deinde proferendam inter Judæos, et per Apostolos quaquaversum propagandam. Monet, formulam χρόνους ἀποκαταστάσεως parem et æquipollentem esse formulæ καιροὺς διορθώσεως Hebr. ix. 10. sed διόρθωσιν (interprete Theodoreto τελειότητα) ibi opponi veteri disciplinæ Judaicæ per legem ritualem constitutæ: quæ durare debebat usque ad tempus διορθώσεως disciplinæ illius emendationis et doctrinæ perfectionis. ἄχρις οὗ] exponit: *dum durant tempora* ἀποκαταστάσεως ex decreto divino, dum durabit hæc œconomia evangelica per prophetas prædicta; τὰ πάντα nonnisi ab religionis disciplinam referenda esse præcipit, cum in omni genere sermonis, et in Scripturis, τὰ πάντα circumscribenda sint ejus rei terminis, de qua sermo sit. g) Etiam *Eckermanus* in *Theologisch. Beyträgen* B. 1. St. 2. p. 122 ss. ἀποκατάστασιν πάντων de universali religionis emendatione per Christi doctrinam, interpretatur, et καιροὺς ἀναψύξεως *tempora recreationis,* de temporibus Messianis. Vertit: *cum venerint tempora recreationis, vobisque miserit Deus destinatum Jesum Messiam, qui tamen tam diu in cælo manebit, quam durabunt tempora emendationis universalis.* Idem tamen V. D. in iisdem Symbolis B. 2. St. 1. p. 188 ss. illam explicationem rejicit, et quia Matth. xi. 17. Marc. ix. 12. quæ loca huic parallela opinatur, de *Elia* sermo sit, quem antea venturum et omnia restituturum esse Judæi putarint, in illis locis et hoc nostro sermonem esse censet de emendatione Judæorum, per quam hi ad regnum Messiæ instituendum præparandi essent; καὶ ἀποστείλῃ explicat: *ut mittat, mittere velit,* atque hæc verba refert ad futuram Christi missionem, de cujus prima missione v. 26. sermo sit. Petrum igitur existimat exspectasse reditum Christi ad restitutionem pristini splendoris regni Israelitici, sub hac conditione, ut Judæi se emendarent et fidem in Messiam probarent. Sed in *Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T.* B. 2. p. 184. V. D. priorem illam loci interpretationem ab ipso propositam, huic posteriori præferendam putavit. h) *Rosenmüllerus,* præeunte *Moro,* ὅπως ἂν vertit: *ut;* per καιροὺς ἀναψύξεως, felicia tempora, intelligit, non tantum tempus resurrectionis mortuorum, sed et omnis generis bona spiritualia, quibus et in hac et in futura vita fruuntur Christiani. (*Morus:* tempora Messiana); reliquorum autem verborum sensum ita constituit: et ad cognitionem doctrinæ J. C. vobis destinatæ vos perducat, qui potentissime regnare debet, donec omnia evenerint, quæ prædicta sunt per prophetas (χρόνοι ἀποκαταστάσεως impletio vaticiniorum plena et perfecta), donec omnes hostes ei fuerint subjecti 1 Cor. xv. 25 sq. Hebr. x. 12, 15. (respicitur autem ibi locus Ps. cx. 1.) quicquid religioni ejusque propagationi adversatur.

(22.) Quæ hoc in versu leguntur, cum proxime antegressis non cohærent. Nam sive per χρόνους ἀποκαταστάσεως v. 21. intelligantur, tempora emendationis, religionis perfectionis, sive inaugurationis regni Messiani, judicii extremi etc. si hæc verba et prophetarum oracula ad ἀποκατάστασιν illam referenda respexisset Petrus, longe alia attulisset oracula, veluti Ps. cx. 1. Dan. ii. 44. vii. 13 s. 22. ix. 24, 26. aut Mal. iii. 4. etc. Sed respiciuntur h. l. ea quæ v. 19. et 20. præcesserunt et Petrus jam in eo est ut doceat, Jesum esse Messiam a Mose et Prophetis annuntiatum. Cohærentia autem verborum a v. 22. usque ad v. 26. hæc est: Moses Jesum Messiam annuntiavit, omnes Prophetæ de his nostris temporibus quibus apparuit, de his temporibus ἀναψύξεως cecinerunt; ad vos pertinent Prophetarum oracula

Digitized by Google

προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν
23 λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δὲ, πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.

pertinet promissio illa Abrahamo data, per ejus sobolem omnes gentes felices evasuras esse, vobis Deus Jesum Filium suum misit, ut vos felices redderet, si a peccatis quisque suis desciscerentis; resipiscite ergo (v. 19.), Jesum Messiam agnoscite, ejusque doctrinam admittite, ne graves pertinaciæ vestræ pœnas luatis coll. v. 23. γὰρ] est mera particula transeundi, ut sæpius. Locum Deut. xviii. 15, 18, 19. memoriter laudavit Petrus. Hunc locum de Messia agere, et Mosen ipsum per prophetam ibi memoratum Messiam intellexisse, interpretes haud pauci statuunt. Hujus sententiæ propugnatores urgent vocem כָּמוֹנִי *sicut me*, eamque explicant: prophetam æque insignem et magnum, qui novam religionis formam sit inducturus, servatorem populi etc. cum negetur Deut. xxxiv. 10. et Num. xii. 6, 7. prophetam Mosi similem extitisse. Sed huic interpretationi contextus reclamat ut magis acriusque non possit. Etenim admonuerat Moses versu præcedente Israelitas, ne hariolos ac divinatores adirent; versu autem 20 sqq. docet, qua ratione falsi doctores a veris doctoribus atque prophetis discernendi sint. Jam vero quomodo cohærerent verba, et quamnam vim habuissent ad cavendam illam superstitionem: nolite divinatores adire—nam Deus aliquando vobis prophetam Messiam excitabit? Imo in textu Hebraico per enallagen admodum frequentem singularis positus est pro plurali, atque agitur Deut. l. l. de omnibus Prophetis, quos Deus sequentibus temporibus voluntatis sive interpretes ad Israelitas missurus esset. Formulam כמוני *mei similem*, *Eckermannus* in *Theologisch. Beyträgen* B. 1. St. 2. p. 126. referendam putat ad verba quæ præcedunt, מִקִּרְבְּךָ מֵאַחֶיךָ *e popularibus tuis*, ut sensus sit: nolite divinatores exteros adire; sicuti Deus me popularem vestrum excitavit, ita in posterum quoque e gente vestra prophetas excitabit. Sed simplicior atque facilior est ratio, quam *Dathius* et *Rosenmüllerus* (in Scholiis ad Deut. l. l.) secuti sunt, qui præceperunt, voculam כמוני non esse ad omnes Mosis prærogativas extendendam, sed referendam ad præcedens נביא ita, ut intelligantur prophetæ Mosi similes, tales, quibus Deus voluntatem suam patefaciat, et qui eam ad populum summa fide perferant, ut Moses hactenus fecerat. Petrus autem illa Mosis verba, quæ Deut. l. l. extant, ad Messiam applicavit, quoniam Judæi illa ætate ea ad Messiam referebant v. Joh. i. 45. v. 46. Act. vii. 37. Minus recte nonnulli opinati sunt, etiam Petrum de omni Prophetarum serie illum Deut. locum intellexisse, ejusque verba hunc in modum explanant: Moses prædixit, Deum esse missurum Prophetas v. 22. hoc evenit, surrexerunt, et omnes de Messia vaticinati sunt. Hæc vero explicatio frigidum sensum gignit, nec orationis seriei conveniens est. Verba πρὸς τοὺς πατέρας in nonnullis codd. desunt, in aliis leguntur post εἶπεν, in aliis additum legitur ἡμῶν, vel ὑμῶν, quæ quidem scripturæ varietas et inconstantia interpolationem aperte prodit, nec temere *Millius* Prol. §. 1348. hæc verba e v. 25. in hunc migrasse conjecit. ὅτι] post verba dicendi redundat v. ad Matth. vii. 23. Joh. xviii. 37. προφήτης] Messias quoque vocatur Joh. vi. 14. 1 Macc. xiv. 41. et Judæi Messiam omnium Prophetarum maximum, et Mose majorem dicebant v. locos e Rabbinorum scriptis a *Lampio* prolatos ad Joh. l. l. et nos ad Joh. i. 21. ἀναστῆναι] ut Hebr. הקים notat: *excitare, prodire jubere*, et haud raro de prophetis et doctoribus populi adhibetur, ut Deut. xiii. 1. xxxiv. 10. Sir. xlvii. 1. al. ἀκούειν] h. l. signif. *obtemperare* vid. ad Matth. xvii. 5.

(23.) ἔσται δὲ] pro καὶ ἔσται, redundat v. not. ad ii. 17. πᾶσα ψυχὴ] vid. ad ii. 41. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ] *e populo exstirpabitur*. In textu Hebraico Deut. xviii. 19. legitur: אָנֹכִי אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ Judæi Alexandrini verterunt: ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ, *ego in eum animadvertam, eum puniam*. Vulg. *ultor existam*. *Surenhusius* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 399. autumat, Petrum puncta mutasse, pro מעמו legisse מֵעַמּוֹ *reposcam a populo* i. exstirpabo e populo. *Boltenio* animus eo inclinat, ut putet, Lucam in textu Hebraico מֵעַמּוֹ legisse, aut hanc lectionem in versione deperdita expressam reperisse. Sed exempla desiderantur, quibus hæc formulæ Hebraicæ דרש מ׳ significatio confirmari possit. Videtur potius Petri memoriter locum laudantis menti obversata fuisse formula ימרח מעמו *exscindetur e populo suo*, in Mosis scriptis passim obvia, veluti Exod. xxx. 33. eaque accuratius definiit pœnam a Deo immittendam. Jam vero sensus verborum h. l. est: qui Messiam ejusque doctrinam repudiat, privabitur bonis, Messiæ cultoribus paratis, felicitate perenni iis destinata excludetur. Cæterum verbum ἐξολοθρεύειν nus-

Digitized by Google

Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, 24
ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ [1]προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας.
Ὑμεῖς ἐστε [1]υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης ἧς διέθετο 25
ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ·
Καὶ [||]τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ

24. ∼ κατήγγειλαν. 25. ↑ οἱ. || ↑ ἐν.

quam in scriptis Atticorum comparet, sed in versione Alexandrina, et in libris scriptorum recentioris ætatis crebrius occurrit v. Gen. xvii. 14. Ex. xii. 15. Lev. xvii. 4. Num. ix. 13. Sapient. xii. 8. 1 Macc. ii. 40. Joseph. Ant. viii. 11. 1. xi. 6. 6. Philo de legum allegorr. lib. 2. T. i. Opp. lxxiii. 2. ut adeo ponendum sit in numerum eorum verborum, quæ dialecto Alexandrinæ propria fuerunt, de cujus generis verbis et vocabulis copiosius disputarunt *Fischerus* in Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 689 ss. et *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 166 ss. vid. et *Albertius* atque *Krebsius* ad h. l.

(24.) *Verum etiam omnes Prophetæ a Samuele, et qui deinceps vaticinati sunt, hæc tempora prænuntiarunt.* καὶ δὲ *verum etiam*, ut Joh. vi. 51. ubi v. not. cf. etiam *Kypkius* atque *Raphelius* Obss. Xenophh. ad h. l. et ad Luc. x. 8. πάντες] non nimis premendum; exprimitur omnino sententia hæc: plura in libris sacris oracula extant, quæ hæc tempora, τὰς ἡμέρας ταύτας, spectant. Σαμουὴλ] v. 2 Sam. vii. 16. Samuel Judæis primus in Prophetarum serie erat: v. *Wetstenius* ad h. l. Post καθεξῆς incisi nota delenda est, et verba ipsa ita construenda sunt: καὶ ὅσοι τῶν καθεξῆς ἐλάλησαν. Verbum λαλεῖν de Prophetarum oraculis frequenter occurrit, ita ut sit *oracula edere, vaticinari, prædicere*, v. Act. xxvi. 22. Hebr. i. 1. 2 Petr. i. 21. al. Pro προκατήγγειλαν in aliis libris legitur κατήγγειλαν, quam lectionem *Griesbachius* et *Matthæius* migrare in contexta recte jusserunt, librarii enim κατήγγειλαν mutarunt in προκατήγγειλαν, quoniam hoc ipsum verbum in eodem contextu v. 18. adhibitum extat. τὰς ἡμέρας ταύτας] hæc tempora quibus Jesus Messias apparuit, καιροὺς ἀναψύξεως v. 20. coll. v. 22.

(25.) ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν] *vos estis prophetarum discipuli*; prophetæ, doctores, a Judæis dicebantur, *patres*, eorumque discipuli, *filii*: v. not. ad Matth. xii. 27. inest ergo hisce verbis omnino notio hæc: vos edocuerunt prophetæ; et cum in proxime præcedentibus de temporibus Messianis sermo fuerit, sensus est: vobis hæc tempora annuntiarunt, eos ergo audite, in eo elaborate, ut promissa vobis felicitas contingat. *Michaëlis, Morus, Heinrichsius* verba explicant: vos estis e populo isto oriundi, e quo Deus Prophetas excitavit, estis prophetarum posteri. Ita vero sententia satis frigida procedit. Alii explicant: *ad vos prophetæ* h. e. Prophetarum oracula pertinent. καὶ τῆς διαθήκης] *et ad vos* Abrahami posteros, *promissio*, promissa felicitas *pertinet*. Hæc quoque loquendi ratio Hebraica est. Hebræi nimirum vocabulum בן jungere solent nominibus rerum, ita, ut significetur is, ad quem res illa quocunque modo pertineat vid. nos ad Matth. viii. 12. Joh. xvii. 12. διαθήκη] h. l. est *promissio*, ut ברית Gen. ix. 9, 11. Ps. xxv. 14. lxxxix. 29. 1 Macc. ii. 54. 2 Macc. viii. 15. Sir. xliv. 18. Gal. iii. 15. Eph. ii. 12. vid. not. ad Luc. xxii. 29. Matth. xxvi. 28. λέγων πρὸς Ἀβραὰμ κ. τ. λ.] *ad Abrahamum dicens: per tuam sobolem omnes terræ gentis felices evadent.* Hæc promissio sæpius Abrahamo data: v. Gen. xxii. 18. (quem locum Petrus memoriter laudavit) legitur ibi: וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֶךָ כֹּל גּוֹי הָאָרֶץ quæ verba Alexandrini interpretes reddiderunt: καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. add. Gen. xii. 3. (ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς וְנִבְרְכוּ בְךָ כֹּל מִשְׁפְּחוֹת הָאֲדָמָה) Gen. xviii. 18. Per Abrahami sobolem Gen. ll. ll. interpretes oppido multi Messiam intelligendum esse statuerunt; cui tamen explicationi contextus refragatur, et ipse Paulus Rom. iv. 13, 16. σπέρμα de Abrahami posteris interpretatus est. cf. *Ammonii Christologie* Th. ii. p. 52. ed. 2. *Eckermani Beyträge* B. 1. St. 2. p. 129 sq. Petrus autem h. l. ut Paulus Gal. iii. 16. verba illa, quæ Gen. xxii. 18. leguntur, ad Messiam, Abrahami nepotem transtulit coll. v. 26. ut sensus sit: per Messiam ejusque doctrinam omnes gentes felices reddentur, quanto magis ergo vos beabit populares suos, Abrahami posteros, si eum Messiam agnoscitis, ejusque doctrinam admittitis. Cæterum Petrus per τὰ ἔθνη haud dubie intelligebat gentiles ad sacra Judæorum transgressuros vid. not. ad ii. 39. ἧς διέθετο] positum est pro ἣν διέθετο v. ad i. 1. et τῷ σπέρματι ἐνευλογηθήσονται pro ἐν τῷ σπ. εὐλογηθήσονται, de qua dicendi forma v. *Glassii* Philol. S. p. 462. αἱ πατριαὶ τῆς γῆς] *omnes gentes*: πατριὰ proprie est *familia, tribus*, et respondet Hebræorum nomini מִשְׁפָּחָה quod ita legitur Jos. vii. 4. Hesychius: πατριὰ, φυλή. v.

Digitized by Google

26 τῆς γῆς. Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς, ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

ΚΕΦ. δ'.

Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς

26. ✝ Ἰησοῦν.

Kypkius ad Luc. ii. 4. Tob. i. 9. ἔλαβον Ἄνναν γυναῖκα ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς πατριᾶς ἡμῶν, *duxi in matrimonium Annam ex stirpe familiæ s. cognationis meæ.* add. ib. v. 13. Deinde vero πατριὰ ut Hebraicum nomen מִשְׁפָּחָה Amos. iii. 1. Jer. iii. 14. Mich. ii. 3. Nah. iii. 5. notat, *gentem, populum,* ut h. l. Atque eodem modo etiam vocabulum φυλὴ, *gentem, populum,* indicat Gen. xxviii. 14. ubi textus habet מִשְׁפָּחוֹת et Sir. xvi. 5.

(26.) ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς, ἀναστήσας— εὐλογοῦντα ὑμᾶς] *vobis inprimis Deus Filium suum Jesum, quem,* doctorem et Messiam, *prodire jusserat, misit, ut vos beatos redderet.* Verba Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ, *Heumanus, Barkeyus* in Biblioth. Hagana T. iii. p. 148. alii, interpretantur: *Deus qui Filium suum e mortuis excitavit,* vel, *Deus, postquam Filium suum resuscitavit.* coll. ii. 32. iii. 15. et cum Jesus ipse non ad alias gentes missus fuerit, postquam doctrinam suam Judæis tradiderat, atque h. l. legatur ὑμῖν πρῶτον ἀπέστειλεν, *Barkeyus,* alii, hæc ipsa verba ut v. 20. de doctrina Jesu accipiunt, vertunt: *vobis primum* l. *inprimis, Deus misit doctrinam de Filio suo,* ea vobis prius tradita est quam gentilibus. *Beza* ὑμῖν πρῶτον ad cives Hierosolymitanos aliosque Judææ incolas refert, qui distinguantur a Judæis τῆς διασπορᾶς 1 Petr. i. 1. Has vero interpretationes admitti non posse, orationis contextus satis superque docet. Scilicet verbum ἀναστῆναι, quod frequenter de prophetis atque doctoribus populi ponitur, ita, ut sit: *prodire jubere,* hoc significatu v. 22. de Messia, insigni illo doctore populi adhibitum legitur, et illa ipsa Mosis verba quæ ibi allata sunt: προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, respexit h. l. Petrus, qui declarare voluit, per quem prædictiones Prophetarum v. 22—24. et promissio Abrahamo data v. 25. impletæ sint, nempe per Jesum Messiam. In promptu igitur est vocem: ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ exprimendam esse: *Deus Filium suum* doctorem et Messiam *prodire jussit.* ὑμῖν] in vestrum commodum. πρῶτον] *inprimis,* coll. v. 25. ut Matth. vi. 35. Joseph. Ant. x. 10. 5. al. Ἰησοῦν] in multis spectatæ fidei codd. deest, nec dubitandum quin hoc nomen a grammaticis adscriptum sit. Rejecerunt illud etiam *Millius, Bengelius* et *Griesbachius.* εὐλογοῦν ut ἐνευλογοῦν] v. 25. notat, *beneficiis afficere, felicem reddere,* ut Matth. xxv. 34. v. *Suiceri* Thes. Eccl. Vol. i. p. 1246. ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν] *unoquoque vestrum se avertente a peccatis suis,* h. e. ea lege, ut quisque vestrum resipiscat. Vulg. *ut* (ἐν τῷ pro εἰς τὸ) *convertat se unusquisque. Hammondus, Morus, Heinrichsius,* alii, ἀποστρέφειν active accipiunt de Christo Judæos emendaturo atque ita eos felices redditurо: *felices vos redditurum a peccatis revocando,* ut Rom. xi. 26. 2 Tim. iv. 4. Sed ἀποστρέφειν, ut ἐπιστρέφειν, vid. Matth. xiii. 15. supra v. 19. sæpius usurpatur intransitive, ita ut notet: *se avertere, convertere,* ut Sir. iv. 4. ix. 8. xvii. 23. et hæc significatio huic loco convenientior est, cum Petrus respexerit verba v. 19. μετανόησατε καὶ ἐπιστρέψατε. Pro ὑμῶν in nonnullis codd. e glossemate legitur αὐτῶν, in aliis αὐτοῦ.

CAP. IV.

(1. 2.) Apostolis ad populum loquentibus superveniunt sacerdotes quidam cum præfecto templi et Sadducæis 1, 2. eos comprehensos in vincula conjiciunt 3. postero die Synedrium convenit 5. Petrus et Johannes in jus vocantur 7. Petrus caussam dicit 8—14. Senatus Apostolos additis minis dimittit 15—21. hi ad suos reversi, narrant coram Synedrio gesta 23. Christiani Dei auxilium in futura tempora implorant 24—30. Terræ motus ex inopinato ortus iis significat, Deum ipsis porro adfuturum esse 31. In fine capitis nonnulla de Christianorum vitæ ratione et institutis adjiciuntur 32—37. ἐπέστησαν αὐτοῖς] Formula ἐπιστῆναι τινὶ, poni solet de iis, qui ex improviso adveniunt et alios opprimunt v. not. ad Luc. xx. 1. *Krebsius* atque *Lœsnerus* ad h. l. Voce ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ non, ut *Er. Schmidius* et *Hammondus* voluerunt, notatur dux militum Romanorum, præfectus arcis Antoniæ, sed supremus sacerdotum ac Levitarum, qui in templo excubias agebant, præfectus v. not. ad Matth. xxvi. 47. Luc. xxii. 4. add. *Deylingii* Obss. S. Vol. iii. p. 236. et *Schleusneri* Lex. s. voc. στρατηγός. Hujus præfecti etiam erat providere, ne in templo tumultus oriretur. Sub hoc

Digitized by Google

οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι,
Διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ κατ- 2
αγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Καὶ 3
ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν
αὔριον· ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. Πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων 4
τὸν λόγον, ἐπίστευσαν· καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν
ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι 5

prætextu, quod Apostoli in templo turbas excitassent, et, inscio synedrio, cui rei sacræ cura demandata erat (v. Deut. xvii. 18. xix. 17. Ez. xliv. 15, 24.) ibi docuissent vid. v. 2. Matth. xxi. 23. sacerdotes eos comprehendebant et in custodiam tradebant. ἱερεῖς καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι, *Boltenius*, per hendiadyn explicat: sacerdotes e secta Sadducæorum, quæ tamen interpretatio ferri non potest, cum interjecta sint verba: καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ. 2. διαπονεῖσθαι] *ægre ferre*, ut xvi. 18. v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. ii. 7. Hesychius: διαπονηθεὶς, λυπηθείς. Aquila, Gen. vi. 6. et Alex. Eccl. x. 9. hoc verbo expresserunt Hebr. עצב. διὰ τὸ διδάσκειν τὸν λαὸν quod Christi doctrinam prædicarent. καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν] *et Jesu exemplo usi, doctrinam de mortuorum resurrectione traderent.* Cum Jesus his in terris viveret, acerrimi ipsius hostes Pharisæi erant, quod auctoritatem eorum, qua apud populum valebant, labefactabat et imminuebat, sed sub ecclesiæ primordiis auctore Luca, in Actis, mitiores se Christi caussæ præbebant v. v. 34. xxiii. 6 ss. Sadducæi vero, qui resurrectionem mortuorum negabant, post Christi in vitam reditum, accerrimo odio Apostolos et Christianos persequebantur, quoniam Christum in vitam rediisse, ejusque exemplo mortuos in vitam redire posse, et vere redituros esse docebant. Hinc Sadducæi se adjunxerant præfecto templi, eorumque instigatione, ut videtur, forte etiam jussu pontificis maximi, qui ipse Sadducæus erat. v. ad v. 17. Apostoli comprehendebantur. Verba ἐν τῷ Ἰησοῦ nonnulli vertunt *per Jesum*, ut adeo Petrus dicatur docuisse, mortuos aliquando a Jesu in vitam revocatum iri. At enimvero Petrus docuerat quidem, Jesum a Deo e mortuis fuisse excitatum v. 15. non autem verba fecerat de mortuorum per Jesum in vitam revocatione. Itaque rectius ἐν τῷ Ἰησοῦ explicatur, *Jesu exemplo*, ut 1 Cor. iv. 5. ἵνα μάθητε ἐν ἐμοὶ] *ut meo exemplo discatis.* Nam Sadducæi inprimis ægre ferebant a Petro, Jesu resurrectione, hoc insigni eventu et exemplo, defendi et confirmari mortuorum resurrectionem.

(3. 4.) καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας] *eosque comprehensos custodiæ tradiderunt, postridie rationem reddituros, erat enim jam vespera.* Vocabulum τήρησις, de cujus notionibus variis copiose et enucleate disputarunt *Fischerus* Specim. I. Supplementor. Commentarii Vorstii de Hebraismm. N.T. p. 11. Lips. 1791. 4. (v. *Dindorfius* ad h.l.) et *Schleusnerus* in Lex. sub h. v. inter alia notat *locum, ubi quis asservatur, carcerem*, et idem valet quod φυλακὴ, quocum nomine Lucas illud permutavit v. 18. coll. v. 19. hoc significatu τήρησις legitur quoque ap. Thucyd. vii. 86. κατεβίβασαν εἰς τὰς λιθοτομίας ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν ubi schol. ἤγουν φυλακήν. ἑσπέρα] *vespera*; ingressi enim templum erant hora nostra pomeridiana tertia. Vocabulum ἑσπέρα ut Hebr. ערב de omni tempore pomeridiano adhibetur, erantque Hebræis duæ vesperæ, una ab hora nostra tertia, altera ab hora nostra sexta v. ad Matth. viii. 15. πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον κ. τ. λ.] *multi autem eorum qui orationem illam audiverant, Christo nomen dederant, ita, ut efficeret numerus hominum* qui ad Christi signa se contulerant, *fere quinque millia.* Plerique interpretes rectissime, opinor, statuunt, hoc numero comprehendi etiam tria millia c. ii. 41. memorata, cum parum probabile sit porticum Salomonis vid. iii. 11. plus quam quinque millia hominum cepisse, et haud dubie etiam plures ex illis prius ad religionem Christianam adductis adfuerint; cum Lucas non scripserit, προσετέθησαν, *accesserunt quinque millia*, ut ii. 41. coll. v. 14. et usus sit verbo ἐγενήθη *factus est*, non ἦν, quod extat i. 15. Ad vocem ἀνδρῶν subaudiendum est τῶν πιστευσάντων *sectatorum Christi.* ἄνδρες] *viri*, vel *homines* (ψυχαὶ ii. 41.) v. Luc. xi. 31. Jac. i. 20.

(5. 6.) *Postridie convenerunt Judæorum principes, seniores populi, et legisperiti, Hierosolymis, una cum Hanano pontifice et Caiapha, Johanne, Alexandro, omnibusque ad gentem pontificiam pertinentibus.* ἄρχοντες] sunt omnino, *primores populi, synedri*, qui Luc. xxiv. 20. dicuntur ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων. add. Joh. iii. 1. 1 Macc. i. 14, 27. ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν Joseph. Ant. xx. 1. 2. et simpliciter ἄρχοντες Luc. xxiii. 13. Est ergo

Digitized by Google

αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους καὶ Γραμματεῖς
6 εἰς Ἱερουσαλήμ· Καὶ Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα, καὶ Καϊάφαν,
καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρ-
7 χιερατικοῦ. Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν †τῷ μέσῳ, ἐπυνθά-
νοντο· Ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο

7. † τῷ.

vocabulum generis, quod verbis sequentibus accuratius definitur vid. v. 15. not. ad Matth. ii. 4. xvi. 21. Act. v. 21. αὐτῶν] i. e. τῶν Ἰουδαίων. Sæpe enim pronomina pertinent ad nomen diserte non expressum, sed e contexto sermone cognoscendum: vid. *Glassius* Phil. S. p. 158 ss. et not. ad Joh. viii. 44. ix. 23. xvii. 5. *Boltenius* per τοὺς ἄρχοντας intelligit quatuor et viginti classium sacerdotalium principes v. ad Matth. ii. 4. qui tamen nusquam simpliciter dicuntur ἄρχοντες. Hos sacerdotum principes non memoravit Lucas; sed aliis quoque in locis librorum N. T. ubi de synedrio sermo est, non omnes nominatim afferuntur, qui ad illud pertinebant v. Matth. ii. 4. xxvii. 1. xxviii. 12. Luc. xxii. 2. εἰς Ἱερουσαλὴμ] positum est pro ἐν Ἱερουσαλὴμ, ut in nonnullis quoque codd. ex interpretamento legitur. Præpositiones εἰς et ἐν centies inter se permutantur. Verba εἰς Ἱερουσαλὴμ per se abesse poterant, sed in aliis quoque hujus libri locis ejusmodi additamenta superflua deprehenduntur: ut viii. 38. ἀμφότεροι—Φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος. *Beza, Lightfootus, Heumanus, Michaëlis* (*Einleit. i. d. N. T.* Th. i. §. 48.) suspicantur, plerosque synedrii assessores æstivo tempore in villis extra Hierosolymam rusticatos esse, ideoque h. l. additum legi eos convenisse *Hierosolymis*. (6.) καὶ Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα καὶ Καϊάφαν] Voc. ἀρχιερεὺς etiam subauditur in nomine Καϊάφας, ut scienter monuit *Bengelius* in Gnom. ad h. l. Caïaphas tunc temporis pontificis summi munere fungebatur v. Joseph. Ant. xviii. 2. 2. xviii. 4. 3. Joh. xi. 49. xviii. 13. v. *Krebsius* ad h. l. Hinc disceptatum est ab interpretibus, qua ratione etiam Hananus h. l. ἀρχιερεὺς dici potuerit? *Petavius* in doctrina temporum x. 58. Augustinum secutus, statuit, duos eo tempore fuisse pontifices maximos, per vices sacerdotio summo functos, ut Romæ consules per vices fascibus usi fuerint. Quæ sententia pluribus se probavit. Sed præferenda est eorum ratio, qui contendunt, Hananum fuisse Caïaphæ, pontificis summi, vicarium, qui quoque ἀρχιερεὺς dicebatur v. not. ad Luc. iii. 2. ubi quoque attulimus rationes haud improbabiles, cur Lucas Hananum præposuerit Caïaphæ. Ἰωάννην καὶ Ἀλέξανδρον] Quinam hi fuerint, definiri nequit, hoc tantum certum est, eos fuisse viros auctoritate graves, et Synedrii assessores. *Johannem* h. l. nominatum *Lightfootus* in Horr. Hebrr. et Talmudd. opinatur esse Jochananem Zaccai filium, e stirpe sacerdotali oriundum, summæ auctoritatis tunc temporis hominem, de quo vid. *Ottonis* Hist. Mischnic. p. 90. *Wolfii* Biblioth. Hebr. P. 2. p. 845. *Alexandrum* autem, *Pearsonius* in Lectionn. super Acta p. 41. (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) *Krebsius* in Obss. atque *Mangeyus* in Præfat. edit. Philon. præmissa, conjiciunt esse fratrem Philonis scriptoris celeberrimi, de quo sæpe ap. Josephum vid. c. xviii. 8. xix. 5. 1. καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ] His verbis *Hammondus* significari putat, viginti quatuor classium s. ordinum sacerdotalium principes (v. nos ad Matth. ii. 4.) add. *Schleusnerus* in Lex. sub v. γένος. Sed desidero loca idonea, quibus hæc vocabuli γένος significatio comprobetur. *Grotius* cogitat de synedris, quorum majores haud ita pridem summo sacerdotio functi fuerant. Rectius, mea sententia, intelliguntur synedrii assessores, Hanano et Caïaphæ cognatione propinqua juncti. Memorat, inquit *Rosenmüllerus*, hos Lucas, ad monendos lectores, quos adversarios, potentissimos nempe, habuerint Apostoli.

(7.) αὐτοὺς] Apostolos, et una cum iis claudum qui sanatus erat, ut e v. 14. patet. ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς;] *quanam vi, aut quo nomine freti hoc fecistis?* Synedri Apostolis, quos timide ac trepidanter se defensuros esse credebant coll. v. 13. hanc quæstionem proponebant, ut ex iis elicerent responsionem, qua occasionem eorum perdendorum nanciscerentur. Plerique interpretes vertunt: *quanam potestate* (ut δύναμις sit id. qd. ἐξουσία Matth. xxi. 23.) s. *quonam jure, aut cujusnam jussu* s. *auctoritate hoc fecistis*, atque hæc verba vel referunt ad orationem a Petro in templo, inscio synedrio, habitam v. *Morus* et *Rosenmüllerus* ad h. l. vel ad orationem Petri et ad miraculum ab eo editum, ut *Ravius* in Explicat. loci Act. iv. 12. Erlang. 1795. 4. et *Heinrichsius* ad h. l. Sed synedrorum interrogationem spectasse duntaxat curationis modum, ipsa Petri responsio v. 9. sat evidenter docet; atque adeo ἐν ποίᾳ δυνάμει rectius, *Erasmus, Limborchius, Clericus, Boltenius, Eckermannus,*

Digitized by Google

ὑμεῖς; Τότε Πέτρος, πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς 8
αὐτούς· Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραήλ,
Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσ- 9
θενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται· Γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ 10
παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ
τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν
ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.
Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδο- 11
μούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ οὐκ ἔστιν 12
ἐν ἄλλῳ οὐδεὶν ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ

alii, interpretati sunt: quanam vi s. virtute, num naturali aliqua virtute et arte medica, an vero vi magica hoc perfecistis? Aliena quoque est ab hoc loco explicatio formulæ ἐν ποίῳ ὀνόματι, *cujusnam jussu et auctoritate?* imo horum verborum sensus est: *cujusnam auxilio freti?* ut iii. 6. xvi. 18. Joh. x. 25. coll. Act. iii. 16. (ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ) nam pro hac formula v. 9. legitur ἐν τίνι *per quem*; v. 10. ἐν τούτῳ *per hunc*. Usi autem sunt synedri formula: *cujus nomine freti?* quoniam exorcistæ Judæorum illis temporibus dæmonia ejiciebant, et morbos graviores sanabant, ita, ut præter medicamenta, etiam varii generis formulas et incantationes adhiberent, atque nuncuparent nomen Salomonis, aut Abrahami, Isaaci et Jacobi, aut Dei. vid. ad Matth. xii. 27. Joseph. Ant. viii. 2. 5. Justin. c. Tryph. p. 311. Origenes c. Cels. lib. 4. p. 183 sq. Irenæus adv. hær. ii. 6. 2. *Fabricii* Cod. Pseudepigr. V. T. p. 1034 ss. *van Dalen* Diss. de Divinat. Idolol. V. T. c. 6. p. 520.

(8. 9.) πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου] *divino numine afflatus*, sacro enthusiasmo repletus vid. ad ii. 4. add. xiii. 9. ita ut ab omni metu et hæsitatione alienus, summa libertate in dicendo uteretur v. 13. coll. v. 31. Luc. xii. 11, 12. Matth. x. 19. εἰ ἡμεῖς σήμερον κ. τ. λ.] Perstringit judices, quod ipsum in jus vocarint, non propter malefactum, sed propter benefactum. εἰ, *cum*, ut Joh. xiii. 32. vii. 4. v. *Glassius* Phil. S. p. 521. ἀνακρίνεσθαι verbum de judicibus proprium, qui reos *interrogant* vid. not. ad Luc. xxiii. 14. εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς positum est pro εἰς ἄνθρωπον ἀσθενῆ, *beneficium homini ægroto præstitum*; etenim ἀνθρ. ἀσθενοῦς est genitivus objecti. Sic κοινὴ ἀνθρώπων εὐεργεσία ap. Diod. Sic. p. 8. D. pro εἰς τοὺς ἀνθρώπους add. p. 9. A. εὐεργεσία τοῦ κοινοῦ βίου pro εἰς τὸν κοινὸν βίον. Philo de Cher. p. 125. A. ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, *ad benefaciendum nostro generi*. cf. et *Glassius* Phil. S. p. 78. ἐν τίνι οὗτος σέσωσται;] *per quem ille sanatus sit?* ἐν τίνι *Erasmus* et *Beza* explicant, *qua ratione, quo modo*, ut ἐν τίνι sit idem quod ἐν τίνι τρόπῳ, ut ap. Matth. v. 13. et respondeat synedrorum quæstioni: ἐν ποίῳ δυνάμει. Sed rectius ἐν τίνι redditur: *per quem* v. Luc. xi. 19. Hebr. iii. 12. nam Petrus in responsione sua inprimis respicit interrogationem alteram, ἐν ποίῳ ὀνόματι, coll. v. 10. ubi declarat claudum ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ per Jesum, ἐν τούτῳ, sanatum esse. add. v. 12. σώζεσθαι] h. l. notat, *sanari*, ut Matth. ix. 21, 22. Marc. v. 23. vi. 56. Luc. vii. 50. Act. xiv. 9. nam sermo est de claudo, qui v. 11. dicitur ὑγιής, v. 14. τεθεραπευμένος] *sanatus*.

(10. 11.) Exprobrat synedris, quod Jesum insontem eundemque Messiam v. 11, 12. coll. iii. 13, 15. capitis condemnarint. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ] *per Jesum*; ejus ope et auxilio, nam sequitur ἐν τούτῳ. Ναζωραίου] vid. ad ii. 22. οὗτος παρέστηκεν] *hic coram vobis incolumis consistit*. Arcesserant synedri claudum, ut eum quoque de modo sanationis interrogarent, forte etiam dubitarant, ut suspicatur *Heumanus*, an homo a Petro sanatus, idem ille esset, qui stipis rogandæ caussa ad templi portam sederat. (11.) Locum Ps. cxviii. 22. qui de Davide agit, Petrus in Jesum transfert, ita, ut sensus sit: hic Jesus quem vos repudiastis, est verus Messias. cf. not. ad Matth. xxi. 42. οὗτος, nempe Jesus, coll. v. 10. haud raro enim pronomen demonstrativum ad nomen remotius referendum est, ut vii. 19, 38. ix. 22. coll. v. 20. vid. *Glassius* Phil. S. p. 156.

(12.) καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδεὶν ἡ σωτηρία] *neque in ullo alio salus* regni Messiani *sita est*. Similiter Joseph. Ant. iii. 1. ubi Mosen pro sublevanda Israelitarum commeatus et aquæ penuria Deo ita supplicantem sistit: ἐν αὐτῷ γὰρ εἶναι τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ, *in illo enim* (scl. Deo) *sitam esse salutem ejus, populi, et non in alio*. Aristoph. in Lysistr. v. 30. ἐν ταῖς γυναιξὶν ἐστὶν ἡ σωτηρία, *fœminis tota salus nititur*.

Digitized by Google

τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι
12 ἡμᾶς. Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰω-
άννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι

v. *Kypkius* ad h. l. In explicandis autem verbis σωτηρία et σωθῆναι in varias partes interpretes abeunt. Plerique ea intelligunt de salute regni Messiani, de felicitate hominibus per Jesum Messiam parta, quæ σωτηρία vocari solet, v. 1 Petr. i. 5, 9, 10. 2 Tim. ii. 10. iii. 15. Alii vero, veluti *Tellerus* in *Wörterbuch des N. T.* sub v. *Heil, Michaëlis, Boltenius* ad h. l. σωτηρία et σωθῆναι de hominis claudi sanatione accipiunt, ut sensus sit: talis sanitatis recuperatio non pendet ab ullius hominis arte et arbitrio, sed ad solam Messiæ auctoritatem referenda est. Alii denique utramque notionem in his verbis conjungendam esse existimant, et hunc verbis substituunt sensum: Christus solus est hominum sospitator, ille partim sanat per miracula hominum morbos, partim iis perennem felicitatem largitur. Hanc sententiam tuentur *Moldenhauerus* in *Erklärung d. schweren Stellen d. N. T.* Th. i. p. 256. *Kypkius* et *Heinrichsius* ad h. l. Hæc autem explicatio, ut recte monuit *Ravius* in Explicat. loci Act. iv. 12. Erlang. 1795. 4. cautis interpretibus non facile placere poterit, cum nulla urgeat necessitas, ut in verbis σωτηρία et σωθῆναι quæramus emphasin. Jam qui σωτηρία et σωθῆναι de morbi curatione capiendum esse præcipiunt, provocant 1) ad articulum ἡ vocabulo σωτηρία additum, quo certum quoddam liberationis s. salutis genus significetur, cumque verbum σωθῆναι de hominis claudi sanatione v. 9. positum legatur, ad eam quoque vocem ἡ σωτηρία referendam esse dictitant. Verum ut intelligenter contra monuit *Ravius* l. l. p. 6. per τὴν σωτηρίαν etiam ea potest intelligi, quæ in N. T. vulgo ac simpliciter ita vocari solet, h. e. felicitas per Christum hominibus parta, qua significatione admissa, vis articuli præpositivi non negligitur. Provocant 2) sententiæ illius defensores et patroni ad contextum. Notant, synedrium non quæstionem instituisse de auctore felicitatis ab omnibus hominibus exspectandæ, sed tantum de eo, per quem claudus sanatus esset. At enimvero ad hanc interrogationem jam v. 9, et 10, responderat Petrus, nempe, Jesu ope claudum esse sanatum; versu autem 11, et 12, addit: hunc eundem Jesum, a synedris repudiatum, et neci traditum, esse Messiam, auctorem felicitatis perennis, atque ita coram synedrio repetit, quæ coram populo dixerat c. iii. 13 ss. Itaque verba οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία valent, *est salutis auctor, per eum contingit felicitas quam Deus promisit, est Messias a Deo constitutus*, v. Luc. ii. 11. Act. v. 31. xiii. 23. Hanc interpretationem apprime confirmant etiam verba quæ sequuntur, quibus eandem sententiam, quo significantior esset affirmatio, Apostolus expressit: οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον κ. τ. λ. *neque alius sub cœlo hominibus datus est, per quem salutem consequi possint.* Si σωτηρία de hominis claudi sanatione accipitur, gravi duritie horum verborum interpretatio laborat. Nam σωθῆναι vel aliter explicandum est, quam præcedens σωτηρία, vel in voce ἡμᾶς admittenda enallage. Sed, ut apposite animadvertit *Ravius*, verbis conjugatis σωτηρία et σωθῆναι in uno eodemque loco, aliam atque aliam tributam ab Apostolo esse potestatem, parum credibile est. Imo duo continentur in hoc versu enuntiata synonyma, utriusque igitur enuntiati eadem vis sit, necesse est. Nec probari poterit eorum ratio, qui voci ἡμᾶς inesse putant enallagen, sive eam orationis figuram, quæ κοινοποιία vocari consuevit. Talis enim κοινοποιία, excepto sermone hortatorio et objurgatorio, non modo est rarior, verum etiam tum demum admitti debet, ubi sine ea oratio foret inepta et existeret quædam repugnantia. Ex hoc autem genere hic locus non est. Qui vocem ἡμᾶς ex illa figura interpretandam, illamque pro αὐτοὺς positam esse statuunt, non agunt sine cupiditate. Statuunt illud, ut suam de verbis σωτηρία et σωθῆναι sententiam, quam temere amplexi sunt, defendere possint. Sed si vulgarem interpretandi rationem tenemus, nulla opus est κοινοποιία, et sensus emergit aptissimus. Ea igitur omnino retinenda est, ὄνομα ἕτερον, *alia persona, alius;* ὄνομα enim h. l. *personam* indicat, ut i. 15. rationem habuit Petrus interrogationis synedrorum. ἐν τοίῳ ὀνόματι v. 7. ὑπὸ τὸν οὐρανὸν] *sub cœlo*, in toto terrarum orbe. δεδόμενον] *datus, destinatus*, pro ὃ δίδοται nempe a Deo v. 2 Tim. i. 9. constitutus Eph. i. 22. iv. 11. non alius Messias exspectandus, Jesus est verus Messias. ἐν ἀνθρώποις] positum est pro τοῖς ἀνθρώποις, ut Sir. iii. 7. δουλεύσει ἐν τοῖς γεννήσασι αὐτόν. xlvii. 10. ἔδωκεν ἐν ἑορταῖς pro τοῖς ἑορταῖς. Alex. Jer. xxv. 11. δουλεύσουσι ἐν τοῖς ἔθνεσιν. add. Col. iii. 10. Act. xiii. 15. 1 Cor. viii. 7. Minus recte *Ravius* verba ἐν ἀνθρώποις conjungenda putat cum nomine ὄνομα, ut ὄνομα ἐν ἀνθρώποις, ex Hebraismo sit, *nomen humanum, persona humana.*

(13. 14.) Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν κ. τ. λ.] *Synedri vero animadversa Petri et Johannis in dicendo libertate, cum probe nossent, eos esse homines illiteratos et*

Digitized by Google

καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν· Τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς 14 ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Κε- 15 λεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλον

plebeios, mirati sunt (*eos enim Jesu comites perpetuos agnoverant*) *cumque hominem sanatum illis adstantem viderent, non habebant, quod contradicerent.* παῤῥησία, *libertas in dicendo;* cum quis intrepide et sive hæsitatione caussam suam agit, sententiam suam profert vid. xxix. 31. καταλαμβάνεσθαι] *cognoscere, scire, nosse,* ut x. 34. v. *Fischerus* ad Xen. Cyrop. vi. 2. 39. ἀγράμματος] proprie dicitur *is qui ne literas quidem novit,* ap. Athen. lib. 10. p. 454. B. *qui artem scribendi non callet,* ap. Xen. Mem. iv. 2. 20. in usu quotidiano, *indoctus, in scriptis veterum minus exercitatus:* v. interpp. ad Ammon. i. 3. h. l. indicat *eum qui non habet doctam et subtilem literarum sacrarum cognitionem, easque interpretandi peritiam, in scholis Rabbinorum,* s. doctorum legis, qui in N. T. γραμματεῖς dici solent, *non institutum,* vid. ad Joh. vii. 15. Vocabulum ἰδιώτης varios significatus habet, et ut accuratius constituatur, quænam notio loco quoque ei subjicienda sit, semper et ubique orationis cohærentia respici debet. Scilicet ἰδιώτης cum refertur ad *magistratus urbanos,* est, *civis privatus, qui vitam privatam agit,* v. Æl. H. V. iv. 25. iv. 5. Demosth. de Cor. 14. *Sturzii* Lex. Xenoph. sub v. ἰδιώτης, cum opponitur *magistratui militari,* notat, *militem gregarium.* Hesychius: ἰδιώτας, πολίτας, ἐπλῖτας, v. *Abreschius* Obss. Miscell. T. x. p. 9. Xen. Ages. i. 2. Anab. i. 3. 11. cum opponitur *honoratis, dignitate conspicuis* et *potentioribus,* significat etiam *plebeium,* atque adeo *vilem, contemptum,* v. Obss. Miscell. l. c. *Casaubonus* ad Athen. T. ii. p. 95. Xen. Mem. iii. 12. 1. cum refertur ad *doctos, peritos,* quoniam homines ex vulgo rudes et imperiti esse solent rerum publicarum et privatarum, indicat, *indoctum, illiteratum, imperitum.* Hesych. ἰδιώτας, ἀπείρους. Suidas: ἰδιώτης, ἀγράμματος, ἀμαθής, vid. 1 Cor. xiv. 16. 2 Cor. xi. 6. Æl. H. V. iv. 5. *Ruhnkenius* ad Longin. p. 258. ed. Oxon. *Irmischius* ad Herodi. Exc. ad lib. 1. p. 759 sq. *Krebsius* ad Act. vii. 22. Jam cum h. l. ἰδιώτης referatur ad homines auctoritate et potestate conspicuos, eosdemque magistratus, cum παῤῥησίας Petri et Johannis mentio facta sit, homines autem plebeii coram judicibus sint plerumque timidi, nullius animi et consilii, et Apostoli homines de plebe fuerint: in hac orationis serie vocabulo ἰδιώται plebeios notari in promptu est. ἐθαύμαζον] mirabantur, homines indoctos, in scholis Rabbinorum non institutos eosdemque plebeios coram summo magistratu Judæorum, cujus maxima esset auctoritas, adeo confidenter ac sine ulla hæsitatione caussam suam agere. ἐπιγινώσκειν] significat *nosse,* scire, ut Matth. xi. 27. al. item: *agnoscere,* personam, rem, antea notam ut h. l. Matth. xiv. 35. Xen. H. Gr. v. 4. 12. ὅσους ἐπίγνωσαν τῶν ἐχθρῶν ὄντας. add. Longin. de Sublim. sect. xxxi. 1. τι] *nam, quia* v. ad ii. 43. ἦσαν] *fuerant,* Matth. xxiii. 30. εἰ ἦμεν] *si fuissemus.* Sic Græci passim imperfecto utuntur pro plusquam perfecto v. *Raphelius* Obss. Polyb. p. 315. Sed σύν τινι εἶναι dicuntur, *qui partes alicujus sequuntur* Xen. Cyr. v. 2. 15. extr. τοὺς σοὺς, ἐπὶ σὺν ἡμῖν εἰσι· *socii,* ib. iii. 3. 14. οἱ Ἀσσύριοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς· *qui familiariter cum aliquo versantur,* Eurip. Hippol. 85. σοὶ ξύνειμι. Cornut. de N. D. c. 18, λίγιστα συνεῖναι ἐ Προμηθεὺς τῷ Διΐ· *amici,* Xen. Anab. iv. 5. 15. Ξενοφῶν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· *comites,* Xen. Rep. Laced. xiii. 1. h. l. notantur hac formula non generatim, *asseclæ, discipuli,* sed *comites perpetui, interioris admissionis discipuli,* nam Petrum et Johannem asseclas Jesu esse docuerat synedros oratio a Petro in templo habita, et narratio τοῦ στρατηγοῦ τοῦ ἱεροῦ, vid. iv. 1. 2. et verba ἐπιγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν, illustrationis caussa addita sunt, ut appareret, unde synedri sciverint Petrum et Johannem esse homines illiteratos et plebeios, non autem omnes Jesu asseclæ erant ἄνθρωποι ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται, v. Joh. xii. 42. vii. 50, 52. xix. 38. sed comites Jesu perpetui, interioris admissionis discipuli, tales erant, id quod probe notum erat synedris. Agnoverant autem synedrii assessores, Petrum et Johannem, Jesu comites perpetuos, simulatque in judicium venerant, quoniam, ut apposite monuit *Grotius,* sæpe senatorum plures Jesum discipulis suis comitatum adierant, et allocuti erant, v. Matth. xxi. 23. Luc. xviii. 18. Joh. xii. 42. et in templo viderant. (14.) οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν, *nil habebant, quod contradicerent,* non eos fraudis, mendacii accusare poterant; non negare poterant, hominem adstantem eundem esse, qui tam diu claudus fuerat v. 22. eumque a Petro et Johanne ope auxilioque Jesu v. 10. esse sanatum v. 16.

(15.) κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν] *jubebant eos e synedrio digredi,* quo commodius sententiæ corrogarentur. συνέδριον, ipse synedrorum consessus, et locus in quo conveniebant, ut ap. Herodi. ii. 12, 7.

Digitized by Google

16 πρὸς ἀλλήλους, Λέγοντες· Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ φανερὸν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρ-
17 νήσασθαι· Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι
18 τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων. Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς, παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ
19 τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς, εἶπον· Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ,

συνίδριον de curia ubi conveniunt judices, συνίασιν εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ὑπάτων κελευσάντων· add. ib. vii. 11. 5. i. 14. 18. συνέβαλον] contulerunt consilia, supplendum βουλεύματα Eurip. Phœnn. 700. Θέλω πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα· vel γνώμην, vid. Kypkius ad h. l.

(16—18.) Lubenter synedri, qui ægerrime tulerant, quod Apostoli in templo docuerant, Jesum trucidatum in vitam rediisse, et Messiam esse, eos propterea castigassent, diutius in vinculis detinuissent, aut flagellandi pœnam (Matth. x. 17.) iis inflixissent, sed cum insigne factum ab iis modo editum negare non possent, idque omnibus pateret Hierosolymitanis, tumultum metuentes, eos punire non audebant, sed iis interdicebant, ne omnino amplius de Jesu verba facerent. τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις;] quomodo hos homines tractabimus? num eos puniemus, an dimittemus? ποιεῖν tractare aliquem, ut Matth. xvii. 12. xxvii. 22. ubi v. not.—(17.) ἀλλ' ἵνα μὴ—λαὸν] attamen ne latius divulgetur; ἀλλὰ, attamen, nihilominus tamen, ut infra vii. 48. Aristoph. Lysistr. v. 70. Thesmoph. v. 759. Polyb. Hist. v. 26. 1 Cor. iv. 4. vid. Devarius de Gr. L. Particc. p. 11. ed. Reusm. διανεμηθῇ] nempe τὸ σημεῖον, ne fama eventi latius dissipetur. De insigni facto ab Apostolis per Jesum edito in proxime præcedentibus sermo erat. Alii subintelligunt, διδαχὴ, ne doctrina eorum tanquam ulcus, vel gangræna latius serpat; laudant 2 Tim. ii. 17. ubi v. Albertius. διανέμειν, quod in versione Alexandrina respondet verbo חלק vid. Deut. xxix. 26. proprie notat, distribuere inter plures, ut ap. Xen. Mem. iii. 14. 1. deinde vero etiam significat, divulgare, spargere, ut h. l. Per τὸν λαὸν intelligitur reliquus populus, exceptis civibus Hierosolymitanis coll. v. 16. ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα] graviter ac severe ipsis interminemur; locutio Hebræis familiaris v. not. ad Luc. xxii. 15. Vorstius de Hebraismm. N. T. p. 625. add. Act. v. 28. xxiii. 14. μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων] ne in posterum de isto homine verba cum quoquam faciant. ὄνομα de persona dicitur ut v. 10. nam v. 18. sequitur: διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, h. e. docere de Jesu. Nomen Jesu per contemptum non pronuntiabant vid. v. 28. ix. 21. Cum λαλεῖν etiam ita usurpetur, ut sit, docere, alii hanc formulam λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ explicant, docere de Jesu: alii, jussu et auctoritate Jesu docere. Sed v. 18. verbo διδάσκειν jungitur φθέγγεσθαι, quæ duo verba comprehenduntur h. l. verbo λαλεῖν, neque Apostolis synedri interdicebant, ne Jesu jussu et auctoritate docerent, sed ne de Jesu populum docerent; neque ἐπὶ τῷ ὀνόματι, ut sit, jussu Jesu, convenit verbo φθέγγεσθαι. vid. et not. ad v. 7. παραγγέλλειν, verbum de magistratibus, imperatoribus, ducibus, proprium Diod. Sic. p. 49. D. τὸ παραγγελθὲν ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων μὴ ποιεῖν. add. Xen. Ages. i. 31. Cyr. ii. 3. 10. Theophr. Char. xiii. 2. Act. v. 28. τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι—τοῦ Ἰησοῦ] interdixerunt, ne omnino quicquam de Jesu dicerent aut docerent, præcipiebant iis, ut caverent publice privatimve de Jesu verba facere. φθέγγεσθαι loqui, dicere, ut ap. Theophr. Char. vi. 5. vii. 1. Xen. Sympos. ii. 7. iv. 58. Herodi. iv. 6. 12. Alexandrini interpretes hoc verbo expresserunt Hebr דבר Job. xiii. 7. Prov. xviii. 24.

(19. 20.) *Petrus autem et Johannes respondebant: An Deo judice fas sit, vobis potius quam Deo obtemperare, ipsi judicate! non possumus enim nos non eloqui quæ vidimus et audivimus.* Verba ἃ εἴδομεν καὶ ἀκούσαμεν ad omnia fata et facta Jesu, ad omnes ejus sermones, quibus doctrinam suam exposuit, referenda sunt. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] id. qd. παρὰ τῷ Θεῷ, Deo judice, h. e. num vere fas sit: v. not. ad Luc. i. 6. et Vorstius de Hebraismm. N. T. p. 400. ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ] infra v. 29. πειθαρχεῖν Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Socrates ap. Platon. Apol. c. 17. ἔστι γὰρ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Achæorum legati ap. Livium xxxix. 37. *Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus; sed plus et veremur et timemus deos immortales.* Plures alios locos similes congessit Wetstenius ad h. l.

Digitized by Google

ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε· Οὐ δυνάμεθα 20
γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν· Οἱ δὲ 21
προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ
πῶς κολάσωνται αὐτοὺς, διὰ τὸν λαόν· ὅτι πάντες ἐδόξαζον
τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι· Ἐτῶν γὰρ ἦν πλείονων τεσσαρά- 22
κοντα ὁ ἄνθρωπος ἐφ' ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.
Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν 23
ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον. Οἱ 24
δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ
εἶπον· Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν
καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· Ὁ διὰ στό- 25
ματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη,

25. † τοῦ.

ἀκούειν] *obtemperare*, vid. iii. 22. κρίνατε] *judicate*, ut 1 Cor. x. 15. οὐ δυνάμεθα] *non possumus*, non licet, non fas est v. *Glassius* Phil. S. p. 209 sq. nos, qui Deo moderante Jesu discipuli facti sumus Joh. vi. 44 sq. quos Deus resurrectionis Jesu testes elegit Act. x. 41. quos Πνεῦμα Θεοῦ regit, quibus Jesu mandavit, ut doctrinam divinam propagaremus, non possumus non audita et visa eloqui.

(21. 22.) προσαπειλησάμενοι] *additis minis*; etenim πρὸς in compositis haud raro additionem indicat, *insuper, porro*, ut in προσιρωτᾶν, *insuper interrogare*, Xen. Mem. iii. 9. 4. προστιθέναι, *insuper dare*, Plato Enthyphr. c. iii. προσμανθάνειν, *insuper discere*, Xen. Œcon. 13. 1. In verbis μηδὲν εὑρίσκοντες *Pricæus*, *Schœttgenius* in notis ad *L. Bos.* de Ellips. s. v. αἴτιον, *Wolfius*, subaudiunt αἴτιον, coll. Luc. xxiii. 14. nullam ansam, prætextum inveniebant; et πῶς *Pricæus* atque *Glassius* Phil. S. p. 545. pro ὅπως positum esse putant, cujus tamen loquendi rationis desiderantur exempla alia. Equidem adstipulor *Bezæ*, qui μηδὲν idem valere statuit quod μὴ (v. Xen. Œcon. xi. 9. Æschin. Socr. ii. 29.) cum sequatur articulus τὸ, qui sententiæ præponi solet ita, ut sequentem sententiam indicet, ut Luc. xxii. 2. vid. not. ad Marc. ix. 23. πῶς] *qua specie, quo prætextu*, pœnam aliquam in ipsos decernerent, sive, quomodo sic possent in eos animadvertere, ut populus non tumultuaretur. πάντες] hyperbole, ut Joh. xii. 19.

(23. 24.) ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους] *Er. Schmidius, Heumanus, Morus*, alii, explicant: domum reversi sunt, et per τοὺς ἰδίους cæteros Apostolos vel alios Christianos intelligunt, qui eodem hospitio cum Petro et Johanne uterentur. Equidem intellexerim potius conclave, in quo convenerant Christiani ad Deum preces facturi pro liberatione Apostolorum coll. xii. 5. ii. 1. ἴδιοι dicuntur omnes, *qui a partibus alicujus stant, populares, eidem doctrinæ, sectæ addicti, familiares*, h. l. ita dicuntur Christiani, ut infra xxiv. 23. ubi v. *Raphelius* Obss. Polybb. Philo, lib. 1. de vit. Mos. p. 630. A. Μωϋσῆς—ἰθάρσυνε τοὺς ἰδίους, *Moses suis*, populo, *addebat animum*. (24.) ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον] *una* (vid. ad i. 14.) *ad Deum ita precati sunt*. Hebræi formulam וַיִּשְׂאוּ קוֹל verbis dicendi præmittere solent, ita, ut plerumque redundet v. Judd. ix. 7. xxi. 2. hunc usum loquendi secuti sunt scriptores N. T. qui formulam ἐπαίρειν τὴν φωνὴν præmittunt verbis εἰπεῖν, λέγειν, ἀποφθέγγεσθαι, ita, ut vel redundet, ut ii. 14. h. l. vel sit idem quod μεγάλῃ τῇ φωνῇ, *clara, alta voce*, ut xiv. 11. coll. v. 10. xxii. 22. v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 708. *Fisch.* Non omnes simul, ut intelligenter animadvertit ad h. l. *Limborchius*, precationem sequentem elata voce pronuntiabant, qui enim fieri potuisset, ut omnium cogitationes ita consentirent, ut non modo idem, sed iisdem plane verbis omnes peterent. Sed sensus est: omnes auditis illis comminationibus se ad precandum componebant, unus Apostolorum alta voce precationem sequentem pronuntiabat, reliqui submissa voce ac mente attenta orabant, suaque vota precationi huic adjungebant. Et hæc precatio, ob eventum maxime memorabilem coll. v. 31. postea literis consignabatur. Alii putant recitatam esse precum formulam jam antea conscriptam; quibus recte opposuerunt alii, hac in precatione aperte respici minas synedrii v. 29. de quibus Apostoli congregatos modo certiores reddidissent. δεσπότα, σὺ ὁ Θεὸς κ.τ.λ.] *Domine, Deus, qui cœlum, terram, mare et omnia, quæ iis continentur, creasti*. Eadem circumlocutio universi legitur Ps. cxlvi. 6.

(25.) ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου

Digitized by Google

26 καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου

εἰπών] *qui per Davidem cultorem tuum ita fatus es.* Alii libri habent: ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ εἰπών alii, ὁ διὰ Πνεύματος ἁγίου διὰ στομ. Δ. παιδός σου εἰπών alii aliter v. *Griesbachius* ad h. l. E locis parallelis, nominatim Matth. xxiii. 43. Marc. xii. 36. has voces a grammaticis in hunc locum translatas esse, recte judicarunt *Millius, Whitbius* in Examine N.T. et *Wolfius* ad h. l. παῖς] *servus, minister,* v. ad Matth. viii. 6. *cultor,* v. Luc. i. 69. στόματος] redundat, ut Luc. i. 70. Act. i. 16. ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη κ. τ. λ.] Locus laudatus desumptus est e Ps. ii. 1, 2. atque e versione Alexandrina expressus. Plures interpretes, cum veteres, tum recentiores, (ut *Dathius, Hufnagelius* in Diss. super Ps. ii. Erlang. 1786. 4. inserta Commentatt. Theologg. a *Velthuseno, Rupertio* et me editis Vol. iv. p. 401 sqq.) de Messia hunc Psalmum agere statuerunt. Quæ tamen sententia pluribus de caussis improbanda est. Etenim hostes illius regis, quem carmen celebrat, non ejus regnum evertere, sed ejus imperio, cui hactenus subjecti erant, sese subtrahere conantur. Neque in Jesum Messiam quadrant quæ v. 9. leguntur. Accedit quod Messiæ notio post Davidis demum tempora exculta et exornata est v. ad ii. 25. Alii putarunt, carmen illud a Nathane, vate, compositum esse, ut Salomonem regni heredem legitimum atque divinitus constitutum commendaret. Sed tunc temporis cum Salomo imperium capesseret, populos finitimos ab imperio regis defecisse, v. Ps. v. 1—3., in annalibus Judæorum non memoratur, neque in Salomonem conveniunt. quæ Ps. ii. 8, 9. leguntur; Salomoni enim pacatum imperium promissum erat v. 1 Chron. xxii. 9. cf. etiam *Holzapfelii* Diss. binæ, inscriptæ *sollte wohl Salomo der Gegenstand des zweyten Psalms, und die Verfertigung dieses Liedes in die Zeit seiner Erhebung zur Königswürde zu setzen seyn?* Rinteln 1803. Diss. i. p. 10 sq. Rectius alii Davidem carminis auctorem habent, cum in aliis carminibus a Davide confectis, idem stilus deprehendatur v. Ps. iv. 5, 6. xxxvii. 13 ss. lix. 9. lxxxix. 27 sq. et de Davide ipso Psalmum agere statuunt, cum nihil in eo reperiatur, quod non Davidi congruat. Quæstionem vero quod attinet, quo tempore Davides hunc Psalmum cecinerit, et quosnam hostes in mente habuerit? maxime probabilis est sententia *Grotii, Eckermani* in *Theolog. Beyträgen* B. 1. St. 2. p. 135 sqq. *Mölleri* in *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 209. et *Holzapfelii* l. l. per populos eorumque principes intelligendos esse, populos 2 Sam. viii. 11. memoratos, Syros, Moabitas, Philistæos, Amalekitas, atque cecinisse Davidem hocce carmen, cum jam nonnullos horum populorum vicisset v. 3. atque hi denuo ad bellum consurgerent. Nostro autem loco Psalmus ille in Jesum Messiam transfertur, ut a Paulo Act. xiii. 33. et ab auctore epistolæ ad Hebræos i. 5. vid. *Eckermanus* l. l. *Ammonii Biblische Theologie* B. 2. p. 66 sq. ed. 2. ἱνατί, *cur,* Hebr. למה, quod Symmach. expressit εἰς τί. Hesychius: ἱνατί· διατί, εἰς τί. Verbum φρυάσσειν, quod in versione septuagintavirali respondet Hebr. רגשׁ, ut nomina φρύαγμα et φρυαγμός, proprie adhibetur de equis, qui collo altius elato *hinniunt, fremunt* et *ferociunt.* Ammonius: φρυάττεσθαι φαμὲν τὸν ἵππον φυσῶντα καὶ γαυριώμενον. Xen. de Re Equ. xii. 12. ἀέρδει δὲ τὸ φρύαγμα, καὶ τὸ φύσημα τῶν ἵππων συμπαιρίσουσι. Diod. Sic. p. 687. D. τῶν ἱππίων ὁ φρυαγμός. Callim. Lavacr. Pallad. v. 2. τῶν ἵππων ἄρτι φρυασσομένων τῶν ἱερὰν εἰσάκουσα, *equas modo hinnientes sacras illas audivi.* Suidas: φρύαγμα, ἡ τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ, ἀγερίᾳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. cf. Interpp. ad Thom. Mag. p. 901. *Gataekerus* ad Antonin. lib. 9. p. 364. *Spanhemius* ad Callim. l. l. *Wesselingius* ad Diod. Sic. iv. 74. Cum vero ad homines transfertur, notat: *spiritus sumere, insolenter agere, ferocire;* hinc φρύαγμα et τύφος junguntur ap. Ælian, H. V. ii. 10. Aristænet. ii. 12. p. 90. φρύαγμα et μεγαλαυχία ap. Plutarch. de Educ. Liberor. ii. 6. Sic φρυάσσειν legitur ap. Diod. Sic. p. 191. D. ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν τέκνων μέγα φρυασσομένη, *liberorum numero valde se efferens.* 3 Macc. ii. 2. σθένει φρυασσόμενος, *potentia elatus.* Hesych. ἐφρύαξαν, ἐκινήθησαν, ἐπήρθησαν, συνήχθησαν, *commoti, elati, congregati sunt.* Id. φρυάσσεται· ἐπιγίνεται, μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ, *adsurgit, elato animo est, superbit.* Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐφρύαξαν, ἀλογίστως ἐπήρθησαν. Scholion ap. *Matthæium:* ἐφρύαξαν· ἀλόγως ἐκινήθησαν. Jam h. l. ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη reddendum est, *cur ferociunt gentes,* h. e. si sensum spectamus: cur rebellant in Messiam, ejus imperium detrectare conantur? καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;] *et populi vana consilia moliuntur?* μελετᾶν Hebr. הגה *meditari,* hinc *cogitare quid faciendum sit* ut Marc. xiii. 11. *cogitare quid dicendum sit* Xen. Cyr. v. 5. 14. κενὰ, ut recte admonuit *Bengelius,* vim adverbii obtinet, ut Job. xxi. 34. ubi οἱ ο'. παρακαλοῦσι κενά· Aquila Ps. l. l. ריק expressit κενῶς.

(26.) παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς] *consistunt reges terræ* nempe oppugnaturi. Ps. l. c. extat verbum הִתְיַצֵּב, quod cum particulam עַל comitem habet, plerumque signi-

Digitized by Google

27 καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, σὺν ἔθνεσι, καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ,
28 Ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι.
29 Καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς

27. ↑ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.

ficat, *apparere, ministrare, adjuvare*, ut Job. i. 6. ii. 1. Zach. vi. 5. et ab Alexandrinis Judæis et N.T. scriptoribus exprimitur verbo παρεστηκέναι. Sed ponitur התיצב interveniente particula על ut παρεστηκέναι etiam in malam partem, de iis, *qui oppugnant alios*, ita ut verbo ἀνθεστηκέναι et συνίστασθαι, quo Ps. l. l. Symmachus usus est, respondeat, *qui coëunt, conjurant* oppugnaturi alios, *qui consilia capiunt adversus aliorum salutem*. Sic h. l. παρέστησαν et Ps. l. c. יתיצבו positum comparet. Nam verba על־יהוה etiam cum verbo יִתְיַצְּבוּ cohærent, ut h. l. κατὰ τὸν Κύριον cum παρέστησαν, id quod etiam res ipsa, quam vates canit, declarat. καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *et principes congrediuntur, conspirant*, v. Matth. xxii. 34. κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, *contra Deum et regem ab eo constitutum*. Rebellabant reges illi in Deum, nam Davidem constituerat regem, summus præterea rex Israelitarum erat Jova v. Ex. xix. 4 sqq. coll. Deut. xxiii. 5. reges Israelitarum Jovæ vicarii habebantur. Ps. v. 3. al.

(27.) συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας] *utique profecto conspirarunt*, conjunctim oppugnarunt. Vere conveniunt in Jesum et hæc tempora, quæ Davides cecinit. Transferuntur jam verba Psalmi in Jesum, et referuntur ad mala quæ ei intulerant Herodes, Pilatus et Judæi. γὰρ h. l. vim asseverationis habet, *utique* v. not. ad Joh. ix. 30. et *Raphelium* in Obss. Xenophh. ad h. l. ἐπ' ἀληθείας, *profecto, vere*, ut Luc. iv. 25. xxii. 59. Sed post ἐπ' ἀληθείας plures diversarum familiarum codd. verss. et patres, addunt: ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, *in hac urbe*, quam lectionem *Beza, Bengelius* et *Griesbachius* in textum receperunt. Significanter hæc verba addita sunt, hoc sensu: in hac urbe primaria, sede regia, in qua templum Dei, Jesum regem repudiarunt. Respicitur Ps. ii. 6. ubi legitur: *unxi regem meum* (constitui regem) *super Sione Monte mihi sacro*. ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦ] *contra venerandum Filium tuum Jesum, quem Messiam constituisti*. ἅγιον venerandum, quem et ipsi venerari debuissent. παῖδα vid. ad iii. 13. Pro ὃν ἔχρισας ii. 36. legitur: Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. Verbum χρίειν, *ungere*, h. l. notat, *regem, Messiam, constituere*, vid. not. ad Luc. iv. 18. infra ad x. 38. hinc et Jesus Messias Luc. ii. 26. dicitur Χριστὸς Κυρίου, ut Χριστὸς Θεοῦ 1 Cor. iii. 23. σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ] *cum gentilibus et populo Israelitarum*. In nonnullis libris e glossemate legitur λαός. Sed pluralis λαοῖς positus est pro singulari λαῷ, quo accuratius verba σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς responderent verbis v. 25. e Psalmo allatis.

(28.) ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου κ. τ. λ.] *ita ut peragerent, quæ tua providentia atque voluntas fieri dudum decreverat*: ποιῆσαι nonnulli cohærere putant cum ἔχρισας quod v. 27. præcessit, et verba intermedia Ἡρώδης—λαοῖς Ἰσραὴλ cum verbo συνήχθησαν, ut sensus sit: quem Messiam constituisti, quo perficeret, quæ decrevisti. Sed hanc trajectionem durissimam esse, vel nobis non monentibus, intelligitur, nec dari potest aliud talis trajectionis exemplum. Rectius ποιῆσαι refertur ad συνήχθησαν coll. iii. 17, 18. ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου per Hendiadyn dictum pro: *potentissima, efficacissima voluntas tua*, sic χεὶρ de potentia Dei paulo post adhibitum legitur v. 30. add. vii. 50. xi. 21. Ev. i. 66. Hebr. יד 2 Sam. iii. 12. al. Exprimitur his verbis sententia hæc: persecuti sunt, interfecerunt Jesum, Messiam, sed hoc factum est volente et moderante, permittente Deo, qui irritos reddere eorum conatus potuisset, si voluisset. "Voluit quidem Deus permittere, ut Jesum morti traderent, sed voluit etiam irrita reddere eorum consilia, quibus impedire voluerunt, ne Jesus Rex agnosceretur, ejusque doctrina propagaretur." *Rosenmüllerus*. coll. v. 25. προορίζειν simpliciter *decernere* vid. ii. 23. vel si nolis præpositionem in vertendo negligere, *olim decernere* v. *Koppius* ad Ephes. i. 5.

(29.) καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἴδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν] *Nunc igitur respice eorum minas*, eas irritas redde. τὰ νῦν s. junctis vocibus τανῦν (Gregorius de Dial. p. 49. ἀντεικὼν καὶ τὸ λίγειν ἀντὶ τοῦ νῦν, τανῦν, ubi v. *Kœnius*), *in præsentia, nunc*, locutio elliptica, pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα l. ἔχοντα πράγματα, *prout res se nunc habent, quæ cum ita se habeant*. Tob. vii. 11. ἀλλὰ τὸ νῦν ἔχον, ἠδίως γίνου. Sæpius hæc locutio recurrit vid. *Raphelius* Obss. Xenopph. *Elmerus* et *Wetstenius* ad h. l. ἐπείδω, ut ἰδέω, Hebr. ראה frequenter

Digitized by Google

τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον
30 σου. Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ
σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παι-
31 δός σου Ἰησοῦ. Καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν
ᾧ ἦσαν συνηγμένοι· καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος
ἁγίου, καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας.
32 Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ
ψυχὴ μία· καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν
33 ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. Καὶ μεγάλῃ
δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ Ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως
τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς.

de Deo ponitur, quatenus res humanas curat atque gubernat v. not. ad Luc. i. 25. *Glassius* Phil. S. p. 963 sq. καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου κ. τ. λ.] *et cultoribus tuis concede, ut*, persuasi de tuo auxilio, *libere ac sine metu tuam doctrinam tradant:* δὸς ut Latinorum *da*, frequens in precibus Rom. xv. 5. Hom. Il. γ'. 351. Virg. Æn. ii. 789. v. *Elsnerus* et *Wolfius* ad h. l. *Raphelius* ad Marc. x. 37.

(30.) ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν] *dum manum tuam extendis ad sanandos ægrotos*, dum nobis potestatem concedis morbos sanandi. ἐκτείνειν τὴν χεῖρα de Deo usurpatum, ex Hebraismo, declarat: potentiam exserere, efficere v. *Glassius* Phil. S. p. 934. καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι κ. τ. λ.] *et varii generis miracula patranda, propter venerandum filium tuum.* Persuasum erat Apostolis Deum propter Christum per ipsos, utpote Christi legatos, sanitatem restituere ægrotis; ὄνομα redundat, ut iii. 16. ubi v. not.

(31.) καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι] *his precibus factis, contremuit locus in quo congregati erant.* Inopinatus terræ motus erat congregatis signum Deum ipsorum preces exaudivisse, ipsis porro auxilio suo adfuturum esse. Etiam gentilibus terræ motus nonnunquam erat benevolentiæ divinæ signum Virg. Æn. iii. 89. *Da Pater augurium atque animis illabere nostris. Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente, Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri Mons circum.* add. Callim. H. in Apoll. 1. v. *Doughtæus* Analect. Sacr. P. 2. p. 71. *Pricæus* ad h. l. not. ad ii. 2. καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες κ. τ. λ.] *et omnes* tum congregati *repleti sunt Spiritu Sancto, ita ut doctrinam divinam*, spretis atque neglectis synedrorum minis, *cum summa fiducia prædicarent.* ἐπλήσθησαν Πνεύματος ἁγίου sacro ardore correpti (v. ad ii. 4.) et impulsi sunt ad religionis Christianæ professionem.

(32.) Vid. not. ad ii. 44. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων—ψυχὴ μία] *omnes qui Christi doctrinam susceperant, arctissimo amicitiæ concordiæque vinculo conjuncti erant.* ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, proverbialis tenerrimi amoris descriptio, et summæ quæ inde oritur concordiæ. Diog. Laërt. v. 1. 11. de Aristotele: ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος; ἔφη, μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα, *interrogatus, quid esset amicus? una, inquit, anima, in duobus corporibus habitans.* Eurip. Orest. 1047. ὦ φίλτατ' ὦ πεφυκὼς ἥδιστον σ' ἔχων τῆς σῆς ἀδελφῆς ἔνομα καὶ ψυχὴν μίαν. Aristot. Ethic. ix. 8. καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν, ἕν τὸ, μία ψυχὴ, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Ovid. Trist. iv. 4. 72. *Qui duo corporibus, mentibus unus erant.* Minuc. Felix de se et Octavio c. 1. *crederes unam mentem in duobus fuisse divisam.* cf. et *Elsnerus* atque *Kypkius* ad h. l. καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων κ. τ. λ.] *nec ullus bonorum quicquam suum esse dicebat, sed erant iis omnia communia* v. ad ii. 44.

(33.) *Magna efficacia Apostoli resurrectionem Domini Jesu testabantur*, h. e. omnino, doctrinam Christianam tradebant vid. ad i. 22. δύναμις] h. l. ut sæpius, ponitur de orationis vi et efficacia ad persuadendum et commovendum vid. ad Luc. iv. 32. xxiv. 19. Matth. vii. 29. Male *Pricæus* ἐν δυνάμει idem esse putat quod ἐν σημείοις καὶ τέρασι v. 12. vi. 8. χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς] *et omnes in magno* (populi) *favore erant.* ἐπὶ ut Gal. vi. 16. Per χάριν *Beza, Pricæus, Heumanus* Dei favorem intelligunt, ut Luc. ii. 40. Eph. vi. 24. *Bengelius*, Dei hominumque favorem. Non possum eo adduci ut assentiar. Etenim ipsa orationis cohærentia coll. v. 34. et locus parallelus ii. 47. sat evidenter docent, sermonem esse h. l. de favore populi, quem sibi Apostoli et reliqui Christiani conciliabant amoris mutui concordiæque studio v. 32. et liberalitate erga inopes coll. v. 34.

Digitized by Google

Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ κτήτορες 34
χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν
πιπρασκομένων, Καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων· 35
διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Ἰωσῆς δὲ, 36
ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, (ὅ ἐστι μεθερ-
μηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως,) Λευίτης, Κύπριος τῷ γένει,
Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ 37
ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων.

(34 sq.) *Neque enim quisquam eorum egestate laborabat, nam qui prædia vel domos habebant, iis venditis, pecuniam acceptam afferebant, et apud Apostolos deponebant, quæ, prouti cuique opus erat, distribuebatur.* κτήτορες] Hesychius explicat, οἰκοδεσπόται, κτίσται. Sed per se κτήτορες non sunt οἰκοδεσπόται, et in altero confudit κτίστορες conditores, ob sonum similem, vid. *Albertius* et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. ἦσαν ὑπῆρχον, ex usu nominis ἔσαι, ut recte judicavit *Calvisius*, cujus sententia nec improbabilis visa est *Heumano*, non colligi potest, omnes ac singulos, qui prædia aut domos possidebant, partem possessionum vendidisse, non enim legitur πάντες ἦσαν ut v. 36. Matth. vii. 12. xiii. 44. et solet alias quoque ἦσαν sensu indefinito poni, ut ix. 39. liquido etiam hanc sententiam confirmat oratio Petri ad Ananiam v. 4. add. not. ad ii. 44. Formula τιθέναι τι παρὰ τοὺς πόδας τινός, quæ etiam v. 2. vii. 57. legitur, notat: *deponere aliquid apud aliquem, tradere, concredere alicui aliquid.* Hebræi enim partes corporis humani pro homine ipso ponere solent v. ad v. 9.

(36.) In numero eorum, qui possessiones suas in usum pauperum Christianorum vendebant, erat quoque Barnabas, insignis postea religionis Christianæ doctor. Pro Ἰωσῆς in nonnullis libris extat Ἰωσήφ, quæ lectio ex i. 23. in hunc locum migravit. ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας — παρακλήσεως] *ab Apostolis cognominatus Barnabas, hoc est, si interpreteris, filius cohortationis.* Βαρνάβας vulgo derivant a בר et נבא, ut Hebraice dictus sit: בַּר נְבוּאָה, Græco sermone contracte Βαρνάβας, cumque נבא notet *vaticinari, prophetam agere*, prophetarum vero etiam fuerit, alios exhortari, consolari, quod utrumque nomine παρακλήσεως declaretur; *Grotius* et *Beza* verba υἱὸς παρακλήσεως explicant *filius prophetiæ* i. e. propheta, atque Apostolos hoc nomen homini dedisse aiunt, in omen doni prophetici. Quam contorta et absona hæc sit interpretatio, non opus est ut copiosius demonstremus. Alii interpretantur, *filius consolationis*, ut hoc nomen acceperit Joses, ob solatium, quo animos Christianorum sua doctrina et institutione vel liberalitate recrearat. *Boltenius* Βαρνάβας deducit ab Arab. נבה *hortari, admonere*, admonitor, *der Ermahner*. *Morus* præeunte *Erasmo* nomen Βαρνάβας derivat a בר et נפש *respiravit*, ut significetur, dignus, quem Deus solatio erigat; quod forte præter modum liberalis fuisset. Recte vero contra hanc derivationem monuit *Dindorfius*, tametsi illud fortassis nullius momenti sit, quod in Græco β loco Hebr. פ reperiatur v. *Schultensii* clavis Dialect. p. 274. ad calcem Grammatices Arab. Erpenianæ a. 1770. tamen et literam Σ non videri radicali cuidam שׂ respondere, sed adventitiam esse, ut in aliis nominibus v. c. מוֹבִיר, Τοβίας. Alias explicationes longius peritas v. ap. *Lud. de Dieu* ad h. l. et *Lackemacherum* in Obss. Phil. 5. §. 7. Equidem in vulgari derivatione acquiescendum puto, et cum נבא omnino etiam notet, *docere* v. *Koppii* Exc. iii. ep. ad Ephes. p. 151 sq. ut παρακαλεῖν vid. nos ad Joh. xiv. 16. nomen Βαρνάβας Gr. υἱὸς παρακλήσεως, mea sententia, reddendum est *filius doctrinæ*, i. e. doctor (vid. de hoc usu loquendi not. ad Matth. viii. 12. xxiii. 15. Joh. xvii. 12.), docendo idoneus, ut hoc nomen acceperit Joses ab Apostolis, cum in eo deprehendissent virtutes, quæ eum ad doctoris munus subeundum idoneum redderent. Λευίτης] Judæus de tribu Levi. Κύπριος τῷ γένει] (sic Πόντικος τῷ γένει, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει xviii. 2. 24.) ortus parentibus, qui in Cypro habitabant, vel habitaverant.

(37.) ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ κ. τ. λ.] *agro quem possidebat vendito, pecuniam allatam Apostolis tradidit.* Licuisse Levitis agros emere, exemplum Jeremiæ docet, qui et ipse ex tribu Levi erat v. Jer. xxxii. 17. χρῆμα id. qd. τιμὴ v. 34. Rarius χρῆμα singulari numero de *pecunia, facultatibus* occurrit, legitur tamen ita ap. Herodo. iii. 38. Diod. Sic. x. 106. ubi v. *Wesselingius*, in versione Alexandrina respondet voc. כֶּסֶף *argentum, pecunia* Job. xxvii. 17. et מחיר *pretium* Prov. xvii. 16.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ε'.

Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἐπώλησε κτῆμα· Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συν- 2

CAP. V.

Laudata Barnabæ pietate non fucata et ingenua liberalitate, affert jam Lucas exemplum memorabile simulatæ pietatis ac liberalitatis Ananiæ et Sapphiræ, conjugum, qui agro vendito, partem tantum pretii Apostolis publice tradiderant, et se integrum pretium attulisse simularant, qui subita morte perierunt 1—12. Publice, præsente universa ecclesia, conventumque suum agente, Ananiam munus suum attulisse, omnis narratio sat luculenter docet; congregati erant Apostoli v. 2. omnes qui Petri sermonem audiverant, magnus metus invasit v. 5. imo omnem ecclesiam v. 11. cujus adeo magna saltem pars adfuerit, necesse est; assidebant etiam Apostolis οἱ νεώτεροι, ecclesiæ ministri v. 6. ubi vid. not. Haud leve autem crimen erat ab Anania ejusque uxore commissum, simularant pietatem, fallere conati erant Apostolos, fraudem susceperant re deliberata, et sacrilegium fecerant, quatenus pecunia, communi usui societatis sacræ destinata, et ipsa res sacra habenda erat. Cic. Offic. i. 13. *totius injustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur.* Plures interpretes contenderunt, criminis atrocitatem eo etiam auctam fuisse, quod ii, qui bona sua vendidissent, et societati Christianorum pretia tradidissent, e publico ærario alendi fuissent. Sed Ananiam, præter agrum illum, nullas habuisse possessiones et facultates, h. l. non legitur, nec probari potest, ut ad ii. 44. iv. 34. annotatum est, ditiores Christianos se omnibus bonis exuisse. Hinc nec locus relictus est *Bengelii* conjecturæ, quæ tamen *Heinrichsio* quoque arrisit, Ananiam et Sapphiram, rem Christianam non diu mansuram, ideoque in utramque partem cavere sibi voluisse. Neque accedere possum *Michaëli*, *Rosenmüllero*, *Heinrichsio*, statuentibus, Ananiam ejusque uxorem experiri voluisse, an Apostoli fraudem detecturi essent et fecisse hoc eos pessimo consilio, ut Apostolos ludibrio exponerent, quasi non essent divinitus edocti. Id enim e narratione ipsa probari nequit. Speraverant potius Ananias et Sapphira, ab Apostolis fraudem non detectum iri; sed res longe aliter ac rati erant evenit. In explicanda subita morte Ananiæ ejusque uxoris in diversas partes interpretes abeunt. Ac plures quidem existimant, eos singulari Dei interventu fuisse interemtos, qui hac pœna hominibus istis inflicta, auctoritatem Apostolorum confirmare voluerit, et cavere, ne in ipsis ecclesiæ incunabulis simulatores in eam irreperent, atque perversis Christianorum moribus ipsa religio Christiana infamaretur. Alii vero, veluti *Morus*, *Hezelius*, *Stolzius*, *Heinrichsius* etc. Ananiæ et Sapphiræ mortem, e legibus naturalibus commode explicari posse statuunt, cum haud raro accidere soleat, ut repentino terrore homo vita privetur. Putant igitur Ananiam, cum fraudem suam detectam et se turpissima ignominia notatum videret, atque severam Petri objurgationem audiret, apoplexia interceptum fuisse, eademque morte absumptam Sapphiram cum fraudem detectam et maritum inopinato interiisse audiret, idemque fatum ei Petrus minitaretur. Monent præterea qui hanc sententiam defendunt, Petrum, qui Ananiæ mortem non præviderit (siquidem neque in verbis, quibus hominem increparit, mortis mentionem fecerit), ipsum hanc subitam Ananiæ mortem miratum esse, cum vero a pœna mariti ad similem pœnam ab uxore subeundam conclusisse, et ira commotum ei verbis βοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων κ. τ. λ. v. 9. rhetorice s. poëtice prolatis, mortem esse minatum v. *Heinrichsius* Exc. 5. p. 356. Observant denique iidem interpretes, etiam hac explicatione admissa, concedendum esse, hæc accidisse divina providentia moderante, eventu illo, quem fraus Ananiæ ejusque uxoris habuerit, admonitos esse alios sibi temperare a simili fraude et injuria, ac luculenter confirmatam esse Apostolorum auctoritatem coll. v. 5, 11, 13. de qua, ut omnino de cœtu actum fuisset, si fraus ista Ananiæ et Sapphiræ successisset, et hujus rei fama dissipata fuisset. Cæterum quod mortem subitam Ananiæ et Sapphiræ attinet, mirum fortassis etiam videri posset, a synedris de ea non institutam fuisse quæstionem, sed disciplina publica Hierosolymis satis perversa erat, et metuebant synedri, ne si Apostolos in jus vocarent, fama hujus rei latius per populum dissiparetur coll. iv. 17. atque adeo ipsa rei cognitione dignitas et auctoritas Apostolorum multo magis augeretur.

(1. 2.) ἐπώλησε κτῆμα] *agrum vendidit: κτῆμα*, de quo vocabulo fusius disputatum est ad ii. 45. h. l. *agrum* denotat, nam v. 3. permutatur cum nomine χωρίον. καὶ ἐνοσφίσατο—τῶν Ἀποστόλων ἔθηκεν] *et cum pretii partem intervertisset, uxore conscia, partem tantum Apostolis tradidit.* νοσφίζεσθαι, *intervertere, de rebus alienis aliquid sibi et in usus suos avertere*, inprimis adhibetur de eo furto, quo quis res communes, privatæ rei augendæ

Digitized by Google

εἰδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· καὶ ἐνέγκας μέρος τι, παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων ἔθηκεν. Εἶπε δὲ Πέτρος· 3 Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύ-

caussa avertit. Xen. Cyr. iv. 2. 42. ἔτι δὲ καὶ χρήματα ἐγὼ οἶδα ἔτι πολλὰ ἐν τῇ στρατοπέδῳ ἐστίν, ὃν οὐκ ἀγνοῶ ἔτι δυνατὸν ἡμῖν, κοινῶν αὐτῶν ὄντων τοῖς συγκατειληφόσι, νοσφίσασθαι ἐκόσα ἂν βουλώμεθα, scio itidem magnam pecuniæ summam in castris esse, de qua non ignoro nos posse, cum communis sit iis, qui eam ceperunt, avertere tantum, quantum velimus. Diod. Sic. p. 450. A. οἱ νοσφισάμενοι τὰ χρήματα τὰ σωζόμενα καὶ περιόντα τῶν ἐκ τῆς πλοκῆς ἀπέδωκαν, depeculatores, quicquid adhuc de furtis residuum atque salvum erat, restituerunt. Philo de Joseph. p. 563. D. ἄκοντα τὸν ἄργυρον καὶ χρυσὸν, ὅσον ἐκ τῆς τιμῆς ἤθροισε τοῦ σίτου ἐν τοῖς βασιλέως ἰδιοκυρίζετο ταμιείοις, οὐδεμίαν δραχμὴν νοσφισάμενος, omne argentum, aurumque e frumenti pretio collectum, in thesauros regios referebat, ne drachma quidem subtracta. 2 Macc. iv. 32. χρυσώματά τινα τῶν τοῦ ἱεροῦ νοσφισάμενος ἐχαρίσατο τῷ Ἀνδρονίκῳ, aurea vasa quædam templi suffuratus donabat Andronico. Hesychius: νοσφίζεται, ἰδιοποιεῖ, κλέπτει, ἀποστερεῖ, ἀφαιρεῖ. Suidas: νοσφιζόμενον, ὑφαιρούμενον, ἰδιοποιούμενον. Gloss. vett. depeculatio, νοσφισμὸς δημοσίων χρημάτων. Eustath. ad Il. β. p. 175. τὸ ἰδιοποιεῖσθαι, νοσφίζεσθαι λέγεται.—νοσφίζεται εἰς ἑαυτὸν ἐπιστώμενος τὸ ἀλλότριον, καὶ νόσφι τοῦ ἴχνους ποιῶν αὐτό. cf. Raphelius Obss. Polybb. Kypkius, Münthius et Læsnerus ad h. l. τῆς τιμῆς subintelligendum μέρος τι, ut v. 3. in verbis νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς. Quæ ellipsis Latinis quoque scriptoribus usitata est, Tacit. German. c. 15. mos est civitatibus ultro et viritim conferre principibus, vel armentorum, vel frugum, scl. partem aliquam: vid. L. Bosius de Ellips. p. 284. ed. Schæfer. Cæterum per se intelligitur, Ananiam cum pretii ex agro vendito capti partem Apostolis traderet, simul testatum esse, se omnem pecuniæ summam ab emptore numeratam attulisse coll. v. 8, 9. Omittere solent scriptores N. T. ejusmodi res minutas, quæ per se facile intelligi possunt.

(3.) διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου κ. τ. λ.] cur te impelli a Satana passus es, ut conareris fallere Spiritum Sanctum, et partem de pretio fundi intervertere? πληροῦν τὴν καρδίαν τινὸς ex Hebræorum loquendi consuetudine notat: impellere, incitare aliquem, alicui auctorem et suasorem existere. Respondet nimirum hæc phrasis Hebræorum formulæ מָלֵא לֵב מְלוֹנִי quæ par est formulæ הִכִּין אֶת מְלוֹנִי quam Græci interpretes verbis ἐπαινέειν (οἱ ο'. Judd. i. 14.) ἀναπείθειν (Aquil. Deut. xiii. 7.) τινὰ, expresserunt. Sic formula אֲשֶׁר מָלֵא לִבּוֹ sequente infinitivo actionem declarante, legitur de eo, qui animum induxit, audet, aliquid facere Esth. vii. 8. Alexandrini ibi habent: ὅστις ἐτόλμησε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο Vulg. ut hæc audeat facere. Eccles. viii. 11. מָלֵא לֵב οἱ ο'. vertunt: ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ κακόν· verbum autem πληροφορεῖσθαι translate ponitur de hominibus qui summo studio feruntur ad aliquid v. Fischeri Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 402 sq. Jam quod vim verborum Petri attinet, ea non proprie capienda esse, et usus loquendi librorum sacrorum, et ea quæ v. 4. leguntur, satis aperte docent. Scilicet ut ad Luc. xxii. 3. annotavimus, ubi similis formula occurrit, ex usu loquendi librorum sacrorum eos, qui voluntati divinæ obtemperant, agitare, iis inesse spiritus divinus, eos vero, qui consilia prava sequuntur, flagitiose vivunt, Satanas occupasse, iis consilia prava suppeditasse dicitur. Versa autem qui h. l. sequitur quarto, Ananias ipse legitur animum induxisse, Apostolos fallere. Significatur ergo h. l. consilium maxime nefarium, tam fœdum, ut vix ab homine exspectari posse videatur, et sensus est: qui factum ut adeo nefarium consilium caperes? ψεύσασθαι] subint. εἰς τὸ v. Glassius Phil. S. p. 459. et L. Bosius de Ellips. p. 681. ibique Leisnerus p. 684. ed. Schæfer. construitur autem hoc verbum cum dativo v. 4. et accusativo ut h. l. ita, ut notet mentiri, et cum mendacium sit species fraudis, verbis factæ vel tentatæ, etiam decipere, fallere, simulate agere. Sic ap. Joseph. Ant. xiii. 1. transfugæ, qui facile in potestatem redigi posse Jonathanem Bacchidi falso persuaserant, dicuntur: ψευσάμενοι αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα, ipsi atque regi mentiti esse. Antonin. lib. fab. 17. ἐψεύσατο τὸν Λάμπρον, ἄρρεν λέγουσα τυπεῖν, Lampro mentita est, filium se enixam professa. Deut. xxxiii. 29. LXX. καὶ ψευσονται οἱ ἐχθροί σου, mentientur tibi inimici tui. Ps. xvii. 49. ἐψεύσαντο μοι, mentiti sunt mihi. Ps. lxxvii. 36. καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ, mentiti sunt. Frequentius autem hoc verbum accusativo junctum, fallendi notionem obtinet, ut ap. Diod. Sic. p. 194. D. ὅτι Κρόνον ἐψεύσαντο, cum Saturnum fallerent. add. Herodi. ii. 11. 12. x. 8. Ies. lvii. 11. LXX. τίνα εὐλαβηθεῖσα ἐφοβήθης, καὶ ἐψεύσω με, quem reverita timuisti, ut fefelleris me. Hos. xi. 2. οἶνος ἐψεύσατο αὐτοὺς, vinum spem eorum fefellit. v. Bosius

Digitized by Google

σασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς
4 τιμῆς τοῦ χωρίου; Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν
τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ
πρᾶγμα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.
5 Ἀκούων δὲ Ἀνανίας τοὺς λόγους τούτους, πεσὼν ἐξέψυξε.

5. ↑ ὁ.

Exercitt. Sacrr. p. 74. Er. *Schmidius* et *Kypkius* ad h. l. atque *Dresigius* de Verb. Med. p. 574. Equidem v. 3 et 4. *fallendi* notionem verbo ψεύδεσθαι subjiciendam esse puto, cum Lucas mendacii ab Anania dicti non diserte mentionem fecerit. Exprimendum autem est ψεύσασθαί σε, *ut fallere conaveris*, nam Ananias non fefellerat Apostolos, sed fallere tantum conatus erat. Sed sæpius, ut tralatitium est, verba ita ponuntur, ut conatum indicent Eurip. Ion. 1326. ἔκνεας δὲ μ' ἔκτανον, *audivisti quomodo me interficere voluerit*, v. *Glassius* Phil. S. p. 202. *Wesselingius* ad Diod. Sic. xiii. 3. nos ad Matth. xxvi. 56. Marc. xiv. 52. Luc. iv. 42. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον] Verum enimvero non Deum ipsum (v. 4. τῷ Θεῷ) sed Apostolos Ananias fallere voluerat. Itaque Πνεῦμα ἅγιον est id. qd. ἡμᾶς πλήρους Πνεύματος ἁγίου (vi. 3.), quo eodem sensu etiam infra vii. 51. Πνεῦμα ἅγιον occurrit. Mens et sententia Petri hæc est: Fallere conatus es nos, quos utpote Dei legatos revereri debuisses, nos, quos Deus in munere administrando adjuvat, nec falli sinit. Non exponitur, qua ratione Petrus resciverit, Ananiam partem pecuniæ avertisse, non singulari monitu divino Petrus rem cognovisse legitur; sed ex ipsius verbis elucet, ut bene monuit *Eckermanus* ad h. l. ipsi persuasum fuisse, se Deo moderante et dirigente rem cognovisse.

(4.) οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε] *nonne si agrum retinebas, tibi manebat*, in tua potestate manebat? cum nemo cogeret vendere. Vendiderat ergo agrum, non coactus institutis et legibus Apostolorum, sed sponte sua v. ad ii. 43. μένον scilicet χωρίον, cum ei opponatur πραθὲν, *ager venditus*, est ager nondum venditus. καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε] *et cum venditus esset, tuo arbitrio erat relictum* np. pretium, τιμὴ, ut nihil de eo, aut, quantum velles, dares. Oratio affectus plena et abrupta. τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο;] *cur animum induxisti, hoc facere?* τί ὅτι positum est pro τί γέγονεν ὅτι id. qd. διατί, ut Luc. ii. 49. infra v. 9. plena locutio legitur Joh. xiv. 22. ubi v. Formula τιθέναι ἐν τῇ καρδίᾳ s. εἰς τὴν καρδίαν xxi. 14. respondet Hebræorum formulæ שִׂים עַל־לֵב Hagg. ii. 19. Dan. i. 8. et usurpatur non modo de iis, *qui aliquid alta mente repostum tenent, qui aliquid accurate considerant* v. ad Luc. i. 66. ix. 44. sed etiam de iis, *qui animum inducunt, decernunt, aliquid facere*, ut Mal. ii. 2. ubi Hebr. אִם *si non animum indocilis me sancte et caste colere* versio septuagintaviralis expressit: ἐὰν μὴ θῆσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, τοῦ δοῦναι δόξαν τῷ ὀνόματί μου. Similis formula est ἐν θυμῷ βάλλεσθαι, *de eo qui decernit aliquid facere* ap. Hesiod. Ἔργ. 297. οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ] *non tam homines, quam potius Deum fallere ausus es.* 1 Thess. iv. 8. ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν καὶ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. Exod. xvi. 8, Moses et Aaron ad Israelitas, *non contra nos, sed Jovam estis conquesti.* οὐκ---ἀλλὰ, *non tam--quam*: v. ad Matth. x. 20.

(5.) πεσὼν ἐξέψυξε] *humi prolapsus expiravit*, supplendum βίον, quod vocabulum in verbis ἐκπνεῖν, ἀποψύχειν, ἐκψύχειν, et similibus, omitti solet. Plene dixit Eurip. βίον ἐκπνεῖν Orest. v. 496. ἀποψύχειν τὸν βίον Soph. Aj. 1656. et Virg. Æn. ii. 562. *vitam exhalare.* καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα] *quæ res omnes de ea audientes magno terrore perculit.* Male *Boltenius* verba τοὺς ἀκούοντας ταῦτα h. l. et v. 11. explicat: *qui verba Petri audiverunt.* Sed hæc ipsa annotatio καὶ ἐγένετο φόβος κ. τ. λ. ab hoc loco aliena videtur, rectius ea in fine narrationis v. 11. legitur. Quare hæc verba non a Lucæ manu profecta, sed serius adjecta esse puto. Codices quidem omnes ea exhibent, excepta voce ταῦτα, quam AD. alii, Syr. Erp. Sahid. Vulg. omittunt. Sed ut ad Marc. i. 27. xv. 25. Luc. ii. 2. Joh. xiii. 21. observavimus, haud raro omnes libri scripti interpolationem continent. —(6.) ἀναστάντες οἱ νεώτεροι] *surgebant juniores*, s. *juvenes*, e cœtu Christianorum tunc congregatorum, qui v. 10. dicuntur οἱ νεανίσκοι. Adstipulor *Moshemio* in Commentar. de Rebus Christianor. ante Constantin. M. qui eos non juvenes tantum, sed etiam Apostolorum et ecclesiæ ministros fuisse arbitratur, qui et Apostolorum mandata circumferrent, et varia munera, cum conventus sacros celebrarent Christiani, in iis obirent. "Tales, scribit p. 114. b. nisi hos juvenes fuisse statuas, intelligi nullo modo potest, quamobrem soli sine mora surrexerint atque cadavera Ananiæ, uxorisque ejus extulerint atque humaverint. Homines autem si fuisse

Digitized by Google

καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.
Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτὸν, καὶ ἐξενέγκαντες 6
ἔθαψαν. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα καὶ ἡ γυνὴ 7
αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς, εἰσῆλθεν. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ 8
Πέτρος· Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; Ἡ δὲ εἶπε·

cogites publico in ecclesia ministerio fungentes, rationem vides, quare ne moniti quidem triste illud officium sibi sumpserint. Et fuisse publicos ejusmodi ministros in primo cœtu Christianorum, nemo certe dubitaverit, qui vel statum ejus, et formam conventuum ætatis illius ante oculos sibi posuerit. Loci nimirum conventuum purgandi, sedes et mensæ collocandæ, libri sacri afferendi et tollendi, convivia amoris celebrantibus Christianis dapes apponendæ et patinæ tollendæ, multa denique alia agenda erant, quæ certos flagitabant homines." Confirmat hanc sententiam ipse quoque usus loquendi Hebræorum et interpretum Alexandrinorum. Etenim vocabulo νεώτερος Alexandrini Judæi explicuerunt Hebr. נַעַר quo etiam *minister* significatur, et נער, quo non tantum *puer, juvenis*, sed etiam *servus, minister* indicatur v. ad Matth. xviii. 6. x. 42. et servi Abrahami armati dicuntur ναυίσκοι Gen. xiv. 24. milites Ies. xiii. 18. ubi in textu Hebraico extat voc. נְעָרִים. *συνέστειλαν αὐτὸν*] *obvolvebant eum linteis*, ut elatus humaretur. Vulgatus vertit: *juvenes amoverunt eum;* unde nonnulli interpretes opinati sunt, Ananiæ corpus statim e cœnaculo in alium locum ab illis juvenibus fuisse translatum. Sed nulla idonea ratio adest, cur a vulgari verbi συστέλλειν significatione recedamus, et hanc rariorem admittamus, præsertim etiam cum sequatur verbum funebre ἐκφέρειν. Scilicet συστέλλειν ut περιστέλλειν (utrumque enim promiscue usurpatur) proprie indicat, *obtegere, contegere* Gloss. Fabric. N. T. συνέστειλεν, συνεκάλυψεν ubi v. *Albertius* p. 65. add. *Lœsnerus* ad h. l. hinc usurpatur de fasciis et linteis sepulcralibus, quibus mortuus obvolvebatur, ut adeo notet: *mortuum fasciis, involucris, linteis involvere;* quo significatu h. l. Arabs. verbum συστέλλειν accepit. Legitur ita ap. Eurip. Troadd. v. 376. οὔς δ' Ἄρης ἕλοι Οὐ παῖδας εἶδον, οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν Πέπλοις συνεστάλησαν, *quos Mars abstulit, non liberi viderunt, neque conjugis manibus vestibus involuti sunt:* v. et *Grotius* ad h. l. atque *Suicerus* Thes. Eccles. T. ii. p. 1196. Tum vero etiam συστέλλειν generatim omnem mortui corporis ad sepulturam præparationem designat, ut *lavare, membra collocare, ungere, componere faciem, fasciis involvere* etc. v. *Cuperus* Obss. ii. 9. atque adeo sit: *sepulturæ præparare, componere* (quo verbo in hac re utitur Horat. Serm. i. 9. 26.) *ad sepulturam*, atque ita h. l. verbum συστέλλειν intellexit Syrus interpres. Sic περιστέλλειν quoque legitur ap. Hom. Il. α'. 292. Joseph. Ant. xvii. 3. 3. xix. 4. 1. Sed præferenda videtur h. l. ea verbi potestas, qua denotat, *linteis obvolvere.* Parum enim probabile est, Ananiam, cujus vitæ finis ita comparatus erat, ut omnem operosum apparatum et honorificam sepulturam dissuaderet, more solenni fuisse compositum, et quidem in cœnaculo, in quo ecclesia congregata erat. ἐκφέρειν Lat. *efferre* v. Terent. Andr. i. 1. Horat. Serm. ii. 5. 85. Justin. xii. 1. 1. est verbum proprium de re funebri Eustath. ad Il. ψ. p. 1421. 40. ἐκφέρειν δὲ ἀλλαχοῦ μὲν τὸ εἰς ταφὴν τὸν τεθνιῶτα ἐξάγειν. Id. ad Odys. ε'. p. 584. 26. τὸ, ὡς ἐρρέθη, ἐκφέρειν, ὅ καὶ ἐπὶ τοῦ θάπτειν ἔστιν ὅτε λέγεται· ὅθεν καὶ ἐκφορὰ ἡ ταφή. Aristoph. Ran. 171. καὶ γάρ τινες ἐκφέρουσι τουτονὶ νεκρόν. Xen. Mem. i. 2. 53. τὸ σῶμα ἐξενίγκαντες ἐφανίσουσι. Theophr. Char. xiv. 3. πόσους οἴει κατὰ τὰς Ἠρίας πύλας ἐξεπνέχθαι νεκρούς; *quot putas per feralem portam elatos esse mortuos?* vid. *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. 1009. *Abreschius* ad Æschyl. 3. p. 124. interpp. ad Thom. M. in vc ἐξενεγκεῖν. *Wetstenius* ad h. l. *Suicerus* Thes. Eccl. T. i. p. 1075. et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. ἔθαψαν Judæi mortuos eodem die, quo obierant, sepelire solebant v. Matth. ix. 23. Sir. xxxviii. 17. cf. et Levit. x. 1—5.

(7.) ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, *post trium fere horarum spatium.* Monumenta sepulcralia extra vicos et oppida erant v. ad Matth. xxvii. 60. viii. 28. Luc. vii. 12. Joh. xi. 17. neque tamen inde cum *Lightfooto* in Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. colligi potest, trium horarum spatium in itinere ad sepulcrum et reditu inde a juvenibus illis, qui Ananiæ corpus extulerunt, fuisse insumptum. καὶ in temporis mentione partes agere solet adverbii ὅτε Thucyd. i. 50. ἤδη δὲ ἦν ἑῳὰ, καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐξεπίπτον πρέμναν ἐκρούοντο. add. Marc. xv. 25. Eandem rationem tenuerunt scriptores Latini v. ap. Virg. Æn. iii. 9.

(8.) ἀπεκρίθη] vid. ad iii. 12. εἰπέ μοι εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε;] *dic mihi, verene tanti agrum vendidistis?* Sponte intelligitur, Petrum ipsam pecuniæ summam nominasse, quam Ananias attulerat vid. ad v. 2. extr.

Digitized by Google

9 Ναὶ, τοσούτου. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν· Τί ὅτι συν-
εφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου; ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν
θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ, καὶ ἐξοίσουσί σε.
10 Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐξ-
έψυξεν· εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι εὗρον αὐτὴν νεκρὰν, καὶ
11 ἐξενέγκαντες ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο
φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς
12 ἀκούοντας ταῦτα. Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων ἐγένετο

Ad τοσούτου subaudiendum διὰ et τιμήματος v. *Bosius* de Ellips. sub v. τίμημα p. 472. et p. 677. ed. *Schæfer*. Verbum ἀποδίδωμι, maxime in forma media, inter alia significat, *vendo* ut h.l. nam qui aliquid vendit, jubet sibi reddi pro eo pecuniam aliudve quid. Herodi ii. 8. 8. τοὺς στρατιώτας, οἱ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο. Æl. H. V. xi. 9. οὐδὲν οὔτε ἐπρίατο, οὐδὲ ἀπέδοτο. ubi v. *Perizonius*. Alciphr. ep. i. 3. ποτὲ γὰρ ἔφυν ἀποδόσθαι βουληθείς. add. Xen. Anab. vii. 2. 3. 6. vii. 5. 5. Œcon. i. 11. Philo de venditione Josephi Vit. Joseph. p. 528. D. οὗτος—συνεβούλευσεν ἀποδόσθαι, δουλείαν ὑπαλλαττόμενος θανάτου, κουφότερον κακὸν μείζονος, *hic---consilium dedit ejus vendendi, servitutem cum morte, levius malum cum majore permutans.* In versione Alexandrina respondet verbo מכר Gen. xxv. 33. ubi verba sunt: ἀπέδοτο δὲ Ἠσαὺ τὰ πρωτοτόκια. Hesychius: ἀποδοθῇ, πραθῇ· ἀποδόσεται· πωλεῖ.

(9—11.) Perfricta fronte cum Sapphira mariti mendacium repetiisset, *Petrus, quare, inquit, conspiratis ad fallendum Spiritum Divinum? en, qui maritum tuum sepeliverunt, ante fores sunt, te quoque elaturi.* τί ὅτι] v. supra v. 4. συμφωνεῖν] *consentire, conspirare*, vid. ad Matth. xx. 2. πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου] explicant: explorare, an Deus nos adjuvet, adeoque fraudem detecturus et ulturus sit. Et *Limborchius* ad h.l. notavit hæc: tentarunt Spiritum Dei in et per Apostolos loquentem et operantem, quia hoc suo facto experimentum ceperunt, utrum Spiritus fraudem ac hypocrisin suam nosset. Non quod hoc directe intenderint: sperarunt illi fraudem suam latere posse. Sed quia hanc fraudem committebant contra Apostolos Spiritu Dei donatos, eamque occultam fore sperabant, factum ipsorum sua natura eo tendebat, ut quasi experimentum capere vellent scientiæ Spiritus in Apostolis operantis; ideoque non proprie ex intentione sua, sed juxta naturam facti sui, dicuntur *tentare Spiritum* Domini. Sed his ambagibus non opus est. Nam, ut verissime monuit *Pottus* Exc. 1. in ep. Jacobi: πειράζειν in N. T. pereunte omni *tentationis* notione, de hominibus ita adhibetur, ut plerumque nil amplius sibi velit, quam, *Deum* omnino *peccatis* Hebr. iii. 8, 9. vel, *eo inprimis peccato offendere, de quo ex nexus ratione sermo est*, ut 1 Cor. x. 9. Itaque πειράζειν τὸ Πνεῦμα Κυρίου est, *offendere Deum fallendo nos quos Deus adjuvat*, ut adeo sit id. qd. ψεύσασθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον v. 3. οἱ πόδες τῶν θαψάντων] pro οἱ θάψαντες ex more loquendi Hebræorum v. not. ad iv. 37. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας κ. τ. λ.] *magnus timor invasit Christianos, et omnes qui hæc audiverunt*, omnes reverebantur Apostolos, ex iis enim, quæ evenerant, colligebant, Deum singulari auxilio Apostolis adesse, eos non impune lædi. Verebatur antiquitas eorum præsentiam, quos a Deo singulariter missos agnoscebat v. not. ad Matth. xxviii. 9.

(12.) διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων i. per Apostolos; ex Hebraica ratione, Exod. ix. 35. בְּיַד מֹשֶׁה *per Mosen* v. *Glassius* Phil. S. p. 112 sq. *Verstius* de Hebraismm. N.T. p. 361. et nos ad Marc. ix. 2. Parenthesin verborum καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν---καὶ γυναικῶν psychologicis legibus adversari contendit *Zieglerus* in *Gableri Journal für Theol. Literatur* 1801. p. 155. cum in parenthesi, e psychologiæ legibus, oratio uno tenore procedat, neque ut h.l., constet brevibus sententiis, laxiori vinculo copulatis, et cum oratione, quam interrumpit, non cohærentibus. Itaque ab alia manu hæc verba inserta fuisse putat. Suffragatus est *Zieglero Beckius* in Observatt. exegetico-criticis P. 5. p. 17. Lips. 1802. 4. qui v. quoque 15. spurium esse existimat. *Storrio* contra in Opuscc. T. iii. p. 94. minus dura hæc parenthesis visa est, sed quos ibi contulit locos (Gen. xxxvii. 22. Ebr. x. 7.) et in Obss. ad analog. et syntax. Hebr. p. 398. (Ps. xlv. 6. Hos. viii. 5, 6.) nostro loco non similes sed dissimillimi sunt. Equidem *Zieglero* et *Beckio* adstipulari nullus dubito, versus tamen 15. genuinus videtur, cum hujus commatis verba accurate cohæreant cum iis, quæ v. 12 et 16. leguntur. καὶ ἦσαν---Σολομῶντος] *omnes una in porticu Salo-*

Digitized by Google

σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά· (καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν
ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλ- 13
μα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός·
Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν 14
τε καὶ γυναικῶν.) Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς 15
ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων, ἵνα ἐρχομένου
Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν. Συνήρχετο δὲ καὶ 16

12. ∾ Σολομῶνος.

monis versari solebant. Ex. ii. 1, 46. iii. 11. v. 42. hæc consarcinata videntur. Voce ἅπαντες innuuntur Apostoli, modo memorati, non, ut alii volunt, Christiani, ecclesia v. not. ad iv. 4. extr.

(13. 14.) Eorum quæ his versibus continentur adjiciendorum occasionem dedit v. 11. Verbum κολλᾶσθαι Hebr. דבק, ponitur de iis, *qui alicui adhærent, conjuncti sunt cum aliquo,* constanter aliquem *sequuntur, alicujus consuetudine et familiaritate utuntur.* Sap. xix. 2. Sir. vi. 36. Act. ix. 26. x. 28. v. not. ad Matth. xix. 5. Quinam autem vocabulo λοιποὶ significentur, non una est interpretum sententia. Nonnulli de Apostolorum adversariis cogitant, quorum nullus eos adoriri ausus fuerit, sed hoc significatu κολλᾶσθαι alias non legitur. *Privarus, Morus, Rosenmüllerus,* intelligunt proceres, nobiliores, vel etiam divites, moribus et ingenio Ananiæ similes, quorum nemo ad Apostolos accesserit, iis se adjunxerit. Quæ ratio valeret, si verba sonarent: καὶ ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός, τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς. Ex *Heinrichsii* sententia οἱ λοιποὶ sunt *Christiani novissime conversi,* quorum nemo (οὐδεὶς popularitер, *non multi*) ausus sit Apostolis κολλᾶσθαι. Sed hæc interpretatio nimis longe petita, idoneisque argumentis destituta est. Equidem, cum οἱ λοιποὶ opponantur Apostolis in porticu Salomonis versantibus, per τοὺς λοιποὺς notari arbitror, reliquos in porticu præsentes, sive Christiani fuerint, sive Judæi. Nam ἐγένετο φόβος ἐφ' ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, et ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα v. 11. omnes Apostolos verebantur, nemo audebat iis se immiscere, familiariter iis uti. ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός] *sed multitudo eos laudibus extollebat:* μεγαλύνειν *Heinrichsius* accipit de sublimiore et quasi divino honore Apostolis adhibito, sed μεγαλύνειν notat, *laudibus extollere, celebrare* (np. propter σημεῖα καὶ τέρατα v. 12.) v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad Luc. i. 46. μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ κ. τ. λ.] *imo multo plures cœtui additi sunt Christi doctrinam amplectentes, multitudo virorum ac fœminarum.* Adjecta hæc sunt, ut edocerentur lectores, illo Ananiæ ejusque uxoris supplicio non imminutum esse Christianorum cœtum, imo mirum in modum auctum vi. 1. cum illo eventu insigniter creverit Apostolorum auctoritas. προσετίθεντο scl. τῇ ἐκκλησίᾳ vid. ii. 41, 47. μᾶλλον δὲ Græci adhibere solent, cum superius dictum amplificatione corrigere volunt vid. *Vigerus* p. 414. ed. *Herm.*

(15.) ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων] *in lectis et grabbatis;* vid. de his vocc. not. ad Marc. ii. 4. Sæpius hæc nomina inter se permutantur, cum vero κράββατος distinguitur a κλίνη, illud lectum vilem et humilem indicat, κλίνη contra, mollem et pretiosum, quo divites et honoratiores uti solebant v. *Vossius* ad Catull. x. 22. *Capellus* Obss. Sacr. 53. Declaratur ergo his verbis non tantum homines pauperes et sortis tenuioris, sed etiam ditiores et honoratiores opem auxiliumque Apostolorum implorasse. ἵνα ἐρχομένου—αὐτῶν] *ut prætereuntis Petri umbra saltem* (κἂν vid. ad Marc. vi. 56.) *eorum aliquem obumbraret.* Lucas non expressis verbis dicit, homines illos sanatos esse; est autem hoc perquam probabile, cum v. seq. postquam scriptor commemoravit, multos e vicinis oppidis concurrisse Hierosolymam et ægrotos attulisse, addidit: οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες, cum et xix. 12. legatur, sudariis et semicinctiis Pauli ad ægrotos allatis, eos sanatos esse. Hinc et in nonnullis codd. e glossemate additum legitur: ἀπηλλάσσοντο γὰρ ἀπὸ πάσης ἀσθενείας, ὡς εἶχον ἕκαστος αὐτῶν. Non umbræ Petri, ut nec vestimento Jesu Matth. ix. 20, 21. ubi v. not. vim sanandi interfuisse, in promptu est, sed fidei. Nec Petrus reliquique Apostoli tales opiniones probabant et spargebant, imo profitebantur, se non vi sua, sed per Jesum, vi divina adjutos insignia facta edere. Nec Lucas hominum illorum superstitionem probavit, attulit tantum hæc, ut offenderet, quantam spem fiduciamque in Apostolis collocarint.

(16.) πλῆθος] *circumcirca;* τῶν πλήθος πόλεων scilicet, κειμένων, vel, ἐόντων, *e circumjacentibus oppidis.* Xen. Cyrop. i. 10. πολὺν οὖν ἔθνος τῶν πλῆθος. Id. Anab. iv. 4. 7. καὶ ἀφίκοντο εἰς βασίλεια καὶ κώμας πλῆθος πολλάς. Suppleta ellipsi ib. ii. 5.

Digitized by Google

τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες.

17 Ἀναστὰς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, (ἡ οὖσα
18 αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων,) ἐπλήσθησαν ζήλου· Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς
19 ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς· ἐξαγαγών τε αὐτοὺς, εἶπε·

14. οἱ πέριξ οἰκοῦντες. vii. 8. 12. τὰ μὲν πέριξ ὄντα ἐνδράκωδα τῆς τύρσεως· Anton. Lib. c. 30. ἐκ τῶν πέριξ πόλεων. A Marco vi. 36. villæ et vici circumsiti, dicuntur: οἱ κύκλῳ ἀγροὶ καὶ κῶμαι. ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων] *a geniis malis vexatos;* melancholicos, epilepticos etc. vid. not. ad Matth. iv. 24. et ad Luc. vi. 18. ubi de vi ac potestate verbi ὀχλεῖσθαι plura disputata sunt, πλῆθος—φέροντες conf. not. ad Act. iii. 11.

(17. 18.) Apostoli in vincula conjiciuntur v. 17, 18. inopinato liberantur 19—25. postero die docentes in templo in judicium adducuntur 26—33. a proposito ipsos occidendi Gamaliel synedros avocat 34—39. Apostoli flagris cæsi dimittuntur 40—fin. ἀναστὰς] ex Hebraismo redundat v. *Lud. de Dieu* ad h. l. hinc nec expresserunt ἀναστὰς Syrus et Arabs. *Heumanus* eo significatu accipiendum existimat, ut sit, *ira commovebatur*, præeunte *Casaubono*, qui interpretatur: διεγερθεὶς· κινηθεὶς ἐπὶ τοῖς γινομένοις, sed desidero locos idoneos quibus hæc verbi ἀνίστημι significatio comprobetur, nec sequitur h. l. ἐπ' αὐτοὺς, quod si additum legeretur, cum *Beza* reddendum esset, *insurgens*. Formula σύν τινι εἶναι adhibetur etiam *de iis, qui a partibus alicujus stant*, ut Act. iv. 13. ubi v. not. xix. 38. qua eadem ratione usurpatur quoque formula εἶναι μετά τινος v. ad Matth. xii. 30. et sic h. l. ut contextus planissime docet, hac voce notantur ii, qui cum pontifice faciebant, qui eadem religionis placita cum eo profitebantur, et cum sequatur, ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, patet, pontificem ipsum fuisse Sadducæum. Discrepat autem inter interpretes, utrum Hananus an Caïaphas, (iv. 6.) sectæ Sadducæorum addictus fuerit, an uterque Hanani filius Sadducæus fuisse perhibetur a Josepho Ant. xx. 15. p. 698. Hananus ipse erat pontificis vicarius, et utpote talis ἀρχιερεὺς nominari v. ad iv. 6. Luc. iii. 3. et cogere synedrium poterat v. 21, 27. *Rusius* in Harmonia Evangelistar. Vol. iii. p. 964. Sed cum h. l. et v. 21. vocabulum ἀρχιερεὺς nude positum sit, in promptu est, intelligendum esse Caïapham, tunc temporis sacerdotum omnium principem. Et hunc Sadducæum fuisse, ipsa ejus severitas confirmare videtur v. Joh. xi. 49. Sadducæi enim præ cæteris omnibus Judæis severissimi, et in pœnis infligendis acerbissimi fuerunt v. *Krebsius* ad h. l. *Grotius* per τοὺς σὺν αὐτῷ *consanguineos* pontificis intelligit. *Rosenmüllerus* eos, qui domum pontificis convenerant, ejus salutandi caussa: ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων] *ad sectam Sadducæorum pertinentes:* αἵρεσις proprie est, *optio, electio*, Diod. Sic. p. 402. A. ἡ αἵρεσις τῶν βασιλέων, *regum electio*, add. Xen. Cyr. viii. 3. 8. Æschin. Socr. ii. 3. Herodi. iii. 11. 11. notat vero etiam *sectam* h. e. cœtum eorum, qui alicujus doctrinam, vel vivendi rationem, amplexi sequuntur et firmiter tenent, ut h. l. Act. xv. 5. xxvi. 5. al. Diod. Sic. p. 82. β. καινὰς αἱρέσεις κτίζειν, *novas sectas* (scl. philosophicas) *condere*, et, τὰς ἐπιφανεστάτας αἱρέσεις τῶν φιλοσόφων ἐξετάζειν, *præstantissimas philosophorum sectas examinare*. Cic. ad Div. xv. 16. 6. v. et *Wetstenius* ad 1 Cor. xi. 19. ἐπλήσθησαν ζήλου, *ad iram* (Joh. ii. 17.) *incensi sunt;* cur Sadducæi inprimis adeo infensi fuerint Apostolis, ostensum est a Luca iv. 2. ubi. v. not. ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν κ. τ. λ.] *manus iis injecerunt*, eos comprehensos, *publico carceri tradiderunt*. De voc. τήρησις vid. ad iv. 3. Diod. Sic. Exc. p. 559. τοῦ Μιλτιάδου---τελευτήσαντος ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ.

(19. 20.) Varias conjecturas protulerunt interpretes, ut sibi ea, quæ h. l. de Apostolis ope genii cœlestis e carcere liberatis leguntur, facilius explicarent. Cum Judæi omnia insignia et singularia beneficia divina, omnia, quorum caussæ proximæ laterent, ad auctores invisibiles, ad genios, quorum ministerio Deus ad sua mandata exsequenda uteretur, referre solerent cf. not. ad Joh. v. 4. et ipsas naturæ effectiones angelos dicerent v. Ps. civ. 4. Hebr. i. 7. not. ad Luc. xxii. 43.; nonnulli explanatores cogitarunt de fulgure, cujus vi aperta esset carceris janua, alii, terræ motu fores effractas esse statuerunt, et qui has sententias defendunt, colloquium angeli cum Apostolis institutum explicandum esse censent de cogitationibus

Digitized by Google

Πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα 20
τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ 21
τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ
ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον, καὶ

in Apostolorum mentibus subortis v. ad Matth. xxviii. 5. Act. i. 11. Joh. xii. 29. Alii, cum viderent, ob ea quæ v. 23. leguntur, de terræ motu, aut fulgure, non commode cogitari posse, conjecerunt, ipsum custodem carceris, vel alium novæ societatis asseclam, assentiente carceris præfecto, et pecunia forte corrupto, custodibus somno indulgentibus, Apostolos liberasse. Ipsos Apostolos ignorasse, cujus ope liberati essent, neque hominem illum, de vita sua metuentem, cuiquam rem aperuisse, cum vero ille inopinato et peropportune Apostolis succurrerit, eum, ex consueta hodienum loquendi formula, vocasse Dei angelum, a quo liberati essent. Hæc fuit sententia *Eichhornii* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 399 ss. *Thiessii, Eckermanni, Heinrichsii.* Admonuit tamen *Eichhornius*, rem accuratius definiri non posse, cum Lucas non nisi factum ipsum breviter enarrarit, adeoque acquiescendum esse in eo, casum quendam felicem, in quo Apostoli providentiam divinam agnovissent, iis facultatem e carcere elabendi dedisse, atque inde eos collegisse, se a Deo provocari ad novam religionem etiam in posterum intrepide docendam. Contra *Eichhornium* disputavit nuper *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 186 sq. qui omnia proprie sumenda esse contendit, cujus verba apponere visum est: "Neque enim, scribit, Apostoli e carcere a præfecto emitti poterant, custodibus (v. 23.) nihil eorum, quæ fierent, animadvertentibus, neque etiam judices Apostolis infensi (v. 17, 33, 40.), si qua iis suspicio fraudis incidere potuisset, tum a custodibus, tum ab ipsis Apostolis (v. 27 ss), quibus ergo liberatoris nomen silentio tegere ne integrum quidem fuisset, verum perquirere neglecturi fuissent. At concitati in Apostolos et infensi judices, quibus profecto fraudis, si qua suberat, detegendæ nec voluntas nec facultas deerat, quamvis de liberatis (v. 22 s.) Apostolis ambigerent, seu (v. *Raphelii* Obss. Polybb. p. 318 s.) disputarent atque investigarent, quid hoc rei esset (v. 24. ii. 12.), nihil invenisse leguntur (v. 35, 39.), quod Apostolis vitio et culpæ dari divinæque missionis prædicationi (v. 29, 32.) confutandæ potuisset servire. Sed ignominiam profecto accepisset caussa Apostolorum, nec moderata de iis consilia vel proposita (v. 35 s.) vel approbata (v. 40.) fuissent, sed cædis (v. 33.) perpetrandæ speciosa caussa reperta fuisset, si, diffidentes ipsi et desperantes rebus suis, perfidia præfecti carceris abuti voluissent, non manifesta Dei efficientia (v. 19—21.) in templum reducti fuissent Apostoli."—(20.) *σταθέντες*] redundat, ut *ἀναστὰς* v. 17. *λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ κ. τ. λ.*] *omnem hanc doctrinam salutarem populo tradite*, quam scilicet hactenus professi estis. *ῥήματα τῆς ζωῆς*] ut Joh. vi. 68. doctrina, quæ felicitatem æternam largitur, quæ viam ad salutem æternam commonstrat; infra vii. 38. hæc eadem doctrina nuncupatur *λόγια ζῶντα* i. e. *ζωοποιοῦντα*. Eodem sensu legitur Sir. xlv. 5. *νόμος τῆς ζωῆς*. Verba autem *ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης*, plerique interpretes, recte, per hypallagen dicta esse statuunt, pro, *ῥήματα ταῦτα τῆς ζωῆς*, ut Act. xiii. 26. *ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη*, ubi quoque pronomen demonstrativum adjectum est nomini posteriori, cum quo et casu congruit, cum tamen pertineat ad nomen prius, eique et casu respondere debeat; nam posita sunt hæc verba, pro, *ὑμῖν ὁ λόγος οὗτος τῆς σωτηρίας ἀπεστάλη*. Rom. vii. 24. *τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου*, pro, *ἐκ τούτου τοῦ σώματος τοῦ θανάτου*· vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 570 sq. et *Beza* ad h. l. Ita quoque Syrus et Arabs verba nostra intellexerunt. Neque tales hypallagas scriptoribus exteris, cum Græcis tum Latinis, infrequentes esse, ostendit ad h. l. *Münthius*. Ex *Heumani* sententia, verba *τὰ ῥήματα τῆς ζ. ταύτης* explicanda sunt: doctrina, quæ viam ad *tantam, tam insignem* felicitatem monstrat. Laudat hanc in rem Luc. xxiii. 48. *τὴν θεωρίαν ταύτην*] *tantum spectaculum.* Act. viii. 22. *ἀπὸ τῆς κακίας ταύτης, a tanta improbitate.* Quibus tamen in locis *ταύτην* et *ταύτης* commode reddi possunt, *hoc, hac*. Arguta magis quam vera est *Storrii* interpretatio Opuscc. Vol. iii. p. 95. *doctrina de hac vita*, aut *res* (v. 32.) *hujus vitæ*, ea quæ spectant ad hanc, de qua inter vos et vestros adversarios (v. 17.) disceptatur, vitam, *ad vitam Jesu*, ab inferis excitati. Vulgarem explicationem tuetur locus Act. xiii. 26.

(21.) *ὑπὸ τὸν ὄρθρον*] *prima luce*, vid. ad Luc. xxiv. 1. *παραγενόμενος*] ex Hebraica loquendi ratione redundat. Pontifex maximus ejusque asseclæ, synedrium, omnemque senatum Israelitarum, ad cognoscendam Apostolorum caussam convocarunt. *γερουσία*] peculiariter Lacedæmone dicebatur *senatus*, teste Pausania iii. 11. sed hoc idem

Digitized by Google

πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ
22 δεσμωτήριον, ἀχθῆναι αὐτούς. Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμε-
νοι οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγ-
23 γειλαν, Λέγοντες· Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισ-
μένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἔξω ἑστῶτας
24 πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα εὕρομεν. Ὡς δὲ
ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ, τε ἱερεὺς καὶ ὁ στρατηγὸς
τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο
25 τοῦτο. Παραγενόμενος δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, λέγων·
Ὅτι ἰδοὺ, οἱ ἄνδρες οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ
26 ἱερῷ ἑστῶτες, καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν. Τότε ἀπελθὼν ὁ
στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς, οὐ μετὰ
27 βίας· (ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν ἵνα μὴ λιθασθῶσιν.) Ἀγα-
γόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ· καὶ ἐπηρώτησεν

23. † ἔξω. 25. † λέγων.

nomen etiam de cujuslibet urbis senatu apud scriptores veteres occurrit Xen. Mem. iv. 4. 16. ἐν ταῖς πόλεσιν αἱ γερουσίαι.] vid. *Albertius* et *Wetstenius* ad h. l. de senatu Judæorum s. synedrio magno adhibitum legitur ap. Philon. de Specc. legg. p. 789. B. Leg. ad Cai. p. 1025. C. add. 2 Macc. i. 10. iv. 44. Hinc *Schleusnerus* in Lex. h. v. et qui eum secutus est, *Heinrichsius*, hoc nomine etiam hoc loco significari statuunt *ipsum synedrium magnum*, et conjunctas esse voces συνέδριον atque γερουσία, ut exteris vera notio vocabuli συνέδριον explicaretur. Sed hac ipsa voce συνέδριον jam supra iv. 15. Lucas usus erat, nulla explicatione addita. Distinguitur potius h. l. aperte ἡ γερουσία τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, a synedrio, atque adeo intelligendi sunt iidem homines, qui iv. 8. vocabantur πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραὴλ, infra xxv. 15. πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, qui e singulis tribubus in consessum judicum cooptabantur, viri, qui ætate et prudentia ad judicandum idonei viderentur v. *Seldenus* de Ux. Hebr. i. 15. et *Læmerus* ad h. l. *Hesychius*: γερουσία, πρεσβυτέριον. Adjecit autem Lucas hæc verba: καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τ. υ. Ἰ. ut ostenderet, cum haud raro senatus infrequens esset, eum in hac caussa fuisse frequentem. ἀπέστειλαν scl. ὑπηρέτας coll. v. 22.

(23.) Ministri reversi nuntiabant, se carcerem diligenter clausum, et custodes ante januam stantes reperisse, recluso autem carcere neminem a se inventum esse. ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ] *firmissime*, Vulg. *cum omni diligentia*. Adverbium ἔξω quod codd. nonnulli et vetss. omittunt, expunxerunt *Griesbachius*, et *Matthæius*; an recte fecerint, non parum dubito. Omiserunt illud librarii quibus superfluum videretur. Verum solent a scriptoribus Græcis et Latinis, multis verbis alia addi, quibus vis superiorum verborum magis declaretur et definiatur Plato Apol. 2. πόλαι πολλὰ ἤδη ἔτη. Flor. i. 18. 14. *domi intra urbem*. Cic. pro Sextio c. 18. *apud me domi*. Terent. Eun. iv. 2. *soli sine illa*. Heaut. iii. 1. 21. *apud me domi*.

(24.) ἱερεὺς] pro ἀρχιερεὺς, *pontifex maximus*, ut 1 Macc. xv. 1. ubi Σίμων vocatur ἱερεὺς sed paulo post ἱερεὺς μέγας. Joseph. Ant. vi. 12. 1. Ahimelechus, pontifex summus ἱερεὺς nuncupatur, qui paulo ante ἀρχιερεὺς dictus erat. Ipse Christus Hebr. v. 6. nominatur ἱερεὺς, sed ib. iii. 1. iv. 14. ἀρχιερεύς. vid. *Drusius*, et *Krebsius* ad h. l. *Carpzovius* Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebr. iv. 14. p. 210 sq. atque *Spanhemius* de Præst. Numism. Diss. 12. T. ii. p. 493. fol. Quod cum non reputarent librarii et grammatici nonnulli, vel omiserunt verba ὅ, τε ἱερεὺς, vel pro ἱερεὺς scripserunt ἀρχιερεὺς, quam veram lectionem esse temere contenderunt *Mangæus* ad Philon. p. 50. et *Millius* Prolegg. ad N. T. § 1105. et 1184. vel ἱερεὺς mutarunt in ἱερεῖς, ut voce οἱ ἀρχιερεῖς, quæ sequitur, significarentur pontifices summi. Sed οἱ ἀρχιερεῖς sunt quatuor et viginti classium sacerdotalium principes v. ad Matth. ii. 4. ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ· cf. not. ad iv. 1. διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο; *ambigebant*, dubii hærebant, de liberatis Apostolis, *quomodo hoc factum fuerit?* quomodo e carcere bene munito et inviolato evasissent? τί pro διὰ τί v. *Er. Schmidius* ad h. l. Alii vertunt: *quorsum hoc esset evasurum?*

Digitized by Google

αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεὺς, Λέγων· Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγε- 28
λαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ ἰδοὺ,
πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βού-
λεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου.
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ Ἀπόστολοι, εἶπον· Πειθαρχεῖν 29
δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν 30
ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ
ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ 31

(28.) οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν] *nomine vobis præcepimus:* vid. de hac locutione et verbo παραγγέλλειν not. ad iv. 17, 18. μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ] *ne de hoc homine doceretis,* Jesum immerito trucidatum, ab inferis excitatum, esse Messiam coll. v. extr. v. 30 sqq. iii. 17. ὄνομα, *persona, homo,* sequitur enim v. extr. αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου] per contemptum Jesu nomen non exprimit vid. ad iv. 18. πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν] *replevistis doctrina vestra Hierosolymam,* eam per omnem urbem sparsistis. Liban. ep. 721. οὐκ ἔδηλον, ὅτι δι' ὅσων ἦλθε πόλεων, πᾶσας ἐνέπλησας τῶν ὑπὲρ ἡμῶν λόγων. Justin. xi. 7. 14. *Midas—Phrygiam totam religionibus implevit, quibus tutior omni vita quam armis fuit,* καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν — ἀνθρώπου τούτου] *et vultis ut a nobis vindicta hujus cædis sumatur,* vultis efficere, ut videamur hominem innocentem interfecisse, adeoque pœna digni esse, vultis plebem concitare, nosque ejus furori exponere. αἷμα, *vindicta, pœna cædis,* ut Matth. xxiii. 35. xxvii. 25. ἐπάγεσθαι est verbum proprium de malis, periculis, pœnis, quæ *inducuntur* Sir. iv. 17. φόβον δὲ καὶ δειλίαν ἐπάξει ἐπ' αὐτὸν add. v. 21. xxiii. 16. καὶ τὸ τρίτον ἐπάξει λογὴν, *tertium inducet pœnas.* Philo lib. ii. Alleg. p. 80. E. ἐπάγειν τὰ κακὰ, *mala inferre.* Leg. ad Cai. p. 1039. B. βαρυτέραν τῆς προτέρας ἐπαγαγὼν συμφορὰν, *graviorem priore calamitatem afferens.* Herodi. iv. 6. 6. αἰτίαν ἐπαγαγὼν scl. αὐτῇ, *crimen ei inferens.* Ita quoque Latini verbum *inducere* de malis et calamitatibus frequentant. Plaut. Pers. iv. 4. 91. *non vides nolle eam loqui, ne suarum se miseriarum in memoriam inducas?* Celsus vi. 6. 8. *induci invidiam.* Sueton. Calig. 26. *populo famem induxit;* quæ lectio præstat alteri, *indixit,* Jul. Capitolin. de Marc. Anton. 29. *superinducere novercam liberis;* ubi v. *Casaubonus,* et *Elmerus,* ad h. l.

(29. 30.) ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ Ἀπόστολοι εἶπον] intrepide Petrus suo reliquorumque Apostolorum, qui ejus dictis annuebant, nomine respondebat. In scriptis Evangelistarum sæpius tribuitur pluribus, quod uni tantum competat v. ad Matth. xv. 15. πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις] *Deo magis quam hominibus,* etiam in summa dignitate constitutis, *parendum est* vid. not. ad iv. 19. Adhibetur autem verbum πειθαρχεῖν inprimis de iis, qui superiori, qui magistratui parent, ut Tit. iii. 1. Xen. Mem. iii. 5. 19. πειθαρχεῖν τοῖς ἡγουμένοις Anab. i. 9. 10. Κύρῳ καλῶς πειθαρχεῖν. add. Mem. iii. 5. 21. Ammonius: πειθαρχεῖν τῷ κελεύοντι πιστεύειν. v. et *Münthius* ad h. l. ὁ Θεὸς Ἰησοῦν] Deus, quem majores nostri coluerunt, et propitium experti sunt vid. iii. 13. Jesum excitavit. *Grotius, Rosenmüllerus, Heinrichsius* ad h. l. notarunt, provide hæc Petrum addidisse, ne quis alium Deum a Jesu prædicatum crederet, quam eum, quem coluissent Patriarchæ. Innuere potius, opinor, voluit, Jesum esse Messiam, Patriarchis promissum v. Joh. viii. 56. ὃν ὑμεῖς—ἐπὶ ξύλου] *quem vos in cruce suspensum,* crucis supplicio, *interfecistis.* διαχειρίζεσθαι] *interficere,* ut infra xxvi. 21. Herodi. iii. 12. 2. εἰδὼς δὲ (ὁ χιλιάρχης) ἀδύνατον ὂν δύο διαχειρίζεσθαι βασιλέας. add. Polyb. viii. 18. Joseph. B. I. i. 4. ubi permutatur cum verbis κτείνειν et ἀναιρεῖν Hesych. διαχειρίζεται, φονεύει. v. *Kypkius* ad h. l. ξύλον, *lignum,* it. *arbor,* Apoc. ii. 7. adhibetur tum etiam de *patibulo et cruce,* ut h. l. Act. x. 39. Gal. iii. 13. quoniam Hebræi hanc quoque vim subjecerunt vocabulo עץ v. Gen. xl. 19. Esth. v. 14. ubi οἱ ο'. habent ξύλον.

(31.) τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν κ. τ. λ.] *hunc Deus sua potentia principem eumque servatorem extulit,* evexit Deus Jesum in eum dignitatis gradum, ut esset dux, caput, dominus ecclesiæ, qui salutem largiretur. Infra vii. 35. Deus dicitur misisse Mosen, tanquam ducem eumque liberatorem ἄρχοντα καὶ λυτρωτήν. 2 Sam. xx. 19. *urbem et matrem,* pro, urbem eamque matrem: v. *Storrius* Opuscc. Vol. iii. p. 177. et Obss. ad Analog. et Synt. Hebr. p. 241. Sed ὕψωσε ἀρχ. καὶ σωτῆρα, positum est pro εἰς ἀρχ. κ. τ. λ. vel, εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ut Jacob. ii. 5. πλουσίους ἐν πίστει pro εἰς τὸ εἶναι πλ. ἐν π. Itaque ἀρχηγὸς, quo vocabulo Alexandrini Judæi expresserunt Hebr. שר Ies. xxx. 4. Neh. ii. 9. h. l. est idem quod κύριος· supra ii. 36. ubi

Digitized by Google

δεξιᾷ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄφεσιν
32 ἁμαρτιῶν. Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων
τούτων, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς
33 πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ
34 ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. Ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ συν-

legitur: Κύριον καὶ Χριστὸν ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν. Alio significatu nomen ἀρχηγὸς extat iii. 15. Jesus ibi dicitur ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς (Hebr. ii. 10. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας) h. e. *auctor salutis.* τῇ δεξιᾷ] vid. ad ii. 23. δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν] *qui Israelitas* (per doctrinam suam) *ad vitæ animique mutationem, et* (doctrina sua resipiscentes) *ad peccatorum remissionem perduceret* vid. iii. 26. infra xi. 18. μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.

(32.) καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων] *atque non modo nos sumus ejus harum rerum testes.* τῶν ῥημάτων τούτων sunt genitivi objecti; ῥήματα *res* idem valet quod πράγματα, vid. ad Matth. iv. 4. Luc. i. 37. et referri debet ad ea quæ v. 30, 31. leguntur, nempe Deum ab inferis excitasse Jesum, et principem eumque servatorem extulisse. Alii per ῥήματα intelligunt Christi doctrinam, quæ supra v. 20. dicebatur ῥήματα τῆς ζωῆς, nos sumus hujus doctrinæ (nempe, eum esse in vitam revocatum, jam Dominum et Servatorem) doctores, præcones. Sensus idem manet. καὶ ἡμεῖς—καὶ τὸ Πν. pro, καὶ οὐ μόνον ἡμεῖς—ἀλλὰ καὶ τὸ Πν. τὸ ἅγιον v. *Bosius* de Ellips. p. 790. ed. *Schæfer.* καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ—αὐτῷ] *verum etiam Spiritus Sanctus quem Deus impertit, qui ei obtemperant* Πνεῦμα ἅγιον scl. μάρτυς ἐστὶ τῶν ῥημάτων τούτων. Ad πειθαρχοῦσι subintelligendum est ἡμῖν, nobis Apostolis, hæc jussu Dei testantibus, docentibus. Πνεῦμα ἅγιον bene *Grotius* interpretatur, *vis divina.* Sensus verborum est: vis divina (v. ad Joh. xv. 26.) quæ nos, harum rerum testes, ex Jesu promissione adjuvat, veritatem testimonii nostri confirmat, nos Christi et Dei legati hoc testamur.

(33.) οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο] *his auditis vehementi ira commoti:* διαπρίειν proprie significat, *serra dissecare* ut ap. Appollodor. iii. 15. 9. ξύλον πρίσαι. 1 Chron. xx. 3. καὶ τὸν λαὸν ἐν αὐτῇ ἐξήγαγε, καὶ διέπρισεν ἐν πρίσι καὶ ἐν σκεπάρνοις τοῖς σιδηροῖς. Formula διαπρίειν τοὺς ὀδόντας dentibus frendere, veluti si quis serram trahat, adhibetur etiam de iis, qui præ rabie dentibus frendent Aristoph. Ran. 958. σιώπα—μὴ πρίε τοὺς ὀδόντας. Plutarch. de ira cohib. p. 458. C. δήγμασι χειλῶν καὶ πρίσεσιν ὀδόντων vid. *Wetstenius* ad h. l. hinc διαπρίειν ad animum translatum, notat, *vehementi ira commoveri, valde indignari et irasci* ut h. l. infra vii. 54. additur, ταῖς καρδίαις. Hesychius: διεπρίοντο, ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας. Sed pro ἔτριζον haud dubie, ut jam acute vidit *Ernestius* in Glossis Sacr. Hesychii p. 76. reponendum est ἔζεον, ex Act. vii. 54. καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς] *et eos occidere decreverunt.* Alii vertunt: *de iis occidendis deliberarunt.* Sed prior interpretatio orationis seriei convenientior. Moris erat, ut rei, aut quorum caussa ageretur, dum deliberaretur in consilio, secederent v. Act. iv. 15. ibique *Pricæus* et *Elsnerus* ad h. l. coll. v. 34. extr. Verum pontifex et cum eo facientes tanto furore correpti erant, ut, non dimissis Apostolis, de iis interficiendis deliberarent, sed eos sine mora morte dignos (v. ad Matth. xxvi. 66.) indicarent. Et verbum βουλεύεσθαι etiam alias ita positum legitur, ut sit, *decernere,* v. Joh. xii. 10. Act. xxvii. 39. et *Schleusneri* Lex. h. v. atque ita sibi quoque explicuerunt hoc verbum nostro loco grammatici, qui in marg. codd. scripserunt ἐβούλοντο, quod interpretamentum librarii inde in ordinem transtulerunt.

(34.) Gamaliel, Pharisæus, non, clandestinus Christi assecla, ut nonnulli voluerunt, quod probari nequit v. *Wolfius* ad h. l. et *Heumanus* ad v. 39. sed homo prudens et moderatus, non consentiebat sententiæ pontificis et Sadducæorum vid. ad v. 17. iv. 2. reliquorumque qui cum iis faciebant. Sed ut mos et decorum observaretur, et ut leniretur collegarum iracundia, ad breve tempus Apostolos discedere jubebat, cumque hi discessissent, collegas cohortabatur, ut prudenter agerent, a proposito Apostolos occidendi abstinerent, et rem omnem Deo dirimendam permitterent. ἀναστὰς] *surgebat,* pro more veterum, qui verba facturi ad populum, aut in senatu, surgere, et stantes dicere solebant v. Matth. xxvi. 62. *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. Eustath. ad Homer. Il. α. p. 58. ἀναστὰς ὁ Ἀχιλλεὺς δημηγορεῖν ὤν δὲ ἦν ἔθος τοῖς παλαιοῖς, ἢν βασιλεῖς ὦσιν, ὡς ἂν ἔχοιεν τοὺς κύκλῳ ἱστορίφιν, καὶ ὑπὸ πάντων ἐπ' ἴσης ἀκούεσθαι. εἰ δέ ποτε τις παθήματος ἐδημηγόρησε, καινὸν τὸ πρᾶγμα ἐδόκει, καὶ ὁ τοῦτο ποιῶν παρακαίσεως ἐδίετο. *Gamaliel,* frequens inter Hebræos nomen vid. Num. i. 10. ii. 20. Ex plerorumque interpretum sententia intelligendus est h. l. Gamaliel, Rabban κατ' ἐξοχὴν dictus (vid. ad

Digitized by Google

εδρίῳ Φαρισαῖος, ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος, τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς Ἀποστόλους ποιῆσαι· Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχετε 35 ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν. Πρὸ 36 γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν,

Marc. x. 51.) filius Simeonis, nepos Hillelis. Pauli magister xxii. 3. vid. de eo *Wetstenius* ad h. l. *Lightfootus* Horis Hebrr. et Talmudd. p. 33, 296. et ad h. l. Gamalielem h. l. nominatum senatus præsidem fuisse, nonnulli inde collegerunt, quod primus, ut putant, sententiam dixerit. Sed eum primum sententiam dixisse, ex Lucæ verbis non consequitur, sive ἐβουλεύοντο v. 33. vertas *decreverunt*, sive, *deliberarunt*. Nec si præses synedrii fuisset, Lucas eum simpliciter dixisset νομοδιδάσκαλον. cf. et *Heumanus* ad h. l. νομοδιδάσκαλος id. qd. γραμματεὺς vid. ad Matth. ii. 4. Luc. xi. 45. τίμιος παντὶ τῷ λαῷ] *vir omni populo venerabilis*. Homer. Odys. κ. 38. ὦ πόπον, ὡς δὴ πᾶσι φίλος καὶ τίμιος ἐσσι Ἀνθρώποις. Ad βραχύ τι subaudiendum διάστημα χρόνου v. *Bosius* de Ellips. sub. v. διάστημα. ἐκέλευσεν ἔξω τοὺς Ἀποστόλους ποιῆσαι] *jussit duci foras Apostolos; hinaus thun*: ἔξω ποιεῖν denotat, *abducere*, ut ἔξω ποιεῖν ἑαυτὸν, *abire, secedere*; sic legitur ap. Polyb. Hist. v. 22. ποιοῦντες ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος τοὺς ἱππεῖς, *in dextrum cornu equites abducentes*. Xen. Cyr. iv. 1. 3. ὅσον ἔφθασαν ἔξω βελῶν τὸν τάξιν ποιήσας, *extra telorum jactum abducere cohortem*. Joseph. Ant. x. 6. 2. οἱ ἡγεμόνες—κελεύουσιν αὐτόν τε καὶ τὸν γραμματέα Βάρουχον ἐκποδὼν ἑαυτοὺς ποιῆσαι, *principes jusserunt cum ipsum, tum ejus scribam, e medio secedere*. Contra *accedere* exprimitur ap. Philon. lib. quod Deus s. imm. p. 316. C. ἐγγιστα τῷ Θεῷ ἑαυτὸν ποιεῖν. Neque hæc loquendi ratio inusitata est scriptoribus Latinis, Apulei. Metam. v. 27. *invitata Psyche talium locorum oblectatione, propius accessit, et paulo fidentior intra limen sese facit*. conf. *Elsnerus*, *Kypkius* ad h. l. *Vigerus* v. 10. 6. p. 283. ed. *Herm*. *Abreschius* Animadvv. Æschyl. T. i. p. 606. *Casaubonus* ad Sueton. Aug. 16. *Fischerus* Ind. Palæph. s. v. ποιεῖν. Pro Ἀποστόλους cod. A. Barber. 1. Copt. Arm. Vulg. Chrys. legunt ἀνθρώπους, quæ lectio arrisit *Bengelio*, *Millio* Proleg. §. 878. et *Griesbachio*. Sed prævalet auctoritas reliquorum codd. omnium. Nec dici potest, ut bene monuit *Wolfius* ad h. l. Gamalielem per contemptum ita vocasse Apostolos, et a librariis claritatis caussa substitutam esse vocem Ἀποστόλους, cum non retulerit Lucas Gamalielis verba, sed suis verbis rem exposuerit. Lectio ἀνθρώπους e v. 34. in hunc locum translata est a grammaticis.

(35.) ἄνδρες Ἰσραηλῖται] id. qd. Ἰσραηλῖται vid. ad i. 11. προσέχετε ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κ. τ. λ.] *videte* s. *perpendite, quid cum his hominibus facere velitis*. Post ἑαυτοῖς incisi nota ponenda, tollenda post τούτοις, ut scienter annotarunt *Bosius* Exercitt. p. 75. *Albertius* et *Wolfius* ad h. l. Minus recte alii verba vertunt: *dispicite de viris his, quid facturi sitis*, Græci enim verbum προσέχειν cum particula ἐπὶ construere non solent. Sed δρᾶν et πράσσειν τι ἐπί τινι pro, *facere alicui aliquid*, legitur apud Ælian. H. An. xi. 11. λέγω γὰρ ὅσα τι δρᾶται ἐπὶ τοῖσδε τοῖς ταύροις, καὶ ὅσα ἐπράχθη, *refero enim ea, quæ et nostro tempore his tauris fieri solent, et facta sunt olim*. Lucian. Toxar. p. 48. τὰ ὅμοια ἐπραξεν ἐπ' αὐτοῖς. Ordo autem verborum hic est: προσέχετε ἑαυτοῖς, τί μέλλετε πρ. ἐπὶ τοῖς ἀνθρ. τούτοις.

(36.) Cum collegas admonuisset Gamaliel, caverent, ne quid inconsiderate in Apostolos statuerent, ut id persuadeat, duo affert exempla, non vetera, sed recentia, quorum adeo ignari esse non poterant, hominum, qui magna se præstituros jactarant, multos asseclas nacti erant, qui tamen cum turba eos secuta interierant. Theudas inquit, et Judas, armis Romanorum perierunt, etiam vobis de eorum nece non deliberantibus, nec eam decernentibus. Neque homines illi cum his hominibus comparandi sunt; non possumus præcise negare, eorum coeptum esse divinum. Si consilium et coeptum eorum fraude humana nititur, dissolvetur, sin divinæ originis est, violentia ac cæde non poteritis impedire et dissolvere, quin contra Deum pugnabitis, et gravissimi peccati vos reos facietis, dimittite ergo hos homines et omnis negotii exitum Deo permittite. Audiverat Gamaliel summa animi fiducia Apostolos de Jesu doctrina perorantes ejusque resurrectionem affirmantes, audiverat ab iis multa insignia facta edita esse iii. 6 sq. v. 12. eosque singulari modo e carcere esse liberatos. Dubius igitur hærebat, quid de iis statueret, adeoque consultum putabat, ab omni vi abstinere. Pharisæi mortuorum resurrectionem credebant, et cum Gamalielis auctoritas apud omnes multum valeret v. 34. ejus sententiæ accedebant, cumque Pharisæi potiorem synedrii partem absolverent vid. ad Ioh. ix. 13. vicit in senatu Gamalielis sententia. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν] *haud ita*

Digitized by Google

ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς

pridem opposita formula xv. 7. *ἀπ' ἀρχαίων ἡμερῶν.* Petron. Satyr. c. 38. *ecce intra hos dies scripsit,* ubi v. *Burmanus.* Phædrus i. 1. 10. *ante hos sex menses.* Achilles Tatius v. 9. p. 433. *Boden. καὶ ὡς ὀλίγων πρὸ τούτων ἡμερῶν ἔρχεται Δόφαντος ὁ Τύριος ἐξ Αἰγύπτου πιστλυκὼς,* diebus qui proxime præterierunt. Theophylactus: *οὐ μνημονεύει παλαιῶν ἀλλὰ νέων παραδυγμάτων, ὅτι τὰ τοιαῦτά ἐστιν ἐν τῇ πόλει δυνατώτερα· διὸ καὶ τούτων αἰνιττόμενος ὀλίγῳ· πρὸ ὀλίγου τούτων τῶν ἡμερῶν. ἀνέστη*] *extitit; ἀναστῆναι* haud raro significat *existere, exoriri,* ut Hebr. קם 1 Regg. iii. 12. ubi in versione septuagintavirali legitur, *οὐκ ἀναστήσεται.* add. 2 Regg. xxiii. 25. Sir. xlvii. 1. *καὶ μετὰ τοῦτο ἀνέστη Νάθαν.* Infra vii. 18. *ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος.* Hebr. vii. 15. *ἀνίσταται βασιλεὺς ἕτερος.* Lucian. Tyran. p. 93. *ἐπὶ δὲ τοὺς θεραπευτάς προσαιτεροῦμενος, καὶ δορυφόρους συναγαγὼν ἐπανεστὰς, τῇ πόλει τύραννος κατέστη, societate cum audacissimis facta, et satellitibus collectis, coortus, civitatis imperium cœpit.* add. Philo lib. de Agric. p. 191. E. vid. *Lœsnerus* ad h. l. et *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 166. —*Θευδᾶς*] Joseph. Ant. xx. 5. 1. Theudæ cujusdam meminit, qui imperante Claudio, turbas in Judæa movit, se prophetam jactans, et a Cuspio Fado, procuratore, cum omnibus sequacibus deletus est. Hic vero Theudas h. l. intelligi nequit, cum Theudas a Josepho memoratus, quatuordecim vel quindecim annis post hanc orationem Gamalielis, imperante Tiberio habitam, turbas excitaverit. Varias vias ingressi sunt interpretes, ut ex hac difficultate sese exsolverent. v. *Wolfius* ad h. l. *Lud. Capellus* in Spicilegio Obss. ad N. T. (v. *Walæi* N. T. ad h. l.) autumat, Lucam, qui ipse orationem elaboraverit, lapsu *μνημονικῷ* duo facta affinia *Judæ* et *Theudæ* conjunxisse, quod utrumque ad Gamalielis propositum faceret; vel etiam Lucam cum Josepho ita componi et conciliari posse putat, ut dicatur factam hic esse apud Lucam in narratione verborum *μετάθεσιν,* ita, ut ista sic legi debeant: *πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Ἰουδας ὁ Γαλιλαῖος κ. τ. λ.* deinde: *μετὰ τοῦτον ἀνέστη Θευδᾶς κ. τ. λ.* et statuatur, hæc ipsa verba, parenthesi includenda, non esse Gamalielis in Synedrio sententiam dicentis, sed Lucæ scribentis ac velut interfantis, et factum Theudæ cum illo Judæ Galilæi ob similitudinem conjungentis. Durissimam sane esse hanc explicationem, nemo harum literarum peritus infitias ibit; probavit tamen ea se quoque *Ottio* in Excerptis ex Josepho ad N. T. p. 256 ss. et *Wetstenio. Valesius* ad Euseb. H. E. ii. 11. p. 31. contendit, Lucam post Theudæ interitum, hæc per *περίληψιν* Gamalielis orationi inseruisse. Sed Lucam scriptorem adeo cordatum, Gamalielis orationem ita elaborasse, ut tam gravem errorem contra temporum ordinem insereret, parum probabile est; summa quoque adscribitur Lucæ incogitantia, si statuitur, eum per prolepsin hæc adjecisse, cum sic eo tempore, quo recens adhuc esset omnium horum memoria, sermoni Gamalielis inseruisset exemplum, quod omnes scirent esse aliquot annis sermonem Gamalielis recentius, quo ipso orationi suæ omnem detraxisset fidem v. *Limborchius* ad h. l. *Michaëlis* in *Einleit. in d. N. T.* Th. i. §. 12. p. 60 ss. et ad h. l. Lucæ quidem majorem fidem habendam esse dicit quam Josepho, neque tamen dirimere audet, utrum a Luca, an a Josepho erratum fuerit, nam duos fuisse Theudas, ob nominis insolentiam ipsi minus probabile videtur. Sed *Theudas* erat nomen apud Hebræos, Græcos, et Romanos usitatum: v. *Wetstenius* ad h. l. Cic. ad Div. vi. 10. *Theudæ liberto tuo totum me patefeci.* Itaque omnino præferenda videtur eorum interpretum sententia (*Grotii, Casauboni* Exercitt. Anti-Baron. 2. n. 57. *Hammondi, Heumani, Krebsii, Mori, Rosenmülleri,* aliorumque) qui præeunte Origene contra Celsum i. 6. p. 44. duos Theudas fuisse statuunt, quorum ille a Josepho memoratus recentior, hic autem, cujus Gamaliel mentionem fecit, antiquior fuerit. Hunc Theudam, a Gamaliele memoratum, *Casaubonus* et *Krebsius* opinantur, vixisse circa tempora nati Christi, ultimosque Herodis M. annos, quo tempore Herodes omni fere Augusti gratia exciderat, suisque invisus, injuriæ opportunus expositusque erat. *Beza* vero, cui accedere nullus dubito, hanc historiam refert ad ea tempora, quibus Judæam scribit Joseph. Ant. xvii. 24. innumeris seditionibus fuisse exagitatam, quas ægre Varus (vid. ad Luc. ii. 2.) compescuerit. Quæ incidunt in id tempus, quo post Herodis M. mortem, veluti interregnum in Judæa fuit, Archelao Romam profecto, ut ex patris testamento regnum impetraret, quo tempore Jesus in Ægypto exulabat. Silentio autem Josephus hanc Theudæ illis temporibus seditionem præteriit, sicut et alia enarrare omisit, quarum tamen veritas neutiquam in dubium vocari potest v. ad Matth. ii. 16. *λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν*] *magnum virum se jactans,* prophetam. Infra viii. 9. legitur: *λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν,* quod vocabulum *μέγαν* etiam h. l. in nonnullis codd. ex

Digitized by Google

οὐδέν. Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος, ἐν ταῖς 37

interpretamento additum reperitur. Subaudiendum illud h. l esse, præceperunt *Wolfius, Elsnerus, Heinrichsius*, et *Schwebelius* atque *Michaëlis* ad *L. Bosium* de Ellips. sub v. *μέγα*. Sed ut scite observarunt *Weiskius* de Pleonasmis Græcis p. 81. et *Schæferus* ad *L. Bosium* l. c. p. 268. in hac locutione ellipsis non vere obtinet, sed τὶς ponitur pro μέγας et notat, *hominem non mediocrem, eximium, magna virtute aut dignitate præstantem*, quo eodem sensu etiam dicitur εἶναί τι. Est autem satis frequens scriptoribus Græcis harum formularum usus. Lucian. T. i. p. 576. ἀφ' ὧς εἶναί τις ἐδόξειν. ubi v. *Reizius*. Epictet. Enchirid. c. 12. κἂν δόξῃς τινὲς εἶναί τις. Liban. ep. 1265. ὁ πείσας τι αὐτὸν, ὡς εἴην ἐγώ τι. Soph. Electr. 939. ἀνήχεις τις εἶναι, τοῖσι χρήμασι σθένων. Latini scriptores eandem vim tribuunt pronomini *aliquis* Cic. ad Attic. iii. 15. *fac ut omnia— ad me perscribas, meque, ut facis, velis esse aliquem*. Seneca de Ira iii. 37. *nunc iste aliquem se putat, quod custodit litigatorum turba limen obsessum*. Ovid. Fastt. vi. 27. *Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem*. Juvenal. Sat. i. 73. *Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum si vis esse aliquis* (i.e. in honore et pretio). add. Pers. i. 129. Plura exempla congesserunt *Wetstenius, Wolfius, Kypkius, Elsnerus, Lœsnerus* ad h. l. add. *Valckenarius* Annotatt. Critt. in N. T. p. 404. *Hindenburgius* ad Xenoph. Mem. i. 4. 14. et *Gottleberus* ad Platon. Menex. 19. Contra οὐδένα Græci dixerunt, pro, *homine nullius pretii, nulla virtute aut dignitate prædito*, quod sicut absolute dicitur, et sine ellipsi, ita et τίς. Epictet. c. 31. πᾶς δὲ οὐδὲις οὐδαμοῦ ἴση, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, *quomodo autem nullo eris numero, quem in iis solis, quæ penes te sunt, aliquem esse oportet?* Male *Boltenius* ad h. l. confert Luc. xxi. 8. ubi legitur, ὅτι ἐγώ εἰμι, et verba εἶναί τινα ἑαυτὸν vertit: *se ipsum esse, er trat mit der Behauptung auf, er selbst wäre es*, nempe Messiam. Sed ibi ipsa verborum complexio docet, de Messia esse sermonem, et additum h. l. legitur τὶς, quod ibi deest. ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς κ.τ.λ.] *cui se associavit fere quadringentorum hominum numerus*. Pro προσεκολλήθη *adjunctus est*, copulavit se cum eo, habent προσεκλίθη AB. et septem al. ap. *Wetsten. Griesb.* et *Birchium*, duo codd. ap. *Matth.* Syr. utr. Vulg. It. Arm. quam lectionem genuinam judicant, *Griesbachius, Morus, Schleusnerus* in Lex. sub v. προσκλίνω, *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. p. 373, 74. et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. Sed quinque codd. ap. *Birch.* CD*E. et 25 alii ap. *Wetsten.* et *Griesb.* ac plurimi ap. *Matthæ.* legunt, προσεκλήθη *advocatus est*, qui ad se convocavit quadringentorum fere hominum numerum; probantibus *Bengelio, Millio* (Prolegg. §. 968. 1184.), et *Matthæio* Vulgarem lectionem προσεκολλήθη defendit *Heinrichsius*: ita, ut dixerit, verbum προσκολλᾶσθαι hoc sensu Lucæ proprium esse v. Act. v. 13. Eu. xv. 15. Quidem ad eorum partes accedo, qui προσεκλίθη *applicuit se illi*, rescribendum esse censent, cum sit verbum exquisitius, et rarius occurrens, quod adeo a librariis in verba magis usitata et in libris N. T. obvia permutatum est. Notat autem προσκλίνεσθαι τινι propr. *inclinare se in aliquem*, hinc figurate, *se alicui applicare, sequi aliquem*, et ita ponitur de discipulis præceptorem magni facientibus, aut de sectatoribus hunc illumve sectæ ducem probantibus v. *Hemsterhusius* l. l. ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες—εἰς οὐδὲν] *ipse occisus est, et omnes ejus sectatores dissipati et ad nihilum redacti sunt* s. *evanuerunt*. διαλύειν *dissolvere*, item: *dissipare* id. qd. διασκορπίζειν v. 37. Vulg. *dissipati sunt*. Herodi. vi. 7. 2. τὸν στρατὸν, ὃς, ἅπαξ διαλυθεὶς, οὐ ῥᾴδιος ἠθροίζετο, *exercitum, qui semel dissipatus, haud facile congregabatur*. Arrian. Expedit. vi. 18. ὅστε ἐπόνησαν αὐτῷ αἱ πλεῖσται τῶν νεῶν· τῶν δὲ τριακοντόρων ἐστὶν αἳ καὶ πάντη διελύθησαν, *adeo ut pleræque naves quassatæ, nonnullæ vero ex triginta remorum navibus prorsus dissipatæ fuerint*. v. *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. Formula γίνεσθαι εἰς οὐδὲν respicitur ea quæ præcessit, λέγειν εἶναί τινα ἑαυτόν. Hæc ipsa autem formula γίνεσθαι εἰς οὐδὲν, ut, ἥκειν εἰς οὐδὲν, notat, *in nihilum redigi, evanescere*, et adhibetur inprimis etiam de *iis, qui honore et dignitate aut opibus exuti, in miserum statum, ad summam paupertatem et contemptum rediguntur*, ut ap. Eurip. Hec. 622. Hecuba de se et Priamo: ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος τοῦ πρὶν στερήσαντες, *quam in nihilum redacti sumus, superbia priori spoliati*. Aristoph. Equit. 158. ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς αὔριον δὲ ὑπερμέγας· v. *Elsnerus, Raphelius* Obss. et *Kypkius* ad h. l. *Casaubonus* et *Küsterus* ad Aristoph. l. l.

(37.) μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας κ. τ. λ.] *post hunc extitit Judas Galilæus tempore census*; ἀπογραφὴ significat h. l. descriptionem non tantum capitum s. hominum tantum, sed etiam facultatum v. not. ad Luc. ii. 1. Josephus Ant. xviii. 1. 1. eam dicit ἀποτίμησιν οὐσιῶν. Neque confundi debet descriptio h. l. memorata, cum descriptione capitum, de qua Luc. l. l. sermo est, quam Augustus regnante Herode M. jusserat. Sed census h. l. memoratus, a Quirino actus est, postquam Archelaus Herodis filius Viennam ab Augusto relegatus, ejusque ditio in provinciæ Romanæ formulam redacta erat v. not.

Digitized by Google

ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διε-
38 σκορπίσθησαν. Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ἡ ἐξ ἀνθρώπων ἡ
39 βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται· Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτό, μήποτε καὶ θεομάχοι

ad l. l. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 257. Hoc censu abusus est Judas cum socio Saddoco ad excitandum tumultum, docens, Romanorum censum esse apertam servitutis professionem, Judæos, utpote Dei populum, immunes esse debere a tributo Romanis pendendo. v. ad Matth. xxii. 16 ss. Joseph. Ant. xviii. 1. 1. Ἰούδας δὲ Γαυλανίτης ἀνὴρ, ἐκ πόλεως Γάμαλα, Σάδδουκον Φαρισαῖον προσλαβόμενος ἠκτίγιτο ἐπὶ ἀποστάσει, σὴν τι ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. Καὶ ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀπρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο οἱ ἄνθρωποι, προσδοκῶντες ἐπὶ μίγα ἡ ἐπιβολὴ τοῦ τολμήματος κ. τ. λ. *Judas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, adjuncto sibi Pharisæo Sadoco, sollicitabat ad defectionem, dicebantque repentinam servitutem censum esse illaturum, et populum ad tuendam libertatem adhortabantur. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita, ut accenderentur ad audendum aliquid* etc. B. I. ii. 8. 1. ἐπὶ τούτου τις ἀνὴρ Γαλιλαῖος Ἰούδας ὄνομα, εἰς ἀπόστασιν ἐπῆγε τοὺς ἐπιχωρίους, κακίζων εἰφόρον τι Ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν οἴοντο θνητοὺς δεσπότας, *quidam vir Galilæus, Judas nomine, ad rebellionem excitabat indigenas, incusans eos qui tributum pendere Romanis sustinerent, et mortales dominos cum Deo ferrent.* Judas a Luca dicitur *Galilæus*, a Josepho *Gaulanites*, ex oppido Gamala. Sed Josephus, qui alibi v. c. B. I. ii. 20. 4. accurate distinguit Galilæam et Gauloniten, Judam ipse quoque alias vocat Galilæum v. Ant. xviii. 1. 6. xx. 5. 2. B. I. ii. 9. 1. Habuit ergo Judas ille duplex cognomen, fortassis, quod in Gaulanitide natus fuerat, in Galilæa deinde educatus, aut quod ibi habitabat, sicuti Apollonius, Argonauticon scriptor, qui patria Ægyptius erat, a loco habitationis *Rhodius* dicitur: v. *Krebsius* ad h. l. ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ] *multos homines in suas partes tradurit: ἀποστῆσαι, ad defectionem, seditionem sollicitare*, Deut. vii. 4. ἀποστήσει γὰρ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, *faciet ut tuus filius a me deficiat*, ubi in textu Hebr. extat verbum סור Herodi. i. 9. 2. ἀπεστῆσαι τὸ στρατιωτικὸν, *ut ad defectionem milites impelleret.* Id. vii. 7. 13. τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες ῥᾴδιως μίσει τῆς Μαζίμου τυραννίδος, *provinciis ad defectionem facile impulsis.* ib. 9. πάντα ἐπρατταν εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτοῦ τὰ ἔθνη. Isocr. Evag. c. 11. Κιλικίαν δὲ βασιλέως (rege Persarum) ἀπέστησε. Herodo. i. 154. τοὺς Λύδους ἀπέστησε ἀπὸ Κύρου. add. Diod. Sic. p. 78. D. Sir. xix. 2. xlvii. 23. De voce ἱκανὸς, *multus*, v. ad Matth. xxviii. 12. Luc. vii. 11.

(38. 39.) *Quod igitur attinet ad rem præsentem, suadeo vobis, ut ab his hominibus desistatis, eosque dimittatis.* τὰ νῦν] pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα πράγματα v. ad iv. 29. ἀπόστητε] nolite eos lædere, punire Act. xxii. 29. ἐάσατε αὐτούς] scl. ἀπελθεῖν missos eos facite. ὅτι ἐὰν ἡ ἐξ ἀνθρώπων κ. τ. λ.] *nam si eorum consilium et institutum humanæ originis est*, fraude humana nititur, machinatio humana est, *dissolvetur* vanum erit, *si vero divinæ originis est, vos illud dissolvere*, impedire, evertere, *non poteritis.* Pirke Aboth c. 4. 11. *omnis congregatio quæ fit in nomine Dei, stabilis erit; quæ vero non fit in honorem Dei, cadet.* Herodo. ix. 16. ὅ τι δὴ γενέσθαι ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. μήποτε καὶ θεόμαχοι εὑρεθῆτε] *cavete vobis ne contra Deum pugnetis.* Hanc vocem *Pricæus, Hammondus, Valckenarius* in Scholis, cum verbis v. 38. ἐάσατε αὐτούς connectunt, et verba interjacentia parentheseos nota a reliquis sejungunt. Durius. Sunt potius hæc verba μήποτε κ. τ. λ. elliptice posita, ut verissime judicarunt *Camerarius, Grotius, Beza*, alii. Etenim tralatitium est μήποτε, (ut εἴπως, εἴτε, εἰ ἄρα, ὅπως μὴ· v. *L. Bosius* de Ellips. sub. v. σπουδῶν. *Devarius* de Particc. in ὅπως) sæpius ita poni, ut subaudiendum sit σπουδῶν, vel ὁρᾶτε, βλέπετε, φυλάττεσθε, προσέχετε ἑαυτοῖς, id quod satis superque docent loci plures, in quibus hæc verba addita leguntur Hebr. iii. 10. βλέπετε, μήποτε. Luc. xxi. 34. προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε. Herodo. iii. 36. ὅρα, ὅπως μή σευ ἀποστήσωσι Πέρσαι. Æschyl. Suppl. 507. φύλαξαι, μὴ θεόπεμπτον φόβον. add. Æschyl. Prom. 67. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτεῖς ποτε· ubi schol. λείπει, τὸ, σκόπει, ὅρα. Aristoph. Nub. 256. 2 Tim. ii. 25. conf. *Casaubonus* ad Athen. i. 10. *Kusterus* ad Aristoph. Plut. 326. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 33. θεόμαχοι, εὑρεθῆτε, *inveniamini*, i. sitis, *ii qui adversus Deum pug-*

Digitized by Google

εὑρεθῆτε. Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ· καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς 40
Ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς. Οἱ μὲν οὖν ἐπο- 41
ρεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος †αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Πᾶσάν τε 42
ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους,

41. † αὐτοῦ.

nent; εὑρίσκεσθαι] pro εἶναι, sæpius v. ad Luc. xvii. 18.

(40.) ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ] *illi paruerunt ei.* Non necabant Apostolos, debuissent vero etiam ex Gamalielis sententia eos intactos dimittere, neque interdictum de Jesu Messia annuntiando renovare. Verum synedri, ut collegii honori consulerent, ne videretur synedrium coactum fuisse contra immerentes, ut temeritatem Apostolorum iv. 18. v. 28. castigarent, et plebi metum incuterent, eos flagellis cædi jubebant. Flagellatio autem erat pœna apud Judæos et Romanos in minoribus delictis usitatissima v. ad Matth. x. 17. Luc. xxiii. 6. infra xxii. 19. 2 Cor. xi. 24. erat tamen τιμωρία αἰσχίστη, pœna contumeliosa, auctore Josepho Ant. iv. 9. De verbo δέρειν cf. not. ad Matth. xxi. 34. ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ] de Jesu v. 28.

(41. 42.) οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου κ. τ. λ.] *illi autem lætabundi e synedrio discedebant, quod digni habiti essent* (Luc. xx. 35. xxi. 36.), *qui propter Jesum ignominia afficerentur.* οὖν, *autem*, v. *Glassius* Phil. S. 546. χαίροντες memores verborum Christi quæ leguntur Matth. v. 11, 12. Luc. vi. 22, 23. πρόσωπον ex Hebraica ratione redundat v. *Glassius* p. 108. αὐτοῦ codd. plures omittunt, in aliis pro eo legitur Ἰησοῦ, in aliis τοῦ Χριστοῦ, in aliis Ἰησοῦ Χριστοῦ, vel Κυρίου, vel τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Quæ quidem lectionis varietas interpolationem sat manifeste prodit, hinc etiam *Grotius, Millius*, Proleg. §. 1487. *Bengelius* et *Griesbachius*, pronomen αὐτοῦ ex ordine ejiciendum esse censuerunt, quorum sententiæ accedere nullus dubito, ut ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, pro hoc nomine np. Jesu, notet, ejus caussa, et articulus δεικτικῶς positus sit. Bengelius: *pro nomine scl. hoc. Nomen Jesu expresserat Lucas versu præcedente. Eo refertur hic versus cum eleganti ellipsi pronominis.* Sic quoque 3 Joh. 7. ubi præcessit Θεοῦ, cum *Grotio, Millio* et *Griesbachio* simpliciter legendum est ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος. Cæterum verbis κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι elegans oxymorum inesse observarunt *Casaubonus* et *Wolfius* ad h. l. cum duæ ideæ sibi repugnantes ita sint junctæ, ut sibi non vere repugnent, sed tantummodo repugnare videantur. Seneca de providentia c. iv. *digni visi sumus Deo, in quibus experiretur, quantum humana natura posset pati.*—(42.) πᾶσαν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον—Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν] *quotidie in templo et intra privatos parietes pergebant tradere doctrinam de Jesu Messia.* πᾶσαν ἡμέραν] *Heinrichsius* de illo ipso die intelligit. Perperam. Nam πᾶσαν ἡμέραν scl. κατὰ, dictum est pro κατ' ἡμέραν ἑκάστην, *quotidie*, ut ap. Aristoph. Nubb. 1290. κατὰ μῆνα, καὶ καθ' ἡμέραν, *mense et die quolibet.* Herodo. ii. 109. κατ' ἐνιαυτὸν h. e. ἔτεος ἑκάστου, ut legitur ib. vi. 46.: κατὰ πόλιν, *singulis in oppidis.* κατὰ πᾶσαν πόλιν Act. xv. 36. sequitur et h. l. κατ' οἶκον, atque adeo sermo est de negotio Apostolorum quotidiano, et declaratur eos publice et privatim doctrinam de Jesu Messia tradidisse; κατ' οἶκον idem valet quod κατ' οἴκους i. ἐν οἴκοις. Act. xx. 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, *publice privatimque.*

CAP. VI.

CONQUERUNTUR Hellenistæ adversus Christianos ex Hebræis, quod negligantur eorum viduæ in quotidiana eleemosynarum distributione. Constituuntur ab Apostolis septem spectatæ fidei viri, qui distribuendis pecuniis præsint 1—7. Stephanus in synedrium rapitur et impietatis accusatur 8—fin. (1.) ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις—πρὸς τοὺς Ἑβραίους] *illo tempore, crescente Christianorum numero, conquestio orta est Hellenistarum adversus Hebræos.* πληθυνόντων] scl. ἑαυτοὺς v. *Bœsius* de Ellips. p. 130. ed. *Schafer.* γογγυσμὸς]

Digitized by Google

ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι

conquestio, contentio, v. Matth. xx. 11. Job. vii. 12. Ἑβραῖοι dicuntur Judæi qui lingua Hebraica, sive, Syro-chaldaica utebantur, quales erant Judæi Palæstinenses, hinc lingua Hebraica vocatur Ἑβραΐς διάλεκτος Act. xxi. 40. xxii. 2. et ἑβραΐζειν notat, *Hebraice loqui*, ap. Joseph. B. I. vi. 2. τὰ τοῦ Καίσαρος διήγγειλε ἑβραΐζων. add. Luc. xxiii. 38. Joh. v. 2. xix. 13, 17. quam linguam cum inprimis Palæstinenses Judæi summo in pretio haberent vid. xxi. 40. et not. ad ii. 4. II. η. et inter Judæos exteros rarius hanc linguam loquentes reperirentur, hinc Paulus, etsi Tarsensis, de civitate Græca, tamen Phil. iii. 5. add. 2 Cor. xi. 22. se dicit Hebræum ex Hebræis, quoniam linguam Syrochaldaicam callebat, eaque fuerat domestica. vid. *Witsius* in Meletemat. Leidens. p. 7. et *Hugius* in *Einleitung in d. N. T.* Th. ii. p. 34. H. l. autem Ἑβραῖοι vocantur ii, qui ex his Judæis Hebraice loquentibus Christi doctrinam amplexi erant, ut Rom. xi. 13. τὰ ἔθνη] Christiani antea gentiles. Hebræis opponuntur Ἑλληνισταί. Sed in hac voce interpretanda discrepant inter se interpretes. *Erasmus, Drusius, Heinsius, Scaliger, Lightfootus, Hammondus, Clericus, Schœttgenius, Bengelius, Rosenmüllerus*, Ἑλληνιστὰς vocatos esse censent. *Judæos exteros Græce loquentes*, atque adeo in hac orationis serie hoc nomine insigniri, Christianos e Judæis Græce loquentibus. Contra vero *Camerarius, Beza, Salmasius* (de lingua Hellenistica p. 175 ss. et p. 235. in funere linguæ Hellenisticæ p. 26.) *Wolfius, Morus, Zieglerus* in *Einleit. in d. Brief an die Hebr.* p. 221. *Pfankuchius* in *Eichhornii Allg. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. viii. p. 471. cogitandum esse putant, *de proselytis, de hominibus, ortu et religione gentilibus, hinc vero per circumcisionem in Judæorum gentem adscitis, tum denique ad Christianos conversis.* Sed vid. not. ad xi. 20. Aliorum explicationes plane improbandas qui nosse cupit, adeat *Wolfium* in Curis ad h. l. Equidem adstipulor *Heumano, Paulo* in Introductione in N. T. capp. selectiora p. 301. et *Heinrichsio*, qui per τοὺς Ἑλληνιστὰς designari statuunt, *Judæos exteros et proselytos, Græce loquentes.* Nulla enim idonea proferri potest ratio, cur non in hoc nomine simul cogitandum sit de proselytis, imo de iis quoque cogitari debere ex ipso narrationis tenore apparet. Nam in numero eorum, qui ab Apostolis constituebantur, ut in distributione eleemosynarum curam haberent viduarum *Hellenistarum*, erat etiam Nicolaus proselytus coll. v. 5. Significari autem vocabulo Ἑλληνισταὶ Judæos Græce loquentes, non tantum oppositum nomen Ἑβραῖοι, sed ipse quoque Græcorum usus loquendi planissime docet. Etenim verbum ἑλληνίζειν vi suæ formæ notat: *Græce loquentes imitari, Græce loqui*, vel etiam *Græcorum mores imitari.* Phavorinus: Ἑλληνίζω, ἑλληνικῶς φθέγγομαι, καὶ τὰ Ἑλλήνων φρονῶ, *Græce loquor et sentio cum Græcis*, i. e. imitor eorum mores et ritus. Sic περσίζειν, *Persice loqui*, ap. Xen. Anab. iv. 5. 23. Suidas: μηδίζω, τὰ τῶν Μήδων φρονῶ. Pausan. Bœot. p. 23. τοῦτον ἀποσταλέντα ὑπὸ Μαρδονίου, τὸν Μῦν ἐπέρισθαι τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ, καὶ οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτὸν, διαλέκτῳ δὲ βαρβαρικῇ. Thucyd. i. 68. ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν ἀμπρακιωτῶν ζυνοικησάντων· οἱ δὲ ἄλλοι ἀμφίλοχοι βάρβαροι εἰσίν· scholiast. ἕλληνες κατὰ τὴν νῦν διάλεκτον ἐγένοντο. Lucian. Philopseud. c. 16. ἀποκρίνεται ἑλληνίζων (Græce loquens) ἢ βαρβαρίζων. (Palæstinensi sermone utens) add. Xen. Anab. vii. 3. 25. ἑλληνίζειν γὰρ ἠπίστατο, *nam Græcam linguam callebat.* vid. *Witter.* ad Thom. Mag. h. v. et *Wetstenius* ad h. l. Hinc Ἑλληνισταὶ dicuntur, *qui Græcos aliqua ratione imitantur, eorum mores imitantur*, et *qui Græce loquuntur*, ut Ἀττικισταὶ dicebantur, qui Atticos sermone imitabantur, et cum h. l. de Christianis antea Judæis sermo sit: per se intelligitur, vocabulo Ἑλληνισταὶ notari, *Judæos in exteris regionibus natos, et intra et extra Palæstinam habitantes, Græce loquentes.* Hinc Schol. ap. *Matthæium* ad h. l. Ἑλληνιστῶν — τῶν Ἑλληνιστὶ φθεγγομένων, καίτοι Ἑβραίων ὄντων τῷ γένει. Chrysost. ad h. l. Ἑλληνιστὰς δὲ οἶμαι καλεῖν τοὺς Ἑλληνιστὶ φθεγγομένους, οὗτοι γὰρ Ἑλληνισταὶ διελέγοντο Ἑβραῖοι ὄντες. Rationes quas protulerunt ii, qui evincere voluerunt, esse h. l. semonem de *proselytis Græcis*, parum firmæ comparent atque idoneæ. Si Judæi Græce loquentes dicti sunt Hellenistæ, cur Paulus, Tarsensis, adeoque in urbe Græca natus, se nusquam nominavit Ἑλληνιστὴν, sed Hebræum, aut Judæum? Nempe propterea, quoniam illis in locis, ubi se Ἑβραῖον nominat Phil. iii. 5. 2 Cor. xi. 22. vel Ἰουδαῖον Act. xxi. 39. xxii. 3. absonum fuisset, si se Ἑλληνιστὴν dixisset. Observarunt porro, si Hellenistæ dicti essent *Judæi nati*, sed exteri, Græce loquentes, non perspici, qui fieri potuerit, ut Hebræi Hellenistas, eorumque viduas despicerent atque negligerent coll. v. 1. Sed, ut annotavimus ad Joh. vii. 36. Judæi Palæstinenses, nominatimque Hierosolymitani, efferre sese solebant super Judæis extra Palæstinam viventibus, quod nati essent, viverent in Palæstina, quæ terra sancta esset, in urbe, in qua templum esset, quod exteri non possent adeo accurate ritus Judaicos

Digitized by Google

αὐτῶν. Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν 2
μαθητῶν, εἶπον· Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας
τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις. Ἐπισκέψασθε 3

observare, quam in Palæstina et Hierosolymis viventes, quod lingua sancta uterentur vid. ad Act. ii. 4. Il. η'. Hinc Christiani quoque e Judæis Hebraice loquentibus conversi, de quibus h. l. sermo est, se præstantiores habebant iis, qui e Judæis Græce loquentibus ad Christi signa se contulerant. Provocarunt denique etiam ad locum Act. xi. 19, 20. e quo appareat, per Ἑλληνιστὰς indicari proselytos Græcos. Sed ibi legendum est Ἕλληνας. v. not. ὅτι παρεθεωρεῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν] *quod viduæ eorum in quotidiana beneficiorum distributione negligerentur.* διακονεῖν quod omnino notat administrare aliquid v. *Kypkius* ad 2 Cor. viii. 20. speciatim significat, administrare ea, quæ ad pauperum sustentationem collecta sunt, beneficia distribuere, ut Hebr. vi. 10. Rom. xv. 25. eodem sensu h. l. nomen διακονία legitur. παραθεωρεῖν, *despicere, negligere, rationem alicujus non habere,* ap. Demosth. p. 1414. 22. T. ii. v. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. Particula enim παρὰ in multis verbis compositis hanc habet vim, ut sit, *perperam, male, aliter quam decet:* v. *Hemsterhusius* et *Fischerus* ad Aristoph. Plut. v. 2. et ejusd. Animadverss. ad *Weller.* Vol. iii. P. 2. p. 274. Hesychius: παραθεωρεῦντο, καταφρονεῦντο. Conquerebantur Hellenistæ ipsorum viduis ex ærario ecclesiæ minus distribui, quam viduis Hebræorum. Quamvis enim pecunia pauperibus destinata Apostolis traderetur, non tamen ipsi beneficia distribuebant, cum, si hoc negotium suscipere voluissent, doctrinæ Christianæ tradendæ non recte vacare potuissent; hinc etiam Apostoli, ut v. 2. legitur, declinabant eleemosynas distribuendi provinciam, ab Hellenistis iis oblatam. Spectabat ergo querimonia curatores pauperum ex indigenis Judæis, qui numero Hellenistas superabant, ecclesiæ suffragiis electos, et ab Apostolis in munere constitutos. Vulgo quidem statuitur, Apostolos, non certis hominibus, sed modo his modo illis ex Hebræis in beneficiis distribuendis usos fuisse. Sed præplacet sententia *Moshemii* in Commentar. de rebus Christianor. ante Constantin. M. p. 139. et 118. jam tum fuisse certos homines constitutos, qui pauperum curam gererent, eorumque inopiam de communi ecclesiæ ærario sublevarent, sed eos omnes fuisse Hebræos, jam vero electos, et illis additos fuisse septem viros ex Hellenistis coll. v. 5.

(2.) προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν] *itaque Apostoli cœtum Christianorum convocarunt.* Per πλῆθος τῶν μαθητῶν *Lightfootus* intelligi debere putat, centum et viginti Christianos illos i. 15. memoratos, ex eorumque numero, et per eos solos, septem viros fuisse electos, cum Christianorum numerus tunc temporis plura millia effecerit vid. iv. 4. v. 14. *Heumanus* ut ex hac difficultate se expediret, monuit, non necesse esse ut statuatur, omnes Christianos convenisse, sed verbis πλῆθος τῶν μαθητῶν, omnino magnum numerum indicari. Equidem cum *Moshemio* v. l. l. p. 119. arbitror, in septem familias distributum fuisse populum Christianorum Hierosolymitanum, quibus totidem fuerint conventuum sacrorum loci, hinc etiam septem electos esse viros, qui advenarum pauperum curam haberent, ita, ut quæque familia unum eligeret, et singulis familiis unus ex septem illis viris præponeretur. Lucas quidem hanc rem omnem non explicate enarrat, sed, ut *Moshemius* l. l. p. 120. recte monuit, præcipua tantum capita primæ historiæ Christianæ scriptor tangit, et amplissimam lectoribus suis facultatem relinquit, quæ parce ac breviter ab eo tradita sunt, meditando et conjiciendo dilatandi. οὐκ ἀρεστόν ἐστιν — τραπέζαις] *non convenit, nos, neglecto docendi munere, curare rem pecuniariam:* οὐκ ἀρεστὸν vertunt, *non placet.* Sed ut jam *Erasmus* annotavit, non narrant Apostoli, quid sibi placeat, aut non placeat, sed potius hoc negant ejusmodi esse, ut placere debeat. Quare *Beza* et *Casaubonus* reddi malunt: *non æquum est.* Recte. Nam ἀρεστὸν dicitur etiam *id, quod conveniens, æquum, decens est;* et Alexandrini Judæi hac voce expresserunt Hebraica vocabula נאה et ראוי v. *Bielii* Thes. et *Schleusneri* Lex. h. v. λόγος] institutio Joh. xvii. 20. quæ erat præcipua pars muneris Apostolorum. διακονεῖν τραπέζαις] proprie notat, res ad mensam pertinentes curare. Sed τράπεζα Græcis κατ' ἐξοχὴν dicitur *abacus,* mensa nummularii, in qua nummi expositi sunt, qui cum lucro permutantur vid. not. ad Matth. xxi. 12. xxv. 7. Luc. xix. 23. hinc per metonymiam τράπεζα notat pecuniam, quæ in mensa numerari solet Joseph. Ant. xii. 2. 3. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης κομιζόμενοι τὰ λύτρα, *de pecunia regia, pretium redemptionis accipientes:* v. *Krebsius* ad h. l. In hac orationis serie τράπεζα significat, pecuniam, in usum pauperum collectam et iis distribuendam vid. iv. 34 sq. v. 2. atque τὸ διακονεῖν τραπέζαις idem declarat quod διακονία καθημερινὴ v. 1.

Digitized by Google

οὖν, ἀδελφοὶ, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις
Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, οὓς καταστήσωμεν ἐπὶ τῆς
4 χρείας ταύτης. Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ
5 τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον
παντὸς τοῦ πλήθους· καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον, ἄνδρα πλήρη
πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ Πρόχορον,

3. ∼ καταστήσομεν.

(3. 4.) ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοὶ, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ] *circumspicite ergo de cœtu vestro, septem viros probatos.* ἐπισκέπτεσθαι, *circumspicere, eo consilio, ut deligas optimum, sich nach etwas umsehen, probe explorare et seligere*, ut adeo sit prægnantis significationis, pro ἐπισκέψασθε καὶ ἐξελίξατε l. ἐπισκεψάμενοι ἐκλέξατε, *circumspiciendo eligite.* Diod. Sic. p. 295. D. οὗτος ἐπισκεψάμενος τὰς ἀπάντων νομοθεσίας, ἐξελίξατο τὰ κράτιστα, *hic* (Charondas) *inspectis diligenter et probe consideratis omnium aliorum sanctionibus optima quæque elegit et excerpsit.* μαρτυρουμένους, *laudatos*, Act. x. 22. Hebr. xi. 2. τὴν μαρτυρίαν καλὴν ἔχοντες 1 Tim. iii. 7. De verbi μαρτυρεῖσθαι vi et potestate cf. not. ad Luc. iv. 22. ἑπτὰ, *septem.* Numerus septenarius erat solennis apud Judæos, sed perquam probabile est, ecclesiam Hierosolymitanam tunc temporis totidem constitisse familiis minoribus vid. not. ad v. 2.— πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας] *plenos Spiritu Divino et prudentia:* Πνεῦμα ἅγιον hoc loco est, ardor, studium religionis Christianæ juvandæ, ut v. 5. vid. not. ad ii. 4. hæc vocis interpretatio orationi reliquæ convenientissima est. σοφία, *prudentia*, qua iis opus erat ad munus recte administrandum, ut rixas evitarent, subortas componerent etc. Alii per Πνεῦμα ἅγιον omnino, dotes divinas intelligunt, alii facultatem miracula patrandi ob vid. viii.; ex aliorum sententia significatur hac voce, prudentia et peritia in bene gerendis negotiis, et recte administrandis muneribus. Ex. xxxv. 31. σοφία aliis est, doctrina, eruditio, l. interior religionis Christianæ cognitio. οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης] *quos huic muneri præficiamus.* χρεία, *munus, officium, negotium*, Diod. Sic. p. 90. C. τὰς πολεμικὰς χρείας μεταχειρίζεσθαι, *negotia bellica curare.* Id. 659. D. οὐχ ἑκουσίως αὐτὸν ὑπακηκοέναι πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν βασιλέων συνηναγκάσθαι προσδέξασθαι τὴν τοιαύτην λειτουργίαν, *haud sponte se munus hoc subiisse, verum a regibus, ut id susciperet, fuisse coactum*, ubi χρεία id. qd. λειτουργία. 1 Macc. x. 37. καταστήσεται ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλέως, *præficietur negotiis regis.* cf. *Bielius* Thes. h. v. *Elsnerus, Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. Cæterum hoc διακονίας munus ad Christianos transiit ex Judaica Synagoga, in qua tres erant eleemosynarii, quibus cura pauperum demandata erat, qui vocabantur פַּרְנָסִים vel pastores. Maimon. in Sanhedr. c. 1. *duo exactores eleemosynæ, quibus etiam addebatur tertius ad ejus distributionem:* v. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmm. ad Matth. iv. 23. p. 249. *Vitringa* de synag. vet. p. 629. 920. et *Wetstenius* ad h. l. (4.) *Nos autem precibus atque docendi muneri assiduam operam dabimus.* προσκαρτερεῖν] vid. ad i. 14. προσευχὴ h. l. latiori sensu accipiendum, ita ut rerum divinarum meditationem v. Luc. vi. 12. vel omnino cultum divinum, declaret ut 1 Cor. vii. 5.

(5.) πλήρη πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου] *virum magnæ fidei, et religionis juvandæ ardore conspicuum.* πίστις, *fides, Treue, Redlichkeit, Gewissenhaftigkeit*, ut Tit. ii. 10. 1 Tim. iv. 12. Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα] *Nicolaum proselytum Antiochenum.* Ab hoc Nicolao sectam Nicolaïtarum Apoc. ii. 6. 11. nomen traxisse, *Grotius, Lightfootus*, alii, opinati sunt. At enimvero nomen *Nicolaïtarum* Apoc. l. l. non est nomen sectæ, sed fictitium et symbolicum, ut *Balaamitarum*, Apoc. ii, 14. quo nomine notantur ii, qui Balaamo in eo sunt similes, quod alios fraudibus circumveniunt. Sed qui Apoc. ii. 14. dicuntur, κρατοῦντες τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ, iidem v. 15. appellantur οἱ κρατοῦντες τὴν διδαχὴν Νικολαϊτῶν, ut adeo ex Johannis Græcis nominibus Hebraica jungendi consuetudine, nomen Hebraicum Βαλαὰμ respondeat Græco Νικόλαος. Sunt autem hæc vocabula composita ex νικᾶν, בלע, בלע, *vincere*, et λαὸς, עם *populus*, atque adeo Nicolaitarum nomine insigniuntur doctores falsi, qui populum fraudibus et erroribus suis decipiunt: vid. *Heumanus* in Actis Eruditor. a. 1712. p. 179. ejusd. Pœcile T. ii. p. 391. *Janus* in dissert. de Nicolaïtis ex hæreticorum catalogo expungendis Viteb. 1723. quæ recusa extat in Thesauri disputt. Ikeniani T. ii. p. 1016 ss. *Eichhornius* Commentar. in Apocal. l. l. et *Münscherus, einige Vermuthungen über die Nikolaiten* in *Gableri Journal für Theol. Literatur* B. 5. p. 17 ss. Nicolaus quoniam vocatur proselytus Antiochenus, inde colligebat *Salmasius*, reliquos viros h. l. memo-

Digitized by Google

καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα, καὶ Παρμενᾶν, καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα. Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν Ἀποστόλων· καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Καὶ 6 7
ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἠύξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ σφόδρα· πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

ratos fuisse quoque proselytos, sed Hierosolymitanos, cum nondum tunc temporis ad ecclesiam Christianam admissa fuerint gentiles, sed ea constiterit ex Judæis veris et Hellenistis h. e. proselytis. Verum ut jam supra ad v. 1. observavimus, Ἑλληνισταὶ sunt Judæi et proselyti, extra Palæstinam nati, Græce loquentes, nec apparet, cur exinde, quod Nicolaus dicatur proselytus, colligi possit, reliquos quoque fuisse proselytos, distinguitur potius ab iis hoc nomine Nicolaus, unde apparet, reliquos fuisse Judæos natos. Cæterum cum nomina omnia virorum h. l. memoratorum Græca sint, et rixa inde orta fuerit, quod viduæ Hellenistarum negligerentur: in promptu est, verissimam esse sententiam *Moshemii* (l. l. p. 118 sq.) *Michaëlis*, *Mori*, *Heinrichsii*, aliorumque, qui statuunt, hos viros omnes fuisse Hellenistas, nec constitutos tutores omnium pauperum Christianorum Hierosolymitarum, sed tantummodo viduis et pauperibus Hellenistarum præfectos fuisse. vid. et not. ad v. 1, 2. "Quis enim, scribit *Moshemius*, facile sibi persuadeat, Judæos Hebraici generis seu indigenas, passuros fuisse, ut viduis et pauperibus suis advenæ Judæi præficerentur? Eadem, quæ advenis illata erat injuria, cum penes indigenas hæc præfectura esset, indigenis inferri potuisset, procuratione illa ad exteros Judæos delata. Atque incertissimum idcirco remedium Apostoli malo, quod tollere volebant, opposuissent. Indigenæ præterea Judæi eos, qui adhuc rem pauperum administraverant, rei male gestæ haud accusabant, et idcirco nec æquum erat, nec necessarium, ut a munere removerentur. Certum igitur est, septem illos viros, non omnibus, sed Hellenistarum tantum pauperibus et viduis tutores datos fuisse, cæteros in tutela eorum mansisse, qui ante septem virorum creationem, rem universam pauperum Hierosolymis administraverant. Huic de septem viris sententiæ obducet forte aliquis Lucam, qui totam ecclesiam Hierosolymitanam convocatam fuisse ab Apostolis, totamque ecclesiam septem illos pauperum patronos elegisse scribit. Ex quo effici posse videtur, munus horum virorum non ad partem populi, sed ad universum populum pertinuisse. Hellenistis enim solis si servire debuissent, hos etiam solos ministros suos eligere oportuisset. Verum thesaurus ecclesiæ, unde pauperum alimenta sumebantur, Hebræorum non minus, quam Hellenistarum munera complectebatur, et periculosa illis temporibus timenda fuisset Christianorum divisio, si suas sibi res habere Hellenistæ jussi fuissent, nec Hebræi in societatem publicorum ministrorum creandorum allecti essent." Sine omni autem idonea ratione *Bengelius*, alii, opinantur, non omnes hos diaconos fuisse Hellenistas, sed fuisse inter eos etiam Hebræos, Hebraicis nominibus insignitos, quæ Lucas in Græca nomina mutarit.

(6. 7.) *Hos coram Apostolis constituerunt (approbandos) qui precibus ad Deum missis, iis manus imposuerunt.* καὶ προσευξάμενοι referendum est ad Apostolos, adeoque καὶ vim obtinet pronominis relativi, ut Marc. ii. 15. ubi v. not. add. Joh. xv. 6. vii. 4. ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας] apud Hebræos, qui alteri aliquo in genere bona apprecabatur, ipsius capiti manus imponebat, ut demonstraret δεικτικῶς cui bona apprecarentur v. Gen. xviii. 14. Matth. ix. 18. Marc. xvi. 18. erat vero etiam apud Hebræos impositio manuum ritus inaugurationis ad novum munus v. Num. xxvii. 18. 2 Sam. xiii. 19. quo ritu tanquam symbolo collatio muneris designabatur: v. 1 Tim. v. 22. καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ—σφόδρα] *sic incrementa cepit doctrina divina, et numerus discipulorum Hierosolymis insigniter crevit.* καὶ, *itaque, sic*, hac institutione laudabili, factum est, ut Apostoli porro recte vacare possent doctrinæ, ut cessarent querelæ, et plures ad Christi signa transirent. πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει] *plures etiam sacerdotum doctrinam susceperunt.* πίστις] h. l. ut sæpius, est doctrina Christiana, atque adeo ὑπακούειν τῇ πίστει idem valet quod πιστεύειν, *admittere doctrinam*, ut Rom. x. 16. Pro ἱερέων codd. nonnulli habent Ἰουδαίων, ita et Syrus interpres legit, quam, lectionem non prorsus improbat *Semlerus* in Præparat. Hermeneut. P. 4. p. 227. suspicatur tamen ἱερέων ex Ἱερουσαλὴμ (vocabulo ὄχλος a grammatico adjectum,) per compendium scribendi sortum esse. *Casaubonus*, probante *Beza* et *Valckenario* in Sched. Annot. Crit. in N. T. p. 375. legendum conjicit: πολύς τε ὄχλος καὶ τῶν ἱερέων scl. τινὲς coll. Act. xxi. 16. Nempe mirum visum est his interpretibus, tot sacerdotes Christo

Digitized by Google

8 Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει τέρατα
9 καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν
ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων,
καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζη-

8. ∼ χάριτος.

nomen dedisse. Sed locus sanus est. Non enim incredibile est, ut probe notarunt *Lud. de Dieu* et *Klosius* in examine Emendatt. *Valckenarii* in N.T. p. 48. magnum sacerdotum numerum religionem Christianam admisisse, cum Esra ii. 36—39. quater mille, ducentos et octoginta novem ex captivitate reduces recenseat, qui numerus multum haud dubie procedente tempore auctus sit. Præterea ut bene monuit *Heinsius*, cujus sententiam calculo suo comprobarunt *Elsnerus* ad Marc. xii. 37. *Wolfius* ad h. l. *Œderus* Obss. Sacr. c. 27. §. 8. *Heumanus*, alii, ὄχλος, ut Lat. *turba*, nonnunquam designat eos, qui in turba sunt, ut adeo πολὺς ὄχλος sit idem quod πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου, atque ἱερεῖς ἐκ τοῦ ὄχλου dicantur omnes sacerdotes præter viginti et quatuor classium principes h. e. sacerdotes ex plebe, cum et Græcis, qui minorum gentium, non tantum ὁ ὄχλος sed et οἱ πολλοὶ dicantur. add. Marc. xii. 37, 38.

(8.) *Stephanus autem fide et vi divina pollens, multa miracula in populo edebat.* Sed pro πίστεως legunt χάριτος ABC. 15. alii ap. *Wetsten. Griesb.* et *Birch.* 2 ap. *Matth.* verss. Syr. Ar. Copt. Armen. Vulg. probarunt hanc lectionem *Grotius, Millius* Prolegg. §. 819. *Wetstenius, Bengelius, Morus, Rosenmüllerus*, eamque in textum recepit *Griesbachius*. Recte. Nempe librarii χάριτος mutarunt in πίστεως, quoniam v. 5. legitur πλήρη πίστεως, et quia putabant πίστεως melius convenire addito δυνάμεως. Vocabulo χάρις *Heinrichsius* innui putat gratiam, quam apud permultos inierat Stephanus, laudat ii. 47. sed ibi additum legitur χάρις πρὸς ὅλον τὸν λαόν. *Morus, Rosenmüllerus*, et *Scholtenius* de diversis signiff. vocis χάρις in N.T. p. 144. χάρις idem esse putant quod χάρισμα, *donum, beneficium*, atque illustrari addito δύναμις, ornatus beneficio Dei, nempe facultate miracula patrandi. Durius. Est potius χάρις, *favor divinus*, quo significatu hoc nomen etiam alias simpliciter positum legitur, ut Act. xviii. 27. Rom. v. 21. vi. 1. al. hæc significatio vocabulo χάρις h. l. apprime convenit, cum additum legatur nomen δύναμις, ornatus erat favore divino, adeoque instructus vi divina. Sed δύναμις, cum sequatur ἐποίει τέρατα κ. τ. λ. referri debet ad insignia facta, atque adeo explicandum est de facultate miracula patrandi, quo eodem sensu δύναμις extat Matth. xiv. 2. Marc. vi. 14.

(9.) ἀνέστησαν δέ τινες — συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ] *tum nonnulli exorti sunt e synagoga, quæ dicitur Libertinorum, Cyrenæorum, Alexandrinorum, Cilicum et Asianorum, qui cum Stephano disputarent.* Ex variis synagogis Judæorum extra Palæstinam natorum aliquot ira et invidia incensi, ob religionem avitam a Stephano, et ipso Hellenista, qui magna inter cives nominis fama floreret v. 5, 8, 10. relictam, colloquium cum eo inierunt, eumque omni quæstionum subtilitate, omnibusque disputandi artificiis urgere instituerunt, sed ab eo victi et ad silentium redacti, eo vehementiori ira exarsi, nonnullos adornarunt, qui eum verba contumeliose contra Deum et Mosen locutum esse criminarentur. Quibus criminationibus effectum est, ut Stephanus in synedrium raperetur. συναγωγὴ] indicat locum publicum, ædificium publicum, in quo Judæi convenire solebant, ut iis explicarentur libri sacri, et precibus vacarent. v. *Vitringa* de synagoga vetere. In quavis urbe majori plures erant synagogæ, et Hierosolymis ccccLxxx synagogas fuisse a Rabbinis traditur v. *Lightfootus* ad h. l. *Vitringa* l. c. p. 28. 256. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 334. *Heumanus* et *Klosius* l. l. unam eandemque synagogam fuisse statuunt Libertinis, Cyrenæis, et reliquis h. l. nominatis, cum non legatur ἐκ τῶν συναγωγῶν, sed ἐκ τῆς συναγωγῆς. Quæ tamen ratio vel eo potest vanitatis convinci, quod plane improbabile est, tot Judæorum millia, qui ex regionibus h. l. memoratis quotannis ad festa concelebranda Hierosolymam convenirent, una eademque synagoga usos fuisse. Præterea tralatitium est, sæpius ex antegressis verbum aut nomen esse repetendum v. *Glassius* Phil. S. p. 632 ss. Magnopere autem dissentiunt interpretes in explicanda voce τῆς λεγομένης Λιβερτίνων. Cum voc. Λιβερτίνων non gentem, nec patriam, sed statum atque conditionem exprimat, et Λιβερτῖνοι in mediis populis occurrant; atque Josephus Ant. xii. 1. c. Apion. ii. 4. tradiderit, multos Judæos a Ptolomæo l. e patria abductos, et in Libyæ urbibus collocatos esse: *Beza* in annott. ed. 1. 2. *Clericus, Jac. Gothofredus* ad Codic. Theodos. T. iii. p. 221. *Valckenarius* in Annotatt. critt. ad loca quædam Nov. Fœd. p. 376. et in Scholis ad h. l. præeunte Œcumenio, legendum esse conjecerunt, Λιβυστίνων, ut intelligantur ex Libya orti. Stephanus v. Κῦτα, Λυκόφρων· ἢ εἰς Κυταῖαν τὴν Λιβύστινὴν πόλιν. οἱ Λιβιστινοὶ γὰρ ἔθνος

Digitized by Google

τοῦντες τῷ Στεφάνῳ. Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, 10
καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέ- 11
γοντας, ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσ-

παρακείμενον Κόλχους. Λίβυς, κύριον, ἀφ' οὗ Λιβύη. τὸ ἰθνικὸν καὶ Λιβυστινὸν καὶ Λιβυστινὸς καὶ Λιβυστινή. Sed codd. omnes et versiones antiquæ in vulgata lectione consentiunt. Hinc alii per *Libertinos* intellexerunt *Judæos, incolas et cives Liberti* Africæ propriæ, sive Carthaginiensis, quæ et Proconsularis dicebatur, sive oppidi, sive regionis. Sed oppidum, vel regionem, hujus nominis extitisse, probari nequit, vid. et *Heumanus* ad h. l. Alias hujus generis conjecturas attulit *Wolfius* in Curis ad h. l. Ex plerorumque interpretum sententia cum maxime probabili, quam præivit Chrysostomus (οἱ Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι οὕτω καλοῦνται) Λιβερτῖνοι erant Judæi, quos Romani bello captos, in suam urbem adduxerant, et libertate donarant, quorum sumptu Hierosolymis hæc synagoga structa erat, quæ proprie dici debuisset συναγωγὴ Ῥωμαίων. Est ergo Λιβερτῖνος vocabulum origine Latinum (qualia plura civitate donarunt Judæi, ut, *census, centurio,*) et notat eum, qui vel parente libertino ortus, vel servus factus aut natus, libertate donatus est. Hæc sententia adjuvatur eo quod hæc synagoga non in mediis populis occurrit, sed primo loco ponitur, et quod additum legitur τῆς λεγομένης, unde satis apparet Λιβερτίνων non esse nomen regionis. Constat præterea etiam multos *Libertinos* Judaicæ religionis Romæ fuisse, Tacitus Annal. ii. 85. (de Tiberii temporibus): *Actum et de sacris Ægyptiis Judaicisque pellendis, factumque patrum consultum, ut quatuor millia libertini generis, ea superstitione infecta, queis idonea ætas, in insulam Sardiniam veherentur coercendis illis latrociniis, et si ob gravitatem cœli interiissent, vile damnum, cæteri Italia cederent, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.* add. Sueton. V. Tib. c. 36. Philo Legat. ad Cai. p. 1014. C. πῶς οὖν ἀπεδίχετο τὴν πέραν τοῦ Τιβέρεως ποταμοῦ μεγάλην τῆς Ῥώμης ἀποτεμὰν, ἣν οὐκ ἠγνόει κατοικουμένην καὶ οἰκουμένην πρὸς Ἰουδαίων. Ῥωμαῖοι δὲ ἦσαν οἱ πλείους ἀπελευθερωθέντες. Αἰχμάλωτοι γὰρ ἀχθέντες εἰς Ἰταλίαν, ὑπὸ τῶν κτησαμένων ἠλευθερώθησαν οὐδὲν τῶν πατρίων παραχαράξαι βιασθέντες, quomodo enim Augustus passus fuisset trans Tiberim bonam urbis partem habitari et teneri a Judæis, quod non ignorabat; quorum plerique erant libertini: quippe qui belli jure in potestatem redacti, ab heris suis manumissi fuerant, nec quicquam patriorum rituum mutare coacti. Κυρηναίων] intelliguntur *Judæi Cyrenaicæ gentis:* v. not. ad ii. 10. Matth. xxvii. 32. Judæi, ut *Krebsius* ad h. l. observavit in omnibus Cyrenaicæ urbibus habitabant, et eodem quo inquilini, jure civitatis utebantur. Laudavit hanc in rem locos Joseph. Ant. xiv. 7. 2. xvi. 6. 1. Ἀλεξανδρέων] *Judæi Alexandria oriundi* Joseph. Ant. xix. 5. 2. τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίους, καὶ Ἀλεξανδρεῖς λεγομένους, *Judæos, qui Alexandriæ sunt, et Alexandrini appellantur.* Ingens Judæorum multitudo ibi sedes fixerat Philo in Flacc. p. 971. C. ὅτι οὐκ ἀπεδίδουσι μυριάδων ἑκατὸν τὴν Ἀλεξανδρείαν καὶ τὴν χώραν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες, ἀπὸ τοῦ πρὸς Λιβύην καταβαθμοῦ μέχρι τῶν ὁρίων Αἰθιοπίας, *non minus quam decies centena millia Judæorum habitant Alexandriam totamque regionem, quanta patet a descensu Libyæ usque ad Æthiopiæ fines.* In quinque partes urbs erat descripta, duas earum tenebant Judæi, ita tamen, ut et in reliquis sparsim sua sibi domicilia haberent v. Philo ibid. p. 973. A. jus civitatis iis datum erat v. Joseph. Ant. xii. 1. 1. xix. 5. 2. et habebant suum præfectum, qui dicebatur ἰθνάρχης, ut Joseph. refert Ant. xiv. 7. 2. v. *Krebsius* ad h. l. τῶν ἀπὸ Κιλικίας] *Cilicia oriundi.* ἀπὸ] vid. ad Matth. xv. 1. Ciliciæ metropolis, Tarsus, Pauli patria erat. Ἀσίας] vid. ad ii. 9. συζητοῦν] *disputare,* cf. not. ad Marc. viii. 11.

(10.) καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι κ. τ. λ.] *non poterant resistere sapientiæ ejus et Spiritui quo loquebatur;* σοφίᾳ sapientia, cum de disputatione sermo sit, notat, eruditionem Judaicam, literarum sacrarum, legis et historiæ populi Judaici cognitionem interiorem, quam vocabuli significationem oratio a Stephano (c. 7.) habita confirmat. Πνεῦμα vis divina, quæ in eo efficacem se præbebat, qua adjutus loquebatur v. Matth. x. 20. Marc. xiii. 11. non poterant resistere argumentorum, quæ proferebat, pondere, orationis vi et potentiæ. Aliis Πνεῦμα est, animi fortitudo. ἀντιστῆναι, *se opponere, resistere alicui, ita, ut superior discedas.* Proprie ἀντιστῆναι dicuntur pugiles, qui contra adversarium invicti stant, ejus ictus fortiter excipiunt, neque se a gradu suo dejici patiuntur v. *Krebsius* ad Gal. ii. 11. et nos ad Luc. xxi. 15.

(11.) τότε ὑπέβαλον ἄνδρας—καὶ τὸν Θεόν] *tum certos quosdam homines subornarunt, qui dicerent, se audivisse illum contra Mosen et Deum impie loquentem.* ὑποβάλλειν alias quoque legitur de *monitis, consiliis, verbis, quæ quis alteri subjicit.* Xen. Cyr. iii. 3. 55. καὶ ὑποβάλλειν δυνήσεσθε, ἤν τι ἐπιλανθάνωσι. Herodi. vii. 10. 9. ὑποβαλόντων τινῶν Γορδιανοῦ φίλων καὶ εἰκείων, *monentibus quibusdam Gordiani amicis et necessariis* ubi v. *Irmis-*

Digitized by Google

12 φημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν. Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν
καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς Γραμματεῖς· καὶ ἐπιστάν-
13 τες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. Ἔστη-
σάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ
παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ
14 ἁγίου ‖τούτου καὶ τοῦ νόμου. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ

11. ∼ Μωϋσῆν. 13. † βλάσφημα. ‖ † τούτου.

chius. add. ib. viii. 4. 9. cf. et *Reimarus* ad Dio. Cass. 61. extr. Philo Leg. ad Cai. p. 1029. B. τινὶ τῶν πρὸς ταῖς ἐπιστολαῖς ὑπέβαλε τὰς πρὸς Πετρώνιον ἀποκρίσεις, *cuidam ab epistolis dictat responsum ad Petronium.* Nunc *parare, subornare,* Josèph. B. I. v. 10. 4. τὸ δὲ ἐτοιμότατον ἦν, μηνυτής τις ὑπόβλητος, ὡς αὐτομολεῖν διεγνωκότων. cf. *Elsnerus* et *Lxsnerus* ad h. l. ῥήματα βλάσφημα] *impie, contumeliose dicta,* nempe quæ v. 14. memorantur. Afferebant crimen capitale, nempe βλασφημίαν, contemptionem templi et religionis v. *Deylingius* Obss. Sacr. ii. 43. 3. Nam qui templum et legem Mosaicam contemnebat, eum Numen ipsum contumelia afficere dicebant, cum lex a Deo data, et templum singulari Numinis præsentia exornatum esset.

(12—14.) συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν] *commoverunt populum.* Phædrus i. 2. 2. *civitatem miscere.* Alias Lucas usus est formulis συγχέειν τὸν ὄχλον et ὀχλοποιεῖν Act. xxi. 27. xvii. 5. τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς γραμματεῖς] synedros iv. 5. ἐπιστάντες—συνέδριον] *inopinato impetu in eum facto, abreptum duxerunt in synedrium.* ἐπιστάντες vid. ad iv. 1. ἁρπάζειν vid. not. ad Joh. vi. 15. ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον, *duxerunt in synedrium:* ἄγειν verbum solenne de iis qui ad judices, vel in carcerem, vel ad supplicium ducuntur ut Matth. x. 18. ubi v. *Wetstenius* Xen. Cyr. vi. 3. 4. Aristoph. Avv. v. 1078. ἔστησάν τι μάρτυρας ψευδεῖς] *falsos testes adduxerunt.* Quæritur, quonam sensu testes illi dicantur ψευδεῖς; *Grotius, Michaëlis, Rosenmüllerus,* opinantur, eos propterea testes falsos dici, quod vera falsis miscuerint, voluisse eos credi, ea quæ dixerat Stephanus, ab eo dicta esse cum abominatione templi et legis, eum simul verba contumeliosa protulisse. *Heumanus, Morus, Heinrichsius,* eos falsos testes nominari statuunt, quod a Stephano dicta malo consilio protulissent, non ad veritatem comprobandam, sed ut eum βλασφημίας accusarent, et ut ipse capitis damnaretur, quod ergo fuerint testes hoc nomine indigni. Equidem arbitror, homines illos propterea hoc nomine insigniri, quod Stephani verba perverterint ac depravarint. Non dixerat Stephanus, Jesum Messiam destructurum esse templum, nam nec Jesus professus erat, se templum destructurum esse v. ad Matth. xxvi. 61. et ad Matth. xxiv. init. Non dixerat Stephanus, Jesum ritus a Mose præscriptos (τὰ ἔθη) abrogaturum esse. Nam Jesus quidem docuerat, veros Dei cultores eum adoraturos esse ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ Joh. iv. 23, 24. unde colligi facile poterat, a ritibus externis non pendere Dei favorem, sed eorum observationem a Christi cultoribus plane negligendam, eamque prorsus cessaturam esse, nec ipsi Apostoli initio rei Christianæ credebant v. Act. x. 14 ss. xi. 2 ss. xv. 20. xxi. 20 ss. Et Judæi quidem existimabant legatum divinum, prophetam, adeoque Messiam leges ferre posse cultum Dei externum spectantes, alia permittere, alia interdicere, etc. v. ad Matth. xxi. 12. Joh. i. 25. Deut. xviii. 18. sed Messiam omnes ritus a Mose præscriptos abrogaturum esse, neutiquam credebant Judæi. Jam si comparamus verba Stephani vii. 48 ss. 51 sq. cum iis quæ leguntur Joh. iv. 23 sq. et Matth. xxiii. 35 sq. in promptu est, Stephanum in colloquio cum Judæis illis qui v. 9. nominantur instituto, de cultu Dei rectiora protulisse, et inter alia dixisse, Deum mente potius et recte factis, quam sacrificiis et ritibus externis esse colendum, Judæisque, ni resipiscerent et Jesum Messiam agnoscerent, interitum, et civitatis ac templi, de quo tantopere gloriarentur, eversionem imminere. Hæc Stephani dicta et monita homines isti ita perverterunt, ut dicerent, eum declarasse, Jesum esse templum destructurum, et sacrificia, reliquosque ritus, a Mose præceptos, aboliturum. ὁ ἄνθρωπος οὗτος] per contemptum, ut xxi. 28. sic etiam οὗτος positum legitur Luc. xv. 30. Xen. Cyr. i. 3. 10. οὗτος ὁ μιαρώτατος. add. Anab. iii. 1. 10. οὐ παύεται λαλῶν] pro λαλεῖν, solent enim participia a Græcis post verba desistendi loco infinitivi poni Aristoph. Plut. 360. παῦσαι φλυαρῶν ubi v. *Spanhemius.* Plato Cratyl. 34. παύσεται φοβούμενος. Eurip. Phœn. 1778. μὴ λήγοις στεφανοῦσα, *ne cesses me coronare.* Eph. i. 16. οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν. vid. *Wetstenius* ad h. l. et *Fischerus Animadvv.* ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 21. βλάσφημα] quod in aliis libris deest, a grammaticis e v. 11. in hunc locum translatum est, unde recte illud ex ordine ejecit *Griesbachius.* κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου]

Digitized by Google

λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ 15 συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

non cessat impie loqui de hoc sanctissimo loco, et lege. Fuerunt qui putarent per τὸν τόπον τὸν ἅγιον significari *urbem*, ut Matth. xxiv. 15. (ubi tamen τόπος ἅγιος est *ager urbis Hierosolymitanæ*), cum ea alias ἁγία πόλις dicatur v. Matth. iv. 5. xxvii. 53. sed vel ipsa legis Mosaicæ commemoratio docet, vocabulo τόπος h.l. indicari *templum*. cf. loci similes Act. xxi. 28. xxv. 8. add. LXX. Esr. ix. 8. Ps. xxiv. 3. Ies. lx. 13. solebat præterea synedrium considere in templo: v. *Wolfius* ad Matth. xxvii. 5. νόμος] ritus a Mose præscripti coll. v. 14. et Matth. v. 17, 18. Ναζωραῖος] v. ad Act. ii. 22. ἀλλάξει] *abrogabit*, Hebr. i. 12.

(15.) ἀτενίζων] vid. ad Luc. xxii. 56. εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου] *genii cœlestis vultui similem, faciem ejus videbant.* Locutio proverbialis; de oris dignitate atque majestate, qua reges timorem et reverentiam incutere solent, ea occurrit in vers. Alexandrina Esth. v. 2. Similiter ad declarandam sapientiam insignem 2 Sam. xiv. 17. legitur: καθὼς ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὁ Κυρίός μου ὁ βασιλεύς. add. ib. xix. 27. Gen. xxxiii. 10. εἰδέναι τὸ πρόσωπόν τινος ὡσεὶ πρόσωπον Θεοῦ. cf. et *Wetstenius* ad h. l. In hac orationis serie hac voce declaratur, gravitas cum hilaritate conjuncta. Tumultuantibus adversariis, Stephani, hominis nil sibi conscii, os animi tranquillitatem summam referebat, adeo ut eum intuentibus reverentiam injiceret.

CAP. VII.

Sequitur Apologia Stephani. Sed hæc oratio ab eo habita ita comparata est, ut non statim appareat, quodnam fuerit dicentis consilium. Etenim se defensurus contra adversariorum calumnias, breviter historiam gentis Israeliticæ percenset, ea vero exposita, quid inde pro sua caussa elicere velit, quid inde ad ipsum pertineat, non ostendit. Nam filum orationis abruptum est v. 50. et quæ sequuntur cum antegressis non accurate cohærent. Non igitur mirandum magnam deprehendi opinionum diversitatem in constituendo orationis Stephani consilio. Ac *Grotius* quidem, quocum *Hammondus* et *Rosenmüllerus* fere consentiunt, opinatur, cum de duabus rebus accusatus fuerit Stephanus, quod templi excidium et vocationem gentium ad Deum prædixisset, ut ostenderet, nihil in eo esse iniqui, omnem historiam veterem ad sua tempora percurrentem, insinuasse κατὰ κρύψιν, Dei favorem nunquam adstrictum fuisse loco ulli, ne tabernaculo quidem aut templo; deinde, Judæos, si gentis suæ et sua facta bene perpenderent, nihil habere, cur se alienigenis præferrent. Verum ut apposite monuit *Eckermanus* in *Theologisch. Beyträgen*, B. 1. St. 2. p. 155. Judæi non criminati erant Stephanum, eum docuisse, gentiles ad Messiæ signa a Deo vocatum iri, et, si Stephanus docere voluisset, Dei favorem nunquam ulli loco adstrictum fuisse, sed Deum omnibus, sine discrimine, hominibus benevolum esse, exemplis ad hoc demonstrandum parum aptis usus fuisset, cum omnes ab eo laudati Israelitarum majores fuerint. Ex sententia *Krausii*. v. ejusd. Commentat. in historiam atque orationem Stephani Protomartyris Act. vi. 7. Götting. 1780. 8. Stephanus docere voluit, 1) decreto isti Christianorum, legem Mosaicam aliquando abrogatum, et templum destructum iri, quod ipse defenderet (sed vid. not. ad vi. 14.), nihil contumeliæ in Deum inesse, Deum enim diu ante legem Mosaicam promulgatam, et ante templum exstructum, jam ultimos Israeliticae gentis progenitores beneficiis suis judicasse dignos. 2) ostendere instituit, se nec Mosen spernere, sed magni facere, maximeque venerari. 3) in Mosis inprimis et Josephi historia enarranda monere in animo erat, hanc semper inde ab antiquissimis temporibus Israelitarum indolem atque morem fuisse, ut bonos et probos viros invidia et odio persequerentur, vel morte adeo afficerent, legibusque et institutis divinis se semper gererent obstinaces et repugnaces. Eadem hac ratione civium injurias atque perfidiam, qua in Jesu Messia usi sint, tacita accusat reprehensione. *Eckermano* judice, Stephanus demonstrare voluit 1) religionem Mosaicam ejusque instituta omnino esse originis divinæ. 2) jam sæpius monuisse prophetas, cultum Dei externum, et ritus, non esse religionis summam, imo venturum tempus, quo purior et liberalior Dei cultus etiam inter gentiles obtineat. Stephanum autem, observat V. D. non nisi priorem orationis partem v. 1—43. absolvere potuisse, in qua veterem historiam ad suæ ætatis mores transtulerit. Cum ad alteram orationis partem transire vellet, eumque in finem in memoriam revocasset auditoribus cultum divinum in tabernaculo ac templo, et provocasset ad effatum prophetæ, Deum non habi-

Digitized by Google

tare in templo, atque jam in eo esset, ut populi contumaciam castigaret, a zelotis abreptum et lapidatum esse. *Heinrichsius* de consilio Stephani in recensendis divinis erga populum sanctum providentiæ speciminibus, in Exc. 7. p. 388 sq. ita judicavit: "Proxime fidem mihi accedere videtur, id sibi voluisse Stephanum, ut non levitate se et mobilitate ingenii, nec religionum avitarum contemptu, sed prudenter et bene reputata re ad Jesu castra transgressum esse, judicibus probaret: quia vere et omnino hic Jesus habendus sit pro eodem Messia, quem dudum exspectaverat Judæorum gens. Ejusmodi autem argumentum, illi simile, quod plerique sermones Petri et Pauli in libro nostro exprimunt, vix alia via persequi poterat orator, quam historica enumeratione (rerum priscarum, fatorum populi memorabilium) vaticiniorum in Messiam, factorumque, quibus talem se probaverat Jesus. Et haud dubie ad hunc denique finem pervenisset Stephanus, si ad umbilicum usque perduci permisisset audientium tumultus. Credo equidem, Stephanum, dummodo ad palmarium hoc orationis caput pervenisset, id quoque agere constituisse, ut ad captandam benevolentiam crimina nationis in Jesum commissa per litoten mitigando, ἐγγοίᾳ eos Jesum cruci affixisse demonstraret, perinde ac Petrus confessus erat iii. 17. quia et eum pro Messia non habuissent, et exempla majorum imitanda credidissent, qui æque contumaces se et obstinatos gessissent erga Mosen; quare excusandos esse posteros, si majorum exempla essent secuti. Hac ergo de caussa historiæ Mosis potissimum immoratur v. 20—43. et passim vere eloquentem se gerit. v. 35—39. indicans simul, absurdos se exhibere et absonos eos, qui se ejus Mosis, quem tanto honore prosequatur ipse aut ejus legis aut templi contemptorem accusarent. Et cum posterioris hujus criminis, quo ad βλασφημίαν templo ingestam, insimulatus esset, ab hoc crimine potissimum purgare se incipit v. 44. Dixerat forsitan Stephanus quondam similia iis, qualia a Jesu dicta Joh. iv. 21. leguntur, aut qualia profert Paulus coram Atheniensibus xvii. 24. jamque in eo est, ut non quidem dicta hæc a se neget, verum ut dici eadem sine ulla βλασφημίᾳ potuisse evincat. Atque et hunc locum cum studio credo et amore tractasset, multaque et convenientissima ex eloquentiæ suæ penu deprompsisset, sicuti v. 48. orditur, nisi tam intempestive esset interpellatus."

Expositis variis iisdemque præcipuis interpretum sententiis de consilio orationis Stephani, meam quoque sententiam adjicere liceat. Postularant de βλασφημίᾳ Stephanum, quod dixisset Jesum templum esse destructurum, atque ordinatos a Mose ritus aboliturum. Ad has criminationes Stephanus ita respondit, ut ex historia Israelitarum, quam breviter inde a primordiis populi percurrit, ea selegerit et commemorarit, quæ ad caussam suam defendendam facerent. Atque hoc dicendi genere usus est, ut eo attentiores auditores contineret, et eo fortius feriret eorum animos. Judæis enim pergratum erat perque jucundum, data quavis occasione, populi fata repetere, et providentiæ atque amoris documenta a Deo ipsorum majoribus data, recensere et prædicare v. Ps. lxxviii. cv. cvi. cxxxv. cxxxvi. Jer. vii. Ez. xx. Judith. v. 6—19. Sir. 44. Act. xiii. 17 sqq. Hinc etiam immiscet nonnulla ex historia populi deprompta, quæ non propius ad rem pertinent. Non autem hoc demonstrare volebat Stephanus, legem Mosaicam aliquando abrogatum et templum destructum iri, ut statuunt *Krausius*, *Nicolai* in *Velthusenii Bremisch. u. Verdisch. Theol. Magazin* B. 2. p. 205 ss. *Velthusenius* l. l. B. 1. St. 1. p. 116. et *Papius* ib. St. 2. p. 107. vid. not. ad vi. 14. nec hoc potissimum docere volebat, Jesum esse pro Messia habendum, seque prudenter et bene reputata re ad Jesu castra esse transgressum, ut *Heinrichsius* autumat, hæc enim proprie non pertinebant ad rem de qua disceptabatur; sed hoc inprimis demonstrare volebat, ritus a Mose præscriptos Deum quidem auctorem habere, sed Judæos sola legum ritualium observatione Deo non probari, etiam templum destrui posse, et destructum iri, ut olim fuerit destructum, si non ad meliorem frugem redirent, (v. Jer. vii. 12 sqq.); volebat præterea etiam haud dubie, hac data occasione, ostendere Jesum a synedris repudiatum Messiam esse habendum, ejusque doctrinam amplectendam, de Mose enim verba faciens, attulerat v. 37. locum illum Deut. xviii. 15. quem etiam Petrus iii. 22. de Jesu Messia explicuit. Sed orationem suam ad finem perducere non poterat. Cum in eo esset, ut, fata populi Israelitici ab ipso enarrata, in rem suam transferret, ad supplicium rapiebatur. Quodsi orationis filum pertexere potuisset, in altera orationis parte, opinor, ostendisset, vanam esse spem et fiduciam, quam Judæi in circumcisione, reliquisque ritibus et templo ponerent, cum Abrahamus, antequam circumcisus esset, Deo probatus fuerit, et luculenta favoris ac benevolentiæ Dei documenta acceperit, multi vero ex circumcisis Deo non placuerint, et diu ante templum exstructum Deus in gentem Israeliticam multa et insignia beneficia contulerit, cum ne Davidi quidem permiserit, ut templum exstrueret, nec exstructionem ejus omnino præceperit, et Salomonis templum destructum fuerit; set ergo non contumeliose in Deum et Mosen locutum esse, cum professus sit, a circumcisione, et

Digitized by Google

ΚΕΦ. ζ'.

Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς· Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; Ὁ δὲ 2
ἔφη· Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε· Ὁ Θεὸς

templi cultu non pendere Dei favorem, templum destrui posse, et destructum iri, sicut olim ob populi improbitatem et impietatem destructum fuerit; ni resipiscerent, si porro mores majorum imitarentur, qui ingrati Mosen repudiassent v. 38 sq. eorumque exemplo Jesum Messiam, a Mose annuntiarum v. 37. rejicerent coll. v. 51 ss.

Dicendum quoque est de hujus orationis authentia. Quæritur nimirum, sitne ea vere a Stephano habita, an a Luca inventa et excogitata? Reperiuntur sane in veterum historicorum libris orationes clarorum virorum ab ipsis scriptoribus excogitatæ, et artis monstrandæ caussa conscriptæ, hanc tamen orationem non a Stephano vere dictam, sed a Luca inventam et conscriptam esse, parum probabile est. Lucas enim, ut recte *Krausius* monuit p. 39. add. *Heinrichsius* Exc. p. 385. si ejus fuisset auctor, conscripsisset orationem magis elaboratam, melius dispositam, et ornatiorem, sed hæc oratio nullo studio est disposita, multa continet, quæ non ad rem pertinent, multa omittit, quæ ad rem facere existimare possis, quæ quidem inde facile explicari possunt, quod subito Stephanus dixit. Notant præterea etiam interpretes, deprehendi in hac oratione errores historicos v. 2, 4, 14, 16, 23, 30. qui condonentur quidem subito et memoriter dicenti, ægrius autem historico meditato et cum otio scribenti, inde etiam apparere aiunt, Lucam eam ita libro suo inseruisse, ut habita fuerit. Verum enimvero non verisimile est, Stephanum, hominem Judaica eruditione clarum vid. vi. 10. qui historia gentis suæ usus sit ad caussam agendam, errores commisisse, quibus, cum inter synedros homines docti essent, caussæ suæ male consulturus, et adversariis maximam calumniandi occasionem præbiturus fuisset. Præterea Lucas, sedulus veri indagator v. Ev. i. 1 sq. qui etiam, ut perquam probabile est, historiam Stephani ex ore Pauli audiverat, si ejus oratio errores contineret, cum eos corrigere nollet, haud dubie ea de re lectores monuisset. Si vero hæc oratio non continet errores, id quod deinceps ad singulos versus docendi occasio nobis suppeditabitur, argumentum ab erroribus depromptum nullius ponderis est.—Oratio ipsa inter dicendum ab auditore calamo excepta est. "Siquidem habebatur oratio (utor verbis *Heinrichsii* Exc. p. 385.) a Stephano, ob eloquentiam præ aliis omnibus conspicuo et insignito, qui cum omnes audientes vi et sapientia eorum, quæ perorabat, ita soleret flectere, ut nemo resistere posset vid. vi. 10. jam, cum de re gravissima dicendum esset, caussa defendenda, vita instanti periculo eripienda, non solum multos tam amicorum quam inimicorum alliciebat audiendæ apologiæ curiosos, sed et facillime ex his aliquem inducere potuit, oratoris disertissimi sermonem, in tanto capitis periculo habitum, festinante calamo excipere, ni omnem iisdem verbis, at tamen ejus initium, ordinem, potissima argumenta: quæ cum postea ex illius ætatis genio placerent et eloquentissimi hominis facundiam testarentur, elaborari ab eodem domi ita potuerant, ut, quæ inter dicendum non quidem literis mandari, sed memoria tamen teneri poterant, insererentur, oratioque effingeretur ad eam, quam Stephanus ipse habuerat, quoad similitudinem proxime accedens." Quidni vero potuerit omnis oratio Stephani ab auditore literis mandari, cum hodiernum, quo exemplo ipse *Heinrichsius* rem illustrat, reperiantur, qui clarioris oratoris sacri sermonem integrum in templis calamo excipiant. Sed hanc sententiam, auditorem potiora orationis Stephani capita et argumenta literis consignasse, et domi orationem elaborasse, *Heinrichsius*, *Krausius*, alii, propterea tuentur, quod sic eo facilius explicari possit, qui factum sit, ut nonnulla narrationi Veteris Testamenti contraria in hanc orationem irrepserint. Cæterum quinam fuerit ille, qui orationem calamo excepit, definiri nequit, sed credibile est, fuisse aliquem e Stephani amicis, linguæ Græcæ gnarum, Stephanus enim, Hellenista, Græca lingua usus est vid. v. 6, 14, 40, 43, 49. quam magna saltem concionis pars intelligebat v. not. in Prolegg. Comment. in Ev. Joh. præmissis p. 34 sq.

(1. 2.) Stephanus interrogatus a summo pontifice, num ita res se haberet? (ἴχνη scl. ἐστὰ v. *Michaëlis* ad *L. Bosium* de Ellips. sub v. χεῖρα p. 538. ed. *Schæfer*.) ut nempe testes illi dixissent: *fratres et patres audite me, inquit. Deus, summa veneratione dignissimus, apparuit Abrahamo parenti nostro, cum in Mesopotamia versaretur, antequam Carris, habitaret.* ἄνδρες ἀδελφοὶ] vid. ad i. 11. populum circumstantem his verbis alloquebatur, ut voce πατέρες assessores synedrii. Sic Romani quoque senatores, *patres* vocabant. ὁ Θεὸς τῆς δόξης] vertunt: *Deus splendore et majestate insignis*, alii: *Deus benignissimus et potentissimus* l. *optimus maximus* Ps. xix. 1. Johan. xi. 40. Rom. ix. 23. Mallem interpretari, Deus

Digitized by Google

τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσο-
3 ποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν, Καὶ εἶπε πρὸς
αὐτόν· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου,

gloria et honore, veneratione dignissimus v. Ps. xxiv. 8. xxix. 1. xcvi. 7, 8. Apoc. iv. 11. cum Stephanus in eo sit, ut a se depellat criminationem Judæorum, se contumeliose in Deum esse locutum. Χάρραν Hebr. חרן apud τοὺς ὁ· Χάρρα, urbs Mesopotamiæ, a scriptoribus exteris Κάρραι, *Carræ*, dicta Herodi. iv. 13. 7. διατρίβοντα ἐν Κάρραις τῆς Μεσοποταμίας, ad Euphraten sita, clade Crassi nobilitata v. Lucan. Pharsal. i. 105 ss. Plutarch. V. Crassi p. 184 sq. ed. *Ald.* Stephan. Byzant. v. Κάρραι. Hieronymus de locis Hebraicis T. ii. Opp. p. 427. ed. *Martian. Cellarius* Geogr. Plen. L. 3. c. 15. p. 617 ss. ὤφθη] nempe Ure Chaldæorum v. Gen. xi. 31. cujus urbis mentionem quoque fecit Ammian. Marcellin. xxv. 8. *Et via sex dierum emensa, cum ne gramina quidem invenirentur, solatia necessitatis extremæ: dux Mesopotamiæ Cassianus, et tribunus Mauricius pridem ad hoc missus*, ad Ur nomine Persicum venere castellum, *cibos ferentes ex his, quos relictus cum Procopio et Sebastiano exercitus parcius victitans conservarat.* Hanc Urem Abrahami fuisse patriam, vel propterea probabile est, quia ab Ure Ammiani, quæ erat inter Nesibim et Tigrim, in Palæstinam recta via euntibus, transeundum erat Carras sive Charrane, ubi Terachus consedit. Accedit, quod Abrahamus, et qui eum sequebantur, Nomades fuerunt; nulla autem terra Nomadum vitæ aptior erat solitudinibus borealis Mesopotamiæ, in qua Ammiani *Ur* sita erat: cujus quidem solum admodum siccum et sterile est, ut ager non coli possit, sed tantum pecora ibi pascantur: v. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Gen. l. l. Sed quæ h. l. leguntur, repugnare videntur locis Gen. xi. 31. xii. 1. Etenim 1) *Ur* Gen. l. c. nominatur urbs Chaldæorum, אור כשדים, et ex terra Chaldæorum Abrahamus exiise dicitur coll. infra v. 4. ergo non exiit ex Mesopotamia, ut h. l. legitur, sed e terra Chaldæorum migravit in Mesopotamiam, nam Carræ erat urbs Mesopotamiæ. Scilicet *Ur* sita erat in Mesopotamia boreali, ibi olim habitabant Chaldæi, hinc illa pars Mesopotamiæ dicebatur etiam terra Chaldæorum v. Xen. Anab. iv. 3, 4. *Bochartus* Phaleg. l. c. 21. *Schlözerus von den Chaldæern*, in *Eichhornii Repertorium für bibl. u. morgenländ. Literatur* B. 8. p. 136, 130. *Hezelius* in *Bibl. Reallexicon* s. v. *Chaldæa et Ur.* Stephanus igitur v. 4. accuratius definiit, e qua Mesopotamiæ parte Abrahamus egressus sit, ex ea nimirum, quæ Chaldæa nominabatur. 2) Stephanus dicit, Abrahamum Deo monente et jubente reliquisse Chaldæorum terram. Sed ut Gen. xi. 31. et xii. 1. legitur, Abrahamus impellente Teracho patre inde exiit, et Carris demum oraculum divinum accepit. Verissima hanc difficultatem de medio tollendi ratio, plurimorumque interpretum assensu comprobata, haud dubie est: secutus est Stephanus traditionem Judæorum, Deum Abrahamo bis apparuisse, primum in Chaldæa habitanti, deinde Carris degenti, eumque sedes suas relinquere jussisse. Philo de Abrahamo T. ii. p. 11, 16. ed. *Mang.* ἅμα τῷ πελευσθῆναι μετανίστατο—τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῆς Χαλδαίων γῆς εὐδαίμονος χώρας—εἰς τὴν Χαρράνων γῆν. ἔνθεν οὐ μακρὰν ὕστερον, καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς ἕτερον τόπον. p. 12, 8. ὅπως δ' οὖν βεβαιώσῃ τὴν φανεῖσαν ἔψιν ἐν διανοίᾳ παγιώτερον, φησὶν αὐτῷ ὁ ἱερὸς λόγος—μετανάστησι—διὰ τοῦτο τὴν πρώτην ἀποικίαν ἀπὸ τῆς Χαλδαίων γῆς εἰς τὴν Χαρράνων λίγεται ποιεῖσθαι. Joseph. Ant. i. 7. 1. Ἄβραμος καταλείπει τὴν Χαλδαίαν, ἰδόμενος καὶ πάντες ἴσην γιγνώσκε, τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος. add. Judith. v. 7. Nitebatur hæc traditio, ut videtur, loco Gen. xv. 7. ubi Deus ita loquens inducitur: *ego sum Jova, qui te Ure Chaldæorum migrare jussi.* add. Neh. ix. 7. *tu Jova, qui Abrahamum Ure Chaldæorum eduxisti.* Hæc verba, quæ coll. Gen. xi. 31. hunc in modum explicanda sunt: Deo moderante Abrahamus ex urbe Ure Chaldæorum egressus est, Judæorum magistri proprie capiebant, atque adeo de duplici vocatione divina cogitabant, et statuebant illo tempore, quo Terachus consilium cœpisset sedes suas relinquendi, Abrahamum quoque divinitus admonitum esse, ut ex Chaldæorum terra migraret, eoque lubentius patrem secutum esse v. *Hezelius* ad Gen. l. l. Alii statuunt, Stephanum, vel eum, qui hanc orationem elaboraverit, memoria lapsum esse, et narrationes diversas quæ Gen. l. l. leguntur, confudisse. Sed v. Argum. cap. Alii Gen. xii. 1. verbum ויאמר per plusquamperfectum exprimendum putant, *dixerat autem*, et priorem v. 4. partem referunt ad migrationem Abrahami e Chaldæa, posteriorem vero ejusdem versiculi partem, finita parenthesi v. 1—4. ad profectionem Abrahami a Carris, post mortem Terachi. Quam tamen explicandi rationem admodum contortam et mere arbitrariam esse, vel me non monente, cordatissimus quisque intelliget.

(3. 4.) ἔξελθε κ. τ. λ.] sunt eadem fere verba quæ leguntur in vers. Alex. Gen. xii. 1. δεῦρο particula cohortandi, id. qd. ἄγε v. ad

Digitized by Google

καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἂν σοι δείξω. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς 4
Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαρράν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀπο-
θανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην,
εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν 5

3. ↑ τὴν.

Matth. iv. 19. plena formula δεῦρο ἴλθι legitur ap. Aristoph. Thesmoph. 324. sed solent verba veniendi, eundi etc. etiam a Græcis optimæ notæ scriptoribus sæpius reticeri v. Obss. Miscell. Vol. iv. T. ii. p. 282. *Dorvillius* ad Chariton. p. 706. κἀκεῖθεν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα κ. τ. λ.] *inde, mortuo parente, Deus cum transtulit in hanc terram, quam vos nunc incolitis.* Verum enimvero e locis Gen. xi. 26. 32. xii. 4. patet, Terachum, Abrahami patrem, cum hic in Cananæorum terram migrasset, LX adhuc annos vixisse. Nempe Abrahamus Teracho natus fuit annum ætatis LXX agenti: v. Gen. xi. 26. Abrahamus anno ætatis LXXV Cananæorum regionem petiit: coll. Gen. xii. 4. quibus si addideris annos LXX, migravit Abrahamus anno ætatis Terachi CXLV, et cum Terachus vixerit annos CCV. vid. Gen. xi. 32. supersunt LX anni, quos Terachus post Abrahami discessum vixit. Varias vias ingressi sunt interpretes, ut ex hac difficultate sese expedirent. *Knachtbullus, Capellus*, alii, Hebraicum textum Gen. xi. 32. e textu Samaritano emendandum, atque adeo numerum CCV in CXLV mutandum censent. Sed in codice Samaritano numerus mutatus fuisse videtur, ut cum chronologia conveniret, et Samaritanos etiam aliis in locis textum interpolasse constat: vid. not. ad Joh. iv. 20. et *Michaëlis* in Comment. de Chronologia Mosis post diluvium, quæ inserta est ejusd. Commentationibus Societ. reg. Götting. per annos 1762—1768. Alii, Stephanum memoria lapsum esse autumant. Prætereo explicationes alias longe quæsitas et arbitrarias, quas qui nosse cupit, adeat *Lud. de Dieu, Wolfium* et *Heumanum* ad h. l. Unice vera est, meo quidem judicio, sententia *Michaëlis, Krausii, Mori, Rosenmülleri*, aliorumque, qui statuunt, Stephanum etiam h. l. secutum esse traditionem Judæorum, Abrahamum post parentis mortem (nempe moralem s. allegoricam), in regionem Cananæorum migrasse. Philo de migr. Abrah. p. 463. 47. οὐδένα τοίνυν τῶν ἐνστυχηκότων τοῖς νόμοις ἀγνοεῖν εἰκὸς, ὅτι πρότερον μὲν ἐκ τῆς Χαλδαϊκῆς ἀναστὰς γῆς Ἀβραὰμ ὤκησεν εἰς Χαῤῥάν· τελευτήσαντος δὲ αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐκεῖθε κἀκ ταύτης μετανίσταται, ὡς δυοῖν ἤδη τόπων ἀπόλειψιν πεποιῆσθαι. Scilicet Judæi, ut Abrahamum ab neglectæ senectutis paternæ crimine liberarent, statuebant, a Mose per prolepsin Terachi mortem narrari, quod, antea Dei cultor, factus fuerit idolorum cultor (v. Jos. xxiv. 2. Judith. v. 6, 7.) atque adeo, ut omnes scelerati et impii, Terachus quoque pro mortuo fuerit habendus, cum Abrahamus in Palæstinam migraret. Hinc dicebant Judæi: Abrahamus post patris mortem (np. moralem) in Cananæorum terram profectus est. Notabilem hanc in rem locum attulit *Michaëlis* l. l. §. 15. e *Raschii* commentario, verba sunt: *cur ergo per prolepsin mortem Terachi retulit scriptura, posuitque ante exitum Abrahami? Nempe ne res omnibus obvia et facilis intellectu esset, dicerentque: non servavit Abrahamus præceptum de honorando patre, siquidem illum reliquit, abiitque! Imo vero vocat illum scriptura mortuum, siquidem mali, etiam dum vivunt, appellantur mortui, justique, etiam post fata vivi, ut Benaias filius Joiadæ filii* (בן איש חי) *viri vivi.* Alios Rabbinorum locos laudavit *Lightfootus* in Horr. Hebrr. et Talmudd. ad h. l. cf. etiam Hieronymus Opp. T. iv. p. 94. μετοικίζειν] notat, *facere, ut quis suam sedem mutet, incolam in aliam regionem habitandi caussa transferre*, ut infra v. 43.

(5.) Verba καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κ. τ. λ. proprie sonant: *nec ei in hac terra possessionem, nec pedis quidem spatium concessit, sed promisit eam illi possidendam* etc. Verum enimvero Abrahamus ab Hethitis agrum emisse perhibetur Gen. 23. Hinc *Drusius, Schœttgenius, Bengelius*, monuerunt, Abrahamum Hebronis agrum non ex divina promissione, sed jure emptionis possedisse. Quæ tamen ratio prorsus inepta judicanda est, cum in V. T. sæpius, etiam emptione comparata, a Deo data dicantur. Quare alii observarunt, Abrahamum possedisse quidem agrum illum, sed sedem fixam non habuisse in Palæstina, hoc significari verbis οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν. Hæc vero explicatio arguta magis quam vera est. Adversantur ei verba adjecta, οὐδὲ βῆμα ποδὸς, desiderantur præterea exempla idonea, quibus ea significatio, quam hi interpretes vocabulo κληρονομία substituunt, comprobetur. Rectius alii interpretes ἔδωκεν expresserunt, *dederat*. Sed quo facilius procedat oratio, οὐκ positum existimandum est pro οὔπω v. not. ad Joh. vii. 8. Marc. xi. 13. Jam vero verba vertenda sunt: *nondum ei dederat possessionem in hac terra, ne latum quidem pedem, et tamen eam ipsi, posteris nimirum ipsius, possidendum promisit, etsi nondum prolem haberet?* Lau-

Digitized by Google

ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός· καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς
κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, οὐκ
6 ὄντος αὐτῷ τέκνου. Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός· Ὅτι ἔσται
τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν

datur Abrahamus, quod fidem habuerit promissioni divinæ, posteros ipsius Palæstinam occupaturos esse, cum ipse nondum in illa regione agrum, nec ubi pedem figeret, possideret, et ne prolem quidem haberet. κληρονομία ut Hebr. נחלה proprie notat *hæreditatem, rem hæreditate acquisitam*, Matth. xxi. 38. Marc. xii. 7. deinde adhibetur de *possessione quacunque*, inprimis de Cananæorum terræ s. Palæstinæ possessione Israelitis divinitus concessa 2 Macc. ii. 4. 17. al. h. l. significat *possessionem, agrum peculiarem et proprium, Land*, ut Jos. xiii. 23, 28. ubi de terris adhibetur, quæ unicuique Israelitarum familiæ contigit. βῆμα ποδὸς est *pedis spatium, οὐ βῆμα ποδὸς, ne latum quidem pedem, ne tantillum quidem, in quo planta pedis poni possit*. Locutio proverbialis, qua nec tantulum, seu plane nihil, significari solet vid. Deut. ii. 5. add. Gen. viii. 9. Similis locutio est ap. Cic. ad Attic. xiii. 2. *quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet* v. *Wetstenius* ad h. l. καὶ] *tamen*, v. Joh. i. 10. v. 40. vi. 35. ἐπηγγείλατο] *promisit*; respiciuntur loci Gen. xii. 7. xiii. 15. xvii. 8. εἰς κατάσχεσιν] pro εἰς, vel ὥστε κατέχειν αὐτήν. Vocabulum κατάσχεσις, quod in versione Alexandrina respondet nominibus Hebraicis נחלה Num. xxxiii. 54. xxxvi. 3. אחזה Gen. xlvii. 11. indicat, *habitationem, possessionem*, Joseph. Ant. ix. 1. 2. ubi Josaphatus precibus Deum implorat, ut sibi concedat victoriam de Moabitis reportandam, οἳ τὴν ὑπ' αὐτοῦ δοθεῖσαν γῆν εἰς κατάσχεσιν ἀφιλίσθαι πάρεισιν αὐτοὺς, *qui eo animo venerint, ut illos de possessione terræ deturbarent, in quam habitandam eos immiserit*. Verbum κατέχειν pro *inhabitare, possidere*, legitur ap. Joseph. Ant. i. 11. 4. ii. 7. 2. Philo Leg. ad Cai. p. 1014. C. καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ] *nempe ipsius posteris*: v. Gen. xii. 7. Hebr. xi. 9. καὶ explicantis, *nempe, scilicet*, ut sæpius. Abrahamo Palæstina eatenus possidenda promittebatur, quatenus posteri ipsius eam occupaturi essent.

(6.) Laudatur a Stephano locus Gen. xv. 13 sq. e versione septuagintavirali, et quidem memoriter. Verba ibi sunt: καὶ εἰρήθη πρὸς Ἄβραμ γινώσκων γνώσῃ ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ (Hebr. זרעך יהיה גר לא להם), καὶ κακώσουσιν αὐτὸ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς (Hebr. ועבדום וענו אתם) τετρακόσια ἔτη. Τὸ δὲ ἔθνος ᾧ ἂν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς. Vocabulum πάροικος quo Alexandrini Judæi expresserunt Hebr. גר Gen. l. c. xxiii. 4. Ex. ii. 22. notat, *peregrinum, advenam, hospitem*. Hesychius: πάροικοι· ξένοι, παρεπίδημοι. Sic παροικεῖν, *ut advenam habitare in aliquo loco*, legitur ap. Isocrat. Panegyr. c. 43. ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ] *in terra peregrina*, in Ægypto. καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς καὶ κακώσουσιν] *eos servitute prement et vexabunt*, nempe οἱ τῆς γῆς ἀλλοτρίας ἄνθρωποι, Ægyptii. κακοῦν Hebr. הרע Gen. xix. 9. Ex. v. 22. *male tractare, affligere*, ut v. 19. xii. 1. Xen. Hiero. ii. 2. ubi ei opponitur ὀνῆσαι· v. *Wetstenius* ad h. l. ἔτη τετρακόσια] *per annos quadringentos*. At enimvero Ex. xii. 40. servitus Ægyptiaca durasse dicitur annos ccccxxx. idem et Josephus tradit Ant. ii. 15. 2. κατέλιπον τὴν Αἴγυπτον μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια, *reliquerunt Ægyptum anno quadringentesimo tricesimo*, sed Gen. xv. 13. servitus illa cccc annis terminatur. Scilicet Stephanus numero rotundo usus est, quo nihil fere frequentius apud historicos. Sic et Josephus ib. ix. 1. et B. I. v. 9. 4. eam nonnisi cccc annis circumscribit v. *Krebsius* ad h. l. Haud pauci autem interpretes statuunt, Israelitas tantum ccxv annos in Ægypto commoratos esse, atque adeo spatium cccc sive potius ccccxxx annorum, non tantum ad tempus servitutis Ægyptiacæ, sed etiam ad Patriarcharum, Abrahami, Isaaci et Jacobi peregrinationem in Cananæa referendum esse contendunt v. *Hammondus, Lud. de Dieu, Calovius, Wolfius* ad h. l. add. *Lilienthalius* in libro inscripto: *die gute Sache d. Offenbarung* Th. vii. p. 282. Nititur hæc sententia inprimis loco ep. ad Gal. iii. 17. ubi sermo est de promissione Abrahamo data, et lex quadringentis et triginta annis post promulgata dicitur. Præterea provocant hujus sententiæ defensores ad textum Samaritanum Exod. xii. 40. et versionem Alexandrinam. In illo enim legitur: ומושב בני ישראל ואבותם אשר ישבו בארץ כנען ובארץ מצרים hæc habet: ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἣν κατῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν (in cod. Alexandrino additum legitur: αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν) ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. [Hinc fuerunt etiam, qui locum Ex. xii. vel ad codicem Samaritanum, vel ad versionem Alexandrinam refingendum esse judicarent v. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 1. p. 38. qui tamen recte monuit, hoc non esse nodum solvere, sed secare]. Laudant denique etiam locum

Digitized by Google

αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Καὶ τὸ ἔθνος, ᾧ ἐὰν 7
δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγώ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξε-
λεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Καὶ ἔδωκεν 8

Josephi Antiq. ii. 15. 2. ubi is tantum ccxv annos habitationis Israelitarum in Ægypto ponit: *κατέλιπον τὸν Αἴγυπτον μετὰ ἔτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια ἢ τὸν πρόγονον ἡμῶν Ἄβραμον εἰς τὴν Χαναναίαν ἐλθεῖν· τῆς δὲ Ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν Αἴγυπτον γινομένης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δισχίλιοι ἐνιαυτοῖς ὕστερον*, *reliquerunt Ægyptum anno quadringentesimo tricesimo postquam Abrahamus pater noster in Cananæam venit: et post Jacobi migrationem in Ægyptum anno ducentesimo quinto decimo.* His vero argumentis ab aliis opposita sunt hæc: 1) Quod locum Pauli ad Galatas attinet, quia annorum ante Jacobi abitum in Ægyptum, nulla plenior computatio extabat in V. T. et Pauli consilium non erat, ut certus et accuratus ad rationes chronologicas exactus annorum numerus commemoraretur, hinc vulgarem et notissimam inter Abrahamum et Mosen præterlapsi temporis periodum adhibuit, parum sollicitus, utrum rationibus temporum magis conveniret, si horum annorum initia ad Abrahami, an si ad Jacobi tempora referrentur v. *Koppius* ad Gal. l. c. 2) Argumentum a consensu textus Samaritani cum versione Alexandrina desumptum, non magni ponderis est. Etenim aut septuaginta interpretes paraphrastas egerunt, et textui glossam suam inseruerunt, quæ inde in nostros codices Samaritanos venit; aut LXX. e codice Samaritano transtulerunt, ut ostendere studuit *Hassenkampius* in commentat. de Pentateucho LXX interpretum Græco, non ex Hebræo, sed Samaritano textu converso Marb. 1765. In rebus etiam ad chronologiam pertinentibus, Samaritanus textus et LXX. sublestæ fidei sunt, cum librarii juniores utrumque textum ex certo systemate emendare solerent, ut docuit *Michaëlis* in Commentat. de chronologia Mosis ante diluvium §. 4 sqq. et, de chronologia Mosis post diluvium §. 10. 13. 3) Si ἔτη τετρακόσια h. l. referuntur etiam ad peregrinationem Patriarcharum, non quadrant verba: *καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς καὶ κακώσουσιν.* 4) Si Israelitarum commoratio in Ægypto tantum ccxv annos comprehendisse statuitur, non facile perspicitur, quomodo illi tam brevi tempore, ad tantum numerum crescere potuerint. 5) Locus Josephi Ant. ii. 15. 2. a librariis, qui Græcis bibliis assueverant, corruptus, et ad chronologiam LXX interpretum emendatus est, quod et in aliis locis factum esse docuit *Ernestius* in Exercitatione Flaviana prima. Hæc si quis nulla adhuc opinione præoccupatus collegerit, concedet facile, præoptandam esse sententiam eorum interpretum, qui Israelitas ccccxxx annos in Ægypto commoratos esse censent. cf. *Koppius* in Progr. quo Israelitas non ccxv sed ccccxxx annos in Ægypto commoratos esse, efficitur. Götting. 1777. (coll. *Michaëlis Oriental. Biblioth.* T. xii. p. 22 ss.) in Sylloge Commentatt. Theologg. a *Pottio* et *Rupertio* edita Vol. ii. p. 255 ss. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Exod. xii. 40. add. *Deylingius* l. c.

(7.) κρινῶ] *puniam; κρίνειν, punire, supplicium sumere* Joh. xviii. 31. ut דון Ps. vii. 12. Ex. xii. 12. Prov. xix. 29. Sap. xi. 9. *καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ*] *et me in hac ipsa terra colent*, h. e. in Palæstina, ubi tum Abrahamus erat. *ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ* id. qd. *ἐν τῇ γῇ ταύτῃ*, ponitur enim vocabulum τόπος etiam de regionibus v. ad Joh. xiv. 2. Xen. Anab. iv. 4. 2. *ὁ τόπος οὗτος Ἀρμενία ἐκαλεῖτο ἡ πρὸς ἑσπέραν.* add. Herodi. iii. 14. 2. Isocrat. Evag. c. 9. c. 12. Hæc vero ipsa ultima versus verba: *καὶ λατρεύσουσι κ. τ. λ.* non leguntur Gen. xv. 13 sq. *Krebsius*, alii, observant, rem ipsam inveniri Gen. xv. 18. (legitur ibi: *posteris tuis hanc terram dabo*) etsi non iisdem verbis, ipso tamen sensu, cum enim occupassent Israelitæ terram Cananæorum, ibi quoque eos Deo cultum præstitisse. Sed verior est haud dubie aliorum interpretum ratio v. *Wolfius* ad h. l. qui hæc verba ex Exod. iii. 12. desumpta esse putant. Etenim mos erat magistrorum Judæorum, quem secuti quoque sunt scriptores N. T. cum laudarent V. T. effatum, verba alibi prolata, eaque interdum etiam nonnihil immutata adjicere, atque ita rem amplificare v. *Surenhusius* in *βίβλῳ καταλλαγῆς.* Hunc morem imitatus est quoque Stephanus, et laudato memoriter loco Gen. xv. 13. adjecit verba Ex. l. c. ita, ut ea paulum immutaret. Hinc nec ait ea omnia Abrahamo dicta esse, sed simpliciter, *ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός.* Legitur autem Ex. l. c. *λατρεύσετε τῷ Θεῷ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ.*

(8.) *καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς*] *tum*, postquam ei promissionem illam dederat, *Deus ei circumcisionem præscripsit. διαθήκη* est omnino *constitutio, dispositio quæcunque*, unde *fœdus, pactum.* Fœdus, pactum, cum constet *promissionibus*, et *conditionibus, legibus*: *διαθήκη* ut Hebr. ברית, notat, *promissiones*, v. not. ad Act. iii. 25. et *leges, præcepta*, v. Ex. xix. 5. Hos. vi. 8. Fœderis notio ab h. l. aliena est, circumcisio enim non dici potest fœdus, nec, fœdus ferire exprimitur formula נתן ברית, *διδόναι διαθήκην*

Digitized by Google

αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς· καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ
περιέτεμεν αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ,
9 καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας. Καὶ οἱ πατριάρχαι
ζηλώσαντες τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ὁ Θεὸς
10 μετ' αὐτοῦ· Καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ,
καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως
Αἰγύπτου, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον καὶ
11 ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν
Αἰγύπτου καὶ Χαναὰν, καὶ θλίψις μεγάλη· καὶ οὐχ εὕρισκον

θήκην, sed הקים ברית s. ברית אות. Sed signum fœderis dici poterat circumcisio. Signum fœderis est illud, in quo cognoscitur nobis esse fœdus cum aliquo. Dicitur autem circumcisio Gen. xvii. 11. אות ברית σημεῖον διαθήκης, et v. 13. simpliciter ברית, διαθήκη, h. e. signum fœderis, quo Abrahamus et ejus posteri veri Dei cultui obstringebantur, quove cognoscebatur, Deum promissiones dedisse, quas servaturus esset. Possent ergo verba nostra reddi: dedit, præscripsit ei signum fœderis, circumcisionem. Sed hæc nominis διαθήκη significatio insolentior est, rectius ei subjicitur notio mandati, legis, ut adeo verba simpliciter exprimenda sint: dedit ei præceptum circumcisionis, præscripsit ei ritum circumcisionis. "καὶ post eximia illa promissa. Hoc quoque ad propositum Stephani pertinet, ne crederetur, circumcisionis obedientiam fuisse caussam promissorum." *Grotius.* καὶ οὕτως ἐγέννησε—τῇ ὀγδόῃ] *et* Abrahamus, *Isaacum ipsi natum* die octava circumcidit. οὕτως abundat, et nonnisi consequentiam indicat, ut xx.11. vid. not. ad Joh. iv. 6. πατριάρχας] h. l. *tribuum auctores et principes*; πατριὰ] *tribus*, Hesych. πατριὰ, φυλή. Est ergo h. l. πατριάρχης id. qd. φύλαρχος. Hesych. φύλαρχος, φυλῆς ἄρχων.

(9.) ζηλώσαντες] *invidia ducti*: ζηλοῦν *invidere*, respondet Hebr. קנא Gen. xxx. 1. xxvii.10. Sir. ix. 11. μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλοῦ. add. Act. xiii. 45. Hesych. ζηλοῖ, φθονεῖ. Id. ἐζήλωσεν, ἐφθόνησεν. τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον] *vendiderunt Josephum in Ægyptum*, scl. *abducendum*. Frequens est hæc breviloquentia scriptoribus Græcis et Hebræis v. *Glassius* Phil. S. p. 185. Homer. Odys. xv. 386. ὣς ἐπέρασσαν Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δόμαδ', sed addito verbo ducendi ib. v. 427. πέρασαν δέ μι δεῦρ' ἀγαγόντες. Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δόμαδ'. Odys. xvii. 442. αὐτὰρ ἔμ' εἰς Κύπρον ξείνῳ δόσαν ἀντιάσαντι, *tum me in Cyprum abducendum tradiderunt hospiti obvio*. Herodo. ii. 56. τὴν μὲν αὐτίκα ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, *alteram eorum in Libyam, alteram in Græciam venderunt*. add. 2 Macc. iv. 32. χρυσώματά τινα—πεπρακὼς εἴς τι Τύρον καὶ τὰς κύκλῳ πόλεις. Nos quoque similiter dicere solemus, *einen wohin verkaufen*. Exempla plura v. ap. *Elsnerum* et *Wolfium* ad h. l. *L. Bosium* Ellips. sub v. ἀπάγειν p. 585. ed. *Schæferi*. et *Hemsterhusium* in Obss. Miscell. Vol. vi. p. 343. καὶ ἦν Θεὸς μετ' αὐτοῦ] Hebr. ויהי יהוה אתו *sed Deus ei favebat*, h. e. ei in summa periculorum gravitate auxilio suo aderat, felicemque susceptis præbebat eventum. De formula εἶναι μετά τινος Hebræis perquam familiari, nec vero etiam Græcis inusitata, quæ de variis ac multiplicibus favoris divini documentis adhiberi solet v. *Krebsius*, *Lœsnerus* ad h. l. et nos ad Joh. iii. 2.

(10.) καὶ ἔδωκεν αὐτῷ—Αἰγύπτου] *dedit ut gratiosus esset sapientia apud Pharaonem, Ægypti regem*. χάριν καὶ σοφίαν] cum *Grotio*, *Rosenmüllero*, *Lœsnero*, aliisque per figuram ἓν διὰ δυοῖν dictum puto pro χάριν σοφίας dedit, ut sapientia favorem regis sibi conciliaret. Per σοφίαν *Krebsius* et *Lœsnerus* intelligunt somniorum interpretandorum facultatem; recte, sed respicitur quoque hoc vocabulo, Josephi prudentia, consilio regi dando probata v. Gen. xli. 33 ss. καὶ κατέστησεν—οἶκον αὐτοῦ] *qui eum Ægypto et omni domui suæ præfecit*. κατέστησεν, cum, ut contextus docet, ad regem Ægypti referendum sit, καὶ obtinet vim pronominis relativi v. not. ad Marc. ii. 15. Joh. xv. 6. οἶκος *aula*. LXX. Gen. L. 4. בית פרעה vertunt: δυνάστας Φαραώ.

(11—13.) *Orta autem fame et miseria magna per omnem Ægyptum et Cananæam, ut majoribus nostris alimenta non suppeterent*. Gen. xlii. χόρτασμα] tam de *pabulo, cibo pecudum*, v. *Münthius* ad h. l. quam de *victu et alimentis hominum* ponitur, respondet ei h. l. v. 12. voc. σῖτα vid. not. ad Matth. v. 6. σῖτα *frumenta*, in versione Alexandrina exprimitur hac voce Hebr. שבר *annona*, Gen. xlii. 2. et דגן *frumentum* Deut. xi. 14. vid. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 301 sq.

Digitized by Google

χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν. Ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα 12
σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξαπέστειλε τοὺς πατέρας ἡμῶν πρῶτον.
Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ, ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, 13
καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ. Ἀπο- 14
στείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ, καὶ
πᾶσαν τὴν συγγένειαν †αὐτοῦ, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

14. † αὐτοῦ.

ἐν δευτέρῳ] scl. χρόνῳ cum altera vice fames Cananæam invasisset Gen. xliii. ἀνεγνωρίσθη] *cognoscendum se præbuit*, Hebr. נודע Gen. xlv. 1. Vulg. *Erasm.*, *Beza*, alii, *agnitus est Josephus a fratribus suis*, id. qd. ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ] sed ut recte monuit *Lud. de Dieu* ad h. l. non actio fratrum indigitatur, qua ipsi Josephum agnoverint, sed Josephi potius, qui se ipsis aperuit. Hinc bene Syrus et Arabs, *notum fecit Josephus se ipsum fratribus suis.*

(14.) ἀποστείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα] *misit Josephus nuntios, qui arcesserent patrem* etc. ἀποστέλλειν ut Lat. *mittere*, v. Cic. Verr. iv. 12. ad Div. vii. 26. ita ponitur, ut sit, *nuntium*, vel, *literas mittere*: v. *Dorvillius* ad Chariton. p. 51. *Kortius* ad Sallust. B. C. c. 32. ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε] pro ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε συνεστάμενον, ut Deut. x. 22. ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς scl. συνεστάμενοι κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον: vid. *Glassius* Phil. S. p. 137. Sed in hoc loco conciliando cum loco parallelo Gen. xlvi. 27. valde se torserunt interpretes. Etenim Gen. l. l. add. Ex. i. 5. Deut. x. 22. textus Hebraicus LXX tantum capita familiæ Jacobi numerat, ut Josephus Ant. ii. 7. 4. ix. 3. vi. 5. 6. v. *Krebsius* ad h. l. Stephanus autem et Alexandrini Gen. Ex. et Deut. ll. cc. eam LXXV hominibus constitisse tradunt. Varias vias, ut ex hac difficultate sese expedirent, ingressi sunt interpretes. *Beza* quidem legi volebat ἑβδομήκοντα πάντες, quod postea mutatum sit in πέντε, et in codd. LXX interpretum intrusum. Sed ut scienter animadvertit ad h. l. *Krebsius*, hæc conjectura ipsi linguæ adversatur, cum τὸ πάντες sine solœcismi labe adjungi non possit voci ψυχαῖς, cum dicendum fuisset πάσαις. Adversatur præterea etiam huic conjecturæ codd. et versionum antiquarum omnium consensus. Plerique interpretes, Stephanum, Hellenistam, versioni Alexandrinæ assuetum, atque Mosen, aliam computandi rationem iniisse, statuunt. Verum et hi interpretes magnopere inter se dissentiunt. vid. *Wolfius* et *Bowyerus* ad h. l. *Lilienthalius, gute Sache d. göttl. Offenbarung* B. 3. p. 53 ss. *Calovius, Buddeus*, (Hist. Eccl. T. v. p. 335.) *Krebsius, Lœsnerus, Rosenmüllerus*, alii, opinantur, Mosen, qui LXX tantum hominum mentionem fecerit, eos intelligere, qui in Ægyptum cum Jacobo venerint. Stephanum contra et Alexandrinos Judæos, qui LXXV homines nominarint, de iis locutos esse, qui in Ægyptum a Josepho invitati fuerint, eos fuisse LXXV, si uxores Jacobi, Rahel, Bilha et Silpa, ac filii Judæ, Ger et Onan annumerentur; mortuos quidem esse illos Judæ filios ante adventum in Ægyptum, mortuam etiam Rahelem v. Gen. xxxv. 19. id vero ignorasse Josephum. Sed præter Rahelem etiam reliquæ uxores Jacobi. Lea (quam hi interpretes non annumerant a Josepho in Ægyptum invitatis), Bilha, et Silpa, mortuæ erant: v. Gen. xlix. 31. xliii. 7. xliv. 19 s. xlvi. 5. idque haud ignorabat Josephus v. Gen. xliii. 7. xliv. 19. præterea Gen. xlvi. 26. omnes ibi nominati ex Jacobi femore egressi dicuntur, quod uxoribus ipsius non convenit, et diserte ibi quoque notatur, uxores filiorum Jacobi non esse numerandas. Longe probabilior est locum nostrum cum illo Gen. conciliandi ratio, quam secuti sunt *Capellus, Hammondus, Weistenius, Michaëlis, Krausius, Rosenmüllerus* in Scholiis ad Gen. l. l. alii. Observant nimirum, Alexandrinos, quos Stephanus secutus sit, annumerasse Jacobi posteris quinque filios Manassis et Ephraimi, in Ægypto natos, hos enim, a Mose omissos, quod serius nati essent, quam Jacobus Ægyptum peteret, ab Alexandrinis Gen. xlvi. 20. ex Paralip. vii. 14. diserte additos esse. (Ex hac recensione nominum nepotum Josephi facile quoque potest vanitatis convinci, nonnullorum interpretum conjectura (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) lectionem ἑβδομήκοντα πέντε, ex librarii, numerales notas male legentis, oscitantia esse prognatam.) Neque huic quam attulimus difficultatem tollendi rationi opponi potest, illos quinque Jacobi nepotes cum avo non descendisse in Ægyptum, si enim hæc valeret oppositio, nec summa Hebræi codicis ad LXX exsurgeret; nam in catalogo ibi numerantur etiam *Josephus, Manasse*, et *Ephraim*, quorum primus non eum Jacobo in Ægyptum profectus est, in qua duo posteriores nati sunt. "Itaque, ut *Hammondus* ad h. l. monuit, cujus verba adscribere libet, numerus seu septuaginta,

Digitized by Google

15 Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ
16 οἱ πατέρες ἡμῶν. Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθη-
σαν ἐν τῷ μνήματι ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου

16. ~ ϟ.

seu septuaginta quinque capitum, non eos proprie designat, qui in Ægyptum una cum Jacobo descenderant, sed progeniem Jacobi, postquam illic sedem fixerat, quorum quia maxima pars cum eo venit illuc, ab ea omnium petitur denominatio; quamvis quidam eorum in Ægypto essent nati, dicuntur omnes cum eo descendisse, cum etiamnum essent in lumbis parentum, juxta phrasin et figuram sacris scriptoribus frequentem, uti Levis dicitur ab auctore epistolæ ad Hebræos *solvisse decimas Melchisedeco*, quamvis multis post annis, quam id fecit Abrahamus, natus fuerit." Cæterum Stephani ætate, diversimode numeratos esse homines, qui cum Jacobo se in Ægyptum contulerunt, neque adeo ullo pacto de scripturæ vitio cogitandum esse, docet etiam locus Philonis de migr. Abrah. p. 419. B. ubi de numero allegorice agit, et utrumque numerum commemorat.

(16.) Non minori interpretationis diversitati hic quoque versus obnoxius fuit, cum nonnulla contineat quæ historiæ Geneseos repugnare videantur. Etenim 1.) Jacobus et duodecim Patriarchæ h. l. sepulti esse dicuntur *Sichemi*, *καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ*, *mortui Sichemum translati sunt*, nempe Ἰακὼβ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν coll. v. 15. Sed Jacobus, ut constat ex Gen. xlix. 30. et Joseph. Ant. ii. 8. 7. sepultus est in caverna Machpela *prope Hebronem*. Josephi autem ossa secum duxerunt Israelitæ, eaque sepeliverunt *Sichemi*, v. Gen. l. 25. Jos. xxiv. 32. Locus sepulcri reliquorum Jacobi filiorum in libris V. T. non memoratur. 2) *Abrahamus* h. l. dicitur illud *sepulcrum* emisse *argenti pretio*, a filiis *Emmori*, patris Sichemi, *ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου κ. τ. λ.* Verum non Abrahamus, sed *Jacobus* ad Hemori filiis, *agrum* Sichemiticum, quem coleret, emit centum *Kesitis*, h. e. auctoribus Alexandrinis, reliquisque interpretibus antiquis, centum ovibus: v. Gen. xxxiii. 19. *Abrahamus* emerat ab *Ephrone* fundum et speluncam prope Hebronem, qua pro *sepulcro* uteretur, pretium fundi erant quadringenti sicli argentei: v. Gen. xxiii. 9, 17, 18. Hæ difficultates, meo quidem judicio, commodissime solvuntur, si *μετετέθησαν* et *ἐτέθησαν* referuntur tantum ad verba *οἱ πατέρες ἡμῶν*, et vocabulum Ἀβραὰμ tanquam spurium e textu ejicitur, ut adeo verba reddenda sint: *translati sunt Sichemum, et conditi in sepulcro, quod emptum erat, argenti pretio, a filiis Hemori, patris Sichemi.* Scilicet vulgaris Judæorum traditio erat, non tantum Josephi, sed etiam undecim fratrum ipsius ossa Sichemi fuisse condita: v. loca e scriptis Rabbinorum a *Lightfooto* et *Wetstenio* ad h. l. allata. Etiam Hieronymus ep. 86. Paulam matrem, eorum monumenta prope Sichemum vidisse testatur: *venit Sichemum, atque inde divertens vidit duodecim Patriarcharum sepulcra.* Hanc traditionem secutus est Stephanus. Sed Josephus Ant. ii. 8. 2. Hebrone Patriarchas sepultos fuisse refert: *τελευτῶσι δ' αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, ζήσαντες ἐδαιμόνως ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου· καὶ τούτων μὲν τὰ σώματα κομίσαντες μετὰ χρόνον αὐτῶν οἱ ἀπόγονοι καὶ οἱ παῖδες ἔθαψαν ἐν Χεβρῶνι· τὰ δὲ Ἰωσήφου ὀστᾶ ὕστερον ὅτι μετανέστησαν ἐκ τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἑβραῖοι εἰς τὴν Χαναναίαν ἐκόμισαν, moriuntur vero et fratres ejus (Josephi), cum feliciter in Ægypto vixissent; quorum quidem corpora post tempus aliquod posteri eorum et filii Hebronè sepeliverunt. Josephi autem ossa postmodum, cum ex Ægypto migrarent Hebræi, in Cananæam detulerunt.* Duplex ergo et diversa erat traditio. Nempe Hebrone sepulti leguntur Abrahamus cum uxore Sara, vid. Gen. xxv. 10. Joseph. Ant. i. 17. Isaacus et Jacobus, v. Gen. xlix. 29, 31. Joseph. Ant. i. 22. ii. 7. 8. ibi etiam Adamus et Eva, sepulti perhibentur. Hinc Hebron, quæ Jos. xv. 13, 54. vocatur *Kiriath* קִרְיַת, e sententia Rabbinorum hoc nomen inde accepit, *quia quatuor paria ibi sepulta fuere, Adamus et Eva, Abrahamus et Sara, Isaacus et Rebecca, Jacobus et Lea*, v. *Wetstenius* ad h. l. Jam quoniam Hebrone plures Patriarchæ sepulti erant, nec in literis sacris locus sepulcri undecim Josephi fratrum indicatur; inde orta est traditio, Josephi fratres Hebrone conditos fuisse, quam traditionem plures Judæorum sequebantur et veram judicabant, odio Samaritanorum ducti, in quorum potestate Stephani tempore Sichem erat. Neque tamen hanc traditionem se probasse omnibus, sed alios credidisse Sichemi Josephum ejusque fratres sepultos fuisse, ex supra dictis satis apparet, et confirmatur loco Josephi B. I. iv. 9. 7. ubi de Hebronensibus scribit: *μυθεύουσι δὲ κ. τ. λ.* Stephanus autem non memoravit Jacobi sepulcrum, qui Hebrone conditus erat, sed sepulcrum Patriarcharum Sichemiticum, ut tacite innueret, Samaritanos Judæis tantopere exosos, non a Deo repudiari, etsi eum non in templo Hierosolymitano colerent, Dei enim providentia moderante factum esse, ut Josephus et Patriarchæ reliqui in ea regione sepelirentur,

Digitized by Google

παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ. Καθὼς δὲ ἤγγισεν ὁ 17

quam Samaritani incolerent. Ad verbum ὠνήσατο *Beza* et *Bochartus* Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ] coll. v. 15. *Jacobi* nomen subaudiendum, et Ἀβραὰμ a lectore quodam inconsiderate additum fuisse existimant. Etiam *Bauerus* in Phil. Thucyd. Paul. p. 167. et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. hanc vocem ad glossemata referendam esse statuunt. Recte. Tralatitium enim est, haud raro omnes libros scriptos falsam lectionem continere vid. ad Marc. xv. 25. Favet huic conjecturæ etiam lectio cod. E. ὁ πατὴρ ἡμῶν, quæ aperte glossema redolet. Scilicet ad ὠνήσατο adjecerat nescio quis ὁ πατὴρ ἡμῶν, et cum hoc nomine Abrahamus κατ' ἐξοχὴν insigniretur, adscripsit alius Ἀβραὰμ, potest vero etiam hoc nomen adjectum esse ab eo, qui cum h. l. sermonem esse videret de emptione sepulcri, cogitaret de spelunca ab Abrahamo empta, ut in ea Saram sepeliret, cum recordaretur, a Jacobo non eo consilio agrum ab Hemoris filiis emptum esse, ut hoc agro pro sepulcro uteretur. Verbum ὠνήσατο impersonaliter accipiendum, *monumentum quod emptum erat, welches man gekauft hatte, welches gekauft worden war.* In verbis τιμῆς ἀργυρίου deest præpositio ἀντὶ, plena locutio, ἀντὶ τιμῆς ἀργυρίου, eadem ellipsis deprehenditur Matth. x. 29. In textu Hebraico Gen. xxxiii. 19. legitur nomen קשיטה, quod h. l. per ἀργύριον expressum est. Significatio nominis *Kesita*, incerta est. De pecunia signata non commode illud intelligi posse, monuerunt *Dathius* et *Rosenmüllerus* ad Gen. l. l. cum ejus antiquitas non tanta sit. *Michaelis* pondus argenti fuisse putat veterum, nobis ignotum. *Faber* ad *Harmari Beobachtt. üb. d. Orient.* Th. ii. p. 18. cum vocabulum Syriaceum ܟܣܝܬܐ quod Hebr. קשיטה respondeat, *pateram, urceum*, significet, *Kesita* fuisse opinatur, vas argenteum, aut aureum, cujus generis vasa antiquissimis temporibus, in negotiis, loco pecuniæ, et sic quoque in muneribus in usu fuerint v. Gen. xxiv. 53. 1 Regg. x. 25. Ex. iii. 22. Alexandrini Judæi converterunt ἑκατὸν ἀμνῶν, intellexerunt, ut videtur, nummos agni imagine signatos, ut ex recentioribus *Bochartus, Hammondus*, alii, v. *Bocharti* Hieroz. P. I. lib. 2. c. 43. T. i. p. 473 ss. edit. *Rosenmülleri* et *Michaëlis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. p. 2207 ss. Ἐμμὸρ τοῦ Συχὲμ scl. πατὴρ coll. Gen. xxxiii. 19. Stephanus Byz. in Δαίδαλα· ἡ δὲ πόλις ἀπὸ Δαιδάλου, τοῦ Ἰκάρου, *urbs a Dædalo* (patre) *Icari condita.* Exempla hujus ellipseos plura alia v. ap. *Glassium* Phil. S. p. 120. *L. Bosium* de Ellips. p. 376. ed *Schæfer.* et *Verheykium* ad Antonin. lib. p. 214. b. Cæterum admissa hac, quam proposuimus, verborum hujus versus interpretatione, concedendum quidem est, Stephanum clarius mentem suam exprimere potuisse, sed quod paulo obscurius locutus sit, condonandum est subito nec ex præparato dicenti. Afferamus jam pro instituti nostri ratione præcipuas aliorum hujus loci interpretationes. 1) Nonnulli statuunt Ἀβραὰμ patronymice h. l. sumi debere pro *Abrahamide* h. e. pro Jacobo, Abrahami nepote, cum patrum nomina, pro posteris, et quidem non pro tota tantum posteritate et gente, sed pro uno etiam singulari homine interdum usurpari soleant, ut 1 Reg. xii. 16. xv. 6. v. *Wolfius* in Curis, (p. 1106.) *Hammondus* et *Krebsius* ad h. l. Vertunt igitur: *Patriarchæ translati sunt Sichemum et sepulti in sepulcro quod Abrahamides* i. e. Jacobus *emit* etc. Hujus interpretationis duritiem cum probe sentiret *Lud. Capellus*, legi malebat: ὁ τοῦ Ἀβραὰμ scilicet ἔκγονος s. υἱός, vid. ejus Spicilegium notarum ad h. l. 2) *Clericus* in arte critica P. 3. Sect. 1. c. 12. §. 4. aliique a *Calovio* ad h. l. laudati, legendum conjecerunt Ἰακώβ. Et *Clericus* quidem suspicabatur in codd. primum scriptum fuisse IAB i. e. Ἰακὼβ, sed literam I obscurius scriptam, aut lapsu temporis deletam fuisse, atque adeo librarium, qui legisset AB, scripsisse Ἀβραάμ. 3) *Grotius*, et qui eum sequuntur, pro Ἐμμὸρ rescribendum Ἐφρὼν, et verba τοῦ Συχὲμ expungenda censent, cum ea etiam Syr. Erpen. et codd. nonnulli omittant. Sermonem ergo esse putant de agro ab Abrahamo et Jacobo empto, ut sensus fit: alii, s. partim, Sichemi, alii, s. partim Hebrone sunt sepulti in agro qui Ephronis fuerat, quem Abrahamus emit. Notant particulam καὶ haud raro significatu disjunctivo, *aut*, usurpari, ut 2 Cor. xiii. 11. Matth. xviii. 16. Ex. xii. 5. *esto agnus mas vitulus de ovillo et de caprino pecore*, i. e. aut de caprino pecore, vid. *Storrii* Opuscc. T. ii. p. 246, 396. *Grotius* opinatur, nonnullos cum Jacobo prope Hebronem, nonnullos cum Josepho Sichemi fuisse sepultos, et ita quoque traditionem Josephi (Antiq.) et Hieronymi facillime conciliari posse. Sic quoque statuunt *Bengelius* in Gnom. et *Lilienthalius* Th. iii. p. 45. qui posterior, Josephi filios, Manassen et Ephraimum, Sichemi sepultos fuisse putat. Alii contra, nonnisi Jacobi sepulcrum prope Hebronem, reliquorumque Patriarcharum Sichemi respici putant, atque adeo pluralem ἐνίσπειν per enallagen positum accipiunt pro singulari, ut Matth. xxvi. 8. coll. Joh. xii. 4. 4) Ex *Papii* sententia in *Velthusenii Bremischen* u. *Verdischen Theologisch. Magazin* Th. ii. p. 145 ss. Josephus orationis subjectum est a v. 9—16. verba ἐν

Digitized by Google

χρόνος τῆς ἐπαγγελίας ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ,
18 πυξήσειν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ, Ἄχρις οὗ ἀν-
19 έστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ἤδει τὸν Ἰωσήφ. Οὗτος κατα-
σοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ

ψυχαῖς—Αἴγυπτον parentheseos nota a reliquis separanda sunt, particula δὲ post κατίδη, quæ etiam a nonnullis codd. abest, delenda, Ἀβραὰμ mutandum in Ἰακὼβ, et pro μετετίθησαν et ἐτίθησαν cum vers. Syr. et Ar. Erp. legendum est, μετετίθη et ἐτίθη. 5) Alii duas narrationes confusas esse autumant, aut a Stephano, ut *Morus*, *Eckermanus* in *Theol. Beyträgen* St. 2. p. 154. al. aut a librario, vid. *Rosenmüllerus* ad h. l. *Nicolai* in *Velthusenii* l. l. B. l. p. 145. Alias aliorum conjecturas recensuit *Wolfius* in Curis ad h. l.

(17. 18.) καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ καιρὸς κ. τ. λ.] *cum appropinquaret tempus, quo Deus promissa Abrahamo jurejurando sancita exsolvere vellet.* χρόνος τῆς ἐπαγγελίας positum est pro χρόνος τῆς πληρώσεως τῆς ἐπαγγελίας tempus quo eventum habere debebat promissio. ἧς ὤμοσεν] vid. ad ii. 30. Promiserat Deus Abrahamo prolem numerosam, liberationem posterorum ipsius ab eorum oppressoribus (coll. supra v. 7.) et terræ Cananæorum possessionem vid. Gen. xii. 7. xv. 13 sq. xxii. 16. Deut. viii. 18. ix. 5. hæ promissiones h. l. innuuntur. ἀνέστη] regiam dignitatem cepit, creatus est. Verbum ἀναστῆναι ut Hebr. קום etiam de *aditu muneris publici, præcipue regii*, usurpatur v. Ex. i. 8. 2 Regg. xxiii. 25. h. l. vid. et not. ad v. 36. ἕτερος] ex alia familia ortus Joseph. Ant. ii. 9. 1. Αἰγύπτιοι ὧν ἦσαν οἷ ὑπὸ Ἰωσήφου τετυχότες, διὰ χρόνου μήκος λήθην λαβόντες, καὶ τῆς βασιλείας εἰς ἄλλον οἶκον μετεληλυθούσας, δεινῶς ἐνέζριζον τοῖς Ἰσραηλίταις, *Ægyptii, cum Josephi beneficiorum memoriam temporis longinquitas obliterasset, regnumque ad aliam familiam devenisset, inhumane tractabant Israelitas.* cf. Ex. i. 8. ubi v. *Rosenmüllerus* et *Hezelius*. ὃς οὐκ ἤδει τὸν Ἰωσήφ] vertunt: *qui Josephum non noverat.* Sed parum probabile est, novum regem, Josephum, ejusque res gestas ignorasse. Nam ut intelligenter animadvertit *Krausius*, nisi commentariis publicis, tamen ipso Israelitarum populo inter Ægyptios versante, memoria Josephi servaretur, necesse erat. Vertit igitur *Krausius*: *infenso in Josephum animo erat*; cum γνῶναι etiam notet, *voluntate aliquem persequi, amicum habere, amare, probare*, v. 1 Par. xvii. 18. Gen. xviii. 19. Amos. iii. 2. ut εἰδέναι, Matth. xxv. 13. coll. vii. 23. ubi v. nos. Mallem tamen verba Stephani reddere: *Josephi nullam rationem habebat, er nahm keine Rücksicht auf ihn*, immemor erat Josephi meritorum, ingratus erat adversus Josephi merita. Sic εἰδέναι legitur 1 Thess. iv. 4. v. 12. vid. et *Abreschius* ad Æschyl. p. 543.

(19.) οὗτος κατασοφισάμενος—τοὺς πατέρας ἡμῶν] *ille malis artibus adversus gentem nostram utens, majores nostros affixit.* κατασοφίζεσθαι, quod in vers. Alexandrina Ex. i. 10. (Eccl. vii. 17. Ps. cv. 25.) Hebr. התחכם respondet, notat: *arte uti contra aliquem, dolose agere, callide quodam invento sive verbis, sive factis, aliquem decipere et circumvenire.* Philo in Flacc. p. 971. B. de plebe Alexandrina, simulata imperatoris auctoritate contra Judæos insurgente, κατασοφίζονται τὸ Καίσαρος ὄνομα, *Cæsaris nomine in fraudem utuntur.* Joseph. Ant. vi. 11. 4. de Michala, callido illo strategemate Saulum, patrem, decipiente, et ex ipsius insidiis Davidem eripiente; μεμφομένου τοῦ πατρὸς αὐτὴν ὅτι σώσειε μὲν τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ, κατασοφίσαιτο δ' αὐτὸν, *cum pater eam reprehendisset, quod ejus inimicum servasset, ipsum autem callide decepisset.* Judith. v. 11. καὶ ἐκανίστη αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεσοφίσαντο αὐτοὺς ἐν πόνῳ καὶ ἐν πλίνθῳ, καὶ ἐκακοίνωσαν αὐτοὺς, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς εἰς δούλους. ib. x. 21. οἱ ἀφιεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν, *qui dimissi, dolosis machinis omnem terram infestare potuerunt.* add. Diod. Sic. p. 496. B. p. 624. D. Alciphr. iii. 4. cf. *Kypkius*, *Krebsius*, *Wetstenius*, *Münthius* et *Lœsnerus* ad h. l. Suidas: κατασοφισάμεθα—μηχανῇ τινι κακώσομεν. Lex. Cyr. MS. Brem. κατασοφίσασθαι, ἀπατῆσαι, κατατεχνάσασθαι. Respicitur autem h. l. fraudulentus regis conatus populum extenuandi et perdendi, Israelitis gravissimos labores imponendo, ut a matrimoniis deterrerentur, liberos suos abjicerent, et ipsi nimiis laboribus absumerentur. Hoc regis illius consilium perdendi populi Israelitici commemorat etiam Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 603. E. τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀφαιρεῖν ἐπιτοίαις ἀνοσιουργοῖς ἐμηχανᾶτο, *vires eorum nefariis artibus accidere conatus est.* add. Judith. v. 11. γένος] *gens, natio*, ut iv. 36. xviii. 2. Marc. ii. 26. Diod. Sic. p. 17. B. παρὰ τοῖς γένεσι τούτοις, *apud has gentes.* p. 34. C. τὸ γένος ἅπαν τῶν βαρβάρων. v. *Münthius* ad h. l. add. Xen. Cyr. iv. 6. 2. Eurip. Phœnn. 126. τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν] *ita ut liberos suos exponerent.* τοῦ ποιεῖν ἔκθετα dictum est pro ἐκτιθέναι, coll. v. 21. Est autem ἐκτιθέναι verbum, de iis, qui infantes exponunt, proprium Eurip. Ion. 18. ἀπήνεγκε βρέφος Εἰς ταυτὶ ἄντρον—κἀκτίθησιν ἐς θανούμενον. Aristoph. Nubb.

Digitized by Google

ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Ἐν 20
ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ· ὃς

20. ∼ Μωϋσῆς.

531. Κἀγὼ (παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, πολὺ ἰξῆν πρό μου τεκεῖν) Ἐξέθηκα. Philo lib. 1. vit. Mos. p. 604. B. de Mosis parentibus: διδακρυόμενοι τὸν παῖδα ἐκτιθέασι περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, *plorantes puerum exponunt in ripa fluminis.* Et paulo post: οἰκτιζόμενοι τὸν παῖδα—τί γάρ, ἔφασαν, οὐδὲ γενόμενον οὐκ ἐξεθήκαμεν; *miserantes puerum—cur, inquiunt, non statim natum exposuimus.* add. Ælian. H.V. ii. 7. x. 18. Suidas: ἐκτιθέναι τὰ βρέφη, ἀντὶ τοῦ, εἰς βορὰν θηρίοις, ἢ καὶ ἄλλως εἰς διαφθορὰν παραστήναι ἐπ' ἐρημίας. cf. etiam *Wetstenius* ad h.l. Referri autem debent verba nostra ad ipsos Israelitas, infantes suos exponentes, non ut *Hammondus, Knachtbullus, Krausius* (vertit: *liberos abjici jubens*), *Thalemanus* (*ita afflixit, ut eorum infantes exponendos curaret*), voluerunt, ad Pharaonem regem, ut pro αὐτῶν legendum sit αὐτῶν. Nam ποιεῖν ἔκθετα, ut supra notavimus, est id. qd. ἐκτιθέναι, deinde rex Ægypti, ut Ex. i. 22. legitur, jussit, ut Ægyptii pueros Israelitarum recens natos in Nilum conjicerent, non vero ut Israelitæ eos exponerent, Hebræos autem infantes suos exposuisse ex iis apparet, quæ Ex. ii. et Joseph. Ant. ii. 9. 4. de Mosis parentibus enarrantur. Denique verbum κατασοφίζεσθαι, de cujus vi et potestate supra dictum est, non potest eo referri, quod jusserit rex Israelitarum infantes in aquam abjici; in hoc enim edicto non regis astutia perspicitur, sed potius aperta ejus crudelitas. εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι] *ne vivi conservarentur*, scl. τὰ βρέφη. Sententia verbis inest hæc: Israelitæ ipsi suos liberos exponebant, ne vivi conservarentur, ne eandem miseram sortem experirentur, qua ipsorum parentes premebantur. ζωογονεῖν, *vivum servare*, v. LXX. Ex. i. 17. 1 Sam. ii. 6. *Fesselium* in Advers. Sacr. lib. 5. c. 5. §. 3. *Suiceri* Thes. Eccl., nos ad Luc. xvii. 33.

(20.) ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ] *illo tempore Moses natus est, puer longe formosissimus.* ἀστεῖος prop. est *urbanus*, et ponitur de eo, qui in urbe natus est, vel in ea vivit et commoratur, nam ἄστυ est *urbs*; opponitur ei ἀγροικὸς, *rusticus.* Etym. M. p. 158. Sylb. et ex eo Phavorinus v. ἄστυ· ἀστεῖος· ὄνομα ἐκ τοῦ ἄστυ·—κυρίως ὁ ἐν ἄστει διατρίβων. Eadem est apud Latinos vis vocabuli *urbanus* v. Terent. Adelph. i. 1. 17. ubi *vita urbana* opponitur *rusticæ.* Ovid. Pont. i. 8. 29. *vitæ* urbanæ *commoda.* Cic. Pis. 26. *in hac quotidiana, assidua*, urbanaque *vita.* Jam quoniam homines rustici ab hominibus urbanis, non modo morum elegantia et lepore vincuntur sed etiam vultus orisque venustate superare solent, factum est, ut ἀστεῖος adhiberetur non modo significatu eo, ut designaret *eum, e cujus dictis et factis, et tota consuetudine elucet humanitas, elegantia, peritia, doctrina, in cujus dictis et factis nihil odiosum, nihil inconditum, nihil turpe notandum est, moribus politis præditum*, ut Lat. *urbanus*: vid. *Manutius* ad Cic. epp. ad Div. iii. 7. p. 221. et iii. 8. p. 225. ed. *Richt.* sed etiam notaret *formosum*, ut h.l. Judith. xi. 23. καὶ νῦν ἀστεῖα εἶ σὺ ἐν τῷ εἴδει σου, *tua forma est admodum præstans, excellens.* Suidas: ἀστεῖος, εὐπρόσωπος, χαριεὶς, καλός: v. loca ap. *Wetstenium* ad h.l. add. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N.T. p. 223 sq. et ad Xen. Cyr. ii. 2. 11. nec non *Krebsius* ad Plutarch. de audiend. poët. p. 185. Eadem voce de Mose usus est Philo de vit. Mos. lib. 1. p. 604. A. γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην, *natus puer formam venustiorem vulgari præ se tulit.* Exodi loco parallelo legitur: כִּי טוֹב הוּא ubi Symmachus habet καλὸς, sed versio septuagintaviralis, ἀστεῖος. Additur autem h.l. τῷ Θεῷ h.e. *coram Deo, judice Deo*, i.e. admodum, maxime formosus. Nempe Hebræi, cum Dei naturæ et virtutum omnium intelligatur summa esse præstantia, ad exprimendam rei alicujus magnitudinem et præstantiam, positivo adjungere solent nomina Dei, (etiam angelorum) quæ vi adjectivorum gaudent. Sic Ps. xxxvi. 7. *montes Dei*, sunt, montes altissimi. Ps. lxxx. 11. *cedri Dei*, i.e. maximæ. Cant. Sal. viii. 6, 7. *flamma Dei* i.e. amor vehemens et ardens. Apoc. xxi. 11. δόξα Θεοῦ, *splendor summus.* Sap. xvi. 20. τροφὴ ἀγγέλων, *cibus præstantissimus*, vid. *Glassius* Phil. Sacr. p. 44. *Noldius* Concordd. Particc. p. 810. ed. *Tymp.* Non *nomen Dei*, sed apud Græcos tamen adjectiva θεῖος, δαιμόνιος, οὐράνιος, nonnunquam inserviunt simili usui, et hominem admodum formosum nominare solent, θεοειδὴ et θεοείκελον, v. Hom. Il. γ'. 16. α'. 131. *Elsnerus* et *Albertius* ad h.l. Solent vero etiam Hebræi, ut ostendant, aliquid suo in genere esse præclarissimum, omnique ex parte perfectum, nominibus Dei, in talibus formulis, præfigere particulam ל etiam ita, ut לאלהים vel לידוה sit id. qd. לפני אלהים vel בעיני יהוה *coram Deo, in oculis Dei*, i.e. judice Deo. Sic Jon. iii. 11. Ninive nominatur: עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs magna Deo*, i. coram Deo, non tantum judicio hominum sed et Dei, h.e. omisso Hebraismo, *maxima.* LXX. πόλις

Digitized by Google

21 ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς †αὐτοῦ. Ἐκτε-
θέντα δὲ αὐτὸν, ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ, καὶ
22 ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν. Καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς
πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν

20. † αὐτοῦ. 22. ∼ Μωϋσῆς. ‖ ↑ αὐτοῦ.

μεγάλη τῷ Θεῷ. Gen. x. 9. venator לְפָנֵי יְהוָה *coram Jova*, i. e. venator vere eximius v. not. ad Luc. i. 6. *Storrius* Obss. ad Anal. p. 258. Sic h. l. ἀστεῖος τῷ Θεῷ est *formosus judice Deo*, i. e. λίαν, σφόδρα ἀστεῖος, et Moses, qui h. l. ex Hebræorum loquendi consuetudine ἀστεῖος τῷ Θεῷ dicitur, in ep. ad Hebr. xi. 23. loquendi ratione Græca dicitur ἀστεῖον παιδίον, et Joseph. Ant. ii. 9. 7. eum vocat, παῖδα μορφῇ θεῖον, *puerum forma divinum, præstantissimum*, quam formæ, venustatem paulo ante ita expressit, ut Mosi εὐμορφίαν, θαυμαστὸν κάλλος tribuerit.

(21.) ἐπτύσσετο δὲ αὐτὸν κ. τ. λ.] *expositum autem filia Pharaonis sustulit, eumque pro filio suo educandum curavit.* αὐτὸν post ἀνείλετο redundat, v. Joh. xviii. 11. not. ad Matth. v. 40. viii. 1. verbum autem ἀναιρεῖσθαι frequenter ponitur de iis, qui liberos expositos tollunt et educant Aristoph. Nubb. 531. Ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο, *exposui fœtum quem alia quædam puella sustulit.* Etymol. M. λέγεται δὲ ἀναλῶν καὶ τὸ ἀναλαβεῖν τὰ ἔκβολα βρέφη. Hesychius: ἀναιρεῖν, τὸ τιθῆν ἀναστέφειν, cf. *Wetstenius* ad h. l. et *Dorvillius* ad Chariton. p. 329.

(22.) καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων] *tum Moses in omni Ægyptiorum sapientia institutus est.* In astrologia, somniorum interpretatione, physica, prodigiorum effectione, medicina, mathematica, hieroglyphica, aliisque sapientiæ Ægyptiorum partibus institutus est a sacerdotibus, qui regni senatusque principes, et regum regiæque familiæ magistri erant. Diod. Sic. p. 46. D. περὶ τῶν μεγίστων οὗτοι προβουλευόμενοι συνδιατρίβουσι τῷ βασιλεῖ, τῶν μὲν σύνεργοι, τῶν δὲ εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι γινόμενοι, *hi* (sacerdotes) *ut senatus principes, regi perpetuo præsto sunt, qua opera, qua consilio, qua doctrina et informatione eum adjuvantes.* add. Herodo. vii. 164. v. *Meinersius* de caussis ordinum sive Castarum apud veteres Ægyptios et Indos, in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Götting. Vol. x. p. 184. *Heeren Ideen üb. die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Völker d. alten Welt.* Götting. 1793. p. 348 ss. De singulis Ægyptiorum sapientiæ partibus cf. locos Diod. Sic. a *Münthio* ad h. l. laudatos. add. Philo 1. de vit. Mos. p. 606. A. qui tamen fingit, Mosen etiam Græcorum artibus a magistris, magnis e Græcia præmiis invitatis, eruditum esse v. *Walchii* Obss. in N. F. libros p. 65 sq. Ægyptii tunc temporis principatum literarum tenebant, unde et 1 Regg. iv. 30. sapientia Salomonis, quæ tamen summa fuisse dicitur, cum sapientia Ægyptiorum comparatur. add. Ies. xix. 11, 12. Macrob. Saturn. i. 16. *Ægyptus mater artium.* Id. in Somn. Scip. 1. 21. *Ægyptiorum enim retro majores, quos constat primos omnium cœlum scrutari et metiri ausos, postquam perpetuæ apud se serenitatis obsequio cœlum semper suspectu libero intuentes deprehenderunt.* Valer. Max. viii. 7. 2. *Pythagoras—Ægyptum petiit, ubi literis gentis ejus assuefactus, præteriti ævi sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium seculorum observationes cognovit—Plato—Ægyptum peragravit, dum a sacerdotibus ejus gentis Geometriæ multiplices numeros atque cœlestium observationum rationes percipit.* Locos hanc in rem plures congessit *Wetstenius* ad h. l. Joseph. Ant. ii. 13. ubi sermo de Mose, cujus projecta virga in draconem mutata erat, κελεύει (ὁ βασιλεὺς) τοὺς ἱερεῖς τὰς αὐτὰς ὄψεις αὐτῷ παρασχεῖν ἐρῶν, ὡς Αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων καὶ τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην, *jubet rex sacerdotes suos eadem ostentare prodigia, quia Ægyptii et harum rerum scientiam tenent;* hoc prodigio vero a sacerdotibus ostentato, Moses regem ita alloquitur: οὐδ' αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, τῆς Αἰγυπτίων σοφίας καταφρονῶ, *ne ipse quidem, o rex, Ægyptiorum sapientiam despicio.* Justin. xxxvi. 2. de Josepho: *et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur, adeo, ut sterilitatem ante multos annos providerit.* Cæterum in libris Mosaicis nihil de Mosis in disciplinis Ægyptiorum institutione memoratur, sed Stephanus traditionem secutus est. ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις] *eratque loquendi vi et rebus præclare gerendis insignis.* Sed Moses, qui h. l. δυνατὸς ἐν λόγοις fuisse dicitur, Exod. iv. 10. et vi. 12. lingua impedita fuisse legitur. Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 615. B. Deum, cum Moses munus sibi delatum recusasset, ita loquentem inducit: μηδὲν δείσῃς· ἐμοῦ γὰρ ἐπινύσαντος ἀφροντίστως πάντα καὶ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ βελτίον, ὡς μηδενὸς ἔτι ἐμποδίζοντος ἡῶν εὔστροχον καὶ λεῖον ἀπὸ κάθαρσιν πηγῆς τὸ τῶν λογισμῶν ῥᾶμα, *noli timere, meo nutu articulate disseres omnia, facundia mutata in melius,*

Digitized by Google

ἔργοις. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, 23
ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς
αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, 24
ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας

ut impedimento nullo levitor et facile, e limpidissimo fonte cogitationum exeat flumen. Hinc *Alex. Morus* in notis ad quædam N. F. loca p. 87. Stephani verba, cum verbis Mosis, quibus se ipse lingua balbutiente esse fatetur, ita conciliari posse autumat, ut statuatur, Mosen quidem natura sua impeditioris linguæ fuisse, sed cum Deus ipsi dixisset: *ego ori tuo adero* (adero tibi loquenti) affusam labiis ejus cœlestem gratiam vitium naturale compensasse. At enimvero Aaron erat Mosis interpres. Legitur enim Ex. iv. 16. *is* (nempe, Aaron) *pro te ad populum verba faciet, et sic tibi pro ore erit:* et v. 12. *abi, juvabo te loquentem, et te docebo quæ dicere debeas.* Unde et *Morus* ipse adjecit explicationem aliam, quæ se probavit *Wolfio*, nimirum hanc, concionibus quidem aptiorem fuisse Aaronem, sed Mosen oracula et leges dictasse, vi præditum quadam eloquii ad hæc idonea. *Krebsio* atque *Læsnero*, quos secuti sunt *Morus, Rosenmüllerus, Heinrichsius*, alii, δυνατὸς ἐν λόγοις, id. qd. alias δυνατὸς s. δυνὸς λέγειν (v. *Kusterus* ad Aristoph. Nubb. Argum.) est, *vi persuadendi pollens, qui oratione auditorum animos flectere, tenere, et propemodum cogere potest.* Laudant hi interpretes locum Josephi Ant. iii. 1. 4. ubi Moses dicatur πλήθει ὁμιλεῖν πιθανώτατος, *summa vi populo persuadendi pollens.* Statuunt ergo, Mosen lingua fuisse balbutiente, neque ulla dicendi vi præditum, cum vero Deus ei dicendi vim largitus esset, tum eum factum esse πλήθεσιν ὁμιλεῖν πιθανώτατον, *facultate animos populi flectendi præditum. Krausius* elogium illud, δυνατὸς ἐν λόγοις de scriptis Mosis, orationis simplicitate, elegantia atque gravitate insignibus, intelligit, quam interpretationem *Alex. Morus* quoque non alienam a dicentis consilio putaverat. Verba δυνατὸς ἐν ἔργοις, *Krebsius, Læsnerus, Rosenmüllerus, Krausius, Boltenius*, alii, de miraculis a Mose editis explicant. Mea quidem sententia non potest h. l. cogitari de miraculis a Mose editis, neque de scriptis ejus, neque de dicendi vi a Deo Mosi concessa, cum ei munus injunxisset Israelitas ex Ægypto educendi. Etenim contextus satis aperte docet, non esse h. l. sermonem de Mose Israelitarum duce, sed de ejus vita in aula Pharaonis gesta. Formula δυνατὸς ἐν λόγοις intelligenda est de orationis vi et efficacia, v. *Krebsius* ad h. l. add. quæ notavimus ad Luc. xxiv. 19. et verbis junctis inest sententia hæc: oratione et rebus gerendis pollebat, vi persuadendi, animos flectendi præditus erat, consilia optima dabat, et in rebus gerendis fortissimus erat. *Hammondus:* "consultor optimus erat, et strenuus consiliorum exsecutor." Poterat ergo Moses lingua balbutiente esse, et tamen δυνατὸς εἶναι ἐν λόγοις καὶ ἔργοις. Neque improbanda videtur eorum sententia, qui, quod attinet verba δυνατὸς ἐν ἔργοις, iis Stephanum quoque respexisse putant traditionem Judæorum, Mosen Ægyptiorum fuisse ducem contra Æthiopas, eosque profligasse, v. Joseph. Ant. ii. 5.

(23.) ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος] *cum quadraginta annos natus esset.* Mosen quadraginta annos in Ægypto degisse, ipsius Mosis testimonio non constat v. Ex. ii. 11 ss. sed Stephanus etiam hac in re secutus est traditionem Judæorum. Bereschith Rabba fol. cxv. 3. *Moses in palatio Pharaonis degit* XL *annos, in Midiane* XL *annos, et ministravit Israeli annos* XL. Schemoth Rabba fol. cxviii. 3. ad verba Ex. ii. 11. *tunc temporis fuit Moses annorum* XX, *vel, ut alii volunt,* XL. Ib. col. 2. ad verba v. 14. *Quis posuit te judicem? R. Jehuda dixit, Mosen tunc temporis annos viginti habuisse, quare dixerunt ad ipsum: Nondum dignus es, qui princeps aut judex noster sis, nam homo quadraginta demum annorum pervenit ad intelligentiam. Sed R. Nehemias dixit: Mosen annorum quadraginta fuisse, unde dixerunt illi: Manifestum quidem est, quod tu ad ætatem virilem perveneris, sed hoc tamen non obstante, non dignus es, qui sis judex aut princeps noster.* Ergo annorum viginti Mosen tunc temporis fuisse, nonnulli statuebant, quo defenderent Israelitas, qui eum judicem recusassent. ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ] *ei in mentem venit*, in hanc cogitationem incidit. Subintell. διαλογισμός. Plena formula extat Luc. xxiv. 38. ubi v. not. Hebr. עלה על לב v. Jer. iii. 16. ἐπισκέψασθαι, *visitare*, ut Israelitarum conditionem accuratius cognosceret, iisque opem ferret.

(24. 25.) *Ibi cum videret quendam male tractari, ei opem tulit, afflictumque Ægyptii cæde ultus est.* ἀδικεῖσθαι] *verberari*, Alexandrini Judæi hoc verbo Ies. x. 20. expresserunt Hebr. הכה quod, loco parallelo Exod. ii. 11. reddiderunt τύπτειν. Med. ἀμύνεσθαι] notat, *resistere, arcere:* item, *opem ferre:* v. *Schleusneri* Lex. h. v. et *Munthius* ad h. l.

Digitized by Google

25 τὸν Αἰγύπτιον. Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐ-
τοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν·
26 οἱ δὲ οὐ συνῆκαν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μα-
χομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών· Ἄνδρες,
27 ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς· ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; Ὁ δὲ ἀδι-
κῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν, εἰπών· Τίς σε κατέστη-
28 σεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Μὴ ἀνελεῖν με σὺ
29 θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; Ἔφυγε δὲ
Μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ
30 Μαδιὰμ, οὗ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν

29. ∼ Μωϋσῆς.

Subaudiendum autem est, τῷ ἀδικουμένῳ. Verbum καταπονεῖσθαι, quod inprimis usurpatur de iis, qui morbo laborant, unde Hesychius καταπονούμενος explicuit πειραζόμενος (quoniam πειράζεσθαι ii quoque dicuntur, qui morbo invaduntur v. *Kühnius* in Ind. ad Æl. H. V. sub h. v.), omnino etiam declarat: *valde vexari, affligi, excruciari*, nam præpositio κατὰ in compositis, frequenter hanc vim obtinet, ut notet, *valde, admodum*, v. *Abreschius* Lectt. Aristænn. p. 278. 2 Macc. viii. 2. ἰστὶ τὸν ὑπὸ πάντων καταπονούμενον λαὸν, ut respiceret *populum ab omnibus vexatum*. add. 3 Macc. ii. 2. Theophr. Char. viii. 5. cf. de hoc verbo *Wesselingius* ad Diod. Sic. xiii. 53. T. i. p. 585. *Kypkius* et *Albertius* ad 2 Petr. ii. 7. et *Wetstenius* ad h. l. κατάσσειν] *percutere, ferire*, ut Hebr. הִכָּה indicat etiam, *interficere, necare*, ut Matth. xxvi. 31. h. l. cf. et *Bielii* Thes. sub h. v. Mosen Ægyptium illum interficere voluisse, probari nequit, ut recte monuit *Eckermanus* ad h. l. Amoris in populares plenus, cum male tractari videret Israelitam, ira excanduit, et Ægyptium percussit. In libris Mosis hoc factum neque laudatur, neque improbatur. conf. etiam *Hezelius* et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ex. ii. 11. — (25.) Putabat, populares, cum ipse solus et unus, omnium amore in eos commotus, Ægyptiorum tyrannidi sese opponere ausus fuisset, inde conclusuros esse et intellectures, ipsum, juvante Deo, eos a servitute vindicaturum esse. Sed nihil horum iis in mentem venit.

(26. 27.) τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ] *die postero*, Herodo. ix. 41. ὡς ἅμα ἡμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ συμβαλῆς ἰσόμενος. Alexandrini Ex. l. l. habent: τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ. Omisso nomine ἡμέρα, legitur τῇ ἐπιούσῃ infra xvi. 11. Herodi. ii. 14. 5. al. αὐτοῖς referendum est ad ἀδελφοὺς quod præcessit, supervenit duobus Israelitis certantibus coll. Ex. ii. 13. ubi in versione Alexandrina legitur: ἰδεῖν δύο ἄνδρας Ἑβραίους. *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. p. 285. et in Scholis ad h. l. sine idonea ratione legi malebat, ὤφθη ἄλλοις μαχομένοις. Verbum ὄφθαι ponitur etiam de iis, qui *superveniunt, inopinato veniunt*, sic h. l. est id. qd. ἐπίστη iv. 1. unde Alexandrini Judæi eo expresserunt verbum בוא 1 Reg. iii. 16. συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην] *eos ad concordiam compellere* tentabat f. volebat v. ad v. 3. συνελαύνειν, *cogere, compellere* Plutarch. V. Cæs. p. 716. B. ἐν ὁδῷ ποτε συνελασθεὶς ὑπὸ χειμῶνος εἰς ἔσκυλον ἀνθρώπου πένητος. Æl. H. V. iv. 15. ἡ τόσος συνήλασεν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα. add. 2 Macc. iv. 26, 42. v. 5. In hac verborum complexione συνελαύνειν ut verbum ἀναγκάζειν Luc. xiv. 23. notat: *rationibus et persuasionibus aliquem permovere* v. not. ad Matth. xiv. 22. μάχεσθαι, ut verbum נצה Ex. ii. 13. (LXX. διαπληκτιζομένους) de quo vid. ibi *Rosenmüllerus* in Scholiis, significat, et, *verbis contendere, rixari*, ut Joh. vi. 52. et, *manus conserere*, nec tantum de conflictu bellico, sed etiam de lite privata adhibetur, sic h. l. denotat, *manus conserere*, nam Ex. l. c. legitur: διατί τύπτεις τὸν πλησίον, pro quo Stephanus, qui sensum loci illius expressit, usus est verbo ἀδικεῖν. (27.) ὁ ἀδικῶν τὸν πλησίον] *qui alterum male tractarat* i. verberarat, *Mosen repulit, adjectis verbis his: quis te inter nos principem et judicem constituit?* δικαστὴν, v. ad Luc. xii. 14.

(29.) ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ] *propter hunc sermonem*, hac voce perturbatus; ἐν pro διὰ *propter*, ut Matth. vi. 7. ubi v. not. add. *Glassius* Phil. S. p. 461. Timebat Moses, ne cædes illa Ægyptiis innotesceret, et sibi periculum crearet. Nec timor ejus inanis erat. Nam cum Pharao comperisset, eum ausum fuisse Israelitæ defensorem agere, et Ægyptium occidisse, quæsivit eum ad supplicium v. Ex. ii. 15. Fugit ergo Moses, cum ei videret, nondum adesse tempus libe-

Digitized by Google

τεσσαράκοντα, ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου. Ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν, 31
ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι,
ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν· Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων 32
σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

31. ∼ Μωϋσῆς. ∥ ∼ ἰδαύμαζε.

rationis Israelitarum a jugo Ægyptiorum. Μαδιὰμ Hebr. מִדְיָן tractus fuit Arabiæ. vid. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ex. l. l.

(30.) ἐτῶν τεσσαράκοντα] vid. not. ad v. 23. ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ] *in deserto ad Montem Sinaï.* Ex. iii. 1. hanc visionem Mosi prope Horebum montem obtigisse narratur. Nulla in his repugnantia. Nam mons ille duplex cacumen habebat, quorum unum dicebatur *Horeb*, alterum *Sinaï*. Petrus de la Valle, P. l. epist. 11. Cairo scripta: *duo sunt montes uno in loco, Horeb et Sinaï, qui ambo nascuntur, ut ita dicam, ex radice una, et dividuntur postea jugis, quo altius adscenditur.* ἄγγελος Κυρίου] *angelus Dei, genius cœlestis.* Sub ignis enim specie Deum et naturas cœlestes sese hominibus conspiciendas præbere, putabant veteres, v. Jamblichus de mysteriis Sect. ii. c. 4. et not. ad Act. ii. At enimvero hoc quidem in versu, ut Ex. iii. 2. angelus Dei apparuisse Mosi dicitur, sed infra v. 32. et Ex. iii. 6, 7. Deus ipse loquens inducitur. Scilicet Hebræi veteres omnia, quorum caussæ laterent, ad auctores invisibiles, ad genios cœlestes referebant, putabant etiam Deum, cum singularem suam præsentiam declararet, uti comitatu angelorum v. ad v. 53. Gen. xxviii. 12. præterea etiam vocabula מלאך et ἄγγελος in literis sacris adhibentur de rebus vita carentibus, quibus Deus vim suam exserit, quibus tanquam voluntatis suæ interpretibus utitur, de symbolis præsentiæ divinæ, de naturæ effectionibus, de tonitru, fulminibus, ventis: v. Ps. civ. 4. ciii. 20. xxxv. 5, 6. Hebr. i. 7. Jam cum h. l. dicatur Moses vidisse angelum, ei apparuisse angelus Jovæ, hoc est, Deus symbolo visibili ei se conspiciendum præbuit (unde v. 6. legitur: *obtexit Moses faciem suam, verebatur enim Deum intueri,* ἀπέστρεψε δὲ Μωϋσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ κατιμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· et v. 4. *quod cum Jova videret, ei acclamavit* etc.) hic vero angelus, hoc symbolum præsentiæ divinæ erat rubus ardens, qui igne non consumebatur. Alii interpretes opinantur nomina ἄγγελος Κυρίου, et Κύριος, Θεὸς, ut Ex. l. l. מלאך יהוה, et אלהים, יהוה, promiscue usurpata esse, quod angelus fuerit interpres voluntatis divinæ, adeoque nomen Jovæ, nec h. l. nec aliis hujus generis locis, v. c. Gen. xxxi. 12, 13. angelo tribui, sed Deo, cujus nomine et jussu angelus locutus sit: v. *Rosenmüllerus* ad Ex. iii. 2. Gen. xvi. 11. ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου] *in rubo flammante et ardente,* i. simpliciter, ardente l. in flammam exardescente, Hebr. בלבת־אש. φλὲξ πυρὸς id. qd. πῦρ φλογὸς, אש להט Ps. civ. 4. LXX. πῦρ φλέγον. add. 2 Thess. i. 8. Hebr. i. 7. E sententia *Morí* et *Rosenmülleri* ad h. l. fuit meteoron; interdum procul stantibus circumjacentes regiones ardere videntur præ rubedine cœli, præsertim ubi copia vaporum incendi solet, ita, ut ardeat locus, nec tamen consumatur. Sed probabilior est *Hezelii* (v. eum ad Ex. iii. 2, 8. iv. 10.) aliorumque ratio, qui statuunt, rubum de cœlo tactum, neque tamen incensum et consumptum, sed fulmen brutum et vanum fuisse v. ad i. 10. Matth. iii. 17.

(31.) προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι] *cum intuendi caussa propius accessisset.* Verbum κατανοῦν, *animadvertere, intelligere,* cum, ut probe notavit ad h. l. *Grotius,* vocabula sensuum internorum et externorum inter se permutari soleant, etiam ita legitur, ut valeat, *audire,* v. Theocrit. Id. ii. 103. et *intueri, oculis perlustrare,* ut h. l. et in vers. Alex. Ex. xxxiii. 8. Ps. xc. 8. ubi respondet Hebr. נבט (quod *sæpe* Ex. iii. 6. expresserunt κατιμβλέψαι) Gen. xlii. 9. ubi in textu Hebraico legitur ראה, nec Alexandrini tantum interpretes, sed etiam alii scriptores Græci hanc notionem huic verbo subjecerunt Xen. Cyr. ii. 4. 3. ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν ἀχυρὰν, τὴν πρὸς τὸ βασίλειον φέρουσαν, στενωτέραν οὖσαν. add. ii. 2. 28. Joseph. Ant. v. 1. 2. de speculatoribus Hierichunta urbem oculis perlustrantibus: ἅπασαν ἐπ' ἀδείας τὴν πόλιν κατενόησεν, *urbem sine metu propius intuiti sunt.* Id. xix. 1. 14. παῖδας, οἱ ἥκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας κατανοήσων. Philo Leg. ad Cai. p. 1041. E. ταῦτ' ἄμα λέγων ἐπῄει τὰς ἐπαύλεις, ἀνδρῶνας κατανοῶν, *his dictis villas obibat, inspectans aulas et conclavia.* Exempla plura collegerunt *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. Hesychius: κατανοοῦντι, καταβλέποντι. Cæterum colloquium a Deo cum Mose institutum, quod versus sqq. continent, erant cogitationes in animo Mosis subortæ, quas putabat et dicebat esse voces Dei v. ad Matth. xxviii. 5. Joh. xx. 13. Act. i. 10.

(32. 33.) ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου] *ego sum Deus majorum tuorum,* quem ma-

Digitized by Google

Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι.
33 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος· Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου·
34 ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν. Ἰδὼν εἶδον τὴν
κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῦ στεναγ-
μοῦ αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς· καὶ νῦν
35 δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν
ἠρνήσαντο, εἰπόντες· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικα-
στήν; τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν
36 χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. Οὗτος
ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου,

36. ∾ Αἰγύπτῳ.

jores tui coluerunt, et qui eos beneficiis ornavit. In textu Hebraico Ex. iii. 6. legitur אבי et in vers. Alex. πατρός σου. Nempe Stephanus loci illius verba memoriter repetiit, id quod locorum inter se collatio sat manifeste docet. ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς κ. τ. λ.] *hinc tremefactus Moses, non audebat propius intueri* visum. Communis enim erat illis temporibus opinio, adspectum numinis, aut genii, grave periculum afferre v. ad Matth. xxviii. 9. Luc. v. 8, 9. Joh. xx. 17. Act. v. 11. Hom. Il. ε'. 131. καλεῖται δὲ Θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργῆς. (33.) λῦσον τὸ ὑπόδημα —ἁγία ἐστὶν] *exue calceos, locus enim in quo consistis sanctus est.* Cum apud omnes antiquos populos mundities in sacris requireretur; nec loca sacra intrare, nec sacra facere audebant pulverulentis aut lutulentis calceis, sed detractis calceis. Hinc et Pythagoras, cujus pleraque instituta ex Ægypto deducta erant, discipulis auctore Jamblicho in ejus vita §. 89. hoc præceptum dedit: θύειν χρὴ ἀνυπόδετον, καὶ πρὸς ἱερὰ προσιέναι· et §. 105. ἀνυπόδετος θῦε καὶ προσκύνει. Pedum discalceatio etiamnum apud plures Orientis populos ad religionem pertinet, et reverentiæ erga reges et principes signum est. Schemoth R. fol. 937. in Ex. iii. 5. *quocunque loco manifestatur divina majestas, prohibita est calceatio sandaliorum: ita Jos.* v. 15. *ita sacerdotes non ministrant in Sancto nisi discalceati:* cf. *Wetstenius* ad h. l. *Bynæus* de calceis Hebræor. ii. 4. *Braunius* de vestitu Hebr. i. 3. §. 40. *Hezelius* et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ex. iii. 5. γῆ ἁγία ἐστὶ] locus sanctus, Dei præsentia consecratus.

(34. 35.) ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ] *vidi populi mei in Ægypto degentis calamitatem.* ἰδὼν εἶδον, *cognovi*, movent me labores et molestiæ populi mei. Verbo participium ejusdem originis additum est ex Hebraismo, coll. Ex. iii. 7. ut Hebr. vi. 14. εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. 1 Macc. v. 40. δυνάμενος δυνήσεται. Eandem tamen loquendi rationem tenuerunt etiam scriptores Græci Herodo. iv. 23. καταφύγων καταφύγῃ, ubi v. *Gronov.* Diod. Sic. T. i. p. 717. καταπίμψας ἐπιμψει. Arrian. Hist. Indic. iv. 15. ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδὼν οἶδα. vid. *Glassius* Phil. S. p. 277 ss. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 611. ss. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad h. l. *Stolbergius* ad Soph. Aj. v. 769. p. 194. *Hemsterhusius* ad Lucian. T. i. p. 300. καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς] *itaque descendi eos liberaturus.* Ex antiquitatis persuasione Deus credebatur humano more agere, consilia agitare, deliberare, videre, loco ipsi, quo quid perficere vellet, adesse, ita tamen ut in sensus et oculos non incurrat, dicebatur ergo Deus cum his in terris agere et efficere aliquid, cum hominibus opitulari vellet, descendere de cœlo, ipsius domicilio v. Gen. xi. 7. xviii. 21. Ps. cxliv. 5. Ies. lxiv. 1. Homer. Il. Υ'. 47 ss. Itaque notio simplex his verbis inest hæc: iis auxilium feram. καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον] *jam agedum in Ægyptum te mittam.* Persuasum erat Mosi, se Deo juvante populum suum liberaturum esse v. 24 sq. hæc visio animum ejus confirmabat. Cæterum Stephanus his et quæ sequuntur verbis declarabat, se Mosen pro legato divino habere vid. vi. 14.—(35.) ὃν ἠρνήσαντο quem liberatorem agnoscere noluerunt v. ad iii. 13. ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν] constituit ducem et redemptorem. λυτρωτὴς, *redemptor, liberator*, respondet Hebr. גאל Ps. xix. 15. ἐν χειρὶ ἀγγέλου] per angelum. Etenim ἐν χειρὶ, ex Hebraica ratione, positum est pro διὰ χειρὸς, et χειρὶ redundat, ut v. 25. ubi διὰ χειρὸς αὐτοῦ positum est pro δι' αὐτοῦ, *per ipsum*, sive, *opera ipsius*: add. v. 12. cf. *Glassius* l. l. p. 113. *Vorstius* l. l. p. 362. et *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 87. ed. *Fischer*.

(36 sq.) Ut eo turpior appareret Israelitarum pertinacia, ingratusque in Mosen animus, prolixius fusiusque in Mosis laudes excurrit, cui familiaris cum Deo consuetudo

Digitized by Google

κα ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔτη τεσσαρά-
κοντα. Οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· 37
Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελ-
φῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Οὗτός ἐστιν ὁ γενό- 38
μενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ
λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς
ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν. Ὧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι 39
γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν
ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, Εἰπόντες τῷ Ἀαρών· Ποί- 40

37. ♈ ὑμῶν.

Oriente est, Persicus dicitur, qui ex adverso, sinus Arabicus. Hebraice sinus Arabicus vocatur יַם סוּף prop. mare algæ, cujus algæ marinæ folia supra mare natantia, cum id nonnullis in locis rubore tingant, a Græcis sinus ille dictus videtur ἐρυθρὰ θάλασσα, *mare rubrum:* v. *Eichhornii* edit. Lex. Hebr. *Simonis. Michaelis Arab. Fragen* p. 1 sq. et intercesserit, qui adeo præclare de populo promeritus sit, qui et de Messia futuro cecinerit, atque illud Mosis effatum in hoc orationis tenore laudans, tacite populares suos reprehendit, quod æque iniqui et ingrati erga Jesum, ut majores ipsorum erga Mosen, se præstiterint. οὗτος, Lat. *ille*, vir ille magnus, np. Moses coll. v. 38. ἐρυθρὰ θάλασσα mare rubrum, oceanus Indicus, Arabiam et Persidem alluens; is qui ab *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Exod. x. 19. προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κ. τ. λ.] vid. not. ad iii. 22. ὑμῶν post Θεὸς in plurimis optimæ notæ libris deest; adjectum videtur a grammatico ex iii. 22. aut a librario, qui oculos in sequens ὑμῶν conjecerat.

(38.) γίνεσθαι μετά τινος] Hebr. הָיוֹת עִם־קְנִין notat, *versari cum aliquo, commercium, negotium, cum aliquo,* habere v. 1 Regg. v. 20. 1 Sam. xxv. 7, 16. Act. xx. 18. not. ad Marc. i. 36. Jam h. l. legitur: γενόμενος μετὰ τοῦ ἀγγέλου καὶ (μετὰ) τῶν πατέρων h. e. erat internuntius, interpres Dei apud populum, μεσίτης, coll. Gal. iii. 19. Per τὴν ἐκκλησίαν, *Grotius, Morus,* alii, omnem cœtum Israeliticum indicari putant, hoc sensu: in omni isto itinere Moses in cœtu Israelitarum i. e. inter Israelitas in deserto versatus est cum angelo, qui cum eo in monte Sinaï loquebatur, et majoribus nostris i. e. mediator, interpres erat inter angelum et nostros majores. Sed vel appositus articulus τῇ ἐκκλησίᾳ, ut jam recte monuit *Krausius,* docet, esse sermonem de certa quadam populi concione, et ex omni orationis serie satis perspicue patet, intelligendam esse concionem populi in promulganda lege ad montem Sinaï congregatam. μετὰ τοῦ ἀγγέλου vid. not. ad v. 53. ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δοῦναι ἡμῖν] *qui accepit præcepta saluberrima, nobis tradenda. Morus,* qui per ἐκκλησίαν, ut vidimus, omnino populum Israeliticum intelligit, hæc verba explanat: variis mandatis, divino jussu, variis temporibus Mosen angelus instruxit. Sed sermo est de legis promulgatione. λόγια τοῦ Θεοῦ, Hebr. דברי אל s. אמרות Ps. cxxxix. 38, 58. Num. xxiv. 4. sunt *quævis oracula divina.* Arrian. Expedit. Alex. vii. 16. 9. λόγιόν σφισιν γεγονέναι ἐκ τοῦ Θεοῦ, *oraculo Dei sese monitos.* add. Æl. H. V. ii. 41. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 320. *Koppius* ad Rom. iii. 2. *Pottus* ad 1 Petr. iv. 11. deinde vero etiam hæc vox pro ratione contextus adhibetur *de promissis,* et *de præceptis divinis,* ut h. l. Dicuntur autem præcepta Mosi data λόγια ζῶντα, hanc vocem *Albertius, Heumanus,* alii, explicant: *viva Dei voce promulgata.* Sed desiderantur exempla idonea, quibus hæc formulæ λόγια ζῶντα significatio comprobetur. *Heinrichsius* ζῶντα explicat: *valida, potentia, efficacia;* laudat Hebr. iv. 12. ubi tamen sermo est de comminationibus divinis, certum eventum habituris; et Sophocl. Œd. Tyr. 481. ubi μαντεῖα ζῶντα sunt, oracula certo eventura. Verbum ζῆν haud raro metaphorice ponitur de rebus, quæ suo in genere vigent, florent, vim suam exserunt. Jam cum h. l. de præceptis sermo sit, formula λόγια ζῶντα cum *Moro* explicanda esset, præcepta efficacia ad præmium, commodum i. e. salubria. Sed his ambagibus non opus est. Verbum ζῆν sæpius in vers. Alex. et libris N. T. ita adhibetur, ut sit idem quod ζωοποιεῖν, ut Joh. vi. 51. ubi v. not. Hebr. x. 20. ubi ὁδὸς ζῶσα, Theophylacto interprete est, ζωοποιοῦσα, εἰς ζωὴν ἄγουσα. Eodem sensu doctrina Christiana 1 Petr. i. 23. dicitur λόγος ζῶν καὶ μένων et Deut. xxxii. 47. lex dicitur ζωή h. e. salus, quatenus ei obtemperantes felices reddit: add. Deut. vi. 1. xxx. 6. Ez. xx. 11. Itaque λόγια ζῶντα sunt *præcepta saluberrima.*

(39. 40.) ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον] Hæc verba *Morus, Rosenmüll-*

Digitized by Google

ησον ἡμῖν θεοὺς, οἱ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί
41 γέγονεν αὐτῷ. Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς

40. ∼ Μωϋσῆς.

lerus, alii, interpretantur: reditum in Ægyptum animis agitarunt, redire volebant in Ægyptum vid. Ex. xvi. 3. xvii. 3. Equidem cum aliis hunc verbis sensum substituendum puto: animis agitarunt reditum ad mores Ægyptiorum s. redierunt ad mores quos in Ægypto didicerant, ad cultum idolorum. Etenim in proxime sequentibus sermo est de idolorum cultu, nec eo tempore, quo Israelitæ ab Aarone petebant, ut ipsis simulacrum vitulinum formaret, de reditu in Ægyptum cogitabant, sed iter pergere volebant. Nec objici potest, in libris Mosis non legi, Israelitas in Ægypto idola coluisse. Etenim Moses non omnia de Israelitis in Ægypto aut deserto, retulit, quæ in aliis V. T. libris memorata leguntur. Sed Israelitas idolis in Ægypto cultum præstitisse, sat clare docet locus Ezech. xx. 7, 8, 24. qui quidem locus eam quam posuimus verborum interpretationem mirifice confirmat. ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἱ προπορεύσονται ἡμῶν] *fac nobis deos, qui sint itineris duces.* Sed θεοὺς, h. e. *simulacra deorum*, positum est pro θεὸν, nam Aaron unum tantum vitulum, non plura simulacra formabat. Verum in textu Hebraico Ex. xxxii. 1. extat pluralis אלהים, adeoque etiam verbo plurali (אֲשֶׁר יֵלְכוּ) jungitur; id quoque factum est iis in locis, ubi אלהים de uno vero Deo adhibetur, ut Gen. xx. 15. Stephanus verba interpretum Alexandrinorum reddidit, qui tamen alias אלהים etiam numero singulari expresserunt, ut Gen. xx. 15. xxxv. 7. etc. H. l. unum tantum vitulum significari, docet quoque locus Neh. ix. 18. *fecerunt sibi vitulum, et dixerunt: hic est Deus tuus, qui te eduxit ex Ægypto.* οἱ προπορεύσονται ἡμῶν] "Admodum convenit populi parum cultioris opinionibus, sibi vel expeditiones vel itinera facienti, vel in pugnam eunti, deorum simulacra præferre, et ab iis felicissimum eventum exspectare. Deorum enim ubi simulacra, ibi numen ipsum auxilio atque tutela adesse opinabantur. Ut igitur Mosis ductu atque rebus mirifice gestis prosperrimum fecerant iter, ita nunc, cum Mosen haud superstitem adhuc crederent, idoli ductu atque tutela peragrare deserta sperabant." *Krausius.* vid. Num. x. 33. coll. Deut. xxxi. 8. 1 Sam. iv. 3. 2 Sam. v. 21. *Wesselingius* ad Diod. Sic. xx. 65. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος—τί γέγονεν αὐτῷ] pro Μωσῆ τούτῳ οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν. Nominativus absolutus, pro dativo, in quo explicando Latine adhibenda sunt verba: *quod attinet ad.* Est Hebraica loquendi ratio, nequetamen scriptoribus Græcis inusitata v. Num. xvii. 20. Dan. i. 17. Tob. vi. 7. Judith. xi. 9. Sir. x. 22. xli. 14. Apoc. ii. 26. iii. 12. v. *Glassius* Phil. S. p. 68. *Schœttgenius* ad *L. Bosium* de Ellips. p. 727. ed. *Schæfer*. *Vigerus* p. 55. ed. *Herm. Perizonius* ad Æl. H. V. ii. 13. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 347.

(41.) ἐμοσχοποίησαν] vox a Stephano efficta, ad exemplum multarum ejusmodi vocum ab Alexandrinis fictarum. Est autem ἐμοσχοποίησαν id. qd. ἐποίησαν μόσχον, *vitulum* s. *taurum, bovem juvencum fabricati sunt.* Nomina עגל *vitulus* et שור *taurus* promiscue usurpantur. Nam pro עגל quod Ex. l. l. et Ps. cvi. 19. adhibitum extat, Psalmi loco, v. 20. legitur שור אכל עשב *bos herbam comedens*, v. et *Deylingius* Obss. Sacr. P. 4. p. 425. Cum Moses abiisset, neque usquam cerneretur nubes, nisi fortasse in aliquo montis Sinai jugo, putabant Israelitæ, Mosen interiisse, neque Deum iis amplius velle leges ferre, sed eas ipsorum arbitrio relinquere, sibi igitur jus esse credebant religionis formam constituere. Quæ sunt verba *Clerici* ad Ex. xxxiii. 1. Jam cum vidissent, ab Ægyptiis numina sub certis imaginibus coli, vitulo, sive bove auro obducto uti volebant pro symbolo veri Dei coll. Ex. xxxiii. 5. qua in re peccabant contra legem de Deo non sub imagine aliqua adorando Ex. xx. 4. Ægyptii autem sub specie Apidis, qui erat bos, colebant Osiridem, qui olim fuerat rex Ægyptius, et agriculturam atque vitium arborumque conserendarum artem invenisse putabatur. Bovem, qui apud veteres agriculturæ symbolum erat, Ægyptiis fuisse symbolum Osiridis, tradit Plutarch. Is. et Osir. p. 366. Conf. omnino de Osiride ab Ægyptiis culto. Tibull. i. 7. 27 ss. *Primus aratra manu sollerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitavit humum* etc. Herodo. iii. 27 s. Plin. H. N. viii. 46. *Seldenus* de Diis Syris Syntagm. 1. c. 4. *Bochartus* Hieroz. P. 1. lib. 2. c. 34. p. 339 ss. ed. *Rosenmülleri*. *Jablonskii* Panth. Ægypt. l. 2. c. 1. T. i. p. 122 sq. c. 6. p. 258 s. *Braunii* Selecta Sacra p. 388. *Deylingius* l. l. *Münthius* ad h. l. et *Vogelius* in *Versuch über die Religion der alten Egypter u. Griechen* p. 164 sqq. καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ] *et victimas simulacro macturunt*

Digitized by Google

ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν· Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος 42

Formula ἀνάγειν θυσίας, non adeo rara est, ut eam esse judicavit *Bochartus* in Hieroz. P. 1. lib. 2. c. 50. frequens est apud Philonem et alios. Philo, l. 3. vit. Mos. p. 677. D. θυσίας ἀβύτους ἀνήγαγον καὶ χορεὺς ἀχειρότους ἔστασαν, *sacra profana faciebant et choreas agebant inconditas.* De Agric. p. 205. E. δέξαντι θυσίας ἀμώμητους ἀναγαγεῖν τῷ Κάϊν, λόγιον ἐξέπεσε, *Cain, gratas se obtulisse victimas putans oraculo admonitus est.* Herodo. ii. 60. ἑορτάζουσι μεγάλας ἀνάγοντες θυσίας, *festum celebrant magnas hostias offerentes.* LXX. 2 Paralip. xxix. 21. ἀνήγαγε μόσχους. 1 Regg. iii. 15. ἀνήγαγεν ὁλοκαυτώσεις. Exempla hanc in rem alia congesserunt *Elsnerus* et *Lœsnerus* ad h. l. καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν] *et manuum suarum opere delectati sunt*, h. e. epula sacrificalia celebrarunt. Nam εὐφραίνεσθαι quod proprie usurpatur de iis, *qui lætitiæ et hilaritati indulgent*, speciatim etiam ponitur de iis, *qui convivantur et epulantur*: v. ad Luc. xv. 24. et Ex. xxxii. 6. legitur: καὶ ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν, quæ verba descriptionem diei festi continent.

(42.) ἔστρεψε] *Lud. de Dieu*, *Glassius* (Phil. S. p. 273.) *Morus*, *Dindorfius*, conjungunt cum verbo παρέδωκεν, ita, ut ἔστρεψε vim adverbii obtineat, et verba juncta convertenda sint: *rursus tradidit.* Quæ loquendi ratio Hebraica est, ut exemplis luculentis demonstravit *Glassius* l. c. Verum cum in libris Mosis non legatur Israelitas jam antea astra coluisse, hæc interpretatio admitti nequit. *Rosenmüllerus* et *Boltenius* ἔστρεψε explicant, *vicissim*, ut ἐπεστρέφετο, Luc. xxii. 32. deseruerunt Israelitæ cultum Dei veri, ergo Deus vicissim eos idolorum cultui tradidit. *Krebsius* cogitando adjiciendum putat γνώμην, quod vocabulum diserte additum legitur ap. Joseph. Ant. vi. 7. 5. τοῦ μεταβάλλεσθαι καὶ στρέφειν τὴν γνώμην ἀνθρωπίνου πάθους ὄντος, *cum sit humanæ fragilitatis sententiam mutare. Lœsnerus* τοὺς τρόπους subintelligi posse putat Aristoph. Nubb. 88. ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους· ut sensus sit: Israelitis ad Ægyptios mores conversis v. 39. Deus quoque alioquin immutabilis, mores suos mites facilesque mutavit. Cum autem verba activa sæpe passive sumantur; *Lœsnerus* ἔστρεψε potius positum putat pro ἐστράφη, *Deus erga Israelitas mutatus est*, h. e. benignam suam voluntatem, Israelitis beneficia conferendi, mutavit. Quam interpretationem *Krebsius* quoque non improbandam judicavit. *Heinrichsius* ἔστρεψε et παρέδωκε copulat cum αὐτοὺς, hoc sensu: convertit animos eorum ab una idololatria ad aliam. *Krausius* ἔστρεψε positum accipit pro ἀπέστρεψε Recte. Scilicet subaudiendum est ἑαυτὸν, quæ ellipsis frequentissima est v. *Hoogeveniusad Viger.* p. 184. ed. *Herm.* *Schwebelius* et *Schœttgenius* ad *L. Bos.* de Ellips. p. 129. *Schæfer.* vel τὸ πρόσωπον αὐτοῦ Ies. lxiv. 7. ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν. Dicitur autem Deus in literis sacris *se* vel *faciem suam avertere* ab hominibus, cum iis irascitur, eos negligit atque spernit. Hebræi hanc in rem utuntur formula פנים סתר quam Alexandrini expresserunt ἀποστρέψειν πρόσωπον Deut. xxxi. 17. Ps. xxi. 26. xxvi. 14. add. Sir. iv. 4. Tob. iv. 4. ubi hæc locutio etiam de hominibus occurrit. Itaque sensum verborum, cum *Krausio*, ita constituendum esse censeo: iratus igitur nil eorum curæ habuit, eosque variis flagitiis atque idololatriæ crimine pollui passus est. παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ] indignabundus *permisit*, ut se superstitioni in dies magis magisque traderent, et idolorum cultu se contaminarent, *ut astra colerent.* Hebræi, omninoque Orientales, sæpe verba activa usurpant de iis, qui alicujus actionis non ipsi auctores sunt, sed ejus tantum patrandæ occasionem præbent, eam non impediunt, præterea Hebræi, quæ Deus tantum permittit, non impedit, tribuunt, sicut omnia, quæ his in terris eveniunt, sive bona, sive mala, Deo operanti et agenti v. Ezech. xx. 25. Rom. i. 24. ibique *Koppius*, Exod. iv. 21. ibique *Rosenmüllerus* v. et *Glassius* Phil. S. p. 234 sqq. Sic h. l. παρέδωκεν explicandum est: permisit, ut delaberentur etc. quomodo etiam illud interpretati sunt Chrysostomus (εἶασε) et Theophylactus: ἐμείνοντας τῇ ἀσεβείᾳ εἶασε. Vocabulum στρατιὰ in libris scriptorum Græcorum significat: *exercitum, copias.* Sed in versione Alexandrina et in libris N. T. ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ s. οὐράνιος dicuntur, *sol, luna, sidera et stellæ*, ut h. l. et *genii cœlestes*, ut Luc. ii. 13. ubi v. not. Eandem vim habet Hebraica formula צבא השמים v. 2 Par. xxxiii. 5. Jer. xix. 13. xxxiii. 22. quibus in locis de sideribus sermo est, et 1 Regg. xxii. 19. ubi genii cœlestes hac voce insigniuntur. cf. et *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 446 sq.

Digitized by Google

43 Ἰσραήλ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ

Etiam Philo ea usus est de astris et stellis, ut de spec. leg. p. 806. D. ἀναβλέψασα εἰς αἰθέρα εἶδεν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ πλανήτας καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας, τὴν ἱεροπρεπεστάτην οὐρανοῦ στρατιάν. Suidas v. στρατιά. ὅτι δὲ λέγει ἡ γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας λέγει.— ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν scl. XII. minorum, quos uno volumine comprehendere solebant Sir. xlix. 10. Memoriter laudavit Stephanus locum qui extat Amos. v. 25 sq. μὴ σφάγια καὶ θυσίας κ. τ. λ.] *num mihi victimas et ferta obtulistis per quadraginta annos in deserto, Israelitæ?* Interrogatio ipsa negative est capienda, nam ut scienter animadvertit *Rosenmüllerus* ad Amosi l. l. ה interrogativum, quando sententiæ affirmativæ est præmissum, vim habet *negandi* validissimam. Sed ex libris Mosis constat, Israelitas in deserto sacrificia Deo obtulisse v. Ex. xxiv. 4 ss. Num. vii. ix. 1 ss. Vario modo interpretes hanc difficultatem removere annisi sunt. *Dathius, Bauerus*, alii, ad Amos. l. l. observant, leges de sacrificiis, eorumque ordine et modo Israelitis eum in finem fuisse præscriptas, ut non tam in deserto, quam in terra Cananæa observarentur, adeoque maximam partem in deserto fuisse neglectas. Addit *Dathius*, prophetam non reprehendere populum propter cultum Leviticum in deserto omissum, sed docere, Deum non tam victimis delectari, quam potius justitiæ et pietatis studio, quod v. 24. commendarat; propterea eum passum fuisse, ut ille sacrificiorum cultus omitteretur; populum vero abusum esse ista libertate ad alium cultum idololatricum exercendum, v. 26. descriptum. Quæ tamen interpretatio nimis longe petita est, et si hanc sententiam exprimere voluisset propheta, haud dubie aliis verbis usus fuisset. Quare nec adstipulari possum *Lightfooto* et *Michaëli* ad h. l. qui cogitandum esse statuunt, de sacrificiis spontaneis, aut plane non, aut raro ad tabernaculum Jovæ allatis. *Morus, Rosenmüllerus* ad h. l. *Heinrichsius*, alii, sensum ita constituunt: num vobis per omne illud tempus cultus meus plane curæ cordique fuit? num *mihi soli* sacrificia obtulistis? imo (καὶ v. *Glassius* Phil. S. p. 604.) ad astrorum quoque cultum deflexistis. Quæ quidem verborum explicatio facilitate sese magnopere commendat. Laudant 1 Cor. ix. 9. μὴ τῶν βοῶν (scl. μόνον) μέλει τῷ Θεῷ; Possunt tamen etiam verba ita explicari: non rectæ indolis erant sacrificia quæ in deserto per quadraginta annos mihi obtulistis, fucata erat pietas vestra, cultum meum cum idolorum cultu conjunxistis coll. Amos. v. 22, 23. Cæterum verborum καθὼς γέγραπται sensus est: verissime illa, quæ propheta quondam cecinit, Israelitarum moribus conveniunt.

(43.) καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ] *imo Molochi tabernaculum sustulistis.* Μολὸχ Hebr. מָלַךְ, מֶלֶךְ, מַלְכּוֹם a מלך *regnavit, dominatus est*, hinc Alexandrini Judæi in quorum versione Amos. v. 26. pro מלכם *regis vestri* i. e. Dei vestri, legitur Μολὸχ (Syrus et Arabs habent מַלְכֹּם. Theodot. Μιλχὸμ) 2 Regg. xxiii. 10. Jer. xxxii. 35. pro מֶלֶךְ, Μολὸχ, et 1 Regg. xi. 7. Μιλχὸμ, nomen מִלְכֹּם 1 Regg. xi. 5. appellative expresserunt vocabulo βασιλεύς. Scilicet idolorum cultores deos suos vocabant *reges* (apud Homerum drr. ἄνακτες) Jer. xlvii. 25. Ies. viii. 21. ut et Jova, *rex* populi sui dicebatur Ies. xliv. 6. Zeph. i. 5. *Molochi* igitur nomine, vel nomine aliquo diversa flexione ab eadem radice orto, variæ gentes Orientales deos suos nuncupabant, illum inprimis, quem deorum summum opinarentur. Eadem ratio est nominis *Baal* et *Bel*, h. e. dominus, quod communiter de diis omnibus dicebatur, qui addito epitheto a se invicem distinguebantur, et habebat hoc nomen etiam Jova cum idolis commune v. Hos. ii. 15, 16. cf. *Sam. Petitus* Varr. Lectt. c. 1. *Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. p. 468 sq. *Witsius* in Miscell. Sacrr. p. 486. *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 2. p. 339. *Warnekrosius* in *Entwurf d. hebraischen Alterthümer* p. 84 s. In literis sacris *Moloch* vocatur idolum, quod Ammonitæ coluerunt v. 1 Regg. xi. 7. et Moabitæ v. 2 Regg. iii. 27. quod idolum etiam nuncupatur, aliquando *Baal* v. Jer. xxxii. 35. coll. xix. 5. Fuit Moloch imago concava, facie vitulina, manibus protensis: v. *Drusius* ad h. l. et *Witsius* l. l. p. 492. Jarchi ad Jer. vii. 31. *Molech est idolum ex ære. Accendunt autem eum inferius, manus habet expansas ac quodammodo elatas. Dant puerum in ejus manus, comburitur et rugit. Sacrificuli autem pulsant tympanis, ne pater audiat ejulatum filii, et ne incalescat ipsius misericordia.* Disputarunt autem viri docti magna sententiarum dissensione, quemnam deorum aut regum Israelitæ in deserto Molochi nomine coluerint. Cum Stephanus Amosi locum propterea laudarit, ut ostenderet, Israelitas astris cultum præstitisse; in promptu est, de sidere h. l. cogitandum esse: *Grotius* igitur, *Drusius, Michaëlis* ad Amosi v. 26. ad Supplem. ad Iæxx. Hebrr. p. 1231. et in *Mosaisch. Recht*, Th. v. §. 247. *Gablerus* ad *Eichhornii Urgeschichte*, Th. i. p. 127. alii, per Molochum intellexerunt *Saturnum*, quia in literis sacris Molocho humana sacrificia, præsertim pueri, immolati fuisse di-

Digitized by Google

ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

cuatur: v. Levit. xviii. 21. 2 Reg. xvi. 17. Jer. ll. cc. et Diod. Sic. xx. 14. Curtius iv. 3. 23. Justin. xix. 1. add. Lactant. Inst. i. 21. referunt, Tyrios et Carthaginienses Saturno humana sacrificia obtulisse. Contra vero alii, ut *Spencerus*, *Deylingius*, *Braunius* in Selectis Sacris p. 459. *Witsius*, *Krausius*, *Morus*, *Rosenmüllerus*, *Heinrichsius* etc. præeunte Theophylacto ad h. l. (qui apud Ammonitas hoc numine solem repræsentatum fuisse contendit) Molochi nomen ad *Solem* referendum esse statuerunt, qui, utpote stellarum princeps, dictus sit, *rex cœli*, sicuti luna dicebatur מלכת השמים *regina cœli*, Jer. vii. 18. xliv. 25. Et hæc quidem sententia, meo judicio, cum maxime probabilis est. Etenim Ægyptii Solem colebant, et Osiridis animam in Solem migrasse putabant, quem etiam in Sole præcipua religione venerabantur v. Euseb. Præpar. Evang. lib. xviii. c. 5. *Spencerus* p. 806. *Vogelius Versuch üb. die Religion d. alten Egypter* p. 179. unde et Moloch caput bovis habebat. Ex Ægypto Solis cultus ad vicinas gentes migravit: vid. *Münthius* ad h. l. Alias aliorum sententias attulerunt *Spencerus* et *Deylingius* ll. ll. σκηνὴ, Hebr. סכות *tentorium*, *tugurium*, quo continebatur simulacrum Molochi, e levi et portatili materia, ex gramine, ramis et frondibus fabrefactum, quod non magnum erat, sed exiguum, ut clam, Mose et magistratibus insciis, portari, et ubi castra figerentur, in tentorii angulo occultari posset v. *Michaëlis* Supplemm. ad Lexx. Hebrr. p. 1747. *Spencerus* l. l. p. 804. ἀναλαμβάνειν] respondet Amosi l. c. verbo נשא quod significat, *elevare*, *tollere*, item: *gestare*, in humeros sublatum ferre, et cum *pompa quadam gestare*, ut Num. i. 50. Job. xxxi. 6. Eadem notio h. l. verbo ἀναλαμβάνειν est substituenda. Constat autem, ut *Spencerus* l. l. p. 802. et *Rosenmüllerus* ad Amos. l. l. observarunt, veteres aliquando deos suos in loco secretiori positos, tanquam genios quosdam tutelares secum asportasse, quandoque vero simulacra eorum in humeros suscepisse, vel in thensis, aut lecticis, multa pompa et processionis ritu, circumtulisse. v. Servius ad Virg. Æn. vi. 68. *Braunius* in Selectis Sacrr. p. 497 sq. Sed signum externum cultus h. l. memoratum est pro cultu ipso, cujus signum illud erat, ut adeo gestare tabernaculum Molochi sit id. qd. Molochum colere. Cæterum Amosus, quæ de Molochi et Remphanis s. Saturni cultu in deserto, memoravit, e traditione, seu scriptis deperditis hausit. Nusquam enim in libris Mosis Israelitæ in deserto Molochum et Saturnum coluisse diserte leguntur. Hinc nonnulli interpretes, quibus etiam improbabile visum est, Israelitas inscio Mose, illa idola colere potuisse, ad eam devenerunt sententiam, ut statuerent, non tam externa Israelitarum facta, quam potius animum ab Amoso notari, ita, ut non externo aliquo ritu, sed interno mentis sensu Molochi simulacrum coluerint, adorarint, et animo tanquam tabernaculo inclusum, per deserta portarint: v. *Witsius* l. l. p. 489. et *Deylingius* l. l. p. 344 sq. Sed minime opus est, ut verba e sensu suo nativo extorqueamus, et ad interpretationem tam longe petitam et a verborum simplicitate alienam confugiamus. Etenim tugurium illud et idolum, ut jam *Michaëlis* monuit, haud dubie minuscula erant, ut sacella illa Dianæ argentea, Ephesi vendita, v. Act. xix. 24. et *Spencerus* p. 817. ut tugurium et idolum facile circumgestari et vere etiam occultari possent. Præterea Moses non omnia de Israelitis in Ægypto aut deserto retulit, quæ in aliis libris sacris commemorata leguntur. Reticuit v. c. nomina incantatorum Ægyptiacorum quæ Paulus tradidit 2 Tim. iii. 8. cf. et not. supra ad v. 39. Neque tamen Mosen latuisse, eum saltem suspicatum esse, Israelitas in castris clam idolis, nominatim Molocho, sacra facere, colligi potest ex Levit. xvii. 9. ubi Israelitis præcipit, ut nusquam alibi quam ad tabernaculum conventus hostias offerant. Idemque confirmant etiam alii loci Molochi cultum prohibentes v. Levit. xviii. 21. xx. 2 ss. καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν] *et sidus de astri vestri Remphan.* Pro Ῥεμφὰν in textu Hebraico legitur כיון. Hoc vocabulum, linguæ Arabicæ auctoritate *Kimchi* et *Abenesra* de stella Saturni explicant, iisque interpretes tantum non omnes adstipulantur. Saturnus nimirum in lingua Arabica vocatur كيوان (כִּיָּוָן) v. *Golius* p. 2082. quod vocabulum *Ludovico de Dieu* ad h. l. et *Deylingio* l. l. p. 341. proprie eam Numinis naturam indicare videtur, quæ existentiam et durationem, naturamque et aptitudinem rebus omnibus tribuit, a rad. כון *aptare, disponere, generare, facere, ut existat.* A rectitudinis notione, ut monuerunt *Bauerus* in Scholiis et *Dahlius* (*Amos neu übersetzt u. erläutert von Dahl*, Götting. 1795.) ad Amos. l. l. fluxit Chaldaicum כֵּינָן *justus*, Saturnus autem r gum justissimus laudatur, ac prædicantur Saturnia tempora. Syris Saturnum dici ܟܝܘܢ docuit *Pocockius* in Specim. Hist Arab. p. 390. Puncta igitur a Masorethis

Digitized by Google

Amos. l. c. male posita, et rescribendum esse כַּיָּן præclare animadvertit *Michaëlis* in Supplemm. ad Lexx. Hebrr. p. 1229. Saturnum autem Phœnicii v. *Michaëlis* l. l. veteres Arabes v. *Pocockius* l. l. p. 140. et Ægyptii, quorum superstitionem Israelitæ sequebantur, colebant v. *Gattererus* de Theogonia Ægyptior. p. 114 sq. in Commentatt. Soc. Reg. Götting. 1784. Vol. vii. et *Vogelius* in *Versuch üb. die Religion d. alten Ægypter* p. 114 ss.—Ῥηφὰν (hæc enim lectio verior videtur) quo vocabulo Alexandrini interpretes (qui tamen habent Ῥαιφὰν) Amosi l. l. expresserunt כיון, in lingua Coptica est nomen Saturni. Nam in Scala magna Arabico-Coptica, referente *Kirchero*, in: *lingua Ægyptiaca restituta* p. 49. *Rephan* exponitur Saturnus, ut et in Commentario manuscripto Coptico in Act. App., qui in Bibliotheca Vaticana asservatur, et a *Kirchero* l. c. p. 527. laudatur. v. *Deylingius* p. 342. *Michaëlis* l. l. *Gablerus* ad *Eichhornii Urgeschichte* Th. i. p. 124. Alexandrini interpretes, cum in Ægypto scriberent, loco Hebraici nominis כיון substituerunt nomen Ægyptiacum Ῥηφὰν, quod apud Ægyptios idem significabat. Ex hactenus dictis satis perspicue apparet, vanam esse opinionem *Drusii*, *Vitringæ* Obss. Sacrr. lib. 2. c. 1. *Glassii* Phil. S. p. 797. et *Boltenii*, interpretes Alexandrinos pro Hebraico כיון punctis sublatis, erasa vel evanida literæ ב inferiore parte, legisse רַיָּן quod tamen potius per Ῥιὰν expressuri fuissent.—Ab ea quam proposuimus nominum כיון et Ῥηφὰν explicatione recedit sententia *Jablonskii*, qui, in commentatione: Rempha Ægyptiorum Deus ab Israelitis in deserto cultus Lips. 1731. 8. §. 10. כיון et Ῥομφὰ (ita enim legendum esse præcipit) Ægyptiis *Solem, regem cœli*, notasse statuit, cum hoc nomen compositum sit ex *Ouro*, demptaque prima syllaba, *Ro*, rex, et *Phah*, cœlum. Pluribus hanc *Jablonskii* sententiam, cui etiam Scalæ Magnæ auctoritas adversatur, refutarunt, *Michaëlis* in Supplem. l. l. *Gablerus* l. l. p. 124. et *Dahlius* ad Amos. l. l. Cæterum admodum varia est nominis Ῥηφὰν in codd. lectio. Legitur enim Ῥιφὰν, Ῥιφφὰν, Ῥαιφὰν, Ῥαφὰν, Ῥηφὰν, Ῥιμφὰ, Ῥαιμφὰν, Ῥιμφὰν, Ῥομφὰν etc. v. *Wetstenius* et *Griesbachius* ad h. l. Sed satis constat, voces peregrinas pro varietate pronuntiationis in aliena lingua varie scribi, et librarios nomina propria sæpius miscuisse et corrupisse. Vera nominis scriptio Ῥηφὰν, esse videtur, quam plures codd. et verss. antiquæ tuentur, "ex ea nata vitiosa Ῥαιφὰν a librario, qui αι pronuntiare, ut nos η (è Francogallorum) edoctus fuerat, et a dictante per ē pronuntiare audiverat. Inscitia deinde librariorum, qui, quod non intelligebant, vocabulo medelam afferre conarentur, tantam in scribendo varietatem procreasse videtur." Quæ sunt verba *Krausii* ad h. l. τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν] simulacrum Saturni, quem pro deo habetis, et sub imagine stellæ colitis. vid. *Spencerus* l. l. p. 809 ss. Alexandrini autem interpretes, quos Stephanus secutus est, verba Hebraici textus transposuerunt. Nempe in Hebraico codice, verba ita leguntur: ואת כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם, cum vero Judæi Alexandrini hæc verba reddiderint: καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαιφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς, verba Hebraica hoc ordine legisse videntur: ואת כוכב אלהיכם כיון צלמיכם אשר עשיתם לכם atque hunc ordinem, quo etiam in cod. ap. *Kennicottum* leguntur, præferendum esse, recte judicarunt *Kennicottus* (Diss. generalis in V. T. ed. *P. I. Bruns*) *Dahlius*, *Boltenius*, alii, cum sic verba singula præclare sibi respondeant, et servato ordine vulgari, ante כוכב legi deberet את. τοὺς τύπους, *simulacra*, referendum ad Μολὸχ, in tabernaculo circumlatum, et Ῥηφὰν Saturnum, quem stella repræsentabat. Nomen autem τύπος, *imago, simulacrum*, frequenter de simulacris deorum ponitur, ut ap. Joseph. Ant. i. 19. 11. ubi de simulacris deorum adhibitum legitur, quæ Rahel patri suo Labano eripuerat; hinc etiam ap. Philon. de Opif. m. p. 4. B. τύποι et εἴδωλα promiscue dicuntur. Hesychius: τύπος, εἰκών. v. *Kypkius*, *Krebsius*, *Lœsnerus* ad h. l. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. i. 21. Verba προσκυνεῖν αὐτοῖς neque in textu Hebraico, neque in versione septuagintavirali leguntur, sed Stephanus ipse adjecit. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος] *itaque vos ultra Babylonem transferam*. καὶ, *itaque, quare*, vid. ad Marc. iii. 22. Joh. vi. 57. vii. 22. v. 30. propter vestra et majorum vestrorum peccata. Ez. xx. 23. Vox ἐπέκεινα, *ultra, trans*, composita est ex ἐπὶ et ἐκεῖνα scl. μέρη, unde pendet genitivus ille qui sequitur, ut adeo ἐπεκ. τ. Βαβυλῶνος, sit id qd. ἐπ' ἐκεῖνα μέρη τῆς Βαβυλῶνος, *ad illas ulteriores* partes *Babylonis*. Herodo. iii. 115. ἔκειθι θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης, *mare esse ultra Europam*, v. *Bosius* de Ellips. p. 289. ed. *Schæfer* et *Münthius* ad h. l. Sed pro ἐπέκεινα τῆς Βαβυλῶνος in textu Hebraico legitur: *ultra Damascum*, et sic quoque οἱ ο'. habent. Plerique putant, Stephanum memoria lapsum esse, equidem vero potius arbitror, eum dedita opera ab Alexandrinis recessisse, ut eo fortius feriret auditorum animos, quibus tristissima esset exilii illius recordatio. Res autem eodem redit; nam Damascus sita erat in finibus Palæstinæ et Syriæ, et per

Digitized by Google

Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ 44
ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωσῆ, ποιῆσαι αὐτὴν
κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει· Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι 45
οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν,

44. ∼ Μωϋσῆ.

Syriam deportabantur Israelitæ in Babyloniam, et in remotiores terræ Babylonicæ regiones.

(44.) Stephanus, qui hactenus verba fecerat de ingrato Israelitarum in Deum et Mosen animo, eorumque impietate et idolorum cultu, jam de loco cultus vero Deo exhibiti agit, et τῇ σκηνῇ τοῦ Μολὸχ, quam memorarat, opponit τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. Summa autem orationis Stephani, qui paucis verbis res auditoribus notas in memoriam revocat, a v. 44—47. hæc est: Tabernaculum a Mose jussu Dei exstructum est, et coram eo majores nostri sacrificia fecerunt usque ad Davidis tempora Davides templum Deo exstruere volebat, ut esset firmum ac stabile cultus divini ædificium, quod non alio transferri posset, ut tabernaculum illud, quod in diversa loca translatum est. Quamquam autem Davides Dei favorem sibi conciliarat; noluit tamen Deus ab eo sibi templum ædificari, sed a Salomone ipsius filio templum conditum, atque ita immutatus est locus sacrificiis et cultui divino destinatus. Cultus igitur Dei non uni loco ita est alligatus, ut non possit in alium transferri, et hoc templum, quo vos tantopere gloriamini, destrui potest, ut Salomonis destructum est v. Argum. cap. et ad v. 48. ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου] hac voce Græci V. T. interpretes exprimere solent Hebraicam מועד h. e. *tabernaculum conventus*, tentorium, quod conventibus religiosis Judæorum destinatum erat, et unde Deus oracula edere solebat v. Ex. xxix. 42, 43. coll. xxv. 22. Num. vii. 89. a יעד *convenit*. Sed Alexandrini interpretes nomen מועד derivarunt ab עוד *testari, docere*, hinc σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου significat: *tentorium unde Deus populum docet*, nam μαρτυρεῖν a Græcis V. T. interpretibus et scriptoribus N. T. sæpius ita ponitur, ut sit: *docere*, et μαρτύριον, ut *doctrinam* indicet, Joh. xv. 26. 1 Cor. i. 6. al. ἐν, *inter*, ut Joh. i. 14. Act. iv. 34. etc. καθὼς διετάξατο—ὃν ἑωράκει] ita exstructum, *sicuti præceperat is, qui cum Mose collocutus erat* (Deus), *ut illud exstrueret ad exemplum ab ipso visum*. Res ipsa narratur Exod. xxv. 40. quo respexit etiam auctor ep. ad Hebr. viii. 5. Mosis menti ejusmodi imago obversata est, et res omnis ad visionem referri debet. Judæi autem statuebant Mosi ob oculos positum fuisse tabernaculi exemplar, quod Deus ipse fabricasset Menachoth. fol. 29. 1. *R. Jose filius R. Jehuda dixit: Arca fxderis, mensa et candelabrum ignea descenderunt de cælo, quæ Moses vidit, et ad modum ipsorum confecit.* v. interpp. ad Hebr. l. l. τύπος id. qd. ὑπόδειγμα exemplum quod proponitur, ut aliquid ad illud formetur.

(45.) ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν] *quod* tabernaculum a proavis *acceptum majores nostri intulerunt*. Διαδέχεσθαι notat: *aliquid ab aliis traditum vel relictum accipere, succedere alicui*, ita ut diserte addatur accusativus vel rei vel personæ (interdum etiam dativus: Xen. Cyr. viii. 6. 18. τῷ ἡμετέρῳ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι) nisi forte ex orationis serie suppleri facile possit. Gloss. vett. διαδέχομαί σε, *succedo tibi*. Diog. Laërt. v. 4. 1. τούτου διεδέξατο Λύκων, *huic Lycon successit*. Appian. Bel. Civ. 5. p. 1179. διαδεξάμενος Ἀντώνιον, *successurus Antonio*. Æl. H. V. iii. 26. διαδέχεσθαι τυραννίδα, *succedere in tyrannide*. Diog. Laërt. v. 3. 1. διεδέξατο δ' αὐτοῦ τὴν σχολὴν, *scholam ejus successione accepit*. Diod. Sic. p. 82. A. παρὰ μὲν Χαλδαίους ἐκ γένους ἡ τούτων φιλοσοφία παραδίδοται, καὶ παῖς παρὰ πατρὸς διαδέχεται, apud Chaldæos per generis traditionem hæc philosophia obtingit, filiusque a patre illam velut per manus accipit. Phavorinus: διαδέχομαι· τὸ διὰ πολλῶν ἐρχόμενον ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἐφ' ἱμὶ ἥκον δέχομαι, v. *Dresigius* de Verb. Med. N. T. iii. 25. *Kypkius*, *Krebsius*, et *Lœsnerus* ad h. l. Jam si διαδεξάμενοι cum nonnullis interpretibus refertur ad οἱ πατέρες ἡμῶν, subaudiendum est αὐτοὺς, succedentes illis, nempe in deserto mortuis. Sed paulo remotius est subjectum πατέρων v. 44. et si hic sensus verbis inesset, scriptor, ut recte *Kypkius* post *Lud. de Dieu* monuit, dicturus potius fuisset, οἱ πατέρες ἡμῶν διαδεξάμενοι, aut cum articulo, οἱ διαδεξάμενοι. Subintelligendum ergo est αὐτὴν scl. σκηνὴν, *tabernaculum a majoribus sibi traditum et acceptum intulerunt*. Conf. de hac ellipsi *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. Cæterum οἱ πατέρες sunt posteri eorum Israelitarum, qui in deserto interierunt. εἰσήγαγον—μετὰ Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν] vulgo vertunt: *intulerunt illud, cum Josua duce occuparent terram gentium*, ut adeo subaudiendum sit, huic terræ, Palæstinæ. τὰ ἔθνη, per metonymiam de terra quam gentes tenuerant, et κατάσχεσις (vid. ad v. 5) de ipso occupationis actu, intelli-

Digitized by Google

ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως τῶν
46 ἡμερῶν Δαβίδ· Ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ
47 ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Σολομὼν δὲ
48 ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον. Ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιή-
49 τοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει· Ὁ οὐρανός
μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· Ποῖον οἶκον

48. † ναοῖς.

gunt. Cum autem κατάσχεσις, quo nomine οἱ ο'. vocabula, נחלה et ירשה, אחזה, expresserunt, potius ipsam terram, quæ obtinetur et possidetur, quam ejus occupationem aut acquisitionem significet, rectius omnino, *Grotius, Lud. de Dieu*, aliique plures, præeunte Vulgato interprete (*in possessionem gentium*) ἐν pro εἰς positum acceperunt, cum et hæ particulæ sæpius promiscue usurpentur, ut Num. xxxii. 5. δοθήτω ἡμῖν ἡ γῆ ἐν κατασχέσει· qui quidem locus hanc interpretationem apprime confirmat. add. Deut. xxxii. 51. Jam vero verba convertenda sunt: *quod majores nostri Josua duce intulerunt terræ a gentibus occupatæ.* ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν Πατέρων ἡμῶν] *quas Deus majoribus nostris advenientibus*, per majores nostros *expulit; sie wurden vor ihnen her weggetrieben.* ἀπὸ προσώπου τ. π. ἡ. Hebr. מפני. Ex. xxxiv. 24. ὅταν γὰρ ἐκβαλῶ τὰ ἔθνη ἀπὸ προσώπου σου. Deut. xi. 23. ἐκβαλεῖ Κύριος πάντα τὰ ἔθνη ταῦτα ἀπὸ προσώπου ὑμῶν. add. Deut. ii. 21. ὧν ἔξωσεν pro ἃ ἔξωσεν vid. ad i. 1. iii. 25. ἐξωθεῖν id. qd. ἐκβάλλειν Hesychius: ἐξώθη· ἐξεβλήθη. Id. ἐξώσαι· ἀπώσαι, ἐκβαλῶ. Alexandrini interpretes hoc verbo reddiderunt Hebraicum הֵדִיחַ Deut. xiii. 5. ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβίδ] *usque ad Davidis tempora.* Possunt hæc verba, deleta interpunctione post ἡμῶν, referri ad ἔξωσεν ὁ Θεὸς, hoc sensu, quas Deus expulit usque ad Davidis tempora. Nam usque ad Davidem Israelitis pugnandum erat cum Cananæis, Davides demum eorum reliquias devicit. Et hanc quidem interpretationem eorum opinioni anteponere nullus dubito, qui verba ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβίδ referunt ad εἰσήγαγον διαδεξάμενοι, et εἰσήγαγον explicant, transportarunt tentorium, atque inter se habuerunt, vel, in eo cultum Jovæ præstiterunt; aut subintelligunt: ἔχοντες αὐτὴν ἕως τ. ἡμ. Δαβίδ. Gravi enim duritie hæc explicandi ratio laborat. Neque illi quam præoptavimus interpretationi sermo contextus adversatur. Nam dicentis quidem consilium erat commemorare, Israelitas usque ad Davidis tempora sub hoc tentorio Deum veneratos esse, sed hæc sententia verbis sequentibus haud obscure inest, et res ipsa auditoribus non ignota erat.

(46. 47.) ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] *qui apud Deum gratiosus erat.* εὑρίσκειν ut Hebr. מצא sæpius notat, *consequi*, v. not. ad Luc. i. 30. Hoc vero idem verbum ut Hebr. מצא etiam significat, *parare, comparare*, v. Hos. xii. 9. Hebr. ix. 12. *Lud. de Dieu* ad h. l. et hunc significatum v. extr. obtinet, in verbis: ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ, *Deo Jacobi domicilium*, templum, *parare*, exstruere *cupiebat.* Res narratur 2 Sam. vii. cf. et Ps. cxxxii. αἰτεῖν, *optare, desiderare*, respondet Hebr. שאל, quod interpretes Alexandrini Deut. xiv. 26. per ἐπιθυμεῖν expresserunt v. et 2 Sam. vii. 2. σκήνωμα, de habitatione quacunque ponitur, ut משכן v. Job. xxi. 28. Hesychius: σκήνωμα· οἴκημα, οἶκος, οἴκησις. H. l. de *templo* adhibitum extat; ut οἶκος v. 49. et משכן Ps. cxxxii. 5, 7. Suidas: σκήνωμα· σκήνωμα τοῦ Θεοῦ, ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ. (47.) *Salomo autem ei templum exstruxit.*

(48.) Vid. ad v. 44. et cf. loci similes 1 Regg. viii. 27. Act. xvii. 24. *Attamen numen supremum non habitat in templis manu humana exstructis.* Attamen Deus non eget templo, quo habitet, nec templo continetur, nullo loco circumscribitur, totum hoc universum ejus potentia conditum, est templum ipsius. Non ergo templi structura provocatur, ut illius respectu hominibus benefaciat. Splendidum templum a Salomone exstructum ob populi impietatem deletum est, et hoc magnificum templi ædificium destrui potest. Hæc haud dubie addidisset Stephanus, ni interpellatus fuisset ab auditoribus. ἀλλὰ, *attamen*, vid. ad. iv. 17. ναοῖς in pluribus optimæ notæ libris deest, quare hoc nomen ex ordine ejiciendum esse recte judicarunt *Millius* Prolegg. §. 969. *Bengelius* in Gnom. et *Griesbachius*; ex Act. xvii. 24. in hunc locum translatum fuisse videtur. χειροποίητοι etiam Alexandrini Judæi absolute dicere solent pro idolis Ies. xxi. 9. et sacrariis Ies. xvi. 12. κατοικεῖν, *certum, fixum*, et *perenne domicilium* apud Græcos designat v. *Schleusneri* Lex. h. v.

(49. 50.) Memoriter laudatur locus Ies. lxvi. 1, 2. ex versione Alexandrina, in qua legitur: οὕτως λέγει Κύριος· Ὁ οὐρανός μου θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; καὶ ποῖος τόπος τῆς

Digitized by Google

οἰκοδομήσετέ μοι; λέγει Κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύ-
50 σεώς μου; Οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; Σκληρο- 51
τράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ

καταπαύσεώς μου; πάντα γὰρ ταῦτα ἐποίησεν ἡ χείρ μου. Propheta ibi reprehendit populares, qui de templo nimis gloriabantur, externa tantum religione contenti veræ religionis et pietatis obliviscebantur, et sibi omnia tuta et prospera promittebant, quod apud ipsos habitaret Jova. τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου, *quis locus erit ubi quiescam*, ubi consedeam, sedem fixam habeam? κατάπαυσις, *quies*, ut Hebr. מנוחה ponitur etiam de *sede, habitatione, loco quietis*, ut Deut. xii. 9. Ps. cxxxi. 13, 14. ubi Palæstina, quam Deus Israelitis destinaverat perpetuum domicilium, ita dicitur.

(51.) Oratio Stephani jam manifeste interrupta est, nec quæ sequuntur, cum antecedentibus accurate cohærent. Subito mutatur dicendi genus, et orator, qui hactenus æquo ac tranquillo animo historiam populi Judaici exposuerat, non in ea enarranda pergit, nec ostendit, quid ex hac fatorum populi enumeratione elicere velit, sed filum abrumpit, animo loquitur concitato, et severe castigat judices. Fuerunt qui putarent, Stephanum plura dixisse, quæ Lucas brevitatis caussa omiserit v. *Limborchius* ad h. l. Rectius vero alii statuunt, Stephanum ab auditoribus fuisse interpellatum. Qui autem hanc sententiam defendunt, eorum plerique opinantur Stephani orationem tumultu et clamoribus judicum et populi adstantis, mortem hominis efflagitantis, fuisse interruptam. Quod tamen parum probabile est. Etenim si clamoribus et concursu auditorum Stephanus coactus fuisset, filum orationis abrumpere, non facile perspici potest, qui factum, ut hoc auctor narrationis præterierit, cum infra v. 54. disertis verbis monuerit, quosnam in animis auditorum hæc ultima pars orationis Stephani protulerit motus; nec facile apparet, quomodo is, qui Stephani orationem calamo excepit, hæc ejus verba audire potuerit. Hæ vero difficultates evanescunt, si statuimus, murmure tantum et gestibus audientium Stephanum fuisse interpellatum. Nempe synedri qui de eo supplicium sumere jam sibi proposuerant, orationem ipsius prolixam pertæsi, ac tacitis quas illa continebat reprehensionibus irritati, et probe perspicientes quo tenderent ea, quæ de Deo nullis templis incluso dixerat v. 46 sqq. murmurabant, ore et vultu et gestibus indignationem summam prodebant, Stephanus autem hac ipsorum malignitatis et pertinaciæ aperta declaratione graviter offensus, exardescebat animo, et quæ, si non interpellassent eum synedri, aliis et lenioribus verbis dicturus fuisset, ita eloquebatur, ut vehementissima oratione uteretur. Qui vero factum sit, ut is, qui Stephani orationem literis consignabat, non memorarit h. l. murmure et strepitu audientium interpellatum fuisse oratorem, hoc quidem, ex sententia *Heinrichsii* (Excurs. 7. p. 386.) cujus verbis jam utor "explicari potest, vel sumendo, eum, qui sermonem calamo excipiebat, non abrumpere voluisse tenorem orationis suavissimæ jamque vehementissimæ, atque tum demum abrupisse, cum iterata vice v. 54. oratorem interpellatum videret: vel supponendo, non magno quidem jam tum strepitu et supplicii comminatione interpellatum fuisse oratorem, sed risu tantummodo audientium, aut nonnisi ore, vultu, gestibus, quos ille, qui hæc scripsit, ne cernebat quidem oculis, utpote in plena audientium turba remotiori in loco stans, quibus tamen et ipsis orator vehementissime offensus, indignabundus orationem subito convertit et immutat. Quæ si ita accidisse accipimus, latere potuit hæc res et eum ipsum, qui Stephani verba calamo excipiebat, et omnes, qui orationem jam literis ab eo mandatam legerunt." Cæterum, quod Stephanus coram judicibus iracundiæ nimis indulserit, objurgiisque usus sit, constantiæ et patientiæ Servatoris immemor, hoc, ut recte monuerunt ad h. l. *Krausius, Dindorfius, Heinrichsius*, alii, ei non crimini dandum est, cum dolor justus ipsi has voces expresserit, cum mox ad se redierit, et veniam inimicis rogans fidei in Christum plenus exspiraverit. σκληροτράχηλοι] ita dicitur *is, qui habet duram cervicem*. Sed in omnibus fere linguis antiquis, *contumacia* eorum, qui imperio aliorum, admonitionibus, cohortationibus, præceptisque obedire nolunt, verbis a *duritie* depromptis, solet exprimi v. *Fischerus* in Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 212. Hinc σκληροκαρδία, *contumacia*, Matth. xix. 8. Sir. xvi. 10. h. l. σκληροτράχηλος, *contumax, flecti nescius, pervicax*. add. Sir. xvi. 11. ubi σκληροτράχηλος eodem sensu extat. Ab Hebræis ejusmodi homo vocatur קְשֵׁה עֹרֶף Exod. xxxii. 9. ubi Symmachus, Alexandrini et Theodotion habent σκληροτράχηλος, quod ipsum vocabulum in versione septuagintavirali sæpius hoc significatu positum legitur, ut Deut. xi. 6. Prov. xxix. 1. al. cf. etiam Hesiod. Ἔργ. v. 146. et ad illum locum *Tzetzes*. Cic. ep. ad Div. vi. 13. *non fore in te Cæsarem duriorem*, ubi opponitur *mitiorem*. Terent. Heaut. iv. 1. 51. *quam timui valde ne nunc Animo ita esses duro!* καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ

Digitized by Google

τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε· ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ
52 ὑμεῖς. Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν;
καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως
τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε·
53 Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ
ἐφυλάξατε.

τοῖς ὠσὶν] *et mente auribusque præputiati.* ἀπερίτμητος proprie est, *non circumcisus,* Hebr. עֲרַל Gen. xvii. 14. sed h. l. sensu tralato positum legitur. Scilicet περιτομὴ, circumcisio externa, erat symbolum puritatis animi, exstirpationis cupiditatum perversarum. Philo de migr. Abrah. T. i. p. 450. τὸ περιτέμνεσθαι, ἡδονῶν καὶ παθῶν πάντων ἐκτομὴν, καὶ δόξης ἀνίερεσιν ἀστεῖοῦς σημαίνει. Hinc in libris V. et N. T. περιτομὴ ad animum transfertur, et adhibetur per metaphoram de iis, qui a vitiis abstinent, cupiditates pravas coercent et reprimunt v. Jer. iv. 4. ubi Alexandrini habent, περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, pro quo Symmachus sensum exprimens vertit: ἀφιλίσθε πονηρίας τῶν καρδιῶν ὑμῶν. add. Orat. Manass. v. 11. Phil. iii. 3. Itaque h. l. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ sunt homines, quorum animi pravis affectibus impediti sunt, qui animum habent depravatum v. Levit. xxvi. 41. Ezech. xliv. 7, 9. Sed ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσὶν dicuntur ii, quorum aures occlusæ sunt, qui præcepta divina audire nolunt, obstinaces v. *Schœttgenius* in Horis Hebrr. ad h. l. Hæc autem objurgatio, in libris quoque V. T. frequenter obvia, eo acrior erat, quo magis Judæi circumcisione superbirent, ob eam enim se ad verum Dei populum pertinere, et Deo præ cæteris populis caros esse opinabantur.— ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε] *perpetuo Spiritui Sancto,* monitis et præceptis vatum divinitus afflatorum, Sp. Dei actorum, *repugnatis.* ἀντιπίπτειν, *repugnare, resistere,* verbum bellicum Herodi. vi. 3. 13. τῷ δὲ ἀντιπίπτοντι οὐκέτ' ὁμοίως ἀντέχω, *repugnantibus autem haud perinde resistunt,* add. Polybb. p. iii. 19. metaphorice, *obniti, rejicere, repudiare,* ut h. l. vid. de hoc verbo *Raphelius* Obss. Polybb. p. 321. *Rhœrius* in Feriis Daventriens. p. 150. et *Irmischius* ad Herodi. l. l. ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς plane ex more majorum vestrorum. καὶ pro οὕτως, vid. ad Marc. iii. 26. Joh. xiii. 33. Matth. vi. 10.

(52.) τίνα τῶν προφητῶν κ. τ. λ.] *quemnam prophetarum majores vestri non injuriis affecerunt? imo trucidarunt eos, qui hujus innocentis adventum præcinerent, cujus vos proditores et occisores estis.* Conf. Matth. xxi. 33 sqq. xxiii. 34 ss. Luc. xiii. 34. Verba ipsa non sunt nimis premenda, sed mens et sententia Stephani animo vehementius concitato loquentis hæc est: vos omni fere tempore legatos divinos repudiastis et injuria affecistis, ac plures eorum trucidastis. τοῦ δικαίου] i. Ἰησοῦ, v. not. ad iii. 14. οὗ· ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε] in quo Messia vobis constituto perfide egistis, et cædis ipsius auctores extitistis.

(53.) Ipsi docetis Deum legem angelorum ministerio tulisse, neque tamen eam servatis, non ergo mirandum, vos Christum ejusque doctrinam repudiare. Adjecit vero etiam Stephanus hæc propterea, ut ostenderet, se legem a Deo datam agnoscere, neque illius esse contemptorem, vid. Argum. cap. In interpretanda autem formula, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, interpretes inter se dissentiunt vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Grotius, Calovius, Glassius, Heumanus, Krebsius, Lœnerus, Morus,* alii, eam explicant: *præsentibus, in lege promulganda, angelorum agminibus,* sive, *inter angelorum ordines.* Scilicet verbum διατάσσειν, non tantum notat *constituere,* et de legibus ita dicitur, ut sit, *legem ferre, promulgare,* sed etiam adhibetur de *copiis quæ in aciem disponuntur,* ut Judith. ii. 16. καὶ διέταξεν αὐτοὺς ὃν τρόπον πολέμου πλῆθος συντάσσεται, *et instruxit eos, sicuti belli multitudo adornatur.* Xen. Cyr. vi. 3. 12. Κῦρος μὲν οὕτω διέτασσεν. add. viii. 5. 2. Judith. i. 4. 1 Macc. vi. 35. hinc interpretes illi h. l. vocabulo διαταγαὶ hanc notionem tribuunt, ut declaret, *ordines, turmas;* præpositionem autem εἰς etiam h. l. ut sæpius positam accipiendam esse præcipiunt pro ἐν, *inter.* Jam cum νόμος Gal. iii. 19. dicatur διαταγεὶς δ' ἀγγέλων et Hebr. ii. 2. λαληθεὶς δ' ἀγγέλων, hæc verba exponenda aiunt: *lex lata, constituta, et promulgata præsentibus angelis;* ut 2 Tim. ii. 2. διὰ πολλῶν μαρτύρων, *præsentibus multis testibus.* Philo Leg. ad Cai. p. 1019. A. διὰ μαρτύρων κλαίειν, *coram, præsentibus aliis flere.* Hanc locorum illorum ep. ad Gal. et Hebr. et nostri loci interpretationem non dubitari posse dictitant, quin verissima sit, cum διατάσσειν verbum legislatorum proprium v. *Krebsius* et *Lœnerus* ad h. l. Deo tantum, tanquam legum auctori, non angelis, conveniat, et ex sacris literis constet Deum ipsum legem promulgasse Ex. xxi. 1, 19, 22. ut adeo lex non dici possit *per angelos* lata esse. Equi-

Digitized by Google

Ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ 54
ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. Ὑπάρχων δὲ πλήρης 55
Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ,

dem tamen eorum sententiæ subscribo, qui verba nostra explanant: *accepistis legem ab angelis promulgatam*: v. *Beza, Hammondus, Krausius, Heinrichsius* ad h. l. *Koppius, Borgerus* ad Gal. l. l. *Carpzovius* ad Hebr. l. l. etc. Verbum nimirum διατάσσειν generatim notat: *jubere, præcipere*, v. Luc. viii. 55. xvii. 19. tum *edicto constituere, legem promulgare*, v. Act. xviii. 2. Æl. H. V. ii. 15. τῶν πολιτικῶν ἕκαστα διατάττων. Hesiod. Theog. 74. de Jove: οἷ δὲ ἕκαστα Ἀθανάτοις διέταξε ἑῷσι, καὶ ἐπίφραδε τιμὰς, *bene autem singula edixit diis simul, et honores promisit.* Id. Ἔργ. 276. Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων, *namque hanc hominibus legem dedit Saturnius.* Hinc nomen διαταγὴ notat, *mandatum, institutum, promulgationem*, Rom. xiii. 1. διάταγμα, *edictum, mandatum, præceptionem*, ut διάταξις in vers. Alex. Ps. cix. 9. εἰς ut sæpius vim obtinet præpositionis ἐν, vel διὰ, ut adeo ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων sit idem quod ἐλαβ. τ. ν. διαταγέντα δ' ἀγγέλων, *promulgatam ab angelis*, vel *per angelos*. Ita hæc verba intellexit quoque Scholion Cod. Mosq. cujus verba sunt: εἰς διαταγὰς, τουτέστι, τὰς ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα. Plurali διαταγαὶ usus est orator, loco alterius numeri, quoniam lex pluribus præceptis constabat. Notio autem quam alii interpretes vocabulo διαταγαὶ subjiciunt, qui illud per *ordines, turmas*, interpretantur, aliunde comprobari nequit. Neque huic quam proposuimus verborum explicationi obstat, quod διατάσσειν, non angelis, sed Deo legislatori conveniat, promulgavit enim Deus legem angelorum ministerio usus. Præterea ipsi loci epp. ad Gal. et Hebr. ni perquam contorte eos interpretari malis, sententiam hanc, legem per angelos datam esse, apprime confirmant. In narratione quidem Mosis Ex. xix. 22 sqq. nulla angelorum *ministerii*, neque vero etiam *præsentiæ* angelorum mentio sit. Sed Deut. xxxiii. 2. interpretes Græci de suo addiderunt: (Κύριος ἐκ Σινᾶ ἦλθε hæc præcedunt) ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. Scilicet existimabant Judæi antiquissimi, Deum in caussis solennibus, cum singularem suam declarat præsentiam, uti comitatu angelorum (vid. ad v. 30. not), hoc ergo eum quoque usum esse in monte Sinaïtico, cum promulgaret legem. Hæc opinio sequentibus temporibus uberius est exornata, et cum antiquiores Judæi disputarent tantummodo *de præsentia et comitatu angelorum*, sequiores Judæi disputabant etiam de *ministerio* angelorum in lege ferenda, et Apostolorum ætate hæc inter Judæos opinio usitata et recepta erat, legem *per angelos* tanquam *auctores secundarios* fuisse latam. Insignis est hanc in rem locus Josephi Ant. xv. 5. 3. ἡμῶν τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ἐσώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, *et nos Judæi honestissima sanctissimaque legis præcepta per angelos a Deo accepimus.* Nec audiendi sunt *Krebsius* ad h. l. et *Michaëlis* ad Hebr. l. l. qui hæc Josephi verba, non de lege in monte Sinaïtico promulgata, sed de aliis institutis præceptisque divinis, quæ Deus Judæis per prophetas (ἀγγέλους) dedit, male ac perperam intelligunt, vid. *Koppius* et *Borgerus* ad Gal. l. l. Adjuvatur denique etiam ea quam posuimus verborum Stephani interpretatio pluribus locis scriptorum Rabbinorum. Jalkut Ruben. fol. 107. 3. *Deus Mosen legem docuit; cum autem descenderet—tanto timore perculsus est, ut omnium obliviscereturus. Deus autem statim Jesifiam angelum legis vocavit, qui ipsi legem tradidit bene ordinatam et custoditam: omnesque angeli amici ejus facti sunt.* cf. *Wetstenius* et *Schœttgenius* ad Gal. l. c. Jam ex hactenus dictis manifestum, et clarum esse arbitror, si utraque interpretatio hujus loci in lancibus libræ ponatur, hanc posteriorem præponderaturam esse, adeo, ut priori illi præferri debere videatur.

(54. 55.) Synedri et adstantes, his auditis, ira exscandescebant, et dentibus frendebant, ut solent homines in furorem acti, contumeliis eum petebant, eique mortem minabantur. διεπρίοντο] vid. ad v. 33. Stephanus autem sacro ardore correptus, divino animi motu actus, πλήρης Πνεύματος ἁγίου ὑπάρχων, v. ad ii. 4. non curabat eorum comminationes, nec mortem sibi imminentem metuebat. ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν κ. τ. λ.] *cœlum intuitus* (vid. ad Luc. xxii. 56. Act. i. 10.) *conspexit Dei majestatem, et Jesum ad ejus dextram adstantem.* Quid viderit Stephanus, non explicate dicitur. *Hezelius* per τὴν δόξαν Θεοῦ, intelligit nubem fulmina emittentem, præsentiæ divinæ symbolum, cum paulo post *apertum cœlum* commemoretur, cœlum autem alias discedere dicatur, cum fulgurat v. ad Matth. iii. 16. Me non habet assentientem; nam qui præsentes aderant, nihil viderunt. Neque adstipulari possum *Michaëli, Eckermano*, aliis, qui quæ h. l. leguntur, improprie accipienda esse statuunt de firma Stephani persuasione, Jesum in cœlo versari, summa frui felicitate et majestate, et se ipsum mox cœlum ingressurum, ac beatorum sortem consecuturum esse; Stephano igitur

Digitized by Google

56 καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ· Καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ, θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου

de eo quod non vidisset, tam firmiter persuasum fuisse, ac si revera vidisset. Hanc explicationem, ut recte monuit ad h.l. *Krausius*, verba ipsa, et oratio pedestris atque historica repudiant. Sunt potius quæ h.l. narrantur de visione s. ἐκστάσει explicanda (cf. not. ad Matth. iv. p. 102.) vidit Stephanus cœlum disruptum, chasmate et hiatu divisum, quod alias in fulgure fieri solet (Virg. Æn. ix. 20. *Video medium discedere cœlum*) vidit speciem magnificam s. splendorem divinæ præsentiæ indicem (vid. ad v. 30.), et Jesum ad dextram s. proxime stantem. Hujuscemodi visiones describuntur Ez. viii. 2. Ies. vi. Apoc. iv. 2 ss. Act. ix. x. 9 ss. Cæterum nonnisi hoc loco N.T. Christus *stare* dicitur *ad dextram Dei*. Neque his verbis omnino regia dignitas et majestas Jesu Christi prædicatur, ut formula alias frequenter obvia: *sedet ad Dei dextram*, sed ut recte judicarunt *Grotius*, *Knappius* (Opuscc. p. 47.) *Rosenmüllerus*, alii, describitur iis auxilium præsentissimum. Nempe Stephani spes et fiducia in Deo et Jesu Messia, jam parato ad auxilium sibi ferendum posita erat. Cum ergo Jesus quasi in procinctu esset, ut illi obviam veniret et succurreret v. 58. coll. Joh. xiv. 2, 3. Matth. xxvi. 64. *adstans* cogitari et conspici potuit. Præivit hanc sententiam *Gregorius* M. Homil. 19. in fest. Adscens. "*Sedere* judicantis (et imperantis) *est; stare vero* pugnantis *vel* adjuvantis. *Stephanus* stantem *vidit, quem* adjutorem *habuit*."

(56.) Synedris et qui de populo cum iis faciebant, quæ Stephanus dixerat, ῥήματα βλάσφημα erant coll. Matth. xxvi. 64. quare *magno clamore sublato, aures obturabant, certatim in eum irruebant, et extra urbem raptum lapidibus obruebant*. Pro κράξαντες in quibusdam libris extat κράξαντος, et ita legendum præcepit *Battierius* in Bibl. Brem. Class. 6. p. 92. ut adeo animosus orator sententiam a Luca proxime allatam altiore voce pronuntiasse dicatur; arrisit hæc lectio etiam *Valckenario* in Opuscc. Vol. ii. p. 286. (Lips. 1809. 8.) et in Scholis p. 433. cum non intelligatur, cur aures obturarint Judæi, qui ipsi alta voce clamarent. Sed adversarii obturabant aures, ne blasphemias Stephani audirent, et ut fieri solet excitatis tumultibus, vocis contentione consilia sua prodebant et oratorem interrumpebant, clamabant Stephanum esse blasphemum, lapidandum, et in eum irruebant. Etiam alias ejusmodi clamor adversariis furore abreptis tribuitur v. Matth. xxvii. 23. Joh. xix. 12. Act. xix. 28, 32. quo posteriori loco, æque ac nostro, de iis qui v. 28. dicuntur κράζειν, v. 29. adjungitur: ἔκμηνάν τι ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γαΐον καὶ Ἀρίσταρχον. Præterea si κράξαντος scripsisset Lucas, addidisset haud dubie Στεφάνου vel αὐτοῦ. v. *Wolfius* ad h. l. et *Klosius* in Exam. Emend. *Valckenarii* p. 53. Pro ἐλιθοβόλουν, cum hoc verbum v. 58. repetatur, *Marklandus* ad Lys. p. 167. Lucam scripsisse conjecit, ἐλιθολόγουν, *lapides congesserunt*, vel ἐλιθοφόρουν. Utrumque verbum in scriptis Græcorum occurrit. Alii ἐλιθοβόλουν v. 56. exprimendum esse præcipiunt, *lapidare cœperunt*, cum verba completiva sæpe inchoative accipienda sint, vid. not. ad Luc. v. 6. Hæc vero notio huic verbo potius v. 58. cum *Boltenio* tribuenda esset, testes enim lapidationem auspicabantur v. Deut. xvii. 7. *Valckenarius*, cui quoque vulgaris lectio displicet, concedit quidem hoc verbum primo loco positum, de conatu lapidandi accipi posse ut Joh. x. 33. *lapidare eum volebant*, v. ad Luc. l. l. sed hoc eum male habet, quod Lucas idem verbum v. 56. de conatu s. voluntate et v. 59. propria significatione adhibuerit. Laudarunt quidem alii, quo ostenderent hanc loquendi rationem scriptoribus sacris haud insolentem esse, Joh. x. 32. Luc. i. 59, 60. qui tamen loci huic nostro non plane similes sunt. *Klosius* l. l. p. 54. verbum ἐλιθοβόλουν historicorum more repetitum esse posse putat, ita, ut alia res expressa non sit, ut in lingua vernacula dicere possemus: *Und so steinigten sie den Stephanus*, etiam si jam ante ejus lapidatio descripta sit. Probavit hanc explicationem *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l. Ex *Heinrichsii* sententia ἐλιθοβόλουν significat, præpararunt se ad eum lapidandum, seu, jam in itinere ad supplicii locum eum petulanter lapidibus lacessebant. Mihi sic videtur. Versu 56 generatim sermo est de lapidatione Stephani, sed v. 57, et 58, de lapidatione ejus a testibus peracta, et quæ v. 57 sqq. leguntur sunt enucleatior descriptio lapidationis Stephani et explicatio verbi ἐλιθοβόλουν quod v. 56 extat. Nempe si lapidandus nondum exstinctus erat lapidibus, quos testes in eum conjecerant; qui de populo præsentes erant, lapidibus eum obruebant v. Deut. xiii. 10 sq. xvii. 7. Stephanus autem statim lapidibus testium interficiebatur. Hoc memoratu dignum videbatur Lucæ, non minus quam hoc, quod testes vestimenta sua ad pedes Sauli deposuerant, qui mox acerrimum Christianorum hostem se exhibebat, et jam sibi gloriæ ducebat, vel minimum ad rem Christianam minuendam ministerium fecisse, postea vero ad Christi religionem conversus, quam plurimum ad rem Christianam augendam promovendamque conferebat. Post-

Digitized by Google

ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ. Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, 57
συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐ-
τόν. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν· καὶ 58
οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας
νεανίου καλουμένου Σαύλου, Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, 59
ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά

quam ergo scriptor generatim dixerat, Stephanum esse lapidatum, adjecit v. 57 ss. a quibus lapidatus fuerit, et nonnulla alia quæ in hac lapidatione ei memorabilia videbantur.

(57.) οἱ μάρτυρες] vid. vi. 13. ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια—Σαύλου] *deponebant vestes* superiores *suas ad pedes Sauli*, ea fidei Sauli asservanda tradebant vid. iv. 35. ἱμάτια, *pallia*, quo expeditiores essent ad λιθοβολίαν. Theophylactus: ὅστε εἶναι κοῦφοι καὶ ἀκαρεπόδιστοι εἰς τὸ λιθοβολεῖν, *ut leves essent et expediti ad lapides conjiciendos*. Quamquam omnia per seditionem agebantur, et lapidatio illegitima erat v. Proleg. §. de chronologia libri; et not. ad Matth. xxvi. 66. tamen, ut scite monuerunt *Grotius* et *Beza* ad h. l. volebant isti videri nihil agere nisi ex legis præscripto, testium enim erat primos lapides in condemnatum conjicere, v. Deut. xvii. 7. νανίας, *adolescens*. Saulus jam tum ad ætatem virilem progressus erat, v. Philem. 9. Sed νανίαι, νέοι, νανίσκοι, dicuntur etiam ii qui ad ætatem virilem pervenerunt, viri qui adhuc sunt florentibus annis. Davides, certamen cum Goliatho ingressurus, a Josepho Ant. vii. 9. 2. vocatur νανίσκος, cum esset fere triginta annos natus. Dio Cass. lib. 36. Cæsarem, cum fere esset quadraginta annos natus, dicit νέον. Sic. et Cic. Philipp. ii. 21. Antonium, qui tricesimum annum attigerat, *adolescentem nominat* v. *Manutius* ad Cic. epp. ad Div. ii. 1. extr. *Vosius* Instit. Orat. ii. 14. §. 5. *Cortius* ad Sallust. Catil. xxxviii. 1. add. Xen. Cyr. viii. 3. 12. 13. ubi νανίσκος dicitur, qui §. 11. ἀνὴρ vocatur. Phavorinus: νανίσκος ἀπ' ἐτῶν εἰκοστέρων ἕως ἐτῶν τριακοντατεσσάρων, ἢ τεσσαράκοντα ἐνός. add. Diog. Laërt. viii. 10. Σαύλου, vid. ad viii. 1.

(58. 59.) *Stephanum lapidibus petebant, qui Jesum his verbis invocabat; Domine Jesu, animam meam recipias!* Preces ad Jesum mittit, quem ad Dei dextram stantem viderat: cf. v. 55. Male nonnulli opinati sunt, Stephanum verbis Κύριε Ἰησοῦ invocasse Deum Patrem, eumque dixisse Dominum Jesu. Hæc ratio valeret, si legeretur Κύριε τοῦ Ἰησοῦ. Confirmat etiam vulgarem interpretationem locus Apoc. xxii. 20. ubi legitur, ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ, quibus verbis Jesum ipsum ibi compellari extra omnem dubitationem positum est. Neque adeo cum *Bentleio*, cui adstipulati sunt *Valckenarius* Opuscc. l. l. et *Klosius*, præeunte Chrysostomo, legendum est ἐπικαλούμενον Θεόν, sed ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet τὸν Κύριον Ἰησοῦν. Verbis δέξαι τὸ Πνεῦμά μου inest sententia hæc: recipias me in domicilia æterna, in cœlum, coll. v. 55. vid. not. ad Luc. xvi. 9. Joh. xiv. 2. Minus recte *Boltenius* ea explanat: *finias vitam meam, mache meinem Leben bald ein Ende*; laudat 1 Regg. xix. 4. Jon. iv. 3. neque arridet *Krausii* interpretatio: *benevole accipe animam, quam tibi tanquam sacrificium offero*, cum δέχεσθαι dicatur de iis, qui dona accipiunt, et de Deo, qui oblationibus hominum delectatur LXX. Job. viii. 20. Jer. vi. 20. θεὶς τὰ γόνατα, *genubus flexis*, "ut solebat fieri in precibus intensioribus:" *Grotius*. (Marc. xv. 19. Luc. xxii. 41. Act. ix. 40. etc.) dum testes vestimenta deponebant Stephanus eloquebatur verba: Κύριε Ἰησ. κ. τ. λ. tum vero ictibus lapidum percussus, in genua procubuit, *et alta voce exclamavit: Noli, Domine, eos hujus sceleris caussa ulcisci. Quibus dictis exspiravit*. Verbum ἵστημι s. ἱστάνω respondet Hebr. שקל et notat, *pondero, pondus ad libram exploro*. Thom. Mag. ἵστημι — ἀντὶ τοῦ ζυγοστατῶ. vid. Ammonius in v. μετρεῖσθαι p. 93 sq. Pollux. iv. 171. *Valckenarius* ad Eurip. Fragmm. c. 25. p. 288. plena formula est, ἱστάναι ἐν ζυγῷ, ea legitur in vers. Alex. Jer. xxxi. 10. ἔστησα τὸ ἀργύριον ἐν ζυγῷ, *libra ponderavi argentum*, ubi præcessit v. 9. καὶ ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους καὶ δίκα ἀργυρίου· vel σταθμῷ, quod additum extat ap. Herodo. ii. 65. ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας. Hinc quoniam veteres pecuniam non numerare, sed ponderare et appendere solebant, ἵστημι significat etiam, *solvo*, ut שקל quod adeo Alexandrini interpretes expresserunt verbo τίειν, 1 Regg. xx. 39. τάλαντον ἀργυρίου τίσεις, *talentum argenti solves*, et ἀποτίειν, Exod. xxii. 17. vid. nos ad Matth. xxvi. 15. *Münthius* ad h. l. *Raphelius* Obss. Xenophh. et *Wetstenius* ad Matth. l. c. Hebræis Deus statera hominum facinora examinare fingitur, quando illis est retributurus, ut res in libram conjici solent, quo pro earum pondere pretium statuatur: v. *Elsnerus* ad h. l. Job. xxxi. 6. Dan. v. 27. Hinc formula h. l. obvia, proprie notat: *noli peccatum eorum ad libram examinare*, h. e. ne animadvertas in illud; ut antecedens positum sit pro consequente. Verbum denique κοιμᾶσθαι, de quo vid. not.

Digitized by Google

60 μου. Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐκοιμήθη.

ΚΕΦ. η'.

ΣΑΥΛΟΣ δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς 2 Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν Ἀποστόλων. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο

ad Joh. xi. 11. ponitur etiam de iis qui violenta morte e vita tolluntur: v. Soph. El. 502. et *Wolfius* ad h. l.

CAP. VIII.

"MAXIMA et gravissima post Stephani mortem Christiano cœtui, qui adhuc Hierosolymis degerat, ingruit persecutio; fugantur, dissipanturque per omnem Judæam, Samariamque, Saulo maxime eos infestante v. 3, 4. Sed id ipsum in incrementum novæ societatis vertit, siquidem jam non se intra Hierosolymæ muros continuit, sed omnes Palæstinæ provincias pervasit Christianismus, promulgante eum inprimis Philippo diacono v. 5 sqq. cf. v. 40. (inseritur historia de Simone Mago v. 9—25.) qui et ultra Palæstinæ adeo fines ejusdem semina spargit v. 26—39." *Heinrichsius.* Σαῦλος δὲ ἦν—αὐτοῦ] *quam Stephani cædem Saulus* toto animo, verbis, et gestibus *approbabat.* Sunt autem hæc verba, cum *Bengelio, Griesbachio, Matthæio,* capiti præcedenti adjungenda, quocum arctissime cohærent. συνευδοκεῖν] *approbare,* Luc. xi. 48. Diod. Sic. p. 161. B. τότε πρώτως συνευδόκησε, *tum primum id approbavit.* p. 271. C. πάντων συνευδοκησάντων, *cum omnes id approbarent.* Infra xxvi. 10. Paulus de se: ἀναιρουμένων τε αὐτῶν (ἁγίων) κατήνεγκα ψῆφον ubi v. not. Σαῦλος, vid. ad xiii. 9. ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ—πλὴν τῶν Ἀποστόλων] *illo tempore tanta exorta est ecclesiæ Hierosolymitanæ vexatio, ut omnes præter Apostolos per Judæa et Samariæ regiones dispergerentur.* Hæc verba neque cum antegressis, neque cum proxime sequentibus cohærent; hinc *Zieglerus* in *Gubleri Journal für Theol. Literatur* J. 1801. St. 1. p. 155. ea a seriore manu adjecta esse putat. Verum cum v. 4. hæc ipsa versiculi primi verba respiciantur, assentior potius *Heinrichsio,* qui statuit, versus librarii cujusdam culpa transpositos fuisse, et verba ἐγένετο δὲ—τῶν Ἀποστόλων post versum secundum esse legenda. Synedri (ix. 2.) qui hactenus non ausi erant, cœtum Christianorum insectari, cum vidissent, se impune potuisse Stephanum trucidare, quin et magnam populi partem ejus necem probasse, audaciores facti, etiam alios Christianos persecuti sunt, quos populus concitatus æque ac Stephanum pro blasphemis habebat. πάντες τε διεσπάρησαν] non omnes Christiani aufugiebant, sed multi, vel plerique vid. ix. 26, 31. ponitur autem vocabulum πᾶς, ut Hebr. כל Jer. xliv. 11. haud raro ita, ut *magnum numerum* significet, ut Matth. ii. 3. iii. 5. xxi. 26. Marc. iv. 11. Act. ii. 5. Jer. xxx. 14. ubi interpretes Alexandrini nomen רב *multitudo,* expresserunt vocabulo πᾶς. πλὴν τῶν Ἀποστόλων] Apostoli remanebant Hierosolymis, ut Christianos, qui non aufugerant, erigerent et confirmarent, ac muneri suo incumberent, sperantes Deum ostensurum esse, quando ipsis inde discedendum esset, quod etiam factum est, vid. v. 14. ix. 32. etc.

(2.) συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον] *Stephani autem funus curarunt.* Scholiast. ad Soph. Aj. v. 1067. μὴ συγκομίζειν· μὴ θίλε θάπτειν· συγκομίζειν ἀπὸ τῶν συναγομένων καρπῶν, εἰς τὰς ἀποθήκας, ἐπ' ἐκείνων γὰρ λέγεται κυρίως τὸ συγκομίζειν καὶ ἡ συγκομιδή. Nempe συγκομίζειν proprie dicebatur, *fruges colligere, in horrea congerere,* ita legitur ap. Xen. Memorab. ii. 8. 3. συγκομίζοντα καρπούς. Ib. ii. 9. 4. ὁπότε συγκομίζοι ἢ σῖτον, ἢ ἔλαιον, ἢ οἶνον, ἢ ἱμά. v. et schol. Æschyl. Sept. Theb. 930. inde translatum est ad sepulturam, quia sepultura quod terrenum erat in homine velut in horreum suum condebatur, Terræ Matri mandatum: v. *Valckenarius* in Scholis ad h. l. et omnino notabat, *funus curare* h. e. lavare, ungere, componere, fasciis sepulcralibus induere mortuum, eum efferre, sepelire v. *Elsnerus* et *Wolfius* in Curis ad h. l. *Schleusnerus* in Lex. sub h. v. ἄνδρες εὐλαβεῖς, *homines religiosi,* vid. de hac voce not. ad Luc. ii. 25. intelligendi sunt *Judæi religiosi,* vid. Act. ii. 5. quibus persuasum erat, Stephanum insontem esse trucidatum, quique clam rei Christianæ favebant, Hellenistæ, ut videtur. Judæi religiosi officii sui esse ducebant, occisos, in-

Digitized by Google

κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλη- 3
σίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας
καὶ γυναῖκας, παρεδίδου εἰς φυλακήν.

Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν 4
λόγον. Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, 5
ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς 6

primis innocentes occisos sepelire v. 2 Sam. ii. 5. Tob. i. 20. ii. 3 s. iv. 17. xii. 12 ss. Alii hac voce Christianos significari putant, et Stephani sepulturam persecutionis Christianorum caussam fuisse existimant. Sed parum probabile est, Christianos ausos fuisse Stephanum sepelire. Præterea si de Christianis cogitandum esset, Lucas haud dubie alia voce usus fuisset. καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ] *et vehementer eum lugebant.* Solebant apud Judæos, ut apud Romanos, lugentes pectus tundere: v. Ovid. Met. ii. 584. not. ad Matth. xii. 17. hinc κοπετὸς dicitur de luctu, qui pectus tundendo indicatur, omninoque luctum gravem declarat v. LXX. Gen. l. 10. Num. xx. 29. Deut. xxxiv. 8. Hesychius: κοπετός, θρῆνος, μετὰ ψόφου χειρῶν.

(3. 4.) Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν] *Saulus autem sæviit in ecclesiam* Hierosolymitanam. Gal. i. 13. ἰδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. Verbum λυμαίνεσθαι quod cum dativo et accusativo construitur v. schol. ad Aristoph. Nubb. 925. Suidas, Thom. Mag. p. 218. et Albertius ad h. l. proprie usurpatur de feris, arva segetesque devastantibus, vel gregibus rapina nocentibus, de locustis ap. Zosim. i. 57. 6. de ceto Palæph. xxxviii. 1. de Hippopotamo, qui λυμαίνεσθαι dicitur τὰς γεωργίας τὰς κατ' Αἴγυπτον· ap. Diod. Sic. p. 22. C. de leone: Æl. H. V. iv. 5. λυμαινομένων αὐτῶν τὰ ἔργα ἐχειρώσατο λέοντα. Antonin. lib. fab. 12. ὃς αὐτούς τε καὶ τὰ θρέμματα διελυμαίνετο, *qui leo et in ipsos Ætolos et in pecus grassabatur.* Nec tantum de feris, sed etiam de hominibus adhibetur, ut de latronibus, qui τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας λυμαίνονται, Diod. Sic. p. 38. D. de malis civibus, τὴν πολιτείαν λυμαίνουσι, jura reipublicæ turbantibus ap. Diod. Sic. p. 47. D. add. Philo de creat. princ. p. 734. B. οὔτε πόλεως ἐχθρᾶς τὴν ἀρετῶσαν γῆν ἐφίησι λυμαίνεσθαι δηοῦντας, ἢ δενδροτομοῦντας ἐπὶ φθορᾷ καρπῶν, *ne agros quidem hostilis civitatis permittit* (Moses) *vastare et arbusta cædere ad fructuum interitum.* Herodi. iii. 6. 20. εἰς ἀνοικισμὸν τῶν πόλεων, ἃς ἦν λυμηνάμενος ὁ Νίγρου στρατὸς, *ad restaurandas urbes, quas Nigri exercitus devastaverat.* Deinde hoc verbum per metaphoram significat *lædere, affligere, vexare aliquem,* ut h. l. Xen. H. Gr. ii. 3. 16. Suidas: ἐλυμήνατο· ἔβλαψεν. vid. *Wetstenius* ad h. l. et *Dresigius* de V. M. p. 566. κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος] *domos intrans.* Synedrii erat providere, ne falsa doctrina proponeretur, et in eos inquirere, qui nova molirentur in ecclesia v. ad Joh. i. 19. Saulus igitur munitus publica auctoritate v. Act. xxvi. 10. in ædes irrumpebat, ut extraheret, quos Christianos esse suspicabatur, aut quos comperisset ad cœtum Christianorum pertinere. σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, παρεδίδου εἰς φυλακὴν] *viros et fœminas inde tractos custodiæ tradens.* σύρειν *trahere,* ponitur de iis qui ad judicem, in carcerem, ad pœnam trahuntur, qui vi abducuntur, ut Act. xvii. 6. κατασύρειν, Luc. xii. 58. ubi v. not. Philo in Flacc. p. 974. C. συρόμενοι καὶ κατεύμενοι διὰ τῆς πόλεως ἀκάσης ἐξεκαλούσησαν. Arrian. Epictet. i. 29. σύρει εἰς τὸ δεσμωτήριον. v. *Wetstenius* et *Lœsnerus* ad h. l. Sic quoque συναρπάζειν legitur Act. vi. 12. xix. 29. Virorum et mulierum mentio facta, quo indicetur vexationis late patentis acerbitas et atrocitas, quæ ne mulierum quidem pepercerit imbecillitati. παρεδίδου εἰς φυλακὴν in carcerem inclusit, κατέκλεισε φυλακαῖς, Act. xxvi. 10.— οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες κ. τ. λ.] *qui igitur dispersi fuerant* (v. 1.) *varia loca peragrantes doctrinam divinam tradebant.* διῆλθον scil. τὰς χώρας ut xi. 19. τὸν λόγον πρ. τοῦ Θεοῦ, coll. v. 14. Judæis tantum doctrinam Christianam tradebant v. xi. 19. non gentilibus c. 10.

(5.) Φίλιππος δὲ κατελθὼν—τὸν Χριστόν] *Philippus autem, cum in urbem Samariam pervenisset, civibus doctrinam Christianam prædicabat.* Philippus, non Apostolus, Joh. i. 43. Matth. x. 3. sed diaconus, Act. vi. 5. qui infra xxi. 8. Evangelista dicitur. Nam Apostoli Hierosolymis remanserant coll. v. 1. et Philippus ab Apostolis discernitur v. 14 sq. Σαμαρεία et regionis nomen est v. Luc. xvii. 11. Act. i. 8. et urbis Joseph. Ant. xx. 6. 2. Urbs Σαμαρεία, ab Hyrcano diruta, a Gabinio restaurata, et ab Herode, in Augusti honorem Σεβαστή, h. e. Augusta, nuncupata est v. Joseph. Ant. xv. 7. 7. et c. 8. §. 5. Hoc loco ipsa urbs, totius regionis metropolis, hoc nomine indicatur. Nam v. 14. Samaria amplexa esse legitur doctrinam Christianam, id quod de omni regione dici non potuit: cf. et v. 25. vid. *Vechneri* Hellenolexia lib. 2. c. 8. et *Heu-*

Digitized by Google

λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν, ἐν τῷ ἀκούειν
7 αὐτοὺς καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. Πολλῶν γὰρ τῶν
ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα[1] μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρ-
χετο· πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν.
9 Καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. Ἀνὴρ δέ τις
ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν

7. ~ φωνῇ μεγάλῃ.

manus ad h.l. Tradidit autem Philippus Samaritanis (de quibus v. not. ad Joh. iv. 9, 25.) doctrinam Christianam, exemplum Jesu secutus v. Joh. iv. 39 sq. et memor eorum, quæ Jesus Apostolis ante suum ex his terris abitum dixerat v. Act. i. 8.

(6.) προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις κ. τ. λ.] *et omnis multitudo Philippi dictis assensum præbuit, quoniam audiverant et viderant miracula ab eo patrata.* προσέχειν scl. τὸν νοῦν significat: *attendere, attentas et benignas aures alicui præbere*, v. *Münthius* et *Kypkius* ad h. l. Xen. Mem. iv. 2. 6. Cebet. Tab. c. 3. εἰ μὲν προσέξετε, ἔφη, καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα. c. 4. ὡς ἡμῖν προσεξόντων οὐ παρέργως. Sæpius vero etiam hoc verbum ita ponitur, ut declaret: *fidem habere, assensum præbere.* Demosth. c. Leochar. p. 677. ed. *Wolf.* πιστέρᾳ προσέχειν ὑμῶν ὡς ἀληθῆ λέγοντι. 1 Macc. vii. 11. οὐ προσέχου τοῖς λόγοις αὐτῶν. Sir. xxviii. 17. ὁ προσέχων αὐτῇ, οὐ μὴ εὕρῃ ἀνάπαυσιν. Philo lib. 2. Alleg. p. 104. A. εἰ γὰρ αἰνίγματι προσέχεις — ἀπολώλεκας τὴν ἀλήθειαν *si fabulis credis amisisti verum*, v. *Læsnerus* ad h. l. Joseph. Ant. viii. 15. 4. Σεδεκίας δέ τις — προσιλθὼν, τῷ Μιχαίᾳ μὴ προσέχειν παρῄνει, *Sedekias unus e falsis prophetis, ad regem accessit, et hortabatur, ne Michæa dictis fidem assensumque præberet.* Hinc tanquam verba idem valentia copulantur πιστεύειν et προσέχειν ap. Joseph. B. I. vi. 5. 3. ut μὴ προσέχειν et ἀπιστεῖν ap. Joseph. c. Apion. lib. 1. §. 1. v. *Krebsius* ad h. l. Tribuitur denique etiam huic verbo notio *obtemperandi*, quod temere negavit *Krebsius*; hoc significatu adhibitum comparet ap. Diod. Sic. p. 425. A. οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχε, *nemo ejus jussis parebat.* add. ib. p. 128. B. ubi οἱ μὴ προσέχοντες opponuntur τοῖς ὑπακούουσι. Sir. xxiii. 27. καὶ οὐδὲν γλυκύτερον τὸ προσέχειν ἐντολαῖς Κυρίου, *nihil dulcius, quam obtemperare præceptis Domini.* ib. xxxii. 24. ὁ πιστεύων νόμῳ, προσέχει ἐντολαῖς. add. Theophr. Char. xvi. 2. In hac orationis serie προσέχειν denotat: *assensum, fidem præbere*; nam permutatur v. 12. cum verbo πιστεύειν, et v. 14. legitur: ὅτι δέδεκται ἡ Σαμαρεία τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Neque adeo assentiri possum *Kypkio, Heumano, Rosenmüllero*, aliis, qui verbum προσέχειν h.l. explicant: *diligenter aures præbere, attendere*, quod non credibile sit omnes Samaritanos ὁμοθυμαδὸν Christum secutos fuisse Sed verba non sunt nimis premenda, non de universo populo, sed de maxima ejus parte interpretanda, ut infra v. 10. verba: πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Marc. iii. 33. ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν. Matth. iii. 5. πᾶσα ἡ Ἰουδαία. add. Marc. i. 5. ἦν id. qd. διὰ ut vii. 29.

(7.) Verba priora hujus versus ita sunt ordinanda: πνεύματα γὰρ ἀκάθαρτα (ἐκ) πολλῶν τῶν ἐχόντων (αὐτὰ), βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο. Exempla similium trajectionum v. ap. *Glassium* Phil. S. p. 664. πνεύματα ἀκάθαρτα vid. v. 16. βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ quæ de clamore dicuntur, ad dæmoniacos referenda sunt. Similis locus Luc. xi. 14. ubi δαιμόνιον dicitur fuisse κωφόν. Dæmoniaci autem qui h. l. commemorantur, videntur fuisse melancholici et epileptici v. Marc. i. 23, 26. παραλελυμένοι iidem, qui alias dicuntur παραλυτικοὶ, qui nervorum resolutione et debilitate laborabant v. ad Matth. iv. 24. χωλοὶ] claudi, pedibus capti Matth. xi. 5. xv. 30.

(9.) ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων] Perquam probabilis est *Wolfii, Heumani, Krebsii, Rosenmülleri*, aliorumque sententia, hunc Simonem esse eundem Simonem, genere Cyprium, cujus Joseph. Ant. xx. 5. 2. his verbis meminit: Φῆλιξ — Σίμωνα ὀνόματι τῶν ἑαυτοῦ φίλων, Ἰουδαῖον, Κύπριον τὸ γένος, μάγον εἶναι σκηπτόμενον πέμπων πρὸς αὐτὴν (τὴν Δρουσίλλαν) ἔπειθε τὸν ἄνδρα καταλιποῦσαν αὐτῷ γήμασθαι. *Felix* cum esset Judææ procurator, visa hac fœmina omnium pulcherrima (Drusilla v. ad Act. xxiii. 24.), amore ejus captus: *Simonem, amicum, genere Cyprium, Judæum, pro Mago se gerentem, ad eam misit, qui mulierem sollicitaret, ut, relicto priore marito, ipsi nuberet.* Justinus Martyr quidem in Apol. ii. p. 69. hunc Simonem, Samaritanum ex vico quodam Gitton fuisse tradit: Σίμωνα μέν τινα Σαμαρίτα, τὸν ἀπὸ τῆς κώμης Γιττῶν κ. τ. λ. sed, ut intelligenter monuit *Wolfius* in Curis ad h.l. Justinus passim in rebus historicis hallucinatur, ac videtur ipse, et qui eum sequuntur, existimasse, Simonem pro Samaritano esse habendum, quod in urbe Samaria commoratus hic dicatur. Sed

Digitized by Google

τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.
Ὧ προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες· 10
Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη. Προσεῖχον δὲ 11
αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.
Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ 12

10. ↑ καλουμένη.

id ex eo colligi nequit, et Lucas non dicit eum Samariæ habitasse, sed ibi commoratum esse, antequam Philippus eo veniret. προϋπῆρχεν μαγεύων] *antea artem magicam exercuerat.* προϋπῆρχεν, *antea erat, existebat,* h. l. vim adverbii habet, ut Luc. xxiii. 12. Μάγοι, unde μαγεύειν (quo verbo etiam Hippocrates utitur v. *Wetstenius* ad h. l.) antiquitus dicebantur, sacerdotes, sapientes et philosophi Persarum, qui rerum divinarum et naturalium, inprimis astrologiæ et artis medicæ periti erant v. ad Matth. ii. 1. Postea vero ita dicti sunt, homines ubique vagantes, qui astrorum et rerum naturalium scientia præcellebant, ea vero ad plebem decipiendam abutebantur, qui ex planetis et sideribus fata hominum præcinebant, morbos adhibitis certis formulis curabant etc. dicti vero etiam ita sunt ii, qui præstigiis tantum, divinationibus, incantationibus operam dabant, qui jactabant scientiam et facultatem, per certos sacrorum ritus eliciendi ex inferis manes, et eos adigendi ad res reconditas sibi annuntiandas, herbis, carminibus, genios malos terrendi et abigendi v. *Perizonius* ad Æl. H. V. ii. 18. iv. 20. *Rupertius* ad Juvenal. Sat. vi. 553. 557. interpp. ad Propert. iv. 1. *Meyerus* in *Vertheidigung u. Erläuterung der Geschichte Jesu u. d. Apostel aus Profanscribenten* etc. p. 318. Simonem, non merum præstigiatorem fuisse, et revera magiam exercuisse, sed rerum naturalium cognitione imbutum fuisse, fictis tamen prodigiis atque portentis vulgi animos perculisse, recte, opinor, statuunt *van Dalen* de vera et falsa prophetia c. 2. *Schleusnerus* in Lex. sub v. μαγεύω, *Rosenmüllerus* et *Heinrichsius* ad h. l. cum tanta hominis admiratio Samaritanos incessserit v. 10. nec probabile sit, Apostolos cum homine nil nisi præstigias professo, quicquam rei habuisse. καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας κ. τ. λ.] *obstupefecerat gentem Samaritanam, magnum vivum,* i. e. Dei legatum, *se jactando.* De vi ac potestate formulæ εἶναί τινα μέγαν ἑαυτόν, vid. not. ad v. 36. ut de verbo ἐξιστάω, s. ἐξίστημι not. ad Matth. xii. 22. Luc. xxiv. 22. Simonem pro summo numine, aut Messia, haberi et coli voluisse, ut nonnulli putarunt v. *Deylingius* Obss. Sacr. Fasc. 1. p. 140. *Moshemius* de rebus Christian. ante Constant. M. p. 190. ex Lucæ verbis demonstrari nequit, nec omnino probabile est, v. *Wolfius* et *Heumanus* ad h. l. Eum Gnosticorum familiam ducere jubent, qui tribus prioribus seculis ejus meminerunt, id vero sine idoneis rationibus factum esse, a pluribus ostensum est, v. *Moshemius* l. l. p. 189 sq. *Heumanus* ad v. 24. *Schmidtii Handbuch d. Christl. Kirchengesch.* Th. i. p. 127.

(10.) ᾧ προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου] *cui omnes adhærebant,* cujus dictis fidem habebant et parebant, *parvi pariter atque adulti.* ἀπὸ μ. ἕως μεγάλου ex Hebraica ratione positum est pro μικροί τε καὶ μεγάλοι, atque redundat. Sufficiebat enim dixisse πάντες. Scilicet Hebræi cum homines omnes designare volunt, dicere solent: כֹּל מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל omnes a parvo ad magnum v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 512 ss. *Fisch.* neque tamen hæc formula scriptoribus exteris Græcis inusitata est, v. *Berglerus* ad Alciphr. ep. ii. 4. p. 260. et *Lœsnerus* ad h. l. Significantur autem ea, non, ut *Vorstius* statuit, *plebeii* et *illustres,* sed *parvi* et *adulti,* ut Gen. xix. 11. coll. v. 4. add. 1 Macc. v. 45. Hebr. viii. 11. Eodem sensu Plautus in Pseudolo iii. 1. 10. dixit: *a minimo ad maximum.* οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ καλουμένη μεγάλη] *vis et potentia divina, quæ magna* s. *summa* (μεγάλη pro μεγίστη Matth. xxii. 36. Joh. vii. 37.) *est, per eum operatur.* Nam οὗτός ἐστι κ. τ. λ. dictum est pro ἐν τούτῳ ἐνεργεῖται ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ κ. μ. Nos diceremus: *er ist die personificirte Allmacht.* Sic. v. 3. Πνεῦμα ἅγιον pro ἡμᾶς πλήρεις Πνεύματος ἁγίου. Similis formula 1 Cor. ii. 4. κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἐνέργειαν τὴν ἐν αὐτοῖς ἐν δυνάμει ἐνεργουμένην. add. Rom. i. 16. Ingeniosa est *Heinrichsii* conjectura, Simonem forte in ostentandis suis artibus identidem crepuisse voces; δύναμις Θεοῦ μεγάλη per me hoc efficit etc. adeoque obstupefactos Samaritanos magum ipsum hoc nomine salutasse. Cæterum in codd. ABCDE. al. verss. Copt. Æth. Armen. Syr. post. Vulg. Ital. legitur ἡ καλουμένη μεγάλη, *quæ vocatur* i. *quæ est* (καλεῖσθαι sæpius id. qd. εἶναι) et hanc vocem καλουμένη in ordinem recepit *Griesbachius.* Recte. Facile enim ea a librariis, quibus superflua videretur, omitti potuit. Sensus, sive ea addatur, sive omittatur, eodem redit.

(12. 13.) *Cum autem fidem haberent Phi-*

Digitized by Google

τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος [1] τοῦ Ἰησοῦ Χρισ-
13 τοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. Ὁ δὲ Σίμων καὶ
αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίπ-
πῳ· θεωρῶν τε [1] σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας,
14 ἐξίστατο. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀπόστολοι
ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν
15 πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην· Οἵτινες καταβάντες
προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον.

12. † τοῦ. 13. ∼ δυνάμεις καὶ σημεῖα μεγάλα γινομένα.

lippo doctrinam de regno divino et Jesu Messia tradenti et baptizarentur viri et fœminæ; ipse quoque Simon fidem habebat, sacroque lavacro tinctus, Philippo adhæsit, obstupefactus insignibus factis et miraculis, quæ ab eo patrarentur. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ pro τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ doctrinam de regno divino; περὶ inseruit paraphrasi v. ad Marc. iv. 19. ὄνομα redundat, cf. not. ad iii. 16. Ἰησοῦ Χριστοῦ Jesum esse Messiam. (13.) Simon, homo lucri et honoris avidus, cum videret Philippum edere miracula longe majora suis v. 13. quibus multi Samaritani movebantur, ut baptismum susciperent, et ad Christi signa se conferrent, ipse quoque se Christi sectatorem, simulate tamen v. 21. professus est, et suscepto baptismo Apostolis adhæsit, ut placeret populo, et eandem insignia illa facta edendi peritiam acquireret, quo majorem sibi famam compararet, et turpem quæstum faceret. Jesum, Messiam non habebat, ut recte judicarunt *Grotius, Clericus, Limborchius, Rosenmüllerus*, alii, sed magnum insignem, qui ope geniorum et dæmonum magna miracula patrasset, et in vitam rediisset. Quodsi enim Jesum, Messiam, et Apostolos, legatos divinos habuisset, non sibi persuasisset, pecunia acquiri posse facultatem, omnes, quibus manus imponeret, Spiritu divino imbuendi coll. v. 18 ss. προσκαρτερεῖν, vid. ad i. 14. σημεῖα καὶ δυνάμεις varii generis miracula, vid. ii. 22. Cæterum vera lectio ultimorum hujus versus verborum, e qua reliquæ promanarunt, quam *Bengelius* quoque probavit, hæc est: σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινόμενα. *Griesbachius* in ordinem recepit: δυνάμεις καὶ σημεῖα μεγάλα γινόμενα. *Matthæius*: δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα.

(14.) Cum audissent Apostoli, Philippum felici successu Samariæ doctrinam Christi prædicasse, eo ablegarunt Petrum et Johannem, ut opus a Philippo inchoatum absolverent, manus Christianis e Samaritanis conversis imponerent, et sua auctoritate invidiæ Christianorum e Judæis occurrerent. E *Nasselti* quidem sententia, in Exercitt. ad sacrar. scripturar. interpretat. p. 72. Apostoli non eo consilio Samariam profecti sunt, ut ejus loci Christianis Spiritum S. conferrent, cum Lucas istius consilii nullam mentionem fecerit, sed eo se contulerunt, ut confirmarent novitios Christianos, eosque in discipulorum Christi societatem sua auctoritate cooptarent, ne, qui solis Judæis jus tribuerent civitatis Christianæ, istos Samaritanos ab hoc jure arcendos putarent. Sed licet Lucas non disertis verbis memorarit, Apostolos eo consilio Samariam esse profectos, ut Christianis illis manus imponerent, diserte tamen tradit, Apostolos, simulatque ibi advenissent, Deum precatos esse, ut Samaritanis illis Spiritus S. dona contingerent v. 15. Nempe primis rei Christianæ temporibus, qui Jesum Messiam agnoscebant, missis omnibus, lavacro sacro initiabantur, et postea accuratius edocebantur v. Act. ii. 41. xvi. 14, 15, 30 sqq. not. ad Matth. xxviii. 18. Interim tamen brevi tempore post, Apostoli rem sic instituisse videntur, ut proselytis baptizatis et accuratius edoctis, solenniter manus imponerent, Deumque precarentur, ut iis Spiritus S. dona largiretur. Hinc auctor ep. ad Hebr. vi. 2. primo mentionem facit baptismi, deinde institutionis, denique manuum impositionis. Philippus Samaritanos baptizarat et edocuerat, ab initio enim solennis benedictio Apostolorum manibus adstricta fuisse videtur, progressu vero temporis, cum latius spargerentur doctrinæ Christianæ semina, etiam alii religionis doctores proselytis solenniter manus imponere poterant: v. *Eichhornius vom Einsegnen der Apostel, in Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 409 ss.

(15. 16.) οἵτινες καταβάντες — Πνεῦμα ἅγιον] *qui eo delati Deum precati sunt, ut Spiritus Divini dotes iis impertirentur*, ut vis divinæ effectus experirentur. Per Πνεῦμα ἅγιον quod infra v. 20. δωρεὰ τοῦ Θεοῦ vocatur, h. l. ut ix. 17. intelligitur, singularis animi commotio, qua tanquam divini numinis afflatu se sentiebant impulsos, ut doctrinam, cujus excellentiam et salubritatem

Digitized by Google

(Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βε- 16
βαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.) Τότε 17
ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα
ἅγιον. Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν 18
χειρῶν τῶν Ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσ-
ήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, Λέγων· Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν 19
ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον.
Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Τὸ ἀργύριόν σου σύν σοι εἴη εἰς 20
ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων
κτᾶσθαι. Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· 21

18. ~ Ἰδὼν.

agnovissent, læti et impavidi profiterentur, hoc religionem profitendi ardore inflammabantur, cum Apostoli, Dei et Christi legati, inter solennes preces iis manus imponerent. Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ quod Samaritani accipiebant, signo externo conspici potuisse, satis aperte v. 18. docet, ubi Simon vidisse legitur per manus Apostolorum Πνεῦμα ἅγιον impertiri. Nempe suspiria, lacrimæ, gratiarum actio ardentissima pro beneficiis Dei per Christum collatis, testes erant ignis sacri, quo eorum animi incensi flagrabant. Eos etiam linguis peregrinis locutos esse *Eichhornius* l. l. ex Act. xix. 1 ss. colligit, neque hoc improbabile visum est *Storrio* in Opuscc. Vol. iii. p. 178. Equidem *Nœsselti* sententiæ subscribo, cujus verba l. l. p. 73. hæc sunt: "usos eos esse γλώσσαις s. dialecto quadam profana Judæis visa, Lucas non pariter ut in aliis locis memorat. Nam Samaritanorum linguam, constat, Aramææ quandam dialectum, sacram igitur Judæis fuisse, idcirco non profana lingua locuti poterant dici, quod secus erat in cæteris locis Act. x. 19. ubi novitii Christiani, vel Ἕλληνες erant, vel ad Ἕλληνας loquebantur." cf. not. ad ii. 3. II. η. ἐπιπίπτειν] dicitur de rebus quæ alicui contingunt, h. l. de Spiritu divino, ut x. 44. xi. 15. Ez. xi. 5. vid. ad Joh. i. 30. Matth. iii. 16. ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς] apud Hebræos in more positum erat, ut qui alteri aliquo in genere apprecarentur bona, ipsius capiti manus imponerent v. ad Matth. xix. 13. add. Matth. ix. 18. Luc. iv. 40. Act. vi. 6. ix. 12. xxviii. 8. hinc et Apostoli ad religionem Christianam conversis manus imponebant Deum precantes, ut vis divina in animis eorum se efficacem præberet, quo ritu significabatur, has preces ratas fore.

(18. 19.) Lucas non memorat, Simoni quoque Apostolos imposuisse manus, neque id factum esse, ipsa scriptoris verba produnt. Nempe non omnibus uno eodemque tempore Apostoli manus imponebant, et homo superbus non necesse esse putabat, ut sibi imponerentur. Cum autem Apostolos pro Magis haberet, qui pecunia sumpta magisterii jura darent, et in impositione manuum Apostolicarum vim quandam magicam quæreret; ut Philippum, qui Samaritanis conversis manus non imposuerat, scientia superaret, et Apostolis par haberetur: pecuniam iis offerebat, ut ipsi facultatem tribuerent, quibus manus imponeret, Spiritum Sanctum impetrandi. χρήματα] pecunia, ut v. 20. xxiv. 26. Alexandrini hoc vocabulo expresserunt Hebr. כסף 1 Job. xxvii. 17.

(20 sq.) Indignabundus ei Petrus respondebat: τὸ ἀργύριόν σου σύν σοι εἴη εἰς ἀπώλειαν, *pereas tu et pecunia tua tecum.* Hebraica imprecandi formula, summam detestationem indicans. Gr. ἀπόλοιτο, βάλλ' ἐς κόρακας, εἰς ὄλεθρον, Lat. pereas, abi in malam rem. Sensus: ob hanc tuam pecuniam gravissime puniaris. (21.) οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ] *tu neutiquam hujus rei,* hujus doni *particeps eris*; tu nullo pacto accipies potestatem aliis manus imponendi, ut iis Πνεῦμα ἅγιον conferatur, nec ipse quidem illud donum accipies. Hac enim de re h. l. sermo est; et λόγος (quod, si sensum spectamus, est id. qd. δωρεὰ τοῦ Θεοῦ] v. 20. δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ii. 38. x. 45.) ut ῥῆμα et Hebr. דבר sæpius significat *rem,* v. ad Matth. iv. 4. Luc. i. 37, 62. neque adeo audiendi sunt, qui per λόγον intelligunt *doctrinam Christianam,* et verba convertunt: tu neutiquam particeps es hujus doctrinæ quam prædicamus, ea ad te non pertinet. μερὶς et κλῆρος sunt vocabula idem valentia, ad sententiam fortius exprimendam juncta. Sic quoque Hebræi jungunt חלק ונחלה v. 2 Sam. xx. 1. ubi interpretes Alexandrini habent: οὐκ ἔστιν μερὶς ἡμῖν ἐν Δαυὶδ, οὐδὲ κληρονομία ἡμῖν ἐν τῷ υἱῷ Ἰεσσαί· *nihil plane commercii nobis cum Davide intercedit.* Deut. x

Digitized by Google

22 ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.
23 Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.

9. οὐκ ἔσται τοῖς Λευΐταις μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν. add. xii. 12. οὐκ ἔστιν ὑμῖν μερὶς Κυρίου Joh. xxii. 25. ἡ γὰρ καρδία τοῦ Θεοῦ] *animus enim tuus non est integer Deo judice*, i. qualis esse debet, simulator es. 2 Regg. x. 15. הֲיֵשׁ אֶת־לְבָבְךָ יָשָׁר *num est tuus animus integer?* Alex. *εἰ ἔστι καρδία σου εὐθεῖα.* v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 54. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] vid. ad Luc. i. 6.

(22.) μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης κ. τ. λ.] *itaque ab hac improbitate tua discede, et Deum roga, si forte tibi animi tui malitiam condonet.* Particulas *εἰ ἄρα*, *Glassius* (Phil. S. p. 426.), *Krebsius*, *Læsnerus*, alii, reddendas esse censent, *ut*, hoc sensu: *roga Deum, ut remittatur tibi prava cordis cogitatio s. dolus.* Monent, explicationem: *si forte, an forte*, ab oratione et cohortatione Petri esse alienam. "Nam si preces Simonis (*Krebsii* verbis utor) sinceræ et piæ fuerint (ad has autem suscipiendas non dubium est, quin Philippus eum cohortatus sit) peccatorum remissionem dubiam esse futuram quis credat? imo certissima remissio sequebatur." Observant sic quoque εἰ πως legi pro *ut* Phil. iii. 11. εἰ καὶ, ib. v. 12. (quibus tamen in locis alii interpp. εἰ πως et εἰ καὶ pro formulis dubitandi habent) εἰ πως Thucyd. iii. 45. Philo de Decal. p. 752. E. etiam Hebr. אולי *si forte*, ab Alexandrinis Judæis per ἵνα reddi Ex. xxxii. 30. Perrarum tamen et insolentem esse istam particularum εἰ ἄρα significationem, hujus interpretationis fautores ipsi concedunt. Neque vero etiam necesse est, ut ad eam confugiamus. Nam, ut intelligenter observarunt alii, dubitatio non Dei benignitatem spectat, sed Simonis Magi emendationem, de qua exigua spes reliqua erat, nec Petri verba ad ratiuncularum Theologicarum subtilitatem, sed ad vitæ communis popularem sensum sunt referenda. Scilicet declarare voluit his verbis Petrus, hominem tam fraudulentum, lucri et vanæ gloriæ adeo avidum, hominem, cujus improbitas ad tantum fastigium pervenerit, difficulter ad se rediturum et peccatorum veniam consecuturum esse. Hæc verborum interpretatio orationis seriei convenientissima est coll. v. 23. Verbum ἐπινοεῖν usurpatur inprimis de iis, qui moliuntur et excogitant ea, ad quæ excogitanda opus sit ingenio et solertia v. *Fischeri* Ind. Palæph. sub v. ἐπινοεῖν deinde in genere, de iis, qui moliuntur aliquid, qui consilium aliquod capiunt v. Æl. H. V. iii. 26. Hinc ἐπίνοια significat: *cogitationem, consilium*, 2 Macc. xii. 45. ἐσία καὶ εὐστοχὴς ἐπίνοια. Diod. Sic. p. 773. D. ὁ Ἀγαθοκλῆς γνοὺς αὐτοῦ τὴν ἐπίνοιαν, πρὸς μὲν τοὺς φυγάδας διεπίμπετο, *Agathocles consilio cognito.* Xen. Cyr. ii. 3. 19. Κῦρος ἀγασθεὶς τοῦ ταξιάρχου τὴν ἐπίνοιαν, *solertiam, ingenium.* Frequenter tamen ἐπινοεῖν et ἐπίνοια in malam partem sumuntur, de iis, *qui machinantur atque moliuntur mala et injusta, de cogitatione prava, fraude, consilio malo*, ut ap. Æl. H. V. xi. 1. xiv. 30. Joseph. de vita sua §. 44. συνεὶς τὴν τῶν γιγραφότων ἐπίνοιαν, *cum scribentium fraudem intellexissem.* Sir. xv. 4. κακότεχνος ἐπίνοια. Philo in Flacc. p. 977. C. διωτέρα ἐπινοεῖται πόρθησις, *excogitatur secunda vastatio.* Paulo post: οἱ δὲ τὴν ἐπίνοιαν οὐκ εἰδότες, ἀχανεῖς τὸ πρῶτον εἰστήκεσαν ὑπ' ἐκπλήξεως, *at Judæi istius consilii ignari primum obmutuerunt præ stupore.* cf. *Drusius*, *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l., *Kypkius*, *Lœsnerus* ad h. l. Jam h. l. per ἐπίνοιαν plerique intelligunt, Simonis commentum, argento sibi acquirere potestatem Spiritus S. dona tribuendi, ut pecuniam et honorem lucraretur. Rectius vero, mea sententia, *Heumanus* et *Kypkius*, cum adjectum sit τῆς καρδίας, et præcesserit v. 21. ἡ καρδία οὐκ εὐθεῖα, nomen ἐπίνοια de *vafritia, versutia, malitia*, interpretantur, ut depravatus totius animi habitus intelligatur, quo significatu legitur quoque ap. Polyb. ii. 47. v. *Kypkius* ad h. l.

(23.) εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα] *video enim te esse hominem perniciosissimum, ex improbitate veluti concretum.* χολὴ propr. est *fel, die Galle*, deinde de quovis amarore frequentatur, etiam de herbis venenatis. In versione Alexandrina respondet vocabulis מְרֹרָה *fel*, Job. xvi. 13. *venenum* Job. xx. 14. לַעֲנָה *absynthium* Prov. v. 4. Thren. iii. 15. רֹאשׁ *venenum*, Deut. xxix. 17. Ps. lxix. 22. quod nomen Hebraicum Alexandrini Judæi Jer. xxiii. 15. reddiderunt πικρόν. Jam χολὴ πικρίας ex Hebraica ratione positum est pro πικρὰ, vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 247. h. e. fel amarum, fel amarissimum, sive potius, planta venenata, amara. Ad accuratius autem constituendum hujus vocis sensum, conferri debent loci Deut. xxix. 17. et Hebr. xii. 15. Ac priori quidem loco legitur: פֶּן *ne sit inter vos radix, quæ emittat venenatam et amaram herbam, οἱ ο'.* ibi habent: μή τις

Digitized by Google

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπε· Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς 24
τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε. Οἱ μὲν 25
οὖν, διαμαρτυράμενοι, καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου,
ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμα-
ρειτῶν εὐηγγελίσαντο.

Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων· 26

ἐστὶν ἐν ὑμῖν ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ. Sermo ibi est de idolorum cultu, et sensus verborum: videte, ne sit inter vos, qui tanquam herba venenata, amara, animos veneno suo amaro inficiat, qui prono ad idololatriam animo alios seducat. Locus parallelus est Hebr. xii. 15. verba ibi sonant: *providete, ne quæ planta amara* (venenata) *propullulans tantas excitet turbas, ut multi per eam inficiantur.* Respexit ibi scriptor Deut. l. c. ῥίζα πικρίας est ibi homo, qui alios exemplo suo perturbat, ut et ipsi ad defectum proclives sint. Jam si metaphora hæc, qua Hebræi usi sunt, ad hunc nostrum locum transfertur, in promptu est, sensum verborum ita constituendum esse: video te esse hominem perniciosissimum, similem plantæ amaræ, venenatæ, te esse pestem cœtus Christiani, ita animatum, ut multos corrumpere, et perdere possis. Alii, qui χολὴ πικρίας, *fel amarum* explicant, metaphoram petitam esse putant, a cibis felle corruptis. Sed Deut. et ep. ad Hebr. l. l. priorem interpretationem commendant. Participium ὄντα positum est loco infinitivi εἶναι, ut 3 Joh. 4. ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα. vid. *Perizonius* ad Æl. H. V. p. 205. Sed εἶναι εἰς χολὴν καὶ σύνδεσμον ἀδικίας idem est quod εἶναι χολὴν καὶ σύνδεσμον πικρίας, ut Matth. xix. 5. ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, pro σὰρξ μία. Hebr. viii. 10. ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. Hebr. i. 5. ἔσομαι αὐτῷ εἰς Πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς Υἱόν· pro quo Apoc. xxi. 7. legitur: καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι ὁ Υἱός. Act. xiii. 47. τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν, pro σωτηρίαν. vid. not. ad Matth. l. l. Sunt ergo verba reddenda: totus quantus es, nil nisi venenum amarum es, et colligatio iniquitatis, mera iniquitas. Cic. in Pison. c. 9. *ex omnium scelerum importunitate concretus.* Epigramm. Grr. l. 2. c. 11. πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν. Hac interpretatione admissa fortior existit oratio, quam si cum aliis, εἰς χολὴν π. καὶ συνδεσμὸν ἀδ. dictum esse existimemus, pro ἐν χολῇ κ.τ.λ. (quomodo hæc verba quoque intellexit auctor glossematis, quod exhibet cod. D. ἐν γὰρ πικρίας χολῇ καὶ συνδέσμῳ) *video te esse veneno s. felle amaro refertum, et vitiorum vinculis implicatum.* Laudant 1 Joh. v. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Plaut. Trucul. v. 76. *In melle sunt sitæ linguæ vestræ atque orationes lacteque; corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.* σύνδεσμος (*nodus, vinculum, compages*) ἀδικίας fasciculus ex improbitate quasi colligatus, colligatio iniquitatis, *ein Ausbund von Bosheit, ganz aus Bosheit zusammengesetzt.*

(24. 25.) *Respondit Simon, deprecamini pro me Deum, ne quid eorum mihi accidat, quæ minati estis:* cf. v. 20. Metu territus hæc Simon dicebat, ut Pharao Ex. viii. 28. parum enim probabile est, eum vera pœnitentia ductum, hæc dixisse. (25.) οἱ μὲν οὖν, διαμαρτυράμενοι κ.τ.λ.] *hi igitur tradita et exposita doctrina Christi,* nempe Samariæ v. 14. *reversi sunt Hierosolymam, et multos vicos Samaritanorum,* in via, *doctrina salutari imbuerunt.* εὐαγγελίζεσθαι non tantum cum dativo, sed passim etiam cum accusativo construitur, ut Luc. iii. 18. Act. x. 40. xiv. 21. Apoc. xiv. 6. in vers. Alex. Joël. ii. 32.

(26.) Ex sententia *Eichhornii* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 386 ss. per ἄγγελον, Πνεῦμα v. 29. et Πνεῦμα Κυρίου v. 39. idem significatur, nempe instinctus quidam, cogitatio, in animo Philippi orta, quam ex animo ejicere non poterat, sibi esse eundum ad viam, quæ ab Hierosolymis Gazam ducebat. Notat: solitos esse Hebræos, consilia et cœpta, quæ prosperum haberent eventum, ea, quæ hominibus ex improviso evenirent, quorum caussæ proximæ laterent, et quæ felicitatem hominum promoverent et ampliarent, a geniis cœlestibus derivare, et nos quoque eodem fere sensu dicere solere: *den Gedanken hat mir ein guter Geist eingegeben.* cf. not. ad Matth. iv. 1. Luc. ii. 27. xxii. 44. Mihi tamen probabilior videtur *Eckermani* (*Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T.* B. 2. ad h. l.) et *Heinrichsii* sententia, qui in explanandis quidem verbis Πνεῦμα et Πνεῦμα Κυρίου, cum *Eichhornio* consentiunt, sed hujus versus verba, de visione nocturna interpretanda censent, ut ix. 10. add. not. ad Luc. ii. 25. atque adeo statuunt, genium cœlestem in somnis Philippo apparuisse, eique hoc muneris quod sequitur injunxisse. *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 178 sq. v. 29, 39. de extraordinario Spiritus divini instinctu sermonem esse contendit, nec mirandum esse ait, quod Philippus modo intus a Spi-

Digitized by Google

Ἀνάστηθι καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν
καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν
27 ἔρημος. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ Αἰθίοψ,

ritu S. v. 29, 39. modo per angelum v. 26. monitus fuerit, nam et Paulum in simili caussa, semel atque iterum a Spiritu divino intrinsecus xvi. 6 sq. tum per visionem v. 9. extrinsecus oblatam a Deo v. 10. monitum fuisse. *ἀνάστηθι καὶ πορεύου—ἔρημος*] *surge et proficiscere versus meridiem, ac pete viam quæ Hierosolymis Gazam ducit, quæ est deserta.* Pronomen demonstrativum *αὕτη* ex Hebræorum loquendi ratione poni solet loco pronominis relativi *ἥ*, vid. ad Joh. i. 6. et Act. x. 36. *Γάζα* fuit urbs quondam celebris Philistæorum, cujus in libris V. T. sæpius mentio fit v. Gen. x. 16. Jos. xiii. 3. 1 Sam. vi. 17. Zeph. ii. 4. Zach. ix. 5. sita in colle, versus fines terræ Israeliticæ australes v. Gen. l. l. ultima tendentibus in Ægyptum, deserto vicina: Arrian. Exped. Alex. lib. ii. p. 50. *ἐρχόμενος δὲ ἐπύνθανετο ὡς ἐπ' Αἰγύπτου ἐκ Φοινίκης ἔστι ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῆς ἐρήμου*, Gaza, urbs *ultima e Phœnice in Ægytum eunti, ad initium solitudinis posita.* Diod. Sic. xx. 73. *αὐτὸς δὲ στρατοπεδεύων περὶ Γάζαν—προῆγε διὰ τῆς ἐρήμου μετὰ πανοπλίας, διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τῶν τόπων τιλματώδεις.* Hanc urbem, in qua Persarum præsidium erat, Alexander M. expugnavit et diruit, v. Curtius iv. 6. Joseph. Ant. xi. 8. 3. *ἐπὶ τὴν Γαζαίων πόλιν ἦλθεν, καὶ τὴν Γάζαν καὶ τὸν ἐν αὐτῇ φρούραρχον ἐπολιόρκει, contra Gazæorum urbem proficiscitur, atque Gazam et præsidiis in ea præfectum obsidet.* §. 4. *μηνῶν δὲ ζ. τῇ Τύρου πολιορκίᾳ διελελυθότων, καὶ δύο τῇ Γάζῃ—ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐξέλιπε τὴν Γάζαν.* Strabo 16. p. 1101. A. *εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν σκηπίων ὑπόκρουσται δὲ καὶ ἡ πόλις ἐν ζ. σταδίοις, ἔνθεν ἐστὶ γεωμένη, κατεσκασμένη ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μένουσα ἔρημος.* Sed in eo tamen Strabo, qui sub Tiberio floruit, errat, quod Gazam ab Alexandri M. temporibus desertam mansisse putat. Eam enim ab Alexandro M. dirutam, instauratam fuisse, patet e Josepho Ant. xiii. 5. 5. ubi Gazæi Jonathani, cum exercitu hanc urbem ingredi conanti, aditum occlusisse, eumque non recepisse dicuntur, nisi prius excursionibus factis, et terra vastata. cf. et 1 Macc. xiii. 43. Postea eam Alexander Jannæus post annuam obsidionem captam diruit v. Joseph. Ant. xiii. 13. 3. aliquot tamen annis post instaurata est a Gabinio v. Joseph. xiv. 5. 3. eam postea Augustus Herodi M. donavit Joseph. xv. 7. 9. quo mortuo ab Augusto Syriæ adjecta est v. Joseph. xiii. 13. 3. tandem a Judæis paulo ante obsidionem Hierosolymorum rursus devastata est Joseph. B. I. ii. 33. *ἀλλ' ἐπὶ ταύταις συμφοραῖς, ἀνθηδόνα καὶ Γάζαν κατέσκαπτον.* Jam nonnulli interpretes, qui *ἔρημος* ad *Γάζαν* referunt, hanc urbem a Luca et Strabone ita dictam fuisse opinantur, quod manserit præsidiis et munimentis nudata. Sed perquam contorta est hæc interpretatio et ab hoc loco aliena, cum ea admissa, non perspici possit, cur hæc ipsa notatio adjecta sit. His igitur difficultatibus cum affectam laborare hanc interpretandi rationem animadvertissent nonulli, statuerunt duas urbes fuisse hujus nominis vicinas, alteram veterem, alteram novam; veterem, ab Alexandro M. dirutam, jacuisse desertam; novam vero, Lucæ temporibus floruisse: v. *Lightfootus* ad h. l. *Wesselingius* ad Diod. Sic. 1980. *Münthius* ad h. l. *Lilienthalius gute Sache d. göttl. Offenbarung.* Th. p. 748 ss. Sed desunt argumenta firma et idonea, quibus hæc sententia confirmari possit; præterea si duæ hujus nominis urbes extitissent, et h. l. de urbe devastata sermo esset, Lucas scriberet debuisset: *αὕτη ἐστὶν ἡ ἔρημος.* *Beza, Glassius* (Phil. S. p. 155.) *Schœttgenius, Bengelius, Heumanus, Bellermanus* (in *Handbuch d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 459. qui verba vertit: *reise südwärts auf dem Wege, der von Jerusalem nach Gaza führt, welcher einsam ist*) etc. cum Syro interprete, *ἔρημος* referunt ad *ὁδὸν*, et duplicem viam Gazam duxisse sumunt, alteram frequentem, alteram, ob intercurrentes Casii montis solitudines, non admodum tritam; sic vero quoque scribendum fuisset: *αὕτη ἐστὶν ἡ ἔρημος.* Fuerunt denique etiam qui verba *αὕτη ἐστὶν ἔρημος*, pro verbis Lucæ, non genii cœlestis haberent. Verum sive statuatur, duplicem extitisse Gazam, sive eorum ratio vera judicetur, qui de via duplici cogitandum præcipiunt; omnino necesse erat, ut Philippus ab angelo admoneretur, qua via ipsi incedendum esset, ut conveniret Æthiopem. Equidem adstipulor *Heinrichsio* et *Wassenberghio* v. Selecta e Scholiis *Valckenarii* T. i. p. 53. qui hæc verba a sciolo quodam serius adjecta esse contendunt. vid. ad not. ad v. 5.

(27.) *ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης*] *Æthiops, minister aulicus primarius: ἀνὴρ* redundat, ut in *ἀνὴρ Μήδος*, pro *Μήδος*, Æl. H. V. vi. 34. *Σκύθης ἀνὴρ, Scytha*, Æschin. Socr. ii. 25. v. not. ad Act. i. 11. *Εὐνοῦχος* proprie notat *cubicularium*, qui xii. 20. dicitur, *ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος*, originem enim ducit hoc nomen a voce *εὐνὴ, cubile, lectus*, et *ἔχειν* h. e. *curare, custodire*, quam notionem quoque obtinet in nomine *πολιεύχος, urbis custos*, et his similibus. Jam quoniam in aulis re-

Digitized by Google

εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐλήλυθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ· Ἦν τε ὑποστρέφων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρμα- 28
τος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. Εἶπε δὲ τὸ 29

gum orientalium gynecæis præfecti et cubicularii evirati erant, hinc εὐνοῦχος notat *eviratum, castratum.* cf. *Donatus* ad Terent. Eunuch. i. 2. 87. *Heinsius* ad Hesiod. Ἔργ. c. 6. *Dorvillius* ad Charit p. 484. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 492 sq. Cum porro evirati in Oriente variis, etiam gravissimis muneribus præficerentur, et esse solerent intimæ admissionis ministri, regumque consiliarii, hinc εὐνοῦχος denotat *ministrum aulicum*, eundemque *eviratum*, et latiori significatu sumptum, *ministrum aulicum*, non eviratum. Sic Potiphar, qui tamen uxorem habebat, Gen. xxxvii. 36. ab Alexandrinis Judæis vocatur σπάδων Φαραώ· (Hesychius: σπάδων· ὁ εὐνοῦχος), Gen. xxxix. 1. εὐνοῦχος Φαραώ· ubi Chaldæus habet רבא דפרעה *dynasta Pharaonis*, non autem נוחא *spado*, quo Chaldæi alias de tali utuntur. v. *Lud. de Dieu* ad h. l. *Spanheimius* ad Julian. Oratt. p. 174. Diog. Laërt. v. 1. 5. *Bibliothek der alten Literatur u. Kunst von Tychsen u. Heeren* St. 3. p. 83. not. ad Matth. xix. 12. Nostro loco Εὐνοῦχος non cubicularium, sed *ministrum aulicum*, indicat, erat enim gazæ, pecuniæ regiæ, custos. Δυνάστης, quod vocabulum temere *Heumanus*, tanquam glossema ex ordine ejiciendum putabat, omnino indicat, *potentem, honoratum*, et in vers. Alexandrina respondet Hebr. גדול Levit. xix. 15. add. Prov. xviii. 16. ἄνδρωπος δυνάστης, *potens*, Sir. viii. 1. Est ergo εὐνοῦχος δυνάστης, *minister aulicus primarius.* Hunc autem Candaces Æthiopum reginæ ministrum non fuisse gentilem, ex iis quæ c. x. 11. enarrantur, sat evidenter apparet. In Ægypto et Æthiopia multi Judæi vivebant, venerat Hierosolymam sacra ibi facturus v. 27. legebat Iesaiæ vatis oracula v. 28. Erat ergo Judæus, aut a Judæis ad religionem Judaicum adductus. E lege quidem Mosaica castratus non obtinere poterat jus civitatis Israeliticæ v. Deut. xxiii. 2. *Michaëlis Mos. Recht* Th. ii. §. 95. §. 139. Th. iv. §. 185. sed εὐνοῦχος, ut supra vidimus, non semper, eviratum, indicat. Κανδάκης] *Candace*, commune nomen erat reginarum Æthiopum, ut Ægyptiorum regum, nomen Pharaonis. Plin. H. N. vi. 29. *Gron.* (35. *Harduin.*) *Regnare fœminam Candacen, quod nomen multis jam annis ad reginas transiit.* add. Dio. Cass. 54. p. 335. Strabo 17. p. 1175. D. v. *Wolfius* et *Wetstenius* ad h. l.— βασιλίσσης Αἰθιόπων] intelligitur Æthiopia superior, Meroë dicta, v. *Michaëlis* Spicilegium Geogr. Hebr. extr. T i. p. 180 ss. et *Anmerkk.* ad h. l. *Meyeri Versuch einer Vertheidigung u. Erläuterung d. Gesch. Jesu, u. d. App. aus Profanscribenten* p. 321 sq. ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς] *omni gazæ ejus præfectus*: subintelligi debet, ὤν, vel τεταγμένος, vel καθιστάμενος (Act. vi. 3.), quæ participia nonnunquam adjiciuntur Diod. Sic. p. 37. B. οἱ ἐπὶ τῆς θεραπείας τοῦ βασιλέως τεταγμένοι. Infra. xii. 20. ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως. add. Matth. xxiv. 45. v. *Elsnerus* ad h. l. *Raphelius* Obss. e Polyb. et Arrian. ad xii. 20. quibus in locis præpositio ἐπὶ ut h. l. *potestatem, curam, munus*, significat: v. et *Lennepius* ad Phalar. p. 306. Γάζα vocabulum Persicum, quod *opes, divitias, thesaurum*, et κατ' ἐξοχὴν, *thesaurum regium, maxime ex tributis et vectigalibus exstructum*, Persis significabat; successu temporis hoc nomen civitate Græca et Latina donatum est. Nepos V. Datam. 5. *Pandates gazæ regiæ custos.* Cic. Offic. ii. 22. *omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est.* Horat. Carm. ii. 16. 9. *non gazæ summovent tumultus mentis.* Curt. iii. 12. 27. *pecuniam regiam, gazam Persæ vocant, cum pretiosissimis rerum efferri jubet, simulans fugam.* add. Cic. pro lege Manil. c. 23. Hesychius: γάζα· πλοῦτος. Suidas: θησαυός. v. *Brissonius* de regno Pers. 1. §. 181. *Wetstenius* ad h. l.

(28.) ἀναγινώσκειν significat *legere*, v. ad Luc. x. 26. h. l. *clara voce legere, recitare*, id quod verba v. 30. ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος satis superque docent. τὸν προφήτην Ἡσαΐαν] *oracula Iesaiæ*; pro βιβλίον προφήτου Ἡσαΐου, ut v. 30. add. Marc. i. 2. Luc. xvi. 19. Solebant Judæi in itinere literas sacras legere; Erubin fol. 54. 1. Sota fol. 46. 2. *dixit R. Jehohschua fil. Levi: qui in itinere constitutus est, neque comitem habet, is studeat in lege.* v. *Schœttgenius* ad h. l. Usus autem est Eunuchus haud dubie versione Alexandrina, quæ in exteris regionibus usu communi terebatur, qua et Philippus, Hellenista, vi. 5. uti solebat. Cæterum haud improbabilis est nonnullorum conjectura, Eunuchum audivisse de Jesu, qui Messiam se professus erat, de ejus morte et resurrectione, atque ipsius asseclas provocare ad V. T. prophetas qui de eo cecinissent, nominatim etiam ad locum Ies. liii. jamque hominem illum revolvisse prophetarum oracula, ut videret, num concinerent ea iis, quæ de Jesu prædicabantur.

Digitized by Google

Πνεῦμα τῷ Φίλιππῳ· Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι
30 τούτῳ. Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, καὶ εἶπεν· Ἆρά γε γινώσκεις ἃ
31 ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ εἶπε· Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μήτις ὁδηγήσῃ με; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβάντα κα-
32 θίσαι σὺν αὐτῷ. Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη· Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς

(29.) Cum Philippus Eunuchum elata voce legentem audiret, haud cunctanter Christianorum adduceret, cumque spes eum non destituisset, omnino dicere poterat, Deum s. Spiritum divinum ipsum monuisse, extitisse in mente sua, operante Deo, consilium accedendi ad currum vid. ad v. 26. κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ, *sectare hunc currum.* Ruth. ii. 8. ὧδε κολλήθητι μετὰ τῶν παιδισκῶν μου, *adhære puellis, ne ab iis discedas.* ib. i. 8. רות דבקה בה *Ruth autem ei adhæsit;* ubi α' σ'. habent: Ῥοὺθ δὲ ἠκολούθησεν αὐτῇ.

(30. 31.) Plura Philippum cum Eunucho locutum esse, quam quæ v. 30 sq. leguntur, et scriptorem summam tantum colloquii attulisse, in promptu est coll. v. 35. v. et *Heumanus* ad h. l. ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; *intelligisne, quæ legis?* paronomasia, qua etiam usus est Paulus 2 Cor. iii. 2. v. *Albertius* ad h. l. 81. πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μήτις ὁδηγήσῃ με; *quomodo hæc intelligere possim, nisi interpretem habeam?* Dubius hærebat, an locus prophetæ in Jesum ejusque fata, de quibus audiverat, quadraret. Quare et Petrum interrogabat v. 34. περὶ τίνος κ. τ. λ. cujus interrogationis sensum bene *Heinrichsius* ita constituit: verane sunt, quæ Hierosolymis audivi, Jesu asseclas hunc locum ad sectæ suæ magistrum referre? num vere ad eum referri potest? ὁδηγεῖν, *docere,* metaphora ducta a ducentibus per vias ignotas. cf. not. ad Joh. xvi. 13.

(32.) ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη] *locus autem Scripturæ quem legebat, hic erat.* περιοχὴ notat: *argumentum, summam alicujus orationis vel libri.* Hesychius: περιοχὴ καὶ ὑπόθεσις etiam *periodum:* Cic. ad Attic. xiii. 25. *at ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.* In hac orationis serie significat *locum, sectionem.* Stobæus in Ecl. Phys. p. 164. A. φέρεσθαι τὸ ἐπιστιλβοντάτον τῆς περιοχῆς, *proferam tantum ultimam partem loci,* np. Platonis. Laudatur jam locus Ies. liii. 7. 8. e versione septuagintavirali, in qua tamen pro πίπτοντος legitur πίπτοντες, et pronomen αὐτοῦ vocabulo ταπεινώσει adjectum deest, ut et particula δὴ, interjecta verbis τῶν γενεάν. Variæ autem sunt interpretum sententiæ de hoc Iesaiæ, sive potius, ut haud pauci volunt, vatis, seriori ætate viventis, oraculo. Scilicet 1) nonnulli per *servum Jovæ,* de quo propheta loquitur, intelligunt, *populum Judaicum,* atque contendunt, Judæum exulem nomine populi Judaici loqui, declarare, calamitatibus, quas hactenus perpessi essent Judæi, expiata esse scelera, ab iis ante commissa, Deum ipsos velle in vitam revocare, et felices reddere, v. *Dœderleinii* versio Ies. p. 241 ss. ed. 3. *Eckermanus* in *Theolog. Beyträgen,* B. 1. p. 199. *Stephani Gedanken über die Entstehung und Ausbildung der Idee von einem Messias,* Nürnb. 1787. contra hanc explicandi rationem docte disputavit Anonymus in *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 6. p. 978 sqq. 2) Ex aliorum sententia voce עבד יהוה significantur Israelitæ pii et probi; reliqui vero, quos propheta loquentes inducit (אברהנו *nos*), sunt Israelitæ improbitatis adhuc studiosi v. *Paulus Memorabilien* St. iii. p. 180 ss. et *philolog. Clavis zu Iesaias. Ammonius Christologie des A. T.* p. 108. s. *Biblische Theologie* B. 2. p. 146. ed. 2. vid. tamen quæ contra monuerunt *Anonymus* ap. *Eichhornium* l. l. p. 939 ss. et *Rosenmüllerus* in *Gableri neuest. Theolog. Journal* Jahrg. 1799. St. 4. p. 338 sq.— 3) Aliam interpretandi rationem, a Judæorum magistris (v. *Bauer* Scholia ad Ies. l. c.) inventam, exornavit *Schusterus* in Commentat. *in qua Iesaiæ orationem propheticam c.* lii. 7.—liii. 12. *explicare studuit,* Götting. 1794. 4. statuit nimirum, loquentes a propheta in scenam productos, esse *gentiles,* jam ad Jovam conversos, et veram religionem amplexos, hos agnoscere *ministrum Dei* h. e. Judæos, hactenus immerito tot malis fuisse oppressos, eosque pro ipsis (gentilibus) pœnas subiisse, et ita ipsos, gentiles puta, Jovæ favori commendasse. cf. tamen *Vitringa, Bauerus* in Scholiis ad Ies. l. c. p. 326. et *Rosenmüllerus* l. l. p. 339. 4) *Rosenmüllerus* in Commentat. *Leiden. u. Hofnungen der Propheten Jehovas* in *Gableri neuest. Theol. Journal* p. 333. (cf. *neue Theol. Annalen* 1800. p. 532.) et *de Wette* in Commentat. de morte Jesu Christi, Berolin. 1813. 4. p. 29 ss. hoc oraculum a vate circa finem exilii Babylonici editum, et voce עבד יהוה *prophetas* signi-

Digitized by Google

ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ 33

ficari putant. 5) Alii de subjecto quodam singulari cogitarunt, qui tamen quoque in varias partes discesserunt. Ac fuerunt quidem a) qui *Cyrum*, a propheta, Jovæ ministrum dictum esse crederent. b) *Grotius* de *Jeremia* cogitabat. Has vero interpretationes rejiciendas esse, satis superque ostensum est, ab interpretibus aliis. c) *Iesaiæ* fata hoc in carmine decantata esse præcipiunt *Stäudlinius* in *Neuen Beyträgen zur Erläuterung der Bibl. Propheten, Götting.* 1792. p. 258. add. *Götting. Bibliothek der neuesten Theol. Literatur* B. 1. St. 4. *über den Zweck u. die Wirkungen des Todes Jesu von Stäudlin* p. 234 ss. *Rosenmüllerus, Bauerus* in Scholiis ad h. l. sed vid. contra monita ab Anonymo in *Eichhornii Allg. Biblioth.* l. l. *Ammonio* l. l. *Pipero* in Diss. *integritas Iesaiæ a recentiorum conatibus vindicata*, Grypswald. 1793. 4. *Spohnio* in Commentat. inscr. *examinatur Stäudlinii interpretatio loci* Ies. lii. 13—53. Viteb. 1794. 4. *Beckhausio: über die Integrität d. prophet. Schriften* p. 191 ss. d) Auctor libri: Freymüthige Versuche über verschiedene in Theologie und Bibl. Kritik einschlagende Materien, Berlin 1783. p. 136 sqq. et *Konynenburg* in *Untersuchung über die Natur der Alt-Testamentlichen Weissagungen auf den Messias* 1795. p. 302 ss. autumant, Iesaiam *Hiskiæ* fata descripsisse coll. c. 38. 2 Chron. xxxii. 29 sq. e) *Augustio*: *über den König Usia, nebst einer Erläuterung Ies.* 53: in *Henkii Magazin für Religionsphilosophie, Exegese* etc. B. 3. St. 2. p. 282 sq.; et in *Apologien und Parallelen Theologisch. Inhalts* p. 1 ss. hoc carmen est elegia in obitum regis Usiæ: coll. 2 Chron. 26. — f) Equidem accedo interpretibus iis, qui *Messiæ* fata hoc loco descripta esse censent. Consentientes mecum habeo, quod rei cardinem attinet, ex recentioribus interpretibus: *Dathium, Cubium, Michaëlem, Hezelium, Henslerum, Storrium* in Commentat. qua *insigne de Christo oraculum illustratur* Ies. lii. 13.—liii. 15. Tubing. 1790. 4. *Martinium* in *Commentat. philologico-critica in locum Ies.* lii. 13.—liii. 12. Rostoch. 1791. 8. *Hansium* in *Commentat. in vaticinium Ies.* lii. 13 ss. Lips. 1791. 8. *Wernerum* in *nova Commentat. in Ies.* lii. 13 ss. Viteb. 1793. 4. *Lindemannum* in *Henkii Museum* B. 2. p. 663 ss. et *Krügerum* in Diss. *de verisimillima oraculi Ies.* lii. 13 ss. *interpretandi ratione.* Lips. 1809. 4. Nempe hoc oraculum, ut vel initium ipsius, et omnis oratio perspicue docent, non cum antecedentibus cohæret. Cultores et ministri Jovæ κατ' ἐξοχὴν nominabantur, prophetæ, legati divini, reges; hoc igitur nomine commode propheta Messiam insignire poterat. Messias h. l. etiam tanquam rex describitur coll. v. 12. adeoque hoc prophetæ (temporibus exilii Babylonici viventis) oraculum, non alia omnia docet, quam quæ docuerunt prophetæ alii. Davidi aliisque principibus meritissimis et reipublicæ liberatoribus multum fuerat tolerandum, luctandum, ut omnia impedimenta tollerent, et hostes superarent. Prophetas et voluntatis divinæ interpretes, sæpius odio persecuti erant populares facinorosi, quin et plures eorum trucidarant v. ad Matth. xxiii. 34. Seriori autem ætate Messiam sibi cogitabant Judæi, regem, prophetam, pontificem, vid. 1 Macc. xiv. 41, 47. coll. xviii. 15. Mala et infortunia quævis pœnam ab irato numine inflictam existimabant v. ad Joh. ix. 1. credebant quoque Judæi insontem loco sontis et rei pœnam subire, atque ita Dei favorem sonti conciliare posse, v. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 658 ss. Joseph. de Maccab. §. 1. 17. Judæi sapientiores in exilio viventes intelligebant, se sua improbitate hanc sibi calamitatem contraxisse, sacrificia piacularia iis usitata erant, et tunc temporis expiationem avide desiderabant, Messiam vero sibi cogitabant, tanquam omnis generis felicitatis auctorem, atque ab eo inprimis veræ pietatis et religionis restitutionem, vitæ morumque emendationem exspectabant, sperabant vero etiam, eum peccata populi expiaturum, populum lustraturum esse v. *Schœttgenius* Horr. Hebrr. T. ii. p. 647, 650. Ita vero facile intelligitur, quomodo hujus carminis auctor, una cum aliis sapientioribus Judæis in eam devenire potuerit opinionem, Messiam, quo populum expiaret, moriturum esse. v. not. ad Luc. xxiii. 42. Joh. i. 29. p. 148. Describit igitur propheta, qui populares suos consolari volebat, Messiam, tanquam eum, qui propter peccata populi calamitates gravissimas, quin et ipsam mortem perpessurus, et ita populum expiaturus esset, docet, regni Messiani initia graves calamitates esse prægressuras v. ad Matth. iii. 2. p. 74 sq. x. 34. Luc. ii. 33. sed Messiam has calamitates omnes feliciter superaturum, et gloriose regnaturum esse, omnesque regni ipsius cives, probitatis ac pietatis studiosissimos fore: cf. Joël. c. 3. ὃς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν κ. τ. λ.] prædicatur his verbis cultoris Jovæ, legati illius divini, in perferendis calamitatibus patientia et constantia, imagine ab ove omnis mali patiente deduca. Eadem imago extat Jer. xi. 19.

(33.) ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ] apud animum constituebat, ad currum ejus accedere, sperans fore ut eum ad cœtum

Digitized by Google

ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ
34 τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ Φι-
λίππῳ, εἶπε· Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο;
35 περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός; Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος
τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης,
36 εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν
ὁδὸν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ· καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· Ἰδοὺ ὕδωρ·
37 τί κωλύει με βαπτισθῆναι; Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· Εἰ πι-
στεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε·

37. † Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε· Πιστεύω τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.

ἤρθη] In textu Hebraico legitur: מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח ex angustia et judicio abducitur. עצר מִשְׁפָּט ἐν διὰ δυοῖν, judicii angustia, oppressio (Ps. cvii. 39.) i. e. judicium severum, violentum, *ein Blutgericht, ein grausam, ungerecht Gericht.* Verbum לקח de supplicio et morte usitatum, *ad supplicium rapere, deducere,* ut Deut. xxx. 4. Judd. xviii. 24. Ez. iii. 14. Notio verbis inest hæc: ille legatus, ante regni sui initia, capitis damnatur. Alexandrini autem interpretes legisse videntur: בעצר משפט לקח cum reddiderint verba Hebraica: ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, hæc vero ipsa verba, quæ et h. l. leguntur, interpretes vario modo explanant. Nonnulli: in mediis ærumnis et calamitatibus, pœna, quam pro nobis est perpessus, ab eo ablata est; vel, in summis malis pœna, calamitas ejus, sublata est, cessavit; ut κρίσις positum sit pro κατάκρισις, *pœna, calamitas,* v. ad Joh. iii. 17. v. 23. Alii: ideo quod mala subiit, pœna, calamitas, ei adempta est. Alii: postquam mala perpessus erat, pœna liberatus est. Ita vero frigida sententia procedit, et obstat his interpretationibus etiam hoc, quod propheta de calamitatibus cultoris Dei agere pergit, ut adeo h. l. non commode de liberatione a malis sermo esse possit. *Michaëlis, Hensleterus, Thiessius,* præeunte interprete Syro, verba ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, cum ultimis verbis versus præcedentis conjungunt, hoc sensu: os non aperuit, cum summa ejus esset miseria. Verba: ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, *Michaëlis* vertit: *das Gericht über ihn ist aufgehoben; Thiessius: er ist verurtheilt,* sublatum est judicium, condemnatus est. Equidem interpungere mallem post verba: ἡ κρίσις αὐτοῦ, ut sententia procedat hæc: in humilitate ejus, cum ejus conditio esset admodum misera, fuit judicium ejus (i. e. condemnatus est), e medio sublatus est. αἴρειν, *tollere e medio, interficere.* Suidas: αἴρει, ἀναιρεῖ, φονεύει. v. Matth. xxiv. 39. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ —ἡ ζωὴ αὐτοῦ] *quis nequitiam ejus ætatis hominum verbis describere poterit, cum ejus vita e terra sublata sit?* cum eo processerit ejus ætatis hominum nequitia et perversitas, ut eum e medio sustulerint. γενεὰ, דור, *ætas,* homines, qui ætate, seculo aliquo vivunt, æquales Matth. xxiii. 36. Luc. xvi. 8. xxi. 32. æquales improbi Matth. xi. 16. Haud pauci autem interpretes his verbis hunc substituunt sensum: quis ætatem, annos ejus, eloqui, numerare poterit? nam e terra in cœlum evectus est, vita æterna gaudet. Sed significatio vocabuli γενεὰ, *vita,* idoneis exemplis comprobari nequit; obstat præterea etiam huic interpretationi, quod propheta l. l. de calamitatibus istius cultoris Dei loqui pergit.

(35 sq.) *Tum Philippus exorsus ab hoc effato edocebat eum de Jesu:* ἀνοίγειν τὸ στόμα ex Hebraica ratione significat, *loqui,* et verbis dicendi junctum, redundat, ut Act. x. 34. Matth. v. 2. ubi v. not. γραφὴ etiam de singulis scripturæ locis ponitur, ut Marc. xv. 28. coll. Luc. xxii. 37. iv. 21. coll. v. 17. h. l. Ostendit igitur Philippus effatum prophetæ ad Jesum esse referendum, (nam eunuchus quæsierat ex Philippo, utrum vates de se, an de alio quodam verba fecerit?), et inde occasionem petiit, eunuchum, de Jesu persona, doctrina, et meritis edocendi. τί κωλύει με βαπτισθῆναι; *quid me baptizari prohibet?* recte ex his verbis colligitur, Philippum edocuisse eunuchum de baptismi necessitate, Jesum baptismo cives suos inaugurari jussisse. Sic multa, inquit *Grotius,* præcedentium ex subsequentibus supplentur.

(37.) Hic versus deest in codd. ACG, et permultis aliis ap. *Griesb. Birch. Matth.* in vers. Syrr. Arab. Copt. Sahid. Æth. in aliis codd. singula verba varie leguntur, a nonnullis abest ἔξεστι, in aliis pro eo legitur σωθήσῃ, nonnulli libri verba πιστεύω κ. τ. λ. alio ordine legunt, alii exhibent: πιστεύω

Digitized by Google

Πιστεύω τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ 38
ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα· καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ
ὕδωρ, ὅ, τε Φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος· καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν.
Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν 39
Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος· ἐπορεύετο
γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζω- 40
τον· καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως
τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.

εἰς τὸν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Hæc lectionis varietas et inconstantia aperte interpolationem prodit. Rectissime igitur hunc versum ex ordine ejecerunt *Griesbachius* et *Matthæius*. Assutus est, ut indicaretur conditio, sine qua nemo ad baptismum admitti posset, et ne quis putaret, Eunuchum præcipitanter et haud præparatum ad baptismum admissum fuisse.

(39.) ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον] *postquam ex aqua egressi sunt, Spiritus Dei Philippum abstulit.* Temere nonulli putarunt Philippum ab angelo, vel alio mirabili modo, per aërem raptum, et Azotum vel in alium locum deportatum esse. Sunt potius verba hunc in modum interpretanda: Philippus, quem instanter rogaverat eunuchus, ut ipsum comitaretur, satius ducebat discedere, avellebat ergo se ab eo, et aliis in locis felici successu doctrinam evangelii prædicabat; cumque discessus ipsius eum habuisset eventum, ut latius propagaretur doctrina divina, inde colligebat, se instinctu divino discessisse: vid. not. ad v. 26, 29. Similes loci Matth. iv. 1. Act. x. 19. 2 Regg. ii. 16. ἁρπάζειν notat *celeriter abducere*, atque adeo, *abire jubere*, v. ad Joh. vi. 15. In quibusdam codd. legitur: Πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ, quæ verba adjecta sunt ab iis, qui eunuchi raptum aptius convenire putarent angelo (v. 26.) quam Πνεύματι Κυρίου, verba autem Πν. ἅγ. ἐπέπεσεν ἐπὶ ex Act. x. 44. in hunc locum translata sunt. καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν—χαίρων] *neque eunuchus eum amplius vidit, nam lætabundus iter suum continuabat.* Verbis ultimis ratio redditur, cur Philippum non amplius viderit eunuchus, quia nimirum in patriam redibat. Illud autem χαίρων, ut recte viderunt *Grotius* et *Rosenmüllerus*, obiter additum est, et significat tranquillitatem animi, quam eunuchus ex notitia religionis Christianæ consecutus erat.

(40.) Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον] *Philippus autem postea Azoti versatus est.* εὑρίσκεσθαι ut Hebr. נמצא sæpius ita ponitur, ut significet, *esse, adesse, versari*, vid. Esth. i. 5. 1 Par. xxix. 17. 2 Par. xxix. 29. xxx. 21, 25. xxxi. 1. Mal. ii. 6. Eurip. Iphig. Taur. vid. 777. τοῦ τοῦ· ἔνθ' εὑρέμεθα, *ubi sumus.* add. Sir. xliv. 20. cf. *Kypkius* ad Matth. i. 18. *Lœmerus* ad 1 Cor. iv. 2. εἰς Ἄζωτον pro ἐν Ἀζώτῳ, de qua harum præpositionum permutatione vid. not. ad Matth. ii. 23. *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 179. cui accessit *Heinrichsius*, εὑρέθη εἰς Ἄζωτον constructionem prægnantem esse statuit, ut sensus sit: *iter fecit Azotum, ibique degit* aliquod tempus. Citra necessitatem. Ἄζωτος, quod oppidum Hebr. dicebatur אשדוד 1 Sam. v. 1. septem circiter milliaria ab Hierosolymis distabat, et situm erat, inter Gazam, Ascalonem et Jamniam v. Joseph. Ant. v. 1. 22. *Relandi* Palæstina p. 606. τὰς πόλεις oppida inter Gazam et Cæsaream sita, ut Joppen, Lyddan etc. Καισάρεια urbs Palæstinæ, inter Joppen et Tyrum, in litore maris Mediterranei sita. Olim *Apollonia*, postea autem *Stratonis* πύργος s. *turris*, dicta, tandem, ab Herode Ascalonita instaurata, in honorem Cæsaris Augusti, *Cæserea* appellata est v. Joseph. Ant. xv. 9. 6. B. I. i. 3. 4. Plin. H. N. v. 14. 40. in hac urbe Cornelius centurio habitavit v. Act. x. in ea sedem fixit Philippus, de quo h. l. sermo est v. Act. xxi. 8. coll. vi. 5.

CAP. IX.

Saulus ad religionem Christianam adducitur 1—30. Æneas paralyticus sanatur Lyddæ a Petro 32—35. idem Tabitham Joppæ in vitam revocat 36—fin. Interpretes antiquiores et recentiorum haud pauci repentinam Pauli ad Christi doctrinam conversionem, miraculo effectam, et Jesum Messiam cœlitus ei vere apparuisse, atque cum eo colloquutum esse, statuunt vid. *Grotius*, *Hammondus*, *Limborchius*, *Lyttletonus* in libro, ab *Hahnio in* linguam vernaculam translato: *über die Bekehrung und das Apostelamt Pauli*, Hannov. 1751. *Hessius Geschichte u. Schriften d. Apostel Jesu* Th. i. p. 111 ss. ed. 2. *Niemeyerus Charakteristik d. Bibel* Th. i. p. 85 ss. *Michaëlis*, *Bandelin über Sauls Bekehrungsgeschichte*, Lübeck. 1789. 8. *Haselaarius* Diss. Exeget. de nonnullis Actuum Apostolicorum et epistolar. Paulinar. ad

Digitized by Google

histor. Pauli pertinentibus locis, Lugd. Bat. 1806. 8. p. 72 ss. etc. Argumenta autem, quibus hanc suam sententiam confirmari et comprobari posse putant, sunt ferme hæc: a) "Paulus non simpliciter audivisse dicitur φωνὴν, sed τὴν λέγουσαν αὐτῷ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις, ix. 4. xxii. 7. xxvi. 14. interrogavit, quis esset, a quo compellaretur? et accepto responso, porro colloquium cum eo sævit, distincte a Luca ix. 4—6. et inprimis a Paulo ipso diligenter bis enarratum xxii. 7, 8, 10. xxvi. 14 ss. et xxvi. 19. οὐράνιον ὀπτασίαν appellat. Ipse Paulus in commemorando hoc colloquio tanta diligentia versatus est, ut ne hoc quidem, quod certe levioris momenti esse videretur, addere neglexerit, eum, qui ipsum compellaret, τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ usum fuisse xxvi. 14." *Haselaarius* l. l. p. 72 sq. [vid. not. ad xxvi. 16.] b) Ananias ix. 17. ait, Paulum vidisse in via Jesum, quod non aliunde nisi a Jesu ipso cognoscere potuit [vid. not. ad v. 10.] idem affirmat Barnabas ix. 26, 27. cui Paulus rem enarrarat. c) Paulus 1 Cor. ix. 1. xv. 8. Gal. i. 1, 16. de apparitione Christi h. l. descripta gloriatur [sed Gal. i. 16. alia Christi apparitio respicitur coll. Act. xxii. 18.], atque ab ea argumenta petit divinæ suæ legationis, quam quidem hoc modo confirmare non potuisset, si Jesus ei non vere apparuisset. d) Omnia haud dubie percontati sunt Apostoli, antequam hominem in suam familiam reciperent, a cujus atrocitate et fanatica pietate plurimum metuendum fuisset, nec eum recipissent, nisi de divina ἐπιφανείᾳ Jesu, ei facta, ipsis persuasissimum fuisset.—Ab hac tamen vulgari narrationis Lucæ interpretatione, nostra ætate plures recesserunt, atque contenderunt, non esse de miraculo, nec de corporea Christi apparitione cogitandum, sed rem omnem explicandam esse accommodate ad antiqui ævi ingenium et loquendi usum, de visione inter fulmina et tonitrua, atque de cogitationibus in animo Pauli subortis. Hanc interpretationem proposuerunt, licet in explanandis singulis momentis paulisper inter se discrepent: *Ammonius* de repentina Sauli ad doctrinam Christi conversione, inserta ejus Opuscc. Theoll. p. 1 sqq. *Eichhornius über die Nachricht von der Bekehrung des Ap. Paulus zum Christenthum i. d. Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 6. p. 1 sqq. *Eckermanus* in *Theologisch. Beyträgen* B. 2. p. 5 ss. *Greilingius Historischpscholog. Versuch über den plötzlichen Uebergang des Ap. Paulus vom Pharisäismus zum Christenthum* in *Henkii Museum für Religions-Wiss.* B. 3. p. 226 ss. *Schulzius die Bekehrungsgeschichte Pauli psychologisch erläutert* in *Heinrichsii Beyträgen zur Beförderung d. Theol. Wissensch.* Th. i. p. 47 ss. *Ravius* in Diss. ad locum Pauli 1 Cor. xv. 8. Erlang. 1800. 4. *Bœhmius Ideen zu einem System des Ap. Paulus* in *Henkii Museum* B. 3. p. 540 ss. Idem in Præfat. Commentar. ep. ad Rom. p. 30. *Wittigius, Beytrag zur nähern Bestätigung der Meynung, dass die Bekehrungsgesch. des Ap. Paulus auf eine natürliche Art sich habe ereignen können* in *Augusti Theolog. Blättern* B. 3. St. 2. (coll. *Gableri Neuestes Theol. Journal* B. 11. p. 486 ss.) add. *Hezelius, Rosenmüllerus, Dindorfius, Heinrichsius* ad h. l. Præivit interpretibus his ita statuentibus, *Vitringa*, qui Obss. Sacr. lib. 6. c. 10. §. 12. (ed. 1685.) scribit: *primo refertur, lumen de cœlo Paulum prostravisse humi; dein vero illum audivisse vocem. Per lucem sive lumen de cœlo, quis aliud hic intelligat, quam fulgur fulminis? Quod si admiseris, non negaveris, per vocem, fulmini conjunctam, vocem tonantem et gravem intelligendam esse, quia ex lege naturæ fulmina comitari solent tonitrua.* Defenditur autem hæc locum nostrum interpretandi ratio argumentis fere his: a) φωνὴ, ut Hebr. קול Exod. xix. 16. haud raro indicat *tonitru*, v. not. ad Matth. iii. 17. xvii. 5. Joh. xii. 28. et φῶς, ut Hebr. אור *fulmen* Job. xxxvii. 3. τὸ φῶς αὐτοῦ ἐπὶ πτερύγων τῆς γῆς· add. Hab. iii. 10. Fulgura et tonitrua Hebræi et gentes exteræ annumerabant signis præsentiæ Dei, prodigiis divinitus factis, quorum significationem ex rerum circumstantia dijudicabant v. ad Matth. iii. 17. xvii. 1. p. 491. Joh. xii. 28. Joseph. Ant. iii. 4. ἐστραπαί τε ἦσαν φοβεραὶ τοῖς ἱερῶσιν, καὶ κεραυνοὶ πατάσσοντες ἐδήλουν τὴν παρουσίαν τοῦ Θεοῦ, *fulgura terrebant videntes, et fulmina demissa significabant præsentiam Dei.* Seneca Quæst. natural. c. 31. *mira fulminis si intueri velis, opera sunt, nec quicquam dubii relinquentia, quin divina insit illis et subtilis potentia.* Quæ fulgura et tonitrua prodigiosa significare dicebant et putabant Judæi, ea Deum ipsum significare affirmabant, et Dei vocem dicebant v. Matth. iii. 17. Joh. xii. 28. Credebant etiam Deum ad terrorem hominibus, impiis maxime, incutiendum, inter fulgura et tonitrua suam præsentiam manifestare v. Ps. xviii. 13, 14. 1 Sam. xii. 17, 18. *Elsnerus* ad h. l. Itaque antiqui ævi ingenio et usui loquendi convenienter statuitur, esse h. l. de fragore cœli prodigioso cogitandum, et subortas in animo Pauli cogitationes referri tanquam voces Jesus per tonitrua loquentis. b) Paulus in epistolis nusquam ad visionem naturæ limites excedentem provocat, sed hoc tantum affirmat, se apparitione cœlesti ad Christi doctrinam conversum esse. c) Corporea Christi apparitio propterea admitti nequit, quoniam si Christus forma humana indutus adspectabili modo apparuisset, non solus Apostolus, sed ejus etiam comites istam speciem vidissent,

Digitized by Google

ΚΕΦ. θ'.

Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς

id quod tamen negatur ix. 7. Equidem horum interpretum sententiæ subscribo, et res omnis mihi hunc in modum explicanda videtur: Paulus, Pharisæus, strenuus religionis avitæ defensor Act. xxii. 3. xxvi. 5. de doctrina Christi audiverat, quam tamen, eum Judæorum magistri eam elevarent et calumniando detorquerent, tanquam falsam et perniciosam detestabatur. Messiam ipse quidem avide exspectabat, sed terrenum, nec adeo Jesum, qui in crucem actus esset, quem Judæorum magistri impostorem et religionis avitæ corruptorem dicerent, pro Messia habebat. Persequebatur ergo ejus asseclas, ratus, se Dei caussam agere, pietatique in Deum satisfacere. Attamen non plane oblitus erat admonitionum Gamalielis, quo præceptore usus erat, qui in aliorum religione dijudicanda insigni præditus temperantia, eandem quoque aliis commendabat vid. v. 34. Stephani præterea, aliorumque Christianorum plurium ab ipso crudeliter tractatorum vid. vii. 57. xxii. 4, 19. xxvi. 10. constantia et læta Jesu Christi professio, ut et ea quæ ex iis de Jesu ejusque doctrina audiverat, contraria illis quæ magistri Judaici ei tradiderant, tantam vim in animum ejus habuerant, ut de caussæ suæ bonitate dubitare occiperet; sed vanæ gloriæ cupiditate ductus, et ne sui dissimilis ac sodalibus frigidior Pharisæorum sectæ assecla, et lenior quam antea fuisset doctrinæ eorum defensor videretur, vim veritatis opprimebat, usque dum visione illa in itinere Damascum suscepto eo redigeretur, ut ad Christi signa se conferret, et, ut in hominibus maxime fervidioris ingenii evenire solet, eodem animi ardore Pharisæorum dogmata repente rejiceret et damnaret, quo ea antea amplexus erat. Cum ergo Damascum proficisceretur ad capiendos et vexandos ibi Christianos, ut sectæ suæ studium sodalibus probaret, et in via de negotio suo cogitaret, recordabatur eorum quæ ex Christianis de Jesu ejusque doctrina audiverat, eum in vitam rediise, ad dextram Dei sedere, et judicem rediturum esse, recordabatur admonitionum Gamalielis, cum aliis e Judæorum primoribus moderatius sentientibus, persecutionem Christianorum improbantis, et dubitabat an laudabili negotio incumberet; quid? cogitabat, si vera essent, quæ cultores Jesu de eo profitentur? crederem, si mihi appareret. Hæc dum animo voluit, ex improviso, circa meridiem vid. xxvi. 13. cœlo paulo ante sereno, tempestas oritur cum tonitru conjuncta, eoque horribilior, quod vallis Damasci montibus præaltis clausa est: v. *Maundrellii Reisebeschr.* in *Paulus Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient* Th. i. p. 149. Circumfulget eum subito fulmen cœlitus delapsum, et vivida imaginatione præditus Jesum, naturam cœlestem, videre sibi videbatur. Terrore percussus, ad terram prolabitur, et hæc secum cogitat: estne hic Jesus, cujus cultores ego hactenus persecutus sum? utique ille est; minatur mihi familiam ejus insectanti; ad meliorem frugem mihi est redeundum; Damascum proficiscar, et quid facto opus sit ibi circumspiciam. Hæc cum Paulus inter crebra tonitrua animo volueret, illa ipsa tonitrua putabat esse vocem Jesu, minantis, accusantis, admonentis, excitantis; hinc et postea rem enarrans aliis, cogitationes suas tanquam colloquium inter ipsum et Jesum habitum referebat. Cum Paulus de terra surrexisset, neminem videbat v. 8. acies oculorum ipsius fulminis ictu præstricta et occæcata erat. Pauli comites neminem viderant v. 7. nec fulmina iis prodigiosa fuerant xxii. 9. vid. ad Joh. xii. 29. "siquidem," ut *Heinrichsius* statuit, "illi rudiores forsan, servi, lictores, non eadem prava conscientia agitari poterant, quam Saulus, doctior, acriorique phantasia commotus. Nam etiamsi et hi mala inferre statuerant Christianis hominibus, non nisi ministerium suum adhibebant Saulo domino." Sed non necesse est, ut statuatur, hos viros, qui Paulum comitarentur, ei a Synedrio Hierosolymitano eum in finem datos esse, ut Christiani Damasceni vincti ab iis Hierosolymam deducerentur. Probabilius est, Paulum, ut a latronum et sicariorum impetu tutus esset, in societate cum aliis iter ingressum esse, et comites ipsius, consilium itineris ab eo suscepti ignorasse, vid. ad v. 13.

(1. 2.) ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου] *Saulus autem etiamnum spirans minas et cædem in Christi cultores: ἔτι, adhuc, etiamnum*, inde a Stephani cæde. Respicitur viii. 3. ἐμπνέων pro πνέων, sed ἐμπνέειν sive πνέειν, *spirare, anhelare*, per metaphoram poni solet ad indicandam *impetuosam animi vehementiam et intemperiem*, ut ap. Theocrit. Idyl. xxii. 82. ἐς μέσσον σύναγον, φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες, *in medium congressi sunt, cædem sibi mutuo spirantes*. Eurip. Bacch. 620. θυμὸν ἐμπνέων, *spirans iram*. Aristoph. Equitt. 435. κακίας καὶ συκοφαντίας πνεῖ, *spirat malitiam et sycophantiam*. Oppian. Venat. iv. 190. πνέων μένος Ἄρειος, *spirans violentiam Martis*. Homer. Il. γ. 8. μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. Q. Calaber xiv. 72. ἔθ' αἱματόεντος ἀναπνείων ἐνυμαγδοῦ, *cruentum adhuc conflictum spirans*. Aristænet. I. ep. 5. πνέων θυμοῦ. Achill.

Digitized by Google

2 μαθητὰς τοῦ Κυρίου, προσελθὼν τῷ Ἀρχιερεῖ, Ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας,

Tat. 2. p. 65. ἱρώστος πνεῖ. Hesych. ἱμπνεῖ μου, ἱρᾷ μου, πνεῖ με. Id. ἱρᾷ, ἱσπνεῖ, ἱπιθυμεῖ. Cic. Catil. ii. 1. 1. *scelus anhelantem*, i. e. ad scelus omni conatu adspirantem, summa cupiditate ad scelus perpetrandum ruentem. Auctor ad Herenn. iv. 55. *anhelans ex imo pectore crudelitatem.* v. *Albertius* in Peric. Crit. p. 51. *Kypkius, Wetstenius, Lexnerus* ad h. l. ἀπειλῆς καὶ φόνου per hendiadyn dictum est pro ἀπειλῆς φονικῆς, *comminationem cædis.* Syrus et Arabs vertunt: *plenus minarum*, neque tamen aliter legerunt, sed sensum expresserunt. Temere *Bowyerus* ἔμπλεως, *plenus*, legendum esse conjecit. προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ, ἠτήσατο κ. τ. λ.] *adiit pontificem summum, ab eoque literas petiit ad synagogas Damascenas.* ἐπιστολὰς scripta mandata, *Creditive, Vollmacht.* Literæ, quibus auctoritatem et potestatem acceperat, quoscunque Christianæ sectæ Damasci reperisset, vinctos Hierosolymam abducendi, ut gravibus ibi pœnis afficerentur, ἵνα τιμωρηθῶσιν, v. xxii. 5. a pontifice nomine totius synedrii scriptæ erant: cf. v. 14. xxii. 5. Pontifex maximus tunc temporis erat Theophilus, Anani filius, quem Vitellius a. C. 37. festo Pentecostes pontificem constituerat, remoto ejus fratre Jonathane, cui eodem anno, festo Paschatis, Vitellius hoc munus detulerat: v. Joseph. Ant. xviii. 7. *Eichhornii Einleitung* Th. ii. p. 48. *Michaëlis* ad xxii. 5. Profectus autem est Paulus Damascum a. C. 40. v. Prolegg. §. de Chronologia libri n. 3. Δαμασκὸς, Damascus, civitas olim celeberrima, in planitie amœnissima et fertilissima inter Libanum et Antilibanum sita, in ea Syriæ parte, quæ in literis sacris *Syria Damascena* 2 Sam. viii. 5. Ies. vii. 8. a Strabone lib. 16. p. 755. *Cœle Syria* vocatur. Quanta Judæorum frequentia ibi fuerit, ex eo colligi potest, quod Joseph. B. I. ii. 25. narret, sub Nerone Damascenos in sua urbe decem Judæorum millia, quos in publicis thermis collectos forte habebant, inermes oppressisse et trucidasse: vid. *Lud. de Dieu* ad h. l. *Cellarius* Notit. orb. ant. T. ii. p. 442. *Walchius* Antiquitates Damascenæ, Jenæ 1757. 4. *Michaëlis* Spicilegium Geogr. Hebr. extr. 2. p. 126. *Büschingius Erdbeschreibung* Th. v. Abth. 1. p. 299. ed. 2. πρὸς τὰς συναγωγὰς, ad Damascenarum synagogarum præfectos. ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ κ. τ. λ.] *ut si quos hujus sectæ reperisset, sive mares, sive fœminas, vinctos deducere posset Hierosolymam.* τῆς ὁδοῦ, *hujus sectæ*; nam τῆς est id. qd. ταύτης, coll. Act. xxii. 4. ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα· sic quoque articulus demonstrative positus extat Joh. vii. 17. v. *Glassius* Phil. S. p. 131 sq. ὁδὸς tropice notat: *vitæ rationem, omne vitæ genus cui quis insistit*: item, *doctrinam quamcunque, religionem*, Act. xix. 9, 23. Judith. v. 8. ἐκβῆναι ἐξ ὁδοῦ τῶν γονέων, *patriam religionem relinquere*, hinc etiam adhibetur de *secta, de iis qui alicujus doctrinam*, vel *vivendi rationem amplexi sunt et sequuntur*, ut h. l. Act. xxiv. 14. Lucian. Hermotimo p. 577. ἀπείρους ὁδῶν πεπειρᾶμενος ἐν φιλοσοφίᾳ, *omnes philosophorum sectas expertus*, v. *Elsnerus* ad h. l. *Keuchenius* Annotatt. in N. T. p. 198. ἄνδρες τε καὶ γυναῖκας memorantur h. l. ut viii. 3. mares et fœminæ ad designandam persecutionis acerbitatem et atrocitatem. Erat autem Damasci haud exiguus Christianorum numerus, nam non modo Judæi Damasceni, qui ad festa concelebranda Hierosolymam venerant, doctrinam Christianam popularibus suis tradiderant, sed confugerant etiam eo Hierosolymitani cives, ob excitatum contra Christianam societatem bellum vid. viii. 3. ἀγάγῃ, vid. ad vi. 12. Merito autem quæritur, quænam potestas synedrii Hierosolymitani in synagogas Judaicas Damascenas et aliarum civitatum exterarum fuerit? Nempe Synedrii Hierosolymitani tanta erat apud exteros quoque Judæos auctoritas, ut placitis ejus et præceptis obtemperarent, præsertim quando agebatur de falsis prophetis et doctrina avitæ religioni contraria; et in regionibus illis exteris in quibus synagogæ erant, quæ sponte Synedrii auctoritatem noscerent, Romani, eorumque exemplo tetrarchæ et dynastæ, concesserant synedrio potestatem, de Judæis in criminibus ad religionem spectantibus, quæstionem habendi eosque puniendi. cf. Joseph. Ant. xiv. 10. xvi. 6. *Vitringa* de Synagoga vet. p. 866. *Witsius* Meletem. Leidens. p. 23. et *Wolfius* ad h. l. add. not. ad Matth. xxvi. 66. Damascus tunc temporis sub potestate Aretæ, Arabum regis, erat vid. 2 Cor. xi. 32. not. infra ad v. 23. Hunc Aretam Judæorum proselytum fuisse nonnulli inde conjecerunt, quod filiam suam Herodi Antipæ matrimonio junxerat: v. *Basnagius* Exercitatt. contra Baron. p. 163. *Michaëlis Einletung* Th. ii. §. 11. *Meyerus* in *Versuch einer Vertheidigung u. Erläuterung d. Geschichte Jesu u. d. App. aus Profanscribenten* p. 327. hoc saltem certum est, eum Judæis favisse, et imperium Synedrii Hierosolymitani in Judæos potestati suæ subjectos, sacrorum ratione habita, admisisse: cf. v. 23 ss. 2 Cor. xi. 32.

Digitized by Google

δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, 3
ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ· καὶ ἐξαίφνης περι-
ήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν 4
γῆν, ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με
διώκεις; Εἶπε δέ· Τίς εἶ, Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· 5
Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις· ἰσκληρόν σοι πρὸς κέντρα

5. † σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

(3. 4.) ἐγένετο ἐγγίζειν αὐτὸν τῇ Δαμασκῷ] Hebraica loquendi ratio; ἐγενετο Hebr. ויהי, ut recte monuit *Haselaarius* in Diss. de nonnullis Actuum App. locis p. 32. ad verborum sententiam augendam nihil confert, si Græcorum more scribere voluisset Lucas, scripsisset fere: ὅτων δὲ πορευόμενος ἤγγιζε τῇ Δ., ἐξαίφνης κ. τ. λ. Verbum περιαστράπτειν non nisi apud patres Græcos legitur, pro eo verbo magis Græco περιλάμπειν usus est Lucas infra xxvi. 3. πεσὼν, tam ictu fulminis, quam terrore percussus. ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ] *audivit vocem*, i.e. tonitru: coll. v. 29. Sic Joh. vii. 28. legitur ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, *vox e cœlo audita est*, ubi scriptor, cum declarare vellet, quid significarit illud tonitru, ipsis verbis usus est, quibus usurus fuisset Deus, si humana voce mentem suam expressisset. τί με] pro διατί, ut Joh. xviii. 23. Matth. xxvi. 10. ubi vid. not.

(5.) εἶπε δέ· Τίς εἶ, Κύριε;] *tum ille, Quisnam es, Domine?* Haud pauci interpretes opinantur, Paulum noscitasse de facie Jesum, et Jesu docentis auditorem fuisse. Cum vero Paulus hoc loco legatur, non statim Jesum agnovisse, interpretes illi monent, Pauli animum fuisse perturbatum, et Jesum hoc quidem loco ac tempore non vulgariter ei apparuisse, sed per visionem, somno haud oppido dissimilem v. *Boehmii* Commentar. in ep. ad Rom. Prolegg. p. 32. Alii contra statuunt, Jesum Paulo non de facie cognitum fuisse. Quæ quidem sententia nobis probabilior videtur. Nusquam enim Paulus in literis suis scribit, se Jesum his in terris viventem conspexisse et audivisse, cum tamen hoc commemorandi, non semel, sed sæpius occasio adesset, et hoc haud parum contulisset ad confirmandam auctoritatem ipsius apostolicam cæteris Jesu Apostolis nulla parte minorem: v. *Heumanus* ad v, 17. p. 407 ss. *Eichhornius* in *Einleitung* B. 3. p. 10. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν] *male tibi cedet, si contra stimulum calcitraveris:* πρὸς κέντρα λακτίζειν, proverbialis locutio est, Hebræis, Græcis, et Latinis usitata. Pindarus Pyth. ii. 173. φέρειν δ' ἰλαφρῶς Ἐπωνυχίειον λαζόντα Ζυγόν γ' ἀρήγει. Ποτὶ κέντρον δέ τοι Λακτίζεμεν, τελέθει Ὀλίσθηρος ὄρμος, *ferre vero leviter Super humeros assumptum Jugum (mihi) prodest. Contra stimulum vero Calcitrare est Lubrica via.* Æschyl. Prom. 323. Οὔκουν, ἡμᾶς χρώμενος διδασκάλῳ πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, *nequaquam me monitore usus, contra stimulos pedem protendes.* Scholiastes: πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτείνει ὁ βοῦς, λακτίζει δὲ κεντούμενος ὑπὸ κέντρου, ὅστε λακτίζει πρὸς κέντρον καὶ τὸ κῶλον αἱμάσσει. Ὁ γὰρ πρὸς κέντρα λακτίζων τοὺς ἰδίους πόδας αἱμάσσει. Φησὶν οὖν· ἰάν μοι μὴ πείσθῇς, βλάψεις σεαυτόν— ἔστι δὲ παροιμία. Agamemn. 1633. πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῇς. Eurip. Bacch. 791. θυμούμενος πρὸς κέντρα λακτίζεμι, θνητὸς ὢν θεῷ, *ira percitus contra stimulum dei calcitrarem, mortalis existens.* Idem in Peliasi ap. Stobæum Eclogg. Ethicc. c. 3. p. 37. *Turic.* πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου, *contra stimulos ne calcitres in eos, qui potestatem in te habent.* Plautus Trucul. iv. 2. 55. *Nugæ sunt si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.* Quod proverbium apud eundem Plautum Chalinus servus, Casin. ii. 4. 4. propriis elocutus est verbis: *Stultitia est, ei te esse tristem, cujus potestas plus potest.* Terent. Phorm. i. 2. 27. *Venere in mentem mihi isthæc: nam quæ inscitia est, Advorsum stimulum calces?* Ammian. Marcell. xviii. 5. *ne contra acumina calcitraret, flexit se in blanditias molliores,* v. *Zenobius* in Collect. Proverb. Græcor. Cent. 5. n. 70. *Schottus* in Adagg. sacrr. N. F. quæ inserta sunt Fasc. 3. Exercitt. Philol. hist. a *Crenio* publicatorum p. 413. *Bochartus* Hieroz. P. 1. lib. 2. c. 39. *Erasmus* Adagg. Chil. I. cent. 3. n. 46. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 820. ed. *Fisch. Leusdenius* de Dialectis N.T. p. 251. *Fisch. Schœttgenius* in Diss. de stimulo boum, Francof. ad ad Viadr. 1717. (qui loca ex scriptis Rabbinorum congessit). *Gronovius* Lectt. Plautin. p. 108. *Hagerus* de Græcorum proverbio πρὸς κέντρα λακτίζειν, Lips. 1738. 4. *Valckenarius* in Schediasm. Obss. critt. p. 382. Solebant autem Græci et Romani jumenta, equos (Homer. Il. ψ'. 429. 385.) inprimis boves arantes (unde κέντρον etiam βούκεντρον apellatur v. Eustath. in Hom. Il. ζ'. 134. p. 629. n. 52. Rom. Phavorin. s. κέντρον· LXX. Eccles. xii. 11.) κέντρῳ, stimulo cum cuspide acuta excitare. Scholiast. ad Pindari l. c. τῶν γὰρ βοῶν οἱ ἄπαικτοι κατὰ τὴν γεωργίαν κεντριζόμενοι ὑπὸ τοῦ ἀρώντος, λακτίζουσι

Digitized by Google

6 λακτίζειν. Τρέμων τε καὶ θαμβῶν, εἶπε· Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀνάστηθι, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. 7 Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, εἱστήκεισαν ἐννεοὶ, ἀκού-

6. † Τρέμων τε καὶ θαμβῶν, εἶπε· Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν.

τὸ κέντρον, καὶ μᾶλλον πλήττονται, *qui enim ex bobus officio suo non funguntur, ab arante, stimulo fodiuntur; quodsi vero contra stimulum calcitrant, tunc adhuc magis punguntur.* add. Tibull. i. 1. 29. Orientales quoque boves nimis lente gradientes κέντρῳ urgere solebant, et etiamnum solent: v. Sirac. xxxviii. 25. *Paulsenius vom Ackerbau d. Morgenländer* c. 4. §. 31. *Maundrellii Reise* etc. p. 153. Proverbium autem πρὸς κέντρα λακτίζειν desumptum a bobus adversus stimulos, quibus aguntur, calcitrantibus, atque ita se ipsos magis lædentibus, veteres adhibebant de iis, qui repugnando superioribus, plus sibi obsunt, quam prosunt, qui rei inevitabili majori cum damno suo obnituntur. Jam si ad Paulum proverbium transfertur, sententia procedit hæc: imprudenter mihi resistere conaris, quo acrius repugnabis, eo graviores tibi repugnando conciliabis pœnas. τρέμων καὶ θαμβῶν, *tremens ac pavidus*, conscientia male factorum turbatus. Cæterum quæ hactenus interpretati sumus verba: σκληρόν σοι—καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· in plerisque codd. desunt, v. *Griesbach.*, *Matthæius*, *Birchius* ad h. l. Reperiuntur quidem in vers. Vulg. Arab. Polygl. Æth. Arm. et Syr. poster. cum aster.; sed multiplici cum varietate, quæ vel ipsa interpolationem prodit. Genuina hæc verba esse contenderunt *Wolfius*, *Heumanus*, *Boltenius*; sed sunt haud dubie e c. xxvi. 14. et xxii. 10. in hunc locum translata, et recte ea omittenda judicarunt *Erasmus*, *Beza*, *Grotius*, *Millius*, *Wetstenius*, atque omiserunt in editt. suis *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthæius*. Solent autem scriptores sacri in narrationibus suis multa differre, ut scienter monuit *Bengelius* in Gnom. ad h. l. πρὸς αὐτὸν scl. ἔλεγε, v. *Bosius* de Ellips. sub v. λέγειν p. 632. *Schæf.* ἀνάστηθι non ut alias (Luc. i. 39. iv. 29. al.) redundat; nam v. 8. legitur: ἠγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς· et xxii. 16. additur: καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας, *insiste pedibus*, antea scl. prostratus. add. xiv. 10.

(7.) οἱ δὲ ἄνδρες—ἐννεοὶ] *itineris autem comites attoniti adstabant.* Est in his verbis quædam difficultas, si ea conferuntur cum xxvi. 14.; legimus enim ibi, non Paulum tantum, sed et comites ejus in terram esse prolapsos. Sed evanescit difficultas, si cum *Valla* ad xxii. 9. statuimus, comites Pauli ad primum pavorem prolapsos fuisse, continuo vero surgentes stetisse. Hanc rationem secutus quoque est *Haselaarius* l. l. p. 36. cujus verba digna sunt, quæ apponantur: non video, inquit, quid obstet, quominus statuamus, eos primum in terram prostratos, postea, cum, Paulo adhuc humi jacente, surrexissent, astonitos stetisse. Nulla certe in eo difficultas, quod ix. 7. solus Paulus, sed xxvi. 14. simul socii ejus in terram prolapsi fuisse narrentur. Neque enim probatæ bonitatis scriptor, qui in libro non ita magnæ molis hanc sibi necessitatem impositam esse sentiat, ut unius ejusdemque rei plus semel mentionem injiciat, hanc sibi legem poni patiatur, ut identidem se ipse quasi revocet. Imo vero potius hic et illic, salva veritate, vel addendo nonnulla, vel omittendo, cavebit, ne satietatem lectoribus afferat. ἐννεοὶ, attoniti erant, cum ob ipsum naturæ terrorem, tum quod Paulum humi prostratum videbant. ἐννεὸς s. ἐνεὸς proprie significat *mutum*, ut ap. τοὺς ὀ'. Prov. xvii. 29. Ies. lvi. 10. Ammonius: κωφὸς καὶ ἔννεος ὁ αὐτὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο, ὁ μὴ φθεγγόμενος· Timæus: ἐνεός· ὁ ἐστερημένος φωνῆς. de mente capto vocem ἐννεὸς adhibuit Symmachus, Hos. ix. 7. ubi οἱ ὀ'. habent παρεξεστικός· v. *Stephani* Thes. in Append. p. 878. *Ruhnkenius* ad Timæ. p. 74. et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. Loco parallelo xxii. 9. pro hac voce legitur ἔμφοβοι ἐγένοντο, quam notionem etiam h. l. nomen ἐνεὸς obtinet. Hesych. ἐμβροντηθέντες, ἐνεοὶ γενόμενοι.—— ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες] *sonum*, fragorem tonitruum, *quidem audiebant, sed neminem videbant.* At c. xxii. 9. legitur, τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο,—τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Vario modo interpretes hanc repugnantiam tollere studuerunt. *Valla* ad xxii. 9. scribi jussit h. l. θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, μηδένα δὲ ἀκούοντες, quam conjecturam confirmat auctoritas interpretis Æthiopici, qui vertit ac si legisset: θεωροῦντες τὸ φῶς, φωνῆς δὲ μὴ ἀκούοντες. Sed codd. omnes et versiones reliquæ vulgatam lectionem tuentur, et hæc lectio difficilior est. *Œcumenius*, *Beza*, *Er. Schmidius*, *Castalio*, *Heumanus*, alii, φωνὴ h. l. de voce *Pauli respondentis* intelligunt, sed xxii. 9. de voce *Jesu loquentis*, quam non audierint Pauli comites, ut adeo h. l. enarretur, Pauli socios audivisse quidem eum cum aliquo loquentem, sed non vidisse quocum locutus esset. Verum perquam contorta est hæc ratio, eique contextus plane adver-

Digitized by Google

οντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες. Ἠγέρθη δὲ 8
ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς· ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐ-
τοῦ, οὐδένα ἔβλεπε· χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον
εἰς Δαμασκόν. Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων· καὶ οὐκ 9
ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν. Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ 10

satur. Nam in proxime præcedentibus non afferuntur verba Pauli, et si de voce Pauli Lucas intelligi voluisset vocabulum φωνὴ, adjecisset pronomen αὐτοῦ. *Hammondo, Elsnero, Moro, Rosenmüllero, Heinrichsio,* φωνὴ h. l. ut v. 4. est *tonitru*, infra autem xxii. 9. *sermo* alloquentis Paulum. Et *Elsnerus* quidem ad xxii. 9. notavit hæc, "crediderim, neque h. l. verba Christi cum sono quodam auribus percepta fuisse: vix enim afferri poterit ratio, quare vero comites Pauli eadem non audiverint; sed potius Paulum animo in ecstasin rapto hæc omnia percepisse, quomodo deinde audivit Christum denuo in templo sibi loquentem xxii. 17, 18." Sed locus ille non est nostro similis, quæ enim ibi leguntur, de ἐκστάσει sunt explicanda, h. l. autem cogitandum est de fulminibus quæ secuta sunt tonitrua, neque adeo statuendum, Paulum articulatam vocem percepisse. Equidem verba xxii. 9. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι, explicanda puto: *vocem mecum loquentis*, sensum vocis, *non intelligebant*, tonitru iis non erat prodigiosum, non erat vox Christi, declaratio mentis Christi. Constat enim verbum ἀκούειν ut Hebr. שמע sæpius ita poni, ut significet, *intelligere:* v. Gen. xi. 1. 1Cor. xiv. 2. coll. ix. 23. etc. cf. et not. ad v. 4.

(8.) ἀνεωγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε] *et apertis licet oculis, neminem videbat: οὐδένα ἔβλεπε, Haselaarius* l. l. p. 51. et *Greilingius* l. l. non ad itineris comites, sed ad Jesum referunt, Jesum non vidit, cum verbis quoque v. 7. μηδένα θεωροῦντες, Jesus respiciatur. Sed cum v. 9. sequatur, καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων· et xxii. 11. legatur ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον· omnino hæc verba nostra descriptionem cæcitatis continent, atque referenda sunt ad Jesum, quem in visione Saulus viderat, et ad comites adstantes, neminem videbat, videbat οὐδέν. Atque hoc ipsum οὐδέν habet cod. A*. et expressérunt vers. Syr. Arab. Erp. Vulg. quam lectionem probarunt *Grotius, Pricæus,* et *Bengelius,* sed ea aperte glossema redolet. Jam quod ipsam Sauli cæcitatem attinet, cum loco parallelo xxii. 11. legatur, eum oculorum usum amisisse ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, aciem oculorum ipsius fulminis vim præstrinxisse: cæcitatis caussa fuisse videtur amaurosis (*schwarzer Staar*) temporaria, a luce nimia orta. Laudavit hanc in rem *Eichhornius* l. l. B. 6. p. 13. *Plouqueti* Diss. de amaurosi, Tubing. 1789. 4. qui de specie amauroseos, quæ anæsthetica dicitur p. 17, 18. hæc notavit: *Sequitur species anæsthetica, cum medulla retinæ quavis ex caussa facultatem sentiendi perdidit. Huc pertinet* 1) *Exallactica, cum substantia ejus degeneravit, qualis est*— d) *hyperphaes, quæ ex nimis intensa luce oritur. Vulgaris est experientia, solem vel focum radiorum ejus, nubes splendidas, colores nimis vividos inspicientes statim cæcutire, irides ipsis obversari, dolores in ima orbita urgere, et sic* momentaneam *quasi amaurosin nasci. Ferri fusi fulgentes massæ idem et perstantius efficiunt, teste Dünklero, Nootnagel. Ex* fulmine *ortam habet Richterus.—Nimia quippe irritatio a luce aut affluxum enormem humorum ciet, quo epispastica vel et thliptico-empharctica species oritur, aut nervosam substantiam nimis afficiendo motus in ea ciet excedentes, non satis determinandos, quibus mutatio tristis permanens, enallaxis aliqua, stuporem retinæ perpetuum comitem habens, efficitur. Apud hos tentandum, quid* frigus actuale *possit* etc. *Michaëlis* in *Richteri chirurgischer Bibliothek* B. 6. p. 732. refert: Afrum, fulmine ictum, oculorum lumina amisisse, præterlapsis autem quatuor hebdomadibus, cum, gravi tempestate orta, terribile fulmen conclave, in quo Afer versabatur, illustrasset, eum subito visum recepisse: vid. *Eichhornius* l. l. χειραγωγεῖν, *manu ducere*, verbum de cæcorum ducibus solenne Artemidor. Onirocrit. v. 20. τυφλὸς ἐγένετο, καὶ ὑπὸ τοῦ δούλου ἐκείνου ἐχειραγωγεῖτο. add. ib. i. 28. 50. cf. *Wetstenius* ad h. l. (9.) καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς κ. τ. λ.] *ibi per tres dies occæcatus, cibo potuque abstinebat.* Saulum ab omni cibo abstinuisse, ex his verbis non consequitur: v. not. ad Matthæum, iv. 2. xi. 18. coll. iii. 4. Luc. iv. 2. sed verba οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν explicari debent: a cibi potusve largioris usu abstinebat, nihil fere edebat et bibebat, partim mœrore oppressus ob vitam ante actam, cujus pœnam cæcitatem suam esse putabat (jejunium luctus signum erat, vid. ad Matth. ix. 15.), partim ut eo aptior esset ad meditandum et precandum, v. 11. x. 30. not. ad ii. 15.

(10.) Ἀνανίας] Hebr. חֲנַנְיָה Dan. i. 6. *gratiosus Jovæ*, ex חנן *gratiosus fuit*, et יָהּ contracte pro יְהוָה. Saulum Ananiæ et hunc Saülo jam antea fuisse cognitum, perquam

Digitized by Google

ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι·
11 Ἀνανία. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε. Ὁ δὲ Κύριος
πρὸς αὐτόν· Ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλου-
μένην Εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι,
12 Ταρσέα· ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται· Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄν-
δρα ὀνόματι Ἀνανίαν εἰσελθόντα, καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα,

probabilis est *Ammonii, Eichhornii, Heinrichsii* opinio coll. v. 12. *Haselaario* quidem judice (l. l. p. 64.), hoc temere fingitur. Ananias enim, inquit, divinitus de Saulo adeundo admonitus, de eo loquitur, tanquam ex aliorum tantum relatione sibi cognito v. 13. Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν (scl. ἀνθρώπων) περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, sed hæc ratio valere nequit, cum v. 13. diserte addatur, quid audiverit Ananias, nempe, ὅσα κακὰ ἐποίησε κ. τ. λ. Idem quoque V. D. negat, ὅραμα quod Ananiæ et Saulo obtigerit, de cogitatis eorum animo per naturales caussas subortis, de visione, sive somnio naturali explicari posse (p. 74 sq.) sed cogitandum esse ait, de visione a Deo effecta, omninoque repentinam illam Sauli ad sacra Christianorum conversionem, non solum insolita, sed mirifica vi, quæ naturæ leges excederet, effectam esse contendit p. 77. Contra vero *Eichhornius* l. l. p. 9 sq. quæ h. l. leguntur, de Sauli et Ananiæ visione, sive potius somnio, de viso quod utrique per quietem obtigit (sic ὅραμα adhibitum extat xvi. 9, 10. xviii. 9. Gen. xlvi. 2. LXX. add. Act. viii. 26.) hunc in modum explicari posse putat: Saulus, cum Damascum venisset, et statum calamitosum, in quo versabatur, perpenderet, atque animo volueret, quæ ipsi evenerant, in memoriam revocat usum Ananiæ sibi quondam familiaris, quem ad Christi signa se contulisse, aut jam antea ipsi compertum erat, aut post adventum suum resciverat. Hujus visendi, cum eoque de Christi doctrina colloquendi desiderio flagrabat, simulque sperabat, se ejus ope visum recuperaturum esse, cum audivisset, Christianos præditos esse facultate morbos sanandi. Quæ vigilans optarat et desiderarat, in somnis ei contingebant. In somnio videt Ananiam ad se venientem, multa cum eo colloquitur, et visum ejus ope recuperat. Die sequente rem omnem amicis ipsum visitantibus aperit, et Ananiam videre cupit. Ananias resciverat Saulum advenisse, quo consilio advenerat, et quæ in itinere ei evenerant, narrabatur ei quoque somnium Sauli, atque hunc desiderio ipsum videndi flagrare. Is vero fraudem ab hoc homine, Christianorum adversario acerrimo suspicabatur, et quamquam plures ei affirmabant, nil esse Christianis a Saulo amplius metuendum, eum ad meliorem frugem rediisse, quamquam Ananias ipse probe intelligebat, talis hominis conversionem perquam utilem et salutarem rei Christianæ futuram esse, tamen Saulum adire nolebat. Nocte insecuta, ea somniat, quæ a Luca v. 10—16. referuntur; hac re perculsus, omnem fraudis suspicionem abjicit, Saulum tertio post ejus adventum die adit, eumque adhibita sacra lotione in numerum Christianorum recipit. Locum nostrum commode hunc in modum explicari posse, in promptu est, neque hac interpretatione admissa, negatur, Dei providentiam, ad Sauli et rei Christianæ salutem rem omnem direxisse. Κύριος] Jesus, coll. v. 17. ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε] *præsto sum, Domine*, paratus tua mandata perficere, Gen. xxxi. 11. 1 Sam. iii. 4.

(11. 12.) ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν] *confer te in plateam, quæ Recta appellatur.* εὐθεῖα quæ recta patet, neque curva et inflexa est, *die sogenannte gerade strasse.* ῥύμη, *via, platea*, ut Matth. vi. 2. Hebr. רחוב Ies. xv. 3. quod nomen Alexandrini interpretes expresserunt vocabulo ῥύμη, reliqui interpretes πλατεῖα. Ad verba Σαῦλον ὀνόματι subaudiendum est ἄνδρα, coll. v. 12. vid. *Bosius* de Ellips. sub v. ἀνήρ p. 33 ss. ed. *Schäfer.* Ταρσέα, *Tarsensem.* Tarsus Ciliciæ metropolis Joseph. Ant. i. 6. 1. Ταρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται. Diod. Sic. p. 406. C. μεγίστη τῶν ἐν Κιλικίᾳ πόλεων. Xen. Anab. i. 2. 23. εἰς Ταρσοὺς, πόλιν τῆς Κιλικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. add. Act. xxi. 39. xx. 3. not. ad xvi. 37. Hirtius de bel. Alex. 66. *Tarsus, quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum fortissimumque est.* Græcis literis florens Strabo 14. p. 990. τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνιδοῦσι ἀνθρώποις σπουδὴ περί τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον παίδευσιν γίγνεται ὥστ' ὑπερβεβλήκασι καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξανδρείας. Ammian. Marcell. xiv. 8. *Ciliciam vero quæ Cydno amne exultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis.* Cydnus amnis Tarsum in duas partes dividebat, et quasi ex uno duo faciebat oppida; hinc Ταρσοὶ in plurali dicitur Xenophonti l. l. Hesychio et Philostr. de vita Apoll. i. 7. vi. 34. προσεύχεται] precibus et meditationibus piis indulget. Sensus: non est amplius nominis Christiani adversarius, vicem suam dolet,

Digitized by Google

ὅπως ἀναβλέψῃ. Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Ἀνανίας· Κύριε, ἀκήκοα 13
ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς
ἁγίοις σου ἐν Ἱερουσαλήμ· Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ 14
τῶν ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά
σου. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος· Πορεύου, ὅτι σκεῦος 15
ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώ-
πιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. Ἐγὼ γὰρ ὑπο- 16

13. † i.

ad meliorem frugem rediit. (12.) καὶ εἶδεν —ἀναβλέψῃ] *et vidit per visum, virum nomine Ananiam, conclave ingredientem, manusque, ei visus restituendi caussa, imponentem.* Hæc verba interpretes nonnulli parentheseos nota a reliquis sejungunt, eaque non Jesu, sed Lucæ verba esse putant, cum non additum legatur pronomen σί. Sed sunt verba Jesu ad Ananiam, quodsi enim Lucæ verba essent, scripsisset: καὶ ὁ Σαῦλος εἶδεν κ. τ. λ. et quæ h. l. leguntur verba, edocebant Ananiam, ipsius ope Saulo visum restitutum iri. ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν pro, te vidit; vidit speciem viri, quem Ananiam esse cognovit. Solent Hebræi nomina propria loco pronominum ponere, vid. Joh. iv. 1. Luc. iii. 19. Gen. iv. 23. ἐπιθίντα αὐτῷ χεῖρα] vid. not. ad viii. 17.

(13—15.) ἀπὸ πολλῶν] scl. ἀνθρώπων vid. viii. 3. ἁγίοις] dicuntur omnino Christiani coll. xxxii. 41. add. Rom. i. 1. Eph. i. 1. etc. ἡγιασμένοι Act. xx. 32. sicut Judæi dicebantur קדושים utpote a cœtu paganorum segregati, et ad veram religionem adducti, Deo consecrati, cari. vid. *Koppius* ad Eph. i. 1. not. ad Marc. i. 24. Joh. x. 36. καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν κ. τ. λ.] minime tutum videbatur Ananiæ ad Saulum accedere, neque putabat eum qui tam atrocem nominis Christiani hostem se gessisset hactenus, serio pœnitentiam esse acturum. *Wolfius* et *Rosenmüllerus* opinantur, Ananiam literis Christianorum Hierosolymitanorum edoctum esse, quo consilio Saulus Damascum profectus sit, ibi enim hactenus nil patravisse Saulum, e quo institutum ejus et facultas a Synedrio data, patere potuisset. Sed pontificis et synedrorum intererat, ut consilium itineris Sauli Damascenis Christianis non prius innotesceret, quam ille ibi advenisset; probabilius ergo est Sauli comites, quibus ille, postquam oculorum usum amiserat, mandata a Synedrio accepta aperuerat, hæc divulgasse, atque ita Ananiam consilium itineris Sauli comperisse. τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου, *cultores tuos* id. qd. μαθητὰς τοῦ Κυρίου, ix. 1. cf. not. ad ii. 21. σκεῦος μοί ἐστιν οὗτος, *est ille instrumentum mihi electum*: σκεῦος ἐκλογῆς ex Hebraismo, pro ἐκλεκτὸν, *electum*, v. xxii. 14. xxvi. 16. σκεῦος Hebr. כלי prop. *instrumentum, vas* cujuscunque generis, indicat v. Sap. xv. 7. *Toupius* Emendatt. ad Suidam, p. 8. ed. Lips. *Schleusneri* Lex. h. v. deinde vero, ut כלי Ies. xiii. 5. et ἔργανον, per metaphoram adhibetur ita, ut notet, *hominem ad hoc vel illud agendum idoneum*, vel *ad hoc illudve destinatum, hominem, cujus opera utimur*. Sic Aristotel. in Politicis ἔργανον vocavit *servum*, vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 33. ed. *Fisch.* Polyb. in Excerptt. p. 1402. Δαμοκλῆς ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος, εὐφυὲς καὶ πολλὰς ἔχον ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν, vid. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 326. Saulus igitur, futurus religionis Christianæ doctor et defensor, h. l. vocatur σκεῦος ἐκλογῆς, quatenus eum Jesus (v. 10.) elegerat ad doctrinam Christi prædicandam. βαστάσαι τὸ ὄνομά μου] *ad nomen meum portandum.* Continuatur metaphora, nam vasis utimur ad res portandas. ὄνομά μου, pro μι, i. e. doctrinam meam, ut v. 16. coll. xxii. 15. xxvi. 16. βαστάζειν autem in hac orationis serie, imagine remota, declarat: *doctrinam divulgare, ejus notitiam perferre ad homines.* Paulum gentes et reges ad Christi signa adducturum esse, his verbis non innuitur, cf. xi. 1 sqq. sed hoc tantum, cum redditurum esse Christi doctrinam notissimam, de ea dicendo, eam defendendo coram gentilibus et principibus, coll. Matth. x. 18. omninoque inest verbis sententia hæc: longe lateque doctrinam divulgabit, πρὸς πάντας ἀνθρώπους xxii. 15. βασιλεῖς] vid. Act. xiii. 12. xxiii. 24, 33 sq. xxiv. 1, 10. xxvi. 1, 30. xxvii. 1 sqq. latiori significatu hoc vocabulum h. l. accipiendum est, ita, ut etiam provinciarum præsides Romani intelligantur: vid. not. ad Matth. ii. 22. x. 18.

(16. 17.) ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω κ. τ. λ.] *equidem ei ostendam quot mala ipsi religionis meæ caussa sint perferenda.* γὰρ non petest h. l. reddi *nam*, sed redundat, ut sæpius. ὑποδεικνύειν, *ostendere, edocere*, vid. ad Matth. iii. 7. Sensus est: ei ostendam, multa ipsi mala esse sustinenda, et tamen constans erit, serio pœnitentiam egit, depone ergo metum

Digitized by Google

δείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.
17 Ἀπῆλθε δὲ Ἀνανίας, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπιθεὶς
ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε· Σαοὺλ ἀδελφὲ, ὁ Κύριος ἀπέ-
σταλκέ με (Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου) ὅπως ἀνα-
18 βλέψῃς, καὶ πλησθῇς Πνεύματος ἁγίου. Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον
ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέ τε παρα-
19 χρῆμα· καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη. Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυ-

omnem. Videtur Ananias ante somnium ejusmodi cogitationes animo voluisse, dubitasse, an Saulus serio pœnitentiam egerit, et Christi doctrinam suscepturus sit, cum facile prævidere posset, quanta ipsi mala propter religionis Christi professionem subeunda essent. *Boltenius* futurum ὑποδείξω vim præsentis habere, et δεῖ pro ἴδει positum putat, ut sensus sit: equidem in præsenti exhibeo ei (cæcitate immissa) specimen malorum, quibus propter vexatam meam ecclesiam dignus est. Quæ tamen verborum interpretatio perquam contorta est; neque admittenda *Bowyeri* explicatio, qui, cum in nonnullis codd. recentt. αὐτὸν desit, hoc pronomen ex ordine ejiciendum censet, et verbis hunc sensum substituit: ostendam in eo l. per eum, (αὐτῷ pro ἐν αὐτῷ) quot mala meæ religionis caussa sint perferenda.

(17.) Accedit Ananias ad Saulum eique aperit, se jussu Jesu venisse, ut visum reciperet, et Spiritu divino imbueretur. Plura quam quæ h. l. leguntur, Ananiam locutum esse, et summam tantum colloquii Lucam retulisse, res ipsa docet, et locus xxii. 14 sq. ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας duplici de caussa, cum ad sanandos oculos, tum ad impertiendum Πνεῦμα, vid. ad viii. 16. Πνεῦμα ἅγιον eodem sensu accipiendum, quo viii. 16. legitur. Nomen Ἰησοῦς in nonnullis codd. vers. Copt. Sahid. Æth. Slav. deest, ex ordine ejecit *Matthæius*, e v. 5. huc traductum putat *Millius*. Sed plurimi optimæ notæ codd. illud exhibent, et Ananias addidit, ut recte monuit *Wolfius*, quo disertius Sauli fidem in Jesum confirmaret.

(18.) καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν κ. τ. λ.] *statim hinc Saulus delapsis ex oculis ejus veluti squamis visum recuperavit.* Hæc verba non ita accipienda sunt, ac si vere squamæ oculis Sauli inhærentes in terram deciderint, nam additur ὡσεὶ, sed sensus et opinio Sauli indicatur, ejus visus ita afficiebatur, ut humores in oculis arefacti, ei ab oculis decidere viderentur, ut ap. Tob. xi. 13. *Eichhornius*, ut ostenderet, Saulum legibus naturæ convenienter fuisse sanatum, l. l. p. 16. monuit, cum frigus actuale (v. *Plouquetus* supra ad v. 8. laudatus) removere possit amaurosin, sanationem forte effectam esse eo, quod admoverit Ananias, senex, Sauli oculis, manus frigidas; vel caussam recuperati oculorum usus fuisse insignem lætitiam, quam Saulus ex Ananiæ adventu et allocutione perceperit (vid. not. ad Luc. i. 64.); vel abstinentiam a cibo per triduum continuatam, cum diæta macra faciat ad depellendam amaurosin, v. *Plouquetii* initia Biblioth. med. pract. et chirurg. T. i. p. 102. forte et hæc omnia conjunctim in caussa fuisse, ut Saulus visum reciperet. *Haselaarius* contra p. 77. largitur quidem, rem ita fieri potuisse, sed sanationem vere ita effectam esse, salva fide Lucæ statui posse negat. "Dicitur enim, inquit, Ananias divinitus ad Saulum missus et jussus esse, ut ei visum restitueret ix. 12, 17. xxii. 12 sqq. Fac, eum hoc ultro tentasse, an credibile est, adeo prudentem virum omnino incertum experimenti faciendi eventum antea prædixisse ix. 17. et hac re ancipiti sic suscipienda, universam religionis caussam in periculum adduxisse? Præterea aliam prorsus eum Sauli sanandi rationem persecutum fuisse, Lucas aperte refert. Videlicet solo jussu, ut in miraculis edendis fieri consueverat, usum oculorum ei restituit xxii. 13. coll. ix. 17, 18." Neque sane negari potest, Lucam sanationem Sauli ita enarrasse, ut de miraculo ipse cogitaret, et lectores de eo cogitare voluerit.

(19.) καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν] *cibo sumpto vires recepit.* Ab Anania edoctus et in fide confirmatus, liberatus a cæcitate, quam pro pœna numinis irati habebat, jam se idoneum intelligens ad subeundum munus doctrinæ Christi præconis, omnique cura solutus, more consueto cibum sumpsit, et vires eo sumpto recepit. ἐνισχύειν prop. *corroborare*, haud raro intransitive ponitur, ita, ut omissum sit ἑαυτὸν, et notet, *se reficere, vires recipere*, ut h. l. et apud τοὺς ο'. Gen. xlviii. 2. ubi respondet Hebr. יתחזק 2 Macc. ii. 24. ἐνίσχυσαν καὶ οὐ διέστησαν τῆς ἀσεβείας, v. *L. Bosius* de Ellips. s. ἑαυτοῦ p. 128, 130. *Schäf. Vigerus* de Idiotism. p. 187. *Herm.* et *Kypkius* ad h. l. in codd. nonnullis ap. *Wetsten.* et *Matthæi.* legitur ἐνισχύθη, e glossemate. ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος κ. τ. λ.] *et postquam per aliquot dies Damasci cum Christi*

Digitized by Google

σεν. Ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν
ἡμέρας τινάς. Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε 20
τὸν Χριστὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐξίσταντο 21
δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορ-
θήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο·
καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ
τοὺς ἀρχιερεῖς; Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συν- 22
έχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμ-

19. † ὁ Σαῦλος. 20. ∼ Ἰησοῦν.

sectatoribus versatus erat, protinus in synagogis docuit. Paulus in literis ad Gal. i. 17. refert, se post conversionem suam, non Hierosolymam esse profectum, sed contulisse se in Arabiam, et inde Damascum esse reversum. v. Prolegg. §. de Chronologia libri n. 4. 5. Hinc ex *Pearsonii* sententia in Annal. Paul. p. 2. verba v. 19. ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος separanda sunt ab antecedentibus his: καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, et inde a verbis ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος enarrantur ea quæ Damasci post Sauli reditum ex Arabia evenerunt. Cui tamen sententiæ omnis orationis series adversatur. Alii, ut *Michaëlis* ad Gal. i. 17. ea quæ h. l. v. 19. leguntur ad primam Sauli in urbe Damasco commorationem referenda censent, reliqua vero inde a v. 20. ad ea quæ postea Damascum ex Arabia reversus egit. Sed verba καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε κ. τ. λ. satis aperte docent, v. 20 sqq. cum v. 19. arcte cohærere. *Keilius* in *Analekten für das Studium d. exegetischen u. systematisch. Theologie* B. 3. St. 1. p. 145 sq. et *Haselaarius* l. l. p. 83. quæ inde a v. 3. leguntur, referunt ad Sauli commorationem Damasci post reditum ex Arabia. Sed ἱκαναὶ ἡμέραι, v. 23. referri possunt ac debent ad omne tempus commorationis Sauli in urbe Damascena, antequam in Arabiam tenderet, ut adeo ἱκαναῖς ἡμέραις annumerandæ sint illæ ἡμέραι τινὲς v. 19. memoratæ; nam sensus verborum v. 19 sq. est: Saulus cum aliquot dies Christianis Damascenis usus esset, statim in synagogis docuit v. Prolegg. §. de Chronologia libri n. 4. 5. et *Bertholdti Einleitung* in Die Schriften d. A. u. N. T. Th. v. B. 2. p. 2734. Pauli iter in Arabiam Lucas silentio præteriit v. not. ad v. 25 extr.

(20.) καὶ εὐθέως — ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ] *statim in synagogis docuit, Jesum esse Filium Dei.* Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Filius Dei, rex ille hominum a Deo constitutus, de quo V. T. prophetæ cecinerunt, Messias v. ad Matth. iv. 3. xvi. 16 Pro Χριστὸν, quam lectionem *Wolfius* et *Heumanus* tuentur, legunt Ἰησοῦν ABCE. alii, ap. *West. Griesb. Birch. Matth.* vers. Syr. Ar. Erp. Copt. Æth. Armen. Vulg. probarunt hanc lectionem *Grotius, Millius, Bengelius, Michaëlis, Morus, Rosenmüllerus, Valckenarius*, alii, eamque in textum recepit *Griesbachius*. Recte. Nam Messiam esse Dei Filium, neque Paulus negaverat ante, neque negabant Judæi; sed Jesum esse Dei Filium, hoc pernegabant. Confirmat etiam lectionem Ἰησοῦς v. 22. ubi legitur: ὅτι οὗτος np. Ἰησοῦς, v. 20. memoratus, ἐστιν ὁ Χριστὸς, atque ex illo ipso commate puto grammaticum, in margine, vel inter lineas, quo explicaret formulam Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, adscripsisse vocem Χριστὸν, quam deinde librarii incurii, pro vera lectione habentes, loco nominis Ἰησοῦν in ordinem receperunt.

(21.) οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας κ. τ. λ.] *nonne hic ille est, qui hujus (Jesu) cultores vexavit Hierosolymis?* πορθεῖν prop. notat, *perdere, vastare*, Xen. Anab. v. 7. 9. ἔρχεται ἐς πορθήσων np. τὸ χωρίον. Ages. i. 20. πορθουμένη καὶ ἐρημουμένη χώρα, jungitur cum κείειν ib. i. 33. ἔκαιε καὶ ἐπόρθει τὰ περὶ τὸ ἄστυ. Herodi. vi. 5. 11. τὸ στρατοπεδον — ἐμβαλὸν εἰς τὴν — χώραν, ἐπόρθει τε αὐτὴν, καὶ — ἐνίστρεπε κώμας. Hesychius: πορθεῖν — ἀλλύειν. Idem: πόρθησις, ἐρήμωσις, καθαίρεσις. Deinde significat, *quocunque modo infestare, affligere, vexare, persequi aliquem* ut h. l. Hesych. ἐπόρθουν — ἐδίωκον ut Gal. i. 13. ubi ei tanquam synonymum jungitur διώκειν. vid. *Wesselingius* ad Diod. Sic. xi. 32. T. i. p. 429. *Kypkius* ad h. l. et *Münthius* ad Gal. i. 23.

(22.) μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο] *magis confirmatus est*, scl. πίστει, persuasio ejus de præstantia et veritate doctrinæ Jesu, et Jesum Messiam esse, indies crevit, atque adeo etiam παῤῥησία ejus. συνέχυνε] *confutavit.* συγχύνειν, *confusum reddere, perturbare, refutare, argumentis adversarium eo redigere, ut quid contra dicat, non habeat* Chrysost. ix. 163. ἐπιστόμιζεν, οὐκ εἶα τι εἰπεῖν. Verbum συμβιβάζειν proprie significat *compingere, apta commissura coagmentare, copulare*, et ponitur de lignariis, qui ligna inter se

Digitized by Google

23 βιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναί, συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν.
24 Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν· παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι.

committendo aptandoque coïre faciunt, hinc per metaphoram adhibetur de animorum conjunctione, ut sit, *conciliare, conjungere*, Eph. iv. 16. Col. ii. 2. Scholiast. ap. Thucyd. iii. 29. φίλον ποιεῖν. Eustath. ad Il. ξ'. p. 967. 20. συμβιβάσαι, καὶ εἰς ἓν συνάψαι, καὶ εἰς φιλίαν συναγαγεῖν. Jam quoniam qui alios docet, doctrinæ partes apte et accurate conjungit, earum nexum ostendit, et quæ possunt demonstrari, congrue demonstrat, hinc συμβιβάζειν etiam declarat: *docere*, ut h. l. quo sensu recurrit 1 Cor. ii. 16. et sæpius in versione septuagintavirali, ut Ex. iv. 12. ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου, καὶ συμβιβάσω σε, ἃ μέλλεις λαλῆσαι, ubi in Hebr. est הורה. Exod. xviii. 16. συμβιβάσω αὐτοὺς τὰ προστάγματα Θεοῦ, Hebr. יודיע. Deut. iv. 9. καὶ συμβιβάσεις τοὺς υἱούς σου. add. Ies. xl. 14. Dan. ix. 22. Hesych. συμβιβασθέντες, διδαχθέντες. Id. συμβίβασις, διδαχή. Apud profanos scripteres rarior est hæc verbi notio, attulit hanc in rem *Kypkius* locum Ocelli Lucani de universo c. 3. p. 530. εἴπερ ἀληθῆς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι, siquidem revera ratio docet, non solum mundi partes una cum mundo, verum et quæ mundus continet, simul cum partibus existere.

(23. 24.) ὡς δὲ ἐπληροῦντο—ἀνελεῖν αὐτὸν] *pluribus autem diebus præterlapsis, Judæi de ejus nece deliberarunt.* 2 Cor. xi. 32. legimus, ethnarcham Aretæ, Arabiæ regis, ad portas Damasci custodiam collocasse, ut Paulus caperetur. Constat autem, Syriam Damascenam per Pompeium M. finito bello Mithridatico in Romanorum potestatem fuisse redactam. Quæritur ergo qui factum, ut Damasco tunc temporis imperarit Aretas, et constituerit ethnarcham? Scilicet Aretas ille, ob repudiatam filiam Herodis Antipæ uxorem (vid. ad Matth. xiv. 3.) ei bellum indixerat, ultimo anno Tiberii (a. C. 37.) et omnem ejus exercitum profligarat Joseph. Ant. xviii. 5. 1 ss. δυνάμεως ἱκανῆς συλλεγείσης, εἰς πόλεμον καθίστανται, στρατηγοῦς ἀποστελλόντος ἐπ' αὐτῶν. Καὶ μάχης γενομένης, διαφθείρει πᾶν ὁ Ἡρώδου στρατός. Herodes hæc per literas significat Tiberio, qui indigne ferens Aretæ audaciam (Joseph. l. c. ἀγανακτῶν τὴν Ἀρέτα ἰσχύν), Vitellio, Syriæ præsidi scribit, ut bellum Aretæ inferat, et aut vivum regem captum abducat, aut occisi caput ad se mittat. Vitellius bellum parabat, sed accepto nuntio de obitu Tiberii, milites ex itinere reductos in hyberna dimittebat. Atque ita Aretas bello liberatus est. Eo igitur tempore, quo Vitellius copias suas reduxit (a. 37. l. 38.), Aretam in Syriam irruisse, Damascum occupasse, eamque, cum stolidus et vecors fuerit Caligula Tiberii successor, imposito præsidio aliquamdiu tenuisse, interpretes haud paucí statuunt, v. *Wolfius* in Curis ad 2 Cor. l. l. *Michaëlis Einleitung in d. N. T.* Th. i. §. 11. p. 55. ed. 3. *Eichhornius* in *Einleit.* Th. ii. p. 49. Sed Aretam tum demum Damascum sibi subjecisse, cum Vitellius de provincia decessisset, ostensum est in Prolegg. §. de chronologia libri n. 3. παρετήρουν τε τὰς πύλας — ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι] *cum igitur (Judæi) die nocteque portas, eum sublaturi, observarent.* At Paulus 2 Cor. l. l. scribit, milites ethnarchæ, Aretæ regis, urbis portas obsessas tenuisse, ne elaberetur. Vario modo hæc inter se conciliare studuerunt interpretes. Cum Judæi suas habuerint ἰθνάρχας, quorum hinc inde mentio fit apud Josephum, qui de rebus ad religionem et sacra pertinentibus, forte etiam aliis quibusdam caussis civilibus cognoscerent, v. Joseph. xiv. 7. 2. ubi is, qui Judæis Alexandriæ habitantibus præfectus erat, dicitur ἰθνάρχης. cf. *Krebsius* ad 2 Cor. l. l. *Ernestii* Interpres N. T. iii. 10. 75. *Wesselingius* de Archontibus Judæorum p. 81.: nonnulli putant Ἀρέτα fuisse nomen ἰθνάρχου, et per τὸν βασιλέα imperatorem Romanum intelligunt. Sed Ἀρέτα est genitivus (ab Ἀρέτας, v. *Er. Schmidius* ad 2 Cor. l. l. quod nomen Arabum reges adamarunt, v. 2 Macc. v. 8. *Heynius* de Ethnarcha Aretæ Arabum regis Paulo insidiante Viteb. 1755. p. 42 sq.), et nunquam Romanorum imperator in his libris vocatur βασιλεύς, sed Καίσαρ, v. *Wolfius* ad 2 Cor. l. c. *Heynius* l. l. p. 34. et *Haselaarius* p. 96. Aliam viam ingressus est *Walchius* in Diss. de ethnarcha Judæorum Damascenorum Paulo insidiantium Act. viii. 23, 24. 2 Cor. xi. 32. Jenæ 1757. 4. per ἰθνάρχην intelligit archontem Judæorum ab Areta rege constitutum. Statuit nimirum, Aretam, cum urbe potitus esset, ethnarcham a Romanis constitutum, securitatis caussa, de munere suo dejecisse, aliumque, cujus fidei se permittere potuisset, in illius locum suffecisse; hinc Paulum, cum loqueretur de ethnarcha, Judæorum Damascenorum præfecto, addi-

Digitized by Google

Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ 25
τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι. Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦ- 26
λος εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς· καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶ μαθητής. Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς 27

26. † ὁ Σαῦλος.

disse Ἀρέτα τοῦ βασιλέως, ut Corinthii scirent, quis ille fuerit, nempe eum, qui tum a rege Areta Judæis, dimisso priore, præpositus fuisset, quique a Romano, sive potius a Romanis constituto, secernendus esset. Contendit igitur *Walchius*, Judæorum (Act. ix. 24.) eorumque ethnarchæ 2 Cor. l. c. precibus factum esse, ut magistratus Damascenus, ab Areta urbi impositus, ad portas ejus custodiam collocaret, adscitis forte nonnullis Judæis, qui indicarent, si Paulus accederet, et fuga se incolumem extrahere vellet. Sed nimis quæsita est hæc interpretatio, et quæ de Judæorum ethnarcha ab Areta, dimisso priore, constituto afferuntur, non nisi conjectura nituntur. Longe probabilior est plerorumque interpretum sententia, cogitandum esse de ethnarcha ab Areta Damasco et circumjacentibus ditionis suæ regionibus præfecto; ἐθνάρχης enim in universum dicitur, qui alicui genti, sive majori sive minori regendæ cum potestate præfectus est, qui alias dicitur ἐπίτροπος, v. *Krebsius* ad Decret. Roman. pro Judæis e Josepho p. 68. et si intelligendus esset 2 Cor. l. c. Judæorum ethnarcha, scripsisset potius Paulus: ὁ ἐθνάρχης (s. ἐπίτροπος) τῶν Ἰουδαίων, ὃν ἀπαντίστησι Ἀρέτας ὁ βασιλεύς. Quo autem concilietur locus noster cum illo 2 Cor. statuendum est, vel, ethnarcham Judæis injunxisse, ut portas observarent, vel eum Judæis adhortantibus et instigantibus, custodiam ad urbis portas collocasse, ut adeo παριστήσειν impersonaliter, aut ita accipiendum sit, ut fecisse dicantur Judæi, quod per alium fecerint, vel, quod præplacet, Judæos, auctoritate ethnarchæ, una cum ejusdem militibus urbis portas observasse. Verba ἐγνώσθη δὲ—αὐτῶν parentheseos nota a reliquis sunt sejungenda.

(25.) Saulus, qui se occultaverat, Christianorum ope evadebat, demittebant nimirum eum in corbe διὰ τοῦ τείχους, *per murum*, per muri aperturam, vel fenestram domus, proxime ad murum urbis adjacentis, διὰ θυρίδος, 2 Cor. xi. 33. add. Jos. ii. 15. cf. et *Harmari Beobachtt. über d. Orient* Th. i. p. 186. Saulus Damascenorum Judæorum insidiis ereptus, non statim Hierosolymam, sed in Arabiam se contulit, v. not. ad v. 19. Gal. i. 17 sqq. Hoc iter, cujus nec in oratione Sauli, Act. xxii. 16, 17. mentio fit, Lucas h. l. silentio præteriit, quoniam, ut videtur, ignorabat a Saulo iter in Arabiam susceptum fuisse, aut hujus rei oblitus erat. *Haselaarius* l. l. p. 58. reticentiæ hujus caussam affert hanc: Lucæ propositum fuisse, nonnulla tantum historiæ Sauli momenta memorare, in quibus singulari Dei procuratione ipsi prospectum fuisset, ea inprimis, quibus exponeretur modus, quo effectum sit, ut ad gentes docendas se conferret. Omissa ergo triennii historia, cum attulisse, qui factum sit, ut non adeo Hierosolymis, sed maxime extra Palæstinam, in regionibus remotioribus propagandæ religioni operam dederit.

(26. 27.) παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἱερουσαλὴμ] *tum Saulus Hierosolymam profectus.* Non statim post conversionem suam Hierosolymam profectus est, veritus, ne, si illico rediisset, a synedris interimeretur. Jam vero conversionem suam diuturnitate in oblivionem adductam esse sperabat. ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς] *Christianis se adjungere volebat:* de verbo κολλᾶσθαι, vid. not. ad v. 13. est id. qd. συγχεῖσθαι, Joh. iv. 9. ubi v. not. καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν κ. τ. λ. *sed omnes eum reformidabant, non credentes, eum esse Jesu sectatorem*, animi ipsius sinceritatem suspectam habebant, cum Hierosolymis per triennium abfuisset, et in Arabia commoratus esset, apud populos, quibus cum Hierosolymitanis parum commercii esset. (27.) Contulit se Saulus ad Barnabam, de quo v. i. 23. iv. 37. quem sibi cognitum habuisse videtur, ejusque opem imploravit, ut ipsum commendaret Apostolis. ἐπιλαβόμενος αὐτὸν] male nonnulli vertunt, *hospitio eum excepit:* imo ἐπιλαμβάνεσθαι notat, *manu prehendere*, de qua verbi notione v. *Hemsterhusius* in notis ad Lucian. T. i. p. 313. et h. l. ex Hebraismo redundat. πρὸς τοὺς ἀποστόλους] ad Petrum et Jacobum, hos enim solos se tum vidisse Saulus refert Gal. i. 18, 19. recte inde colligitur, solos istos ex Apostolis tunc fuisse Hierosolymis, cur enim vel ipse alios non invisisset, vel alii ab ejus congressu abstinuissent? Verba καὶ διηγήσατο αὐτοῖς intpp. nonnulli ad Saulum referunt, sed rectius ea referuntur ad Barnabam. Conveniebat enim potius, ut apposite monuerunt *Grotius, Wolfius, Rosenmüllerus*, alii, quæ

Digitized by Google

Ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαρ-
28 ρησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παρ-
29 ρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν
30 ἀνελεῖν. Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσόν.
31 Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο.

Damasci evenerant, Saulum ibi summa libertate doctrinam Christi prædicasse, narrari a Barnaba, quam ab ipso Saulo prædicari. Barnabas igitur commendavit Saulum Apostolis, id inprimis strenue agens, ut omnem fraudis suspicionem amoveret.

(28—30.) καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος] *itaque cum iis familiariter versatus est*, cf. not. ad i. 21. quindecim dies se apud Petrum commoratum esse, scribit Gal. i. 18. καὶ παῤῥησιαζόμενος—ἐν τῷ ὀνόματι κ. τ. λ.] *libere Jesum ejusque doctrinam professus est* (παῤῥησιάζεσθαι, *liberi loqui*, μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν) *disseruit ac disputavit cum Hellenistis*, ipse Hellenista. ἐλάλει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς] vid. xi. 20. add. not. ad vi. 1. 9. *hi vero ei necem parabant.* (30.) ἐπιγνόντες] scl. τοῦτο, *quod cum cognovissent fratres*, v. *Bosius* de Ellips. sub v. τοῦτο p. 490. *Schæfer.* κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν] *deduxerunt eum Cæsaream.* κατάγειν prop. de iis adhibetur, qui aliquem e loco, vel, regione altiore et sublimiore, in depressiorem deducunt. Καισάρεια, *Cæsarea*, urbs ad mare Mediterraneum sita, jam supra viii. 40. memorata. ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσὸν] *dimiserunt eum Tarsum*, ubi inter sibi propinquos et notos tutior ab insidiis erat. Sine dubio autem etiam in Cilicia docuit. Ταρσὸς, vid. ad v. 12.

(31.) Vera lectio, quam plures codd. et verss. antiquæ tuentur, quamque adeo *Millius*, *Bengalius*, *Griesbachius* probarunt, est: ἡ μὲν ἐκκλησία—εἶχεν εἰρήνην, οἰκοδομουμένη καὶ πορευομένη—ἐπληθύνετο, cum variæ Palæstinæ regiones memorentur, librarii singularem, qui loco alterius numeri positus est, mutarunt in pluralem. εἶχον εἰρήνην, *pace fruebantur.* Deflagraverat Christianorum vexatio, multi enim Christiani in exilium profecti erant, et Saulus, acerrimus Christiani nominis adversarius, Christianos persequi desierat. Finivit hac notatione scriptor narrationem inde a c. 8. deductam. οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι κ. τ. λ.] *numero increscentes, pietatis in Deum laude florentes, et Spiritus S. adjumento gaudebant efficacissimo.* Verbum οἰκοδομεῖν significat: *ædificare.* Jam cum domus ædificatur, crescit subinde altius, hinc οἰκοδομεῖν metaphorice notat: *augere* et οἰκοδομεῖσθαι *crescere*, ut h. l. et referri debet ad augmentum numeri; comparatur enim ecclesia cum ædificio, quod in majorem molem crescit. Minus recte alii οἰκοδομεῖσθαι explicant: *augeri fide, religionis cognitione;* nam οἰκοδομούμεναι h. l. simpliciter positum extat, et sermo est de ædificatione externa. πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, *pietatis in Deum studiosum esse*, vitam integram scelerisque puram agere. φόβος τοῦ Κυρίου est *pietas*, ut Ps. xxxvi. 1. Rom. iii. 18. 2 Cor. vii. 1. al. πορεύεσθαι ut Hebr. הלך per metaphoram ita adhiberi solet, ut notet, *vivere*, v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 196. et φόβῳ positum est pro ἐν φόβῳ, quæ præpositio sæpius omittitur, ut 2 Sam. xv. 11. καὶ ἐπορεύοντο ἀπλότητι. Ps. lxxxi. 14. Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη. Ps. lxxix. 31. καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσι. Prov. xxviii. 26. ὃς δὲ πορεύεται σοφίᾳ, σωθήσεται, ubi in textu Hebraico ב expressum est. Luc. i. 6. πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου. vid. et *Bosius* de Ellips. sub ἐν p. 702. *Schæf.* παράκλησις quod alii cum Vulgato interprete vertunt, *consolatio*, alii *tranquillitas* quam Sp. S. largitur, alii *institutio* Sp. S. np. per doctrinam l. per Apostolos, quos Sp. S. adjuvat (v. 2.) est potius, *adjumentum* Sp. S. vid. not. ad Joh. xiv. 16. et πληθύνεσθαι significat *abundare*, ut adeo sensus verborum τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο sit: multiplici modo

Digitized by Google

Ἐγένετο δὲ Πέτρον, διερχόμενον διὰ πάντων, κατελθεῖν καὶ 32
πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν. Εὗρε δὲ ἐκεῖ 33
ἄνθρωπόν τινα Αἰνέαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον
ἐπὶ κραββάτῳ, ὃς ἦν παραλελυμένος. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ 34
Πέτρος· Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ἀνάστηθι, καὶ στρῶ-
σον σεαυτῷ. Καὶ εὐθέως ἀνέστη. Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ 35
κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σάρωνα, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ
τὸν Κύριον.

eos Sp. S. adjuvabat, gaudebant Sp. S. adjumento efficacissimo.—*Rosenmüllerus* οἰκοδομούμενοι interpretatur: et numero membrorum et incrementis in cognitione religionis ac virtutis proficiebat cœtus; verbum πληθύνεσθαι cum *Er. Schmidio* et *Wolfio* eo significatu accipiendum putat, ut sit: *augmentum capere, progressum facere*, ut 2 Reg. iii. 1. καὶ ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπληθύνετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπληθύνετο καὶ ἠσθένει, *magis magisque crevit—decrevit; progressum fecit in crescendo—in decrescendo;* τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος refert cum *Beza* aliisque ad πληθυνόμενοι, et ἐπληθύνοντο vertit, *crescebant, numerus Christianorum augebatur*, v. Act. vi. 1. 7. vii. 17. ut adeo sententia procedat hæc: proficientes, incrementa capientes religionis (φόβῳ τοῦ Κυρίου) et tranquillitatis, quam Sp. S. largiretur, et numero auctæ sunt. Alii τῇ παρακλήσει κ. τ. λ. vertunt: et juvante Sp. S. numerus Christianorum crevit.

(32. 33.) Inde ab hoc versu usque ad c. xi. 18. sermo est de itineribus, quæ Petrus (qui hactenus Hierosolymis et aliquamdiu Samariæ viii. 14. religionem docuerat) suscepit, ut conditas in Palæstina ecclesias visitaret, confirmaret, et Christi doctrinam prædicando cœtum Christianorum amplificaret. Ad πάντων *Heumanus* subaudiendum censet ἁγίων, præeunte *Er. Schmidio*, qui supplet μαθητῶν, sed rectius cogitando additur τόπων, ita, ut intelligantur regiones v. 31. memoratæ, a Petro peragratæ. Λύδδα] vicus Palæstinæ (Joseph. Ant. xx. 6. 2. Λύδδα κώμη, πλήσιον τοῦ μεγέθους οὐκ ἀνοδίουσα· vicus ergo qui dicitur κωμόπολις, Marc. i. 38. vbi v. not.) non procul a mari Mediterraneo situs, v. *Relandi* Palæstina p. 878. *Lightfootus* in Chorogr. Matth. c. xvi. et *Wettenius* ad h. l. κατέχεσθαι] usurpatur de iis, qui de loco quodam superiore eunt et tendunt ad locum aliquem inferiorem; oppositum verbum est ἀναβαίνειν, quod in libris N. T. sæpius ponitur de Hierosolymam tendentibus, v. ad Matth. xx. 19. Αἰνέας] nomen Græcum, unde probabile, eum Hellenistam fuisse, quod vero fuerit e numero sectatorum Christi, ipsa narratio sat evidenter docet, nam v. 32. legitur, Petrum se contulisse πρὸς τοὺς ἁγίους Lyddæ habitantes, et inter eos deprehendisse Æneam, et v. 35. additur: viderunt hominem valetudini restitutum omnes Lyddam et Saronem incolentes Christiani; nec, si nunc demum homo ille ad Christi signa se contulisset, id notare omisisset scriptor. κράββατος] vid. ad Marc. ii. 4. παραλελυμένος] vid. ad viii. 7.

(34.) ἰᾶταί σε Ἰησοῦς κ. τ. λ.] *te Jesus Christus salvum esse vult: surge, et tibimet ipse lectum sterne:* στρωννύειν notat, *expandere, explicare*, et ad στρῶσον subint. κράββατον. Quæsiverunt autem interpretes, quorsum jusserit Petrus, ut appararet Æneas lectum ad decubitum, cum eum surgere jusserit? *Lud. de Dieu* respondet: non jubetur surgere et abire, sed ut lectum incompositum et inæqualem, cubantique molestum, ut volutantibus ægris contingere solet, non jam alii, ut fieri consueverat, sed ipsemet surgens componeret, complanaret, æquaret, et cubationi aptum redderet, quod penitus restitutæ valetudinis certum erat argumentum. Præplacet tamen *Heumani*, aliorumque interpretatio: lectum, quem tibi hactenus alii straverunt, in posterum tute tibi ipse sterne. Similis locus Joh. v. 8. ubi v. not.

(35.) καὶ εἶδον αὐτὸν—ἐπὶ τὸν Κύριον] *eumque*, valetudini restitutum, *viderunt omnes Lyddam et Saronam incolentes, qui Christi nomen profitebantur.* Σάρων, שרון Ies. xxxiii. 9. lxv. 10. Jos. xi. 18. non est nomen urbis, ut nonnulli opinati sunt, sed nomen regionis campestris et pascuosæ, multis viculis repletæ inter Lyddam et Joppen, v. *Lightfootus* in Chorograph. Matth. c. xvii. *Bocharti* Hieroz. P. 1. lib. 2. c. 30. p. 311. ed. *Rosenm. Relandi* Palæstina p. 370. Hieronym. ad Ies. xxxiii. 9. *Saron omnis* circa Joppen Lyddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque *redduntur.* ἐπέστρεψαν qui ad Christi signa se contulerant, v. *Glassius* Phil. S. p. 299. Sine omni idonea ratione nonnulli ante ἐπέστρεψαν subintelligunt καὶ, et πάντες explicant: *plerique* l. *multi*, hoc sensu: multi viderunt sanatum, iidemque prop-

Digitized by Google

36 Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθά, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων
37 καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν· λούσαντες δὲ αὐτὴν
38 ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ. Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν
39 ἕως αὐτῶν. Ἀναστὰς δὲ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον· καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ
40 ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς. Ἐκβαλὼν δὲ

terea Christi signa secuti sunt. Hoc si dicere voluisset Lucas, aliter mentem suam expressisset cf. v. 42.

(36.) Ἰόππῃ] oppidum Syriæ, portu instructum, quod Augustus Herodis regno adjunxit, v. Joseph. B. I. i. 20. 3. hodie *Jaffa* dicitur. Hebr. יפו Jon. i. 3. v. *Relandi* Palæstina p. 864 ss. Pomp. Mela i. 11. μαθήτρια] *discipula*, Diog. Laërt. iv. 1. 2. h. l. *cœtui Christianorum adscripta*. Moeris: μαθητρὶς, Ἀττικῶς· μαθήτρια, ἑλληνικῶς. Thomas Mag. μαθητρὶς ὡς αὐλητρὶς, οὐ μαθήτρια. Ταβιθὰ—Δορκὰς] *nomine Tabitha, quod si interpreteris Dorcas dicitur*, h. e. capra gazella Linn. de qua v. *Œdmani vermischte Sammlungen aus d. Naturkunde Heft* 1. p. 1 sqq. *Rosenmüllerus* in *Zusätzen zu Arvieux von den Sitten der Beduinen-Araber* p. 225 sqq. Ταβιθὰ est nomen Syriacum טביתא formatum ex טָבִי 1) decus 2) capra gazella, mutato ת in ט. *Gaudebant*, scribit *Buxtorfius* in Lex. Talm. *olim mulieres nominibus ab amabilibus et placidis animalibus petitis*. Nomen *Tabitha* Judæis, ut Δορκὰς Græcis, usitatum erat. Vaiikra Rabba Sect. 19. *Tabitha, ancilla Gamalielis*. v. *Bochartus* Hieroz. T. ii. p. 305 ss. *Rosenm. Lightfootus* in Chorogr. Matthæo præmissa c. xviii. *Reinesii* Inscriptt. lib. 12. n. 57. lib. 14. n. 61. *Weistenius* ad h. l. Capra Gazella Orientalibus erat imago pulchritudinis, v. Cant. ii. 9. iv. 5. *Shaw* in *Zusätzen* etc. p. 174. Hinc *Rosenmüllerus* et *Heselius* conjecerunt ob formæ venustatem a parentibus hanc mulierem Tabitham appellatam esse. αὕτη ἦν πλήρης κ. τ. λ.] *liberalitatis et beneficentiæ cum maxime studiosa*: Jac. iii. 17. μετὰ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν.] Formula ἔργα ἀγαθὰ in N. T. libris modo in universum significantur, actiones præceptis religionis Christianæ consentaneæ, ut Rom. ii. 7. xiii. 3. etc. modo nominatim *liberalitas*, et *quævis beneficia*, quæ in pauperes et egenos conferuntur, ut h. l. 2 Cor. ix. 8. 1 Tim. v. 10. etc. v. *Knappii* Opuscc. p. 487. ὧν] pro ἃ, v. ad Marc. vii. 13.

(37. 38.) λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ] *ablutam illam in cœnaculo reposuerunt*. Apud Hebræos æque ac apud Romanos et Græcos mos abluendi defunctorum corpora receptus erat, v. *Geierus* de luctu Hebr. c. 5. §. 9. *Dougtæus* in Analect. Sacr. P. 2. p. 77 ss. *Wetstenius* ad h. l. ὑπερῷον, vid. not. ad i. 13. ἀπέστειλαν—ἕως αὐτῶν] *duo viros ad eum miserunt, rogaturos, ne cunctaretur ad ipsos venire*. Interpretes nonnulli statuunt Christianos ablegasse illos duo viros ad Petrum rogaturos, ut veniret, quo ipsos consolaretur; sed cum optarint, ut festinantius veniret, μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν, cum in proxime præcedentibus sermo fuerit, de ægroto Lyddæ a Petro sanato, et Lydda a Joppa haud procul distaret coll. v. 38. facile inde perspicitur, Christianos illos optasse et sperasse, ut Petrus Tabitham in vitam revocaret. ὀκνεῖν, *cunctari*, quæ est propria verbi significatio, Joseph. Ant. ii. 7. τῶν δ' οὐκ ὀκνούντων ἀλλ' ἰμείνων μετὰ σπουδῆς, *illis vero non cunctantibus, sed festinanter progredientibus*. Hebr. עצר Judd. xviii. 9. ubi LXX. habent: μὴ ὀκνήσητε τοῦ πορευθῆναι. Vulg. *nolite cessare, eamus*. Etym. M. ὀκνῶ, τὸ βραδυμῶ.

(39.) παρέστησαν αὐτῷ—ἡ Δορκὰς] *circumstabant eum omnes viduæ plorantes*, quas nimirum Tabitha beneficiis affecerat, ibi congregatæ, *et ostendebant tunicas et pallia, quæ Dorcas, cum inter ipsas versaretur, fecerat*. μετ' αὐτῶν οὖσα, *quamdiu vixit*. Isocr. Evag. c. 4. ἕως ἦν μεθ' ἀνθρώπων — ἐπεὶ δὲ μετήλλαξε τὸν βίον. Eurip. Alc. 991. φίλα μὲν, ὅσ' ἦν γε μεθ' ἡμῶν, φίλα δ' ἔστι καὶ θανοῦσα. Apud veteres fœminæ omnium ordinum solebant vestes in usum familiæ conficere: cf. Sueton. V. Aug. c. 73. ubi v. *Casaubonus*. *Freinshemius* ad Curt. v. 2. 19 sq. *Pricæus* ad h. l. Viduæ ergo illæ pauperes

Digitized by Google

ἔξω πάντας ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο· καὶ ἐπι-
στρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε· Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε
τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, ἀνεκάθισε.
Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν· φωνήσας δὲ τοὺς ἁγί- 41
ους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν. Γνωστὸν δὲ 42
ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης· καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν
Κύριον. Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ 43
παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ.

ΚΕΦ. ι'.

Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντ-
άρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς, Εὐσεβὴς 2
καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε

ostendebant Petro, tanquam caritatis monumenta, vestes suas, quas Tabitha confecerat.

(40. 41.) ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας] *jussis egredi omnibus.* De verbo ἐκβάλλειν, vid. not. ad Matth. ix. 25. Petrus egredi jussit omnes, ut *Grotius* autumat, ne famam aucupari videretur; ex aliorum sententia, ut eo ardentiores preces ad Deum mitteret, nec a populi concursu in illis turbaretur. 2 Regg. iv. 33. σῶμα] *cadaver*, v. ad Matth. iv. 12. παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν] *vivamcam exhibuit.* Cæterum plures interpretum recentiorum statuunt, Tabitham tantum pro mortua habitam, atque ex lipothymia a Petro, qui vitæ residuæ signa reliquis haud visa animadvertisset, servatam esse; monent, nil de tempore, quamdiu ejus morbus duraverit, afferri, Petrum, qui in vicinia commoratus sit, brevi temporis spatio ei succurrere potuisse, cadaver in ὑπερῴῳ jacens, facilius potuisse in vitam revocari, Petrum elata voce, tonitru instar, ei in aures clamasse v. 40. Ταβιθὰ, ἀνάστηθι] etc. vid. *Eckii Versuch die Wundergeschichten d. N. T. aus natürlichen Ursachen zu erklären* (Berlin 1795.) p. 248 ss. *Heinrichsii* Exc. 5. p. 368. cf. et not. ad Matth. ix. 23 ss.

CAP. X.

Apostoli hactenus Judæos tantum et proselytos circumcisos in cœtum Christianorum receperant, vid. xi. 9. xiii. 43. quoniam arbitrabantur, Messiæ beneficia destinata esse tantum Judæis, gentiles autem, si fieri vellent beneficiorum commodorumque regni Messiani participes, debere prius circumcisione in numerum Israelitarum recipi, v. Act. xvi. 3. xv. 1, 5. Jam vero divina moderante providentia factum est, ut gentilibus quoque doctrinam Christi traderent, eosque baptismi ritu solenni religionis Christianæ professioni obstringerent, v. ad Matth. xxviii. 19. cujus rei initium fecit Petrus, qui, ut in hoc capite narratur, Cornelium Romanum ad religionem Christianam adduxit. Hunc vero Cornelium non merum gentilem fuisse, sed proselytum portæ h. e. proselytum, qui relicto idolorum cultu, ad Judæorum sacra transiisset, ita tamen, ut circumcisionem non susceperit, neque adeo inter Judæos numeraretur, interpretes haud pauci statuunt, ut *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 357. *Fechtius* in Diss. de pietate Cornelii centurionis 1701. 4. *Hammondus*, *Wolfius* in Curis ad v. 2. *Bensonus* in *Geschichte d. ersten Pflanzung d. Christl. Kirche* Th. i. p. 245. *Moschius* in *Bibelfreund* Th. ii. p. 94. *Ernestius* in *Neuester Theol. Bibliath.* Th. ii. p. 407. *Zieglerus* in *Theologg. Abhandll.* Th. ii. p. 165. Argumenta quibus ad hanc sententiam suam muniendam utuntur, hæc sunt: a) Cornelius v. 2. dicitur φοβούμενος τὸν Θεὸν, sed φοβούμενοι s. σεβόμενοι τὸν Θεὸν vocabantur proselyti portæ vid. xiii. 16, 26, 43. Nam proselyti justitiæ, h. e. gentiles, qui ad sacra Judæorum transierant, et circumcisionem susceperant, populo Judaico inserti censebantur, et Ἰουδαῖοι dicebantur. b) Cornelius horis apud Judæos solennibus preces faciebat v. 3, 30. legerat V. T. libros, nam Petrus demonstrans, Jesum esse Messiam, ad oracula prophetarum provocat v. 43. add. v. 4. (sed v. not. ad v. 3.) multa beneficia erogabat populo v. 2. non gentilibus tantum, sed etiam Judæis. c) Judæi etsi proselytos portæ inter se ferebant, et propter communem unius Dei cultum sui quodam modo partem faciebant, Joseph. B. I. vi. 3. 3. ἐκείνους τρόπῳ τινὶ μέρεσιν αὐτῶν πιστούντες, Judæi tamen severiores eos despiciebant, quoniam circumcisionem non susceperant, nec præcepta Mosaica de cibis immundis observare solebant.—Equidem his rationi-

Digitized by Google

ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός. Εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην τῆς

bus non possum eo adduci, ut interpretibus illis assentiar. Etenim α) Voces φοβούμενος s. σεβόμενος τὸν Θεὸν, εὐλαβεῖς, solent quoque adhiberi de hominibus, reverentiæ erga Deum et pietatis studiosis quibusvis, v. Act. xviii. 13. xix. 27. xxii. 12. Luc. i. 50. ii. 25. 2 Petr. ii. 9. Apoc. xi. 18. β) Vocatur Cornelius a Petro ἀλλόφυλος, extraneus, quocum versari, aut quem adire non putarent Judæi sibi licere vid. x. 28. Sed in tota lege nihil erat, quo familiaris consuetudo cum proselytis portæ prohiberetur; imo lex Mosaica permittebat peregrinis perpetuam inter Judæos commorationem, ea sub conditione, si idololatriæ renuntiarent, et abstinerent a rebus omnibus, quæ vulgo ad idololatriam referebantur, ab idolothytis, carnibus animantium suffocatorum, et cibis e sanguine paratis, v. Levit. xvii. 10, 11, 13. injunxerat præterea lex Israelitis, ut proselytos illos tanquam cives tractarent, eosque sicut se ipsos amarent, v. Levit. xix. 33, 34. *Michaëlis Mos. Recht* Th. ii. §. 138. *Nitschius* de sensu decreti Apostolici Act. xv. 29. in Commentatt. Theoll. a *Velthuseno, Rupertio*, et me editis Vol. vi. p. 404. Hinc etiam proselytis portæ concessum erat synagogas frequentare, v. Act. xiv. 1. et Judæi cum iis familiariter vivebant, v. Luc. vii. 3. not. ad Matth. viii. 5. p. 248. Quodsi ergo Cornelius proselytus portæ fuisset, non tam graviter perculisset Apostolorum cæterorumque animos nuntius ille: Cornelium a Petro in cœtum Christianorum esse receptum, c. xi. 1 ss. γ) Cornelius diserte annumeratur gentilibus xi. 1. ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. v. 18. ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν· et vid. x. 34, 35. quod de Cornelio prædicatur, eum utpote pietatis ac probitatis studiosum, Deo acceptum esse, ad omnes gentiles, τὰ ἔθνη transfertur; et in concilio Hierosolymitano Petrus evangelii primum gentilibus prædicati sibi gloriam vindicat, v. xv. 7. Quæ si quis omnia collegerit, intelliget, præoptandam esse eorum interpretum sententiam, qui Cornelium gentilem fuisse contendunt. Καισάρειαι] vid. ad viii. 40. ix. 30. σπεῖρα] cohors, decima pars legionis, cujus præfectus dicebatur χιλίαρχος, v. Joh. xviii. 12. et not. ad Matth. xxvii. 27. ἑκατοντάρχης] centurio, qui centum fere peditibus præerat, et subjectus erat χιλιάρχῳ, Matth. viii. 5. Cohors h. l. memorata vocabatur Ἰταλική. Nempe in ea merebant milites in Italia nati, ideoque hæc ipsa cohors, præ cæteris insignis, cognomen *Italicæ* invenit, propterea, quod plurimæ aliæ cohortes et copiæ Romanæ, quæ tunc in Syria et Judæa consederunt, plerumque nonnisi ex provincialibus collectæ fuisse videntur; facit huc locus Josephi Ant. xiii. 27. qui ibi refert, plerosque in copias Romanorum e Syria fuisse delectos. add. de B. I. i. 13. In *Gruteri* Inscriptt. p. 434. 1. memoratur: *cohors militum Italicorum voluntaria, quæ est in Syria.* conf. *Chr. Gottl. Schwarzii* diss. de cohorte Italica et Augusta, Act. x. 1. xxvii. 1. Altorf. 1720. inserta ejusdem exercitatt. Academm. ab *Harlesio*, editis Norimb. 1783. σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ] *cum omni familia sua.* Joseph. Ant. xi. 6. 5. ὁ οἶκος αὐτοῦ, καθὼς Ἠλίας προεῖπεν, ἀπώλετο, *familia ejus sicuti prædixerat Elias, funditus periit*, v. *Krebsius* ad h. l. ποιῶν—τῷ λαῷ] *largiter stipem erogabat populo*, non tantum gentilibus, sed etiam Judæis egenis, coll. v. 22. ποιῶν ἐλεημοσύνην] vid. Matth. vi. 2. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 60. *Fisch.* διαπαντὸς] assidue.

(3.) Somnium h. l. enarrari interpretes nonnulli statuunt, sed nulla ratio adest, quæ nos de viso per quietem somni oblato cogitare jubeat, nec favet huic conjecturæ tempus memoratum, nam ὥρα ἐννάτη, *hora nona*, nostra tertia pomeridiana, precibus destinata erat, v. ad iii. 1. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 3. p. 391 ss. quæ h. l. leguntur, interpretatus est hunc in modum: Fama de Petro, ejus doctrina, et σημεῖα in vicinia Cæsareæ editis, etiam in hanc urbem pervenerat, et Cornelius novi religionis doctoris cognoscendi admodum cupidus, res Petri, ejusque nominatim diversorium (v. 5.) ex cive Joppensi, qui Cæsaream forte venerat, percontatus erat. Hoc momentum Lucas, brevitatis studiosus, præteriit, sed haud obscure narrationis decursu innuitur. Licet enim in ea genio cœlesti partes quædam assignatæ sint, et per eum Cornelius Petri diversorium comperisse dicatur, in promptu tamen est, rem aliter evenisse, cum narratio ipsa, res quæ neutiquam naturæ humanæ vires excedant, contineat, neque necesse fuerit, ut Deus Cornelio Petri hospitium revelaret, cum hoc, in tam parvo oppido, quale Joppe erat, percontando facile inveniri potuerit. Angeli cum Cornelio colloquium institutum, est nonnisi declaratio lætitiæ secundum Judaicas opiniones expressæ, qua permotus Petrum ad se arcessivit. Scilicet inter precandum Cornelius singulari hilaritate se inflammatum sentiebat, atque hæc ipsa animi hilaritas eum ita confirmabat in proposito Petrum videndi, ejusque doctrinam accuratius cognoscendi, ac si angelus, qui ipsius preces ad Deum referebat, eum fulgore circumfudisset, et exci-

Digitized by Google

ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ· Κορνήλιε. Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἔμφοβος γενόμενος, εἶπε· Τί ἐστι, Κύριε; Εἶπε δὲ αὐτῷ· Αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον

tasset, ut Petrum arcesseret. Non vere genium cœlestem Cornelio apparuisse, ea quæ ante cognovisset et agitasset repetentem, etiam inde patet, quod v. 4. Cornelii preces per angelum delatæ ad Deum dicuntur, αἱ προσευχαὶ κ. τ. λ. quibus verbis aperte respicitur ad Judaicum errorem, v. Tob. xii. 12. Etiam quæ de eleemosynarum pretio dicuntur, pro Judaica potius opinione, quam oraculo vere divino habenda sunt. Vulgarem interpretationem, qua omnia proprie sumuntur, defendit, et contra *Eichhornium* disputavit *Storrius* in Opuscc. Theologg. Vol. iii. p. 181 ss. (cf. *Eichhornius* l. l. p. 1075 sq.) qui ibi notavit hæc: "1) ad exterminandam angeli præsentiam sumi oportet, momentum aliquod historicum, quod universam narrationem luce demum circumfundat, silentio a Luca prætermissum fuisse, quod non verisimile videtur. 2) Lucas Cornelium non modo inter colloquium ipsum (v. 4—6.), cum receus esset a precandi ardore (v. 30.) sed et aliquibus post diebus (v. 9, 23 sq.) cum ab eo pridem discessisset angelus (v. 6.), seu, finis interni, si placet, colloquii dudum factus fuisset, de angelo cogitantem fecit (v. 30. coll. xi. 13.). 3) neque Cornelius audivisse tantum dicitur angeli vocem, ubi forte suspicari aliquis posset, internam vocem ab imaginoso homine pro externa acceptam fuisse, sed vidisse angelum legitur *manifesto* (φανερῶς x. 3.) ejusque formam observasse (v. 30.) et adspectu etiam *perterritus fuisse* (v. 4.), quæ profecto non est descriptio singularis *fidentiæ*, firmæque confisionis animi (*einer besondern Geistesfreudigkeit*) in re dudum ante cum animo agitata, sed rei extrinsecus præter opinionem oblatæ, cujus rationem et consilium exquiri demum (τί ἐστι Κύριε v. 4.) oporteret."

audiverat de Jesu ejusque fatis et factis, atque de Petro doctrinæ Jesu præcone et rebus ab eo gestis, atque jam dubius hærebat, utrum antiquiora Judæorum sacra, an Jesu doctrinam, quam Petrus tunc temporis in Cæsareæ vicinia tradebat, amplecteretur, adeoque hunc arcesseret, quo accuratius doctrinam quam ille prædicabat, cognosceret. Neque in re tam gravi temere et inconsiderate agebat homo pius, sed Judæorum more, a cibi potusque usu largiori abstinebat v. 30. quo aptior esset ad meditandum et precandum v. ix. 9. et ardentissimis precibus Deum implorabat, vellet animum suum illustrare et ad veritatem dirigere. Inter precandum se confirmatum sentiebat in proposito Petrum cognoscendi ejusque doctrinam audiendi v. 36. et subito ei se offerebat species quædam, geniumque cœlestem se videre putabat, et quæ tunc cogitabat ipsi erant angeli voces. Admissa vero etiam hac e naturalibus caussis rem derivante explicatione, insigniora providi numinis indicia, ut et in ils quæ de Petro v. 9 ss. leguntur, agnoscenda sunt. εἶδεν ἐν ὁράματι Syr. et Vulg. *is vidit*. καὶ addit Arabs. *Heumanus* καὶ subintelligendum esse putat: *Beza*, incisi nota posita post διαπαντὸς, hæc verba conjungit cum verbis v. 2. ultimis: *qui cum assidue precaretur Deum, vidit*. Huic conjecturæ, monente *Er. Schmidio*, obstat, quod δίνοις illa Cornelii facta sit διαπαντὸς, hoc vero ὅραμα unico tantum tempore ei oblatum sit. Nil mutandum, est concisa narrandi ratio, ut Joh. xi. 35. etc. φανερῶς] distincte.

4. ἀτενίζειν] vid. ad Luc. xxii. 56. τί ἐστι, Κύριε;] *quid me vis?* Esth. v. 1. iii. 6. vii. 2. Κύριε, v. ad Matth. viii. 2. αἱ προσευχαί σου —ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] *preces tuæ et beneficia pervenerunt ad Deum, ita, ut earum memor s. recordatus sit.* Conjungenda sunt verba: ἀνέβησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Apoc. viii. 4. ἀνέβη —ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ex. ii. 23. ἀνέβη ἡ βοὴ πρὸς τὸν Θεόν. Nonnulli interpretes respici h. l. putant, opinionem Judæorum, preces hominum per angelos ad Deum deferri, vid. Apoc. viii. 4. Tob. xii. 12. adeoque angelum, qui apparuisset Cornelio, his verbis dixisse: ego preces tuas ad Deum detuli. Sed ut recte [*Storrius* Opuscc. p. 182.] monuit, de angeli interventu h. l. nulla mentio facta est, sed preces Cornelii et misericordia penetrasse dicuntur ad cœlum, ut Deus earum meminisset, et verba nostra v. 31. explicantur hunc in modum: εἰσηκούσθη σου ἡ προσ-

Digitized by Google

5 ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ
6 μετάπεμψαι Σίμωνα ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος. Οὗτος ξενίζε-
ται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστιν οἰκία παρὰ θάλασσαν·

ευχὴ καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Cum sæpius preces v. Hebr. xiii. 15. Apoc. viii. 3, 4. et beneficia in pauperes collata, v. Sir. 32. (al. 35.) 2 Hebr. xiii. 16. Phil. iv. 18. cum sacrificiis comparentur et sacrificia nuncupentur, ac preces, ut sacrificiorum suffitus, in cœlum ascendere dicantur v. Ps. cxli. 2. hinc interpretes plurimi, cum veteres, tum recentiores, formula: ἀνέβησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ad fumum sacrificiorum et suffitum alludi autumant, cumque in versione Alexandrina interdum μνημόσυνον, ut Hebr. אזכרה et מנחה de *sacrificio* ponatur, ut Levit. ii. 2, 16. Num. xxxi. 54., sunt qui verba nostra reddenda putent: preces et eleemosynæ tuæ *instar sacrificii* (εἰς μνημόσυνον) ascenderunt in cœlum et venerunt ante Deum. Sed si hæc fuisset Lucæ sententia, scripturus potius fuisset: μνημόσυνον τῶν προσευχῶν σου καὶ τῶν ἐλεημοσυνῶν σου ἀνέβη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, v. *Wolfius* ad h. l. Nulla omnino idonea ratio adest, quæ nos movere possit, ut statuamus metaphoram h. l. a sacrificiis esse petitam. Etenim qui hanc in rem afferuntur loci, alius generis sunt, ibi contextus aperte docet de sacrificiis esse cogitandum, et quod alias preces et beneficia eum sacrificiis comparantur, inde non sequitur, h. l. sacrificia respici; verbum porro ἀναβαίνειν h. l. adhibitum legitur, quoniam sermo est de precibus, quæ in cœlum, Dei sedem pervenerunt, ut 1 Macc. i. 31. ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανόν. Ex. ii. 23. καὶ κατεστέναξαν οἱ Υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ ἀνεβόησαν· καὶ ἀνέβη (עלה) ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν· quæ verba explicantur: καὶ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τὸν στεναγμὸν αὐτῶν, coll. infra v. 31. quibus in locis metaphoram non esse a sacrificiis desumptam, in apoico positum est; vocabulum denique μνημόσυνον rarius de sacrificiis occurrit, vulgaris ejus significatio est *memoria, recordatio*. Scilicet respondet hoc vocabulum Latinorum *monumentum*, et synonymum ejus est μνημεῖον. Ammonius in voc. μνημεῖον· μνημεῖα μὲν γὰρ ἔλεγον τὰ μνημόσυνα. Etym. M. μνήμη, παρὰ τὸ μένω, μενήμη, καὶ συγκοπῇ, μνήμη· ὅθεν μνημοσύνη, ἡ ὑπόμνησις, καὶ μνῆμα, τὸ μνημόσυνον. Sic quoque Hebr. זִכָּרוֹן *monumentum* indicat Ex. xii. 14. xxviii. 12. xxx. 16. Jos. iv. 7. Jam vero quoniam monumenta ponuntur eum in finem, ut conservetur personæ vel rei alicujus memoria, vel ut persona, res quædam in memoriam revocetur; hinc Hebr. voc. זכרון Ex. xvii. 14. (LXX. εἰς μνημόσυνον) Neh. ii. 10. Mal. iii. 16. (οἱ δ'. βιβλίον μνημοσύνου) etiam ita ponitur, ut significet *recordationem, memoriam;* et scriptores Judaici eodem sensu usurparunt vocem μνημόσυνον) vid. Sir. xlv. 1. x. 18. xxxv. 6. 1 Macc. iii. 7. 2 Macc. vi. 31. Hoc sensu legitur μνημόσυνον quoque h. l. atque adeo verba sonant: *precum tuarum, liberalitatisque tuæ recordatus est Deus.* Hoc vero est humano more dictum: Deus recordatur precum, cum eas exaudit. Recordatur præclare factorum, cum ea præmiis remuneratur. Ergo h. l. sensus est: Deus preces tuas exaudire, beneficia tua ei accepta sunt et ea remunerari decrevit. Confirmatur hæc verborum interpretatio verbis v. 31. εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ] et loco Ex. ii. 23. supra laudato.

(5. 6.) καὶ νῦν] *itaque*, nunc, ut xiii. 11. xxii. 16. v. *Elsnerus* ad h. l. μεταπέμψασθαι] *arcessere, ad se vocandum, deducendum curare aliquem*, Xen. Anab. vii. 1. 24. Χειροφῶν μεταπεμψάμενος Κλέανδρον. Ælian. H. V. ix. 8. τὰς τῶν Λοκρῶν θυγατέρας μετεπέμπετο, *Locrensium filias ad se deducendas curabat.* Pro ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος cum *Griesbachio* et *Matthæio* e codd. reponendum est τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, vulgaris lectio e v. 32. in hunc venit. ξενίζεται] Hesych. ξενοδοχεῖται, *devertit*, v. *Valckenarius* in Scholis ad h. l. Σίμωνι βυρσεῖ] hunc Simonem Judæum fuisse, qui ad Christi signa se contulerat, e v. 28. patet. βυρσεὺς Artemidor. iv. 59. idem qui Atticis dicebatur βυρσοδέψης Aristoph. Plut. v. 167. Nubb. 581. Equitt. v. 44. Artemidor. i. 53. p. 46. *Rigalt.* Thom. Mag. βυρσοδέψης, οὗ βυρσεύς· derivatur a βύρσα *pellis* et δέψειν h. e. *mollire, subigere.* Etym. M. βυρσοδέψης, παρὰ τὸ διεψῆσαι, ὁ ἐστὶν ἀπαλῆναι, *mollire*, v. *Salmasius* Exercitt. Plin. p. 330. erat ergo βυρσεὺς, *coriarius*, qui animalium cæsorum pelles subigendo molliendoque ad multiplicem in domestica re, militari ac navali usum præparare solebat. Hoc coriariorum opificium ad viliores et ignobiliores artes referebatur v. Aristoph. Nub. 581. Artemidor. i. 53. *Schættgenius* Horr. Hebr. *Wetstenius* ad h. l. *Walchius* de Simone Coriario ad Act. x. 6. Jenæ 1757. 4. παρὰ θάλασσαν] *cujus domus est ad mare.* Apud veteres coriarii extra urbes prope flumina, ob mortua animalia, etiam ob fœtidos odores, et ob frequentem aquæ usum in pellium præparatione, officinas et domos suas habebant. Artemidor. i. 53. νεκρῶν ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης, καὶ τῆς πόλεως ἀπῴκισται, *corpora mortua attrectat coriarius, ideoque ab urbe secluditur. Surenh.* Mischn. c. 11. §. 9.

Digitized by Google

οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγ- 7
γελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ,
καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, Καὶ 8
ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόπ-
πην. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων, καὶ τῇ πόλει 9
ἐγγιζόντων, ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ

6. † οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

T. iv. p. 164. in tract. Bava bathra: *cadavera et sepulcra separant et coriarium quinquaginta cubitos a civitate.* Neque ex eo, ut recte observavit *Walchius* l. c. p. 38. quod Lucas Petrum in urbe Joppe moratum esse dicat, effici potest, Simonis domum in urbe ipsa fuisse. Uti enim ii, qui in suburbiis habibant, non idcirco urbe excluduntur, sed civibus ipsis æque ac alii adscribuntur, sic Simon in urbe Joppe domum habuisse ex *Balduini* de calceis c. 11. sententia dicitur: quod ea parte, qua mari urbs alluitur, inter ipsam domum, et urbem, nulla essent interposita mœnia, sicque domus interna, vel saltem non exclusa videatur, licet a reliquo ædificiorum urbis corpore semota esset atque discreta. οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν] hujus ministerio in salutis tuæ negotio utere. Hæc vero ipsa verba desunt in codd. ABCE. aliisque pluribus ap. *Wetstenium, Griesbach. Matthæ. Birch.* in vers. Syr. Ar. Copt. Armen. In nonnullis codd. legitur: δς λαλήσει ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. Utraque lectio, ut verissime judicarunt *Millius, Heinrichsius,* alii, pro glossemate habenda est, repetita ex ix. 6. x. 32. xxii. 10. xi. 14. quare et *Bengelius, Griesbachius* et *Matthæius* verba hæc: οὗτος—δεῖ ποιεῖν e textu ejecerunt.

(7.) ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος] finita ecstasi, cum ad se rediisset. Pro Κορνηλίῳ e codd. ACE. xv. 18. al. *Griesbachius* recte rescripsit αὐτῷ, vulgaris enim lectio e glossemate orta est. δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ] *duo servos et militem religiosum.* Nomen εὐσεβής eodem sensu capiendum, quo supra de Cornelio adhibitum legebatur, qui dicebatur εὐσεβὴς σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, i. pietatis studiosus, veri numinis cultor. Ad οἰκετῶν et προσκαρτερούντων subaudiendum ἐκ, verbum autem προσκαρτερεῖν seq. dativo personæ notat, *adhærere alicui, constanter alicui præsto esse,* vid. ad i. 14. viii. 13. h. l. cum sermo sit de militibus, significantur ii, qui tum ei apparebant, excubitores, *die die Wache bey ihm hatten.*

(9.) *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 420 ss. cujus sententiam amplexus est etiam *Heinrichsius* Exc. 5. p. 370. explicationem hujus loci proposuit hanc: Petrus meridiano tempore fame gravissima corripiebatur, sed quoniam apparatus omnis ad prandium nondum instructus erat, et illa hora, antequam cibus caperetur, preces solennes faciendæ erant, contulit se in tectum, ut ibi precaretur. Inter preces corpus amplius defatigantes, deliquium animi passus est, cum ἐκστάσει conjunctum (vid. not. ad v. 10. extr.). Humi prostratus, oculis clausis, vel etiam semiapertis, phantasia ei illusit, et obtulit phantasma, quod v. 11 ss. describitur; et audire sibi videbatur vocem: macta et comede; ut statim ad se rediisset, vas de cœlo delapsum, impura animalia continens, sublatum fuit. Ad esum spectabat phantasma, quoniam de cibo capiendo esuriens cogitaverat, cœlitus visio veniebat, quia oculos in cœlum direxerat. Ignarus caussarum animi sui status, eum quid sibi visum illud vellet, perpenderet, divina providentia moderante factum est, ut Cornelii legati advenirent, atque jam Petrus rem omnem sibi ita explicabat, Deum voluisse ipsum edocere, etiam gentilibus viam ad Messiæ societatem patere, iisque annuntiandam esse Christi doctrinam, æque ac Israelitis. (Cæterum videtur Petrus, antequam ei visum contingeret, de ciborum discrimine in lege constituto cogitasse, ac secum reputasse, quanto facilius et latius doctrina Christi propagari posset, si eam quoque gentilibus tradere, eosque, non circumcisos, in cœtum Christianorum recipere liceret).— ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι] *Petrus conscendit tectum preces facturus. Erasmus, Pricæus, Heinrichsius,* alii, præeunte *Hieronymo,* voce δῶμα h. l. indicari putant τὸ ὑπερῷον, *conclave in superiore parte domus, cœnaculum,* quo se Judæi conferre solebant, si soli esse et precari vellent v. i. 13. δῶμα dictum, quod hoc cubiculum tecto proximum fuerit. Sed nulla idonea ratio adest, quæ nos movere possit, ut de cubiculo illo cogitemus, et insolentiorem significatum vocabulo δῶμα h. l. substituamus. Apud Atticos veteresque Græcos *tota domus* dicebatur δῶμα, cubiculum vero δωμάτιον, et in versione Alexandrina ac libris N. T. vel *totam domum* vel *tectum* significat, et ὑπερῷον atque δῶμα inter se distinguuntur, 2 Regg. xxiii. 12. καὶ τὸ

Digitized by Google

10 ὥραν ἕκτην. Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις·
11 Καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον,

11. † ἐπ' αὐτὸν.

θυσιαστήρια τὰ ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ ὑπερῴου Ἄχαζ, ubi δῶμα respondet Hebr. גג et *tectum* declarat, ut Jos. ii. 6. Judd. ix. 51. 1 Sam. ix. 25 sq. 2 Sam. xi. 2. Ies. xxxvii. 27. al. Matth. x. 27. Luc. ix. 19. coll. Marc. ii. 4. Joseph. Ant. vi. 4. 1. ὁ Σαμουήλος ἐπὶ τοῦ δώματος καθιζόμενος, *Samuel in tecto sedens.* Id. Ant. xiii. 5. 4. τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ δώματος ἐπὶ δῶμα διαπηδώντων. *Judæis e tecto in tectum insilientibus.* Herodi. ii. 6. 19. μή που καὶ λίθων τὶς βολὴ ἀπὸ τῶν δωμάτων, *ne forte lapides conjicerentur de tectis.* Id. vii. 12. 11. ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, τῷ τε πυρέκῳ βάλλοντες αὐτοὺς, καὶ λίθων βολαῖς, τῶν δὲ ἄλλων ἐσερέπων, ἐλυμαίνετο, *subeilientes ad tecta, tegulis, lapidibus, testis conjectis, eos perdebant.* Et hæc vocabuli δῶμα notio, qua *tectum* indicat, nostro loco convenientissima est. Hebræi enim, quorum tecta, ut constat, plana erant, in tectis piis meditationibus et precibus indulgere et idolorum cultores in iis altaria exstruere solebant, v. 2 Regg. xxiii. 12. Jer. xix. 13. xxxii. 19. Zeph. i. 5. add. Neh. viii. 16. Taanith. f. 23. *adscendamus in tectum et imploremus misericordiam—adscenderunt in tectum, et stetit ille ab uno angulo, et illa ab altero.* περὶ ὥραν ἕκτην, *circa horam sextam,* nostram meridianam, quæ solenni precationi destinata erat v. Act iii. 1.

(10.) πρόσπεινος] quod vocabulum alibi non reperitur, est, *valde esuriens;* præpositio enim πρὸς in compositis sæpius vim augendi obtinet. γεύσασθαι] scl. τῆς τροφῆς, vel βρωμάτων, *cibum capere, prandere;* respondet Hebræorum verbo טָעַם cui modo addunt nomen לֶחֶם ut 1 Sam. xiv. 25. ubi Alexandrini, ἐγεύσατο τῆς ὁ λαὸς ἄρτου modo מטעם nude ponunt, quod saltem ita posuerunt Judæi recentiores, v. *Buxtorfii* Lex. Chald. sub h. v. Etiam verbo אָכַל apud Hebræos modo jungitur לֶחֶם modo simpliciter ponitur, v. Gen. xliii. 25. 1 Regg. xix. 5, 7. Hesychius: γεύσεσθαι· πιεῖσαι, ἅψασθαι. 2 Macc. vi. 20. ὧν οὐ θέμις γεύσασθαι, *non licet hæc comedere.* Tob. vii. 11. οὐ γεύομαι οὐδὲν ὧδε. Sir. xxxvi. 19. φάρυγξ γεύσεται βρώματα θήρας. add. 3 Esdr. ix. 2. Sic etiam legitur ap. Appian. bell. civ. lib. 2. p. 799. de Catone: περὶ ἑσπέραν ἀμφὶ λουτρὰ καὶ δεῖπνον ἦν· καθιζόμενος τι ἐγεύετο, *circa vesperam lotus cœnabat, et sedens cibum sapiebat.* Joseph. Ant. vii. 15. *Saulum regem συνάγκασεν ἡ γυνὴ γεύσασθαι, mulier* (Pythonissa) *cibum capere compulit.* Eurip. Iph. Aul. 423. de equis tamen loquens, plene dixit: ὡς βορᾶς γευσαίατο, *ut cibum capiant,* v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 694. *Elsnerus* ad h. l. et *Fischerus* in Proluss. de vit. Lexx. p. 304 sq. παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, *illis* (domesticis) *cibum parantibus:* ἐκείνων positum est pro αὐτῶν, sed παρασκευάζειν est verbum, de cibis qui parantur, proprium Xen. Cyr. iv. 2. 18. ὅπως—σιτία καὶ ποτὰ παρασκευασμένα ἦ τοῖς δεησόμενοις. Hiero i. 18. ἔπαλλον αὐτοῖς παρασκευασμένα οἱ τράπεζαι. Athen. 4. p. 183. τοῖς ἑαυτοῦ διακόνοις παρασκευάσαι Λακωνικὸν δεῖπνον. Plutarch. de Liberor. Educat. xvii. 6. πρωϊαῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν. Exempla alia plura, v. ap. *Elsnerum* ad h. l. ἐκστασιν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις] *subito extra se raptus est.* ἐν ἐκστάσει εἶναι dicuntur ii, quorum animi repentino quodam furore abrepti, exardescunt acrius, ita, ut rerum circumjacentium sibi non sint conscii, sed profunda mersi cogitatione, imagines rerum absentium et spirituum species cernere sibi videantur. Hesych. φρενὸς ἔκστασις, ὁ εἰς ἑαυτὸν μὴ ὤν. vid. ad Matth. iv. p. 102. Act. xi. 5. xxii. 17. *Boltenius,* cum Alexandrini interpretes voce ἔκστασις Hebraicum תרדמה expresserint, veluti Gen. ii. 21. hoc vero vocabulum, non tantum *altum soporem* ut Gen. l. c. sed etiam *deliquium animi* (*Ohnmacht*) indicet ut Dan. viii. 18. hunc ipsum significatum h. l. nomini ἔκστασις tribuit, et verba convertit: *er sank in eine Ohnmacht,* deliquium animi passus est. *Eichhornius* quoque, ut supra ad v. 9. vidimus, de deliquio animi cum ἐκστάσει conjuncto cogitat. Sed si Petrus deliquium animi passus fuisset, tam vivida visio ei contingere haud potuisset; neque eam notionem, quam *Boltenius* vocabulo ἔκστασις subjecit, usus loquendi confirmat, nam et Dan. l. l. in versione Alexandrina non legitur nomen ἔκστασις, sed verba ibi sunt: ἐθαμβήθην καὶ πίπτω εἰς πρόσωπον, nec ibi de animi deliquio sermo est, sed de horrore.

(11—13.) θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεωγμένον] cœlum ipsi discedere videbatur. Verba ἐπ' αὐτὸν, quæ in pluribus codd. non reperiuntur, a grammaticis adjecta sunt. σκεῦος] ut Hebr. כלי indicat, *vas quodvis, in quo aliquid recipi potest,* etiam, *utensile, involucrum* ut h. l. nam sequitur: ὡς ὀθόνην μεγάλην, *veluti*

Digitized by Google

καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς· Ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τε- 12
τράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ
πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτόν· Ἀνα- 13
στὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε· Μηδα- 14
μῶς, Κύριε· ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον.
Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκα- 15

linteum magnum. Hesych. *ὀθόνα, τὰ περιβόλαια πάντα.* Herodi. v. 6. 21. *τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον*] *quatuor laciniis colligatum: ἀρχὴ* dicitur etiam *omne quod extremum est in aliqua re,* sic de funis extremitate legitur ap. Diod. Sic. T. i. p. 109. *ἀρχὴ σχοινίου.* Lucian. T. iii. p. 83. *δεσμῶν ἀρχάς.* Eurip. Hippol. 772. *πλεκτὰς πυκμάτων ἀρχὰς,* ubi v. *Markland.* Herodo. iv. 60. *σκέασας τὴν ἀρχὴν τοῦ σκέφους* ubi v. *Valckenarius.*— (12.) *ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τετράποδα τῆς γῆς*] *in quo erant omnis generis quadrupedes terrestres: τετράποδα τῆς γῆς* notus Hebraismus, v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 432 sq. Per se intelligitur *πάντα* h. l. non de omnibus animalibus explicandum esse, sed significari varii generis animalia, et quidem *immunda,* coll. v. 14. sic *πάντα,* ut sit *varia, diversi generis,* legitur Matth. iv. 23. ubi v. add. Act. xiii. 10. sic כל Gen. xl. 16. *τὰ θηρία*] quod in pluribus optimæ notæ codd. deest, ex xi. 6. in hunc locum translatum videtur.

(14.) Lex Mosaica discrimen constituerat, inter animalia munda, quibus vesci Judæis licebat, et immunda, a quorum carnibus abstinere debebant; hoc ciborum discrimen observandum sibi quoque putabant Christiani antea Judæi, quamquam Christus contrarium eos edocuerat, v. Matth. xv. 17, 18. cujus tamen effati ipsius immemores erant, aut illud, præconceptis opinionibus præpediti, nondum recte intelligebant. *Michaëlis,* in cujus partes abierunt *Hezelius* atque *Dindorfius* ad h. l. l. opinatur, Petrum de cibis illis vetitis propterea tantum vesci noluisse, quod aversaretur ejusmodi cibos, quos nunquam gustu explorasset. Sed huic explicationi non favent ea quæ v. 15. leguntur, et si Petrus reliquique Apostoli illius effati Christi memores fuissent, et illud recte cepissent, sponte quoque intellexissent, gentiles non esse profanos habendos, iisque aditum ad salutem Christianis promissam patere, sed et illam Christi præceptionem *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς* Matth. xxviii. 19. male intellexerant, opinantes, nonnisi eos gentiles in cœtum Christianorum recipiendos esse, qui prius ad sacra Judæorum transiissent, quare et hactenus gentilium consortium fugerant, nec iis doctrinam Christi annuntiarant xi. 1, 3. *κοινὸν*] proprie dicitur, *commune, id quod ad omnes pertinet,* Sap. vii. 3. *κοινὸς ἀήρ.* Judæi autem *κοινὸν,* Hebr. חול, חלל dicebant id quod *profanum,* non sanctum, adeoque communis et promiscui usus erat Ezech. xlii. 20. ubi ei opponitur *τὸ ἅγιον.* Joseph. Ant. xii. 12. 13. *τὰ θεῖα* (divina) *ἐφίεσαν ἐπὶ κοινοὺς ἀνθρώπους, in profanum vulgus efferre,* v. *Krebsius* ad h. l. Deinde etiam ita appellabant, quod *impurum,* cum natura sua, tum e legum et institutorum ratione erat, ut Marc. vii. 2. coll. 1. 1 Macc. i. 47, 62. Hoc loco de cibis sermo est. Lex vero Mosaica, ut supra notavimus, jubebat cultores suos abstinere ab animalibus quibusdam aliisve cibis, quibus idolorum cultores vescebantur, vid. Levit. x. 11. qui quidem cibi, quoniam e legis ratione immundos reddebant iis vescentes, quoniam ab iis abstinebat populus Deo sacratus, non vero gentiles, dicebantur *κοινοὶ, communes, ἀκάθαρτοι, impuri.* Sunt ergo vocabula *κοινὸν* et *ἀκάθαρτον* synonyma, ita ut h. l. *ἀκάθαρτον* accuratius constituat vim nominis *κοινὸν,* unde etiam Hesychius *κοινὸν* explicat *ἀκάθαρτον,* v. not. ad Matth. xv. 11. *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 60. *Fisch.* ᾗ respondet Hebr. ו et interdum habet vim particulæ *καὶ,* ut h. l. v. not. ad Marc. vi. 15.

(15. 16.) *ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κόινον*] *quæ Deus pura declaravit,* eo nimirum ipso, quod de cœlo animalia illa impura habita demittuntur, *tu ne immunda dixeris s. non debes immunda habere,* licitus est eorum usus. Ita verba interpretanda esse, satis evidenter docent, quæ v. 28. extr. leguntur: *ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε κ. τ. λ.* Hesychius: *μὴ κόινον— μὴ ἀκάθαρτον νόμιζε.* Haud raro autem a scriptoribus Hebræis, Græcis et Latinis, rem facere dicuntur, qui eam talem esse declarant l. statuunt, *facere* quid dicuntur, qui *factum* vel *narrant,* vel *putant.* Sic Levit. xiii. 3, 13, 17. ubi de leprosis sermo est, sacerdos, qui *immundum pronuntiat,* dicitur eum *μιαίνειν,* contra *καθαρίζειν,* si eum *purum declarat.* In textu Hebraico ibi extant verba טמא et טהר. Theophr. Char. viii. 4. *στιζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ διαπόντιος, cum narrant victorias terrestres et navales.* Ap. Plut. T. ii. p. 891. Aristarchus Samius, *τὸν ἥλιον ἵστησι, τὴν δὲ γῆν κινεῖ.* Philo Quod mundus incorr.

Digitized by Google

16 θάρσει, σὺ μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν
17 ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διη-
πόρει ὁ Πέτρος τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδοὺ, οἱ ἄν-
δρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν
18 οἰκίαν Σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα. Καὶ φωνήσαντες
ἐπυνθάνοντο εἰ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος ἐνθάδε ξενί-
19 ζεται. Τοῦ δὲ Πέτρου †ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος,
εἶπεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα· Ἰδοὺ, ἄνδρες τρεῖς ζητοῦσί σε·
20 Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν

19. † διενθυμουμένου.

p. 946. D. καὶ οἱ φθείροντες αὐτὸν (τὸν κόσμον) λογικὸν εἶναι ὑπονοοῦσιν, etiam qui aiunt interituram (mundum) credunt ratione præditum. Eustath. ad Il. α'. p. xviii. 28. ὁ μῦθος τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἀνθρώπους ἐκ δρυῶν καὶ πετρῶν ἐγίνεα. Thom. Mag. γεννᾷ ὁ Πλάτων τὸν οὐρανὸν, generat Plato mundum, i. e. γεννητὸν λέγει, statuit aliquando esse creatum. Livius xliv. 22. in omnibus circulis atque etiam, si diis placet, in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant. Horat. Sat. i. 10. 36. Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona. vid. Glassius Phil. S. p. 216 ss. Casaubonus ad Theophr. l. l. Kusterus ad Suidam p. 2. T. ii. Hemsterhusius ad Thom. M. p. 188 sq. Albertius, Læsnerus, et Valckenarius in Scholis ad h. l. πάλιν ἐκ δευτέρου] scl. ἐγένετο, coll. v. 13. add. Matth. xvii. 5. coll. Luc. ix. 35. sunt vocabula idem valentia, cujusmodi vocabula Hebræi (Ies. li. 6.) et scriptores exteri, haud raro ita conjungere solent, ut alterutrum redundet Joh. xii. 16. πάλιν δεύτερον. Hom. Il. β'. 276. πάλιν αὖθις, v. Fischerus ad Plat. Phædon. xxvii. 11. Reusmanus ad Devar. p. 78. Albertius et Kypkius ad h. l. (16.) ἐπὶ τρεῖς] ter, ἐπὶ redundat, sic εἰς τρεῖς, Theocrit. i. 25. xv. 71. εἰς τρεῖς, Xen. Cyr. vii. 1. 2. ἐπὶ τρεῖς Polyb. iii. 28. Act. xi. 10. Repetitio visi edocebat Petrum, certissimam esse hanc Dei declarationem. Pertinet huc locus Gen. xli. 32. ubi legitur, Pharaonis somnia duabus vicibus repetita esse, *quod hæc Deus sit certo et brevi facturus.*

(17 sq.) ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε] *Petro dubitante secum, quid hæc visio sibi vellet.* Scilicet dubius hærebat Petrus, utrum hac visione hoc tantum indicare voluerit Deus, omne ciborum discrimen per religionem Christianam esse abolitum, an majus aliquid sub viso lateret, nempe gentiles ciborum discrimen non observantes et hactenus immundos habitos, non amplius tales esse habendos, neque adeo eorum consortium fugiendum, sed iis prædicandam esse doctrinam evangelii. Hanc posteriorem interpretationem verissimam esse, adventus legatorum Cornelii Petrum edocebat, coll. v. 28 sq. xi. 11 sq. Post ἐν ἑαυτῷ in cod. D. additum legitur ἐγένετο, quod additamentum grammaticis suam originem debet; *Starkius* in notis selectis p. 117. et *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. (Lips. 1809.) p. 291. incisi notam ponunt et subaudiendum putant γενόμενος, plena formula legitur xii. 11. vertunt: *cum ad se rediisset Petrus, incertus hærebat.* Sed hac ellipsi non opus est, ipsa enim Petri meditatio innuit, eum ad se rediisse, et formulæ nostræ similes aliis in locis occurrunt, ut, εἰδὼς ἐν ἑαυτῷ, Joh. vi. 61. ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, xi. 38. εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ, Luc. xvi. 3. διηπόρει] vid. not. ad ii. 12. τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα] *quid sibi vellet quod significaret visio.* Palæph. f. 32. ἐθαύμαζον τί ἂν εἴη τὸ γεγονός. vid. *Kypkius* ad h. l. ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα] *adstabant foris*; πυλὼν, *vestibulum*, vid. ad Matth. xxvi. 71. φωνήσαντες] scl. τινὰ, *evocato quopiam*, quod Judæi domum intrare metuebant, vid. v. 28.

(19. 20.) τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου—τὸ Πνεῦμα] *Petrum autem visum illud mente volventem, monuit Spiritus divinus.* Petrus e tecto ædium conspicatus tres Cornelii legatos, actutum cogitabat, hos viros a Deo missos esse, ad dubia sua solvenda, et constituebat, cum iis abire, quoque ipsum vocarent; cumque deinde videret, se recte judicasse de horum hominum adventu, divinitus monitum se putabat et dicebat (εἶπε τὸ Πνεῦμα), ex iis enim audiebat, Cornelium, gentilem, cupidum esse doctrinæ divinæ, eique genium cœlestem apparuisse, atque inde colligebat Petrus, Deum visione eą quæ ipsi contigisset, declarare voluisse, gentiles non amplius pro immundis habendos, sed iis quoque doctrinam Christi esse prædicandam. cf. et not. ad viii. 26, 39. Pro ἐνθυμουμένου codd. plures habent διενθυμουμένου, quæ lectio verior videtur, confirmant eam etiam codd. in quibus legitur, τί ἐνθυμουμένου. (20.) ἀλλὰ] *Wolfius* et *Elsnerus*

Digitized by Google

διακρινόμενος· διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. Καταβὰς δὲ 21
Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας [1]τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ
Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, εἶπεν· Ἰδοὺ, ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε· τίς
ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε; Οἱ δὲ εἶπον· Κορνήλιος ἑκατοντάρ- 22
χης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, μαρτυρούμενός
τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέ-
λου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦ-
σαι ῥήματα παρὰ σοῦ. Εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς, ἐξένισε. 23
Τῇ δὲ ἐπαύριον [2]ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες
τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ [3]τῆς Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ. Καὶ τῇ 24
ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν
προσδοκῶν αὐτοὺς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ
καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν 25
Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας,
προσεκύνησεν. Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων· Ἀνά- 26
στηθι· κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσ- 27

21. † τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν.
23. † ἀναστὰς. ‖ † ὁ Πέτρος. ‖‖ † τῆς.

vertunt *quare, igitur;* sed est h.l. adhortantis et impellentis, et reddi debet *age, agedum*, ut ap. Xen. Cyr. i. 5. 7. ἀλλ' ἴωμεν. Anab. iv. 7. 5. ἀλλὰ πορευώμεθα. add. Œcon. xi. 23. Arrian. Exped. v. 26. ἀλλὰ παραμείναντι, ἄνδρες. Hom. Il. α'. 393. ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, πειρήσαιο παιδὸς ἑοῖο. add. Joseph. Ant. v. 8. 6. v. *Gregorius* de Dialect. p. 36. *Læmerus* ad h.l. *Devarius* de Particc. p. 3. ed. *Reusm. Kusterus* ad Aristoph. Equit. 202. *Wartonius* ad Theocrit. ii. 18. μηδὲν διακρινόμενος] *minime hæsitans*, quod illi non sunt Judæi, sed gentiles. De verbo διακρίνεσθαι, vid. ad Marc. xi. 23. ἐγὼ ἀπέσταλκα] *feci ut mitterentur*, me auctore missi sunt, vid. v. 3 sqq.

(21—23.) Verba τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν] absunt a codd. ABCDE. aliisque pluribus, in aliis varie leguntur, omittunt ea verss. Syrr. Arabb. Copt. Æth. Armen. Vulg. unde merito suspecta visa sunt *Bezæ, Grotio, Millio*, et ea recte expunxerunt, *Griesbachius* et *Matthæius*. μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνου τῶν Ἰουδαίων] *probatus universo Judæorum populo*, vid. ad vi. 3. ἐχρηματίσθη, *admonitus est*, vid. ad Matth. ii. 12. τὰ ῥήματα, *mandata*, infra v. 33. πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *quæ tibi a Deo demandata sunt*, v. *Schleusneri* Lex. sub v. ῥῆμα· et not. ad Luc. iii. 2. alii, τὰ ῥήματα παρὰ σοῦ explicant, doctrinam tuam. τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς] *postero autem die Petrus cum illis abiit*. Joppe a Cæsarea novem milliariis distabat. Die quo Cornelio jejunanti et precanti genius cœlestis apparuerat, misit ille legatos ad Petrum v. 3—7. legati die secundo Petrum accedunt v. 9, 17. ab eo hospitio excipiuntur v. 23. tertio cum Petro Cæsaream redeunt v. 23. quarto die Cæsareæ adveniunt v. 24, 30. καὶ τινὲς τῶν ἀδελφῶν] *et fratres*, (Christiani) *nonnulli*; numero sex, coll. xi. 12. hos Christianos, antea Judæos, Petrus sibi adjungebat itineris comites, ut rei insolitæ testes essent, v. xi. 12. τῶν ἀπὸ τῆς Ἰόππης] *Joppenses*, vid. ad Matth. xv. 1. 1 Joh. xi. 1.

(24—26.) προσδοκῶν] *avide expectans*, v. Luc. i. 21. viii. 40. τοὺς ἀναγκαίους φίλους] *amicos intimos*, v. *Kypkius* ad h. l. Polyb. viii. 9. τοὺς ἀναγκαιοτάτους τῶν φίλων. Joseph. Ant. xi. 6. φίλος ἀναγκαιότατος τῷ βασιλεῖ. (25.) ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον] *cum Petrus domum intrare vellet*, s. cum in eo esset, ut domum intraret, nam in ædium vestibulo gesta sunt quæ v. 25, 26. enarrantur, coll. v. 27. πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησε] *in genua provolutus eum veneratus est*. προσκυνεῖν significat, toto corpore in terram se prosternere, honoris exhibendi caussa, quem honorem Judæi, omninoque Orientis populi, non regibus tantum, sed etiam aliis viris dignitate conspicuis præstare solebant. Sed Romani hunc honorem numinibus tantum exhibebant; et Petrus hunc honorem his verbis detrectabat: κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπος εἰμί. Neque tamen inde

Digitized by Google

28 ἦλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς. Ἔφη τε πρὸς
αὐτούς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ
κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε
29 μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον. Διὸ καὶ ἀναντιρρήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ
30 μετεπέμψασθέ με; Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη· Ἀπὸ τετάρτης
ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν
ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ
31 ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ· Καί φησι· Κορνήλιε,
εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθη-

consequitur, Cornelium adorationem religiosam et uni Deo debitam ad Petrum transtulisse; erat enim Cornelius ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, v. 2. sed tanti legati Dei reverentia perculsus modum non tenebat. συνομιλῶν] *colloquens cum eo;* de qua verbi potestate, vid. not. ad Luc. xxiv. 14.

(28 sq.) ἀθέμιτόν ἐστιν] *illicitum est.* Sic ἀθέμιστος legitur 2 Macc. vii. 1. ἀπὸ τῶν ἀθεμίστων θείων κρεῶν ἐφάπτεσθαι, *carnem suillam vetitam comedere.* ib. x. 34. καὶ λόγους ἀθεμίστους προῖεντο, *sermones, quos non decebat, profanos, proferebant,* pro quo 2 Macc. xii. 14. extat, λαλεῖν ἃ μὴ θέμις· et Paulus 1 Tim. v. 13. scripsit, λαλεῖν τὰ μὴ δέοντα. Herodo. iii. 37. ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν καθαρέων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θεμιστὸν ἐστι ἐσιέναι ἄλλον γε ἢ τὸν ἱρέα. add. v. 72. Phavorinus: ἀθέμιστον, ἄδικον, ἄνομον, πονηρὸν, ἄναρχον, ἀσεβῆ, ἢ νόμους οὐ χρώμενον. — κολλᾶσθαι, *familiariter aliquo uti, alicujus consuetudine uti,* vid. ad v. 13. προσέρχεσθαι] *adire aliquem, domum alicujus intrare.* ἀλλόφυλος] *extraneus, gentilis,* nam diserte opponitur h. l. Ἰουδαίῳ. Sed in versione Alexandrina et in libris Josephi atque Philonis duplici sensu hoc vocabulum occurrit, nempe de *Palæstinis* et *Philistæis,* ita, ut non solum a Judæis, sed ab omnibus aliis etiam, qui neque ortu sunt, neque religione Judæi, distinguantur, ut Joseph. Ant. ix. 5. 3. Philo de Nobil. p. 909. C. Judd. iii. 3. ubi in textu Hebraico עַמִּים legitur; et, *de omnibus omnino, qui neque ortu neque religione Judæi sunt,* qui alias dicuntur ξένοι et ἀλλόφυλοι, v. Joseph. Ant. ix. 5. 3. Philo de Char. p. 714. B. de leg. ad Cai. p. 1022. D. Ies. ii. 6. ubi in textu Hebraico est נָכְרִי add. lxi. 5. conf. *Wolfius, Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. Nullum autem in Mosis lege interdictum extat, quo declaretur illicitum, familiaritatem aliquam et commercium habere cum gentilibus, aut ad eos ingredi, sed erat hoc institutum doctorum Judaicorum, qui legem Mosaicam multis præceptis auxerant, v. *Schœttgenius* in Horr. Hebrr. et *Michaëlis* ad h. l. καὶ] *sed,* ut Joh. vi. 7. vii. 4. Matth. vii. 26. ubi v. not. *Gataekerus* ad Marc. Anton. ii. 7. et *Elmerus* ad Joh. vi. 70. ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε] *Deus mihi significavit,* me edocuit, nempe visum et quæ postea evenerunt v. 11—22. vid. not. ad v. 17. μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον] *neminem profanum et impurum esse habendum,* me ergo posse cum gentilibus versari, eos adire, κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι, iisque doctrinam Christi tradere. (29.) τίνι λόγῳ;] *quare?* subintelligi debet ἕνεκα, sed λόγος ut Hebr. דבר Gen. xix. 8. Jer. xxxviii. 14. notat, *rem, caussam,* ut adeo ἕνεκα τίνι λόγῳ sit *quam ob rem, quare,* ut 1 Cor. xv. 2. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Ita quoque loqui solent scriptores exteri Eurip. Iphig. Taur. 1358. τίνι λόγῳ πορθμεύετε; *quam ob rem mare trajicitis?* alios locos hanc in rem congesserunt *Raphelius* Obss. Polybb. *Kypkius* ad h. l. *Bosius* de Ellips. sub v. ἕνεκα, p. 714. *Schæfer.* πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με; *quæro igitur e vobis quam ob rem me arcessiveritis?* Petrus sui ipsius et comitum suorum caussa accuratius a Cornelio edoceri volebat, quare et qui factum, ut ipsum arcessiverit.

(30. 31.) ἀπὸ τετάρτης—ἤμην νηστεύων] *Morus, Heinrichsius,* et nonnulli alii interpretes, hæc verba explicant: *per quatriduum jejunia egeram usque ad hanc horam.* Sed ut omnis orationis series docet, ea potius hunc in modum exprimenda sunt: *ante quatuor dies, cum ad hanc usque* nunc ruentem *horam* illius diei *jejunium egissem;* μέχρι ταύτης τῆς ὥρας, usque ad hanc horam, qua cum Petro loquebatur, qui circa horam nonam, nostram tertiam pomeridianam advenisse videtur. Si Cornelii mens fuisset, se ea hora qua Petrum alloquebatur, per quatriduum jejunia egisse, non intelligeretur ex ejus verbis, cujus diei hora nona, num quarti, aut secundi, aut tertii genius cœlestis

Digitized by Google

σαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Πέμψον οὖν εἰς Ἰόπτην, καὶ μετα- 32
πάλεσαι Σίμωνα ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν
οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν· ὃς παραγενόμενος
λαλήσει σοι. Ἐξαυτῆς οὖν ἔπεμψα πρός σε· σύ τε καλῶς 33
ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ
Θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ
τοῦ Θεοῦ. Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν· Ἐπ' ἀλη- 34
θείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός·
Ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος 35

ei apparuerit, contigerat autem ei visio illa ante quatuor dies, v. not ad v. 21. fuisset præterea etiam, si cogitandum esset de jejunio per quatuor dies acto, dicendum, non ἡμην νηστεύων, sed νηστεύω. Itaque ἀπὸ reddi debet *ante*, et idem valet quod πρὸ, ut xv. 7. 2 Cor. viii. 10. ix. 2. quam vim etiam Hebr. מ obtinet Provv. viii. 23. al. v. *Leusdenius* de Hebraismm. N.T. p. 74. *Fisch.*

(32. 33.) λαλήσει σοι] te edocebit. ἐξ αὐτῆς] scl. ὄψας, *statim*, vid. not. ad Marc. vi. 25. σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος] *bene egisti*, magno me beneficio affecisti, gratissimum mihi fecisti, *quod veneris.* καλῶς ἐποίησας formula approbantis et laudantis Joh. ep. 3. v. 6. οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ. 2 Petr. i. 19. ᾧ (λόγῳ) καλῶς ποιοῦντες προσέχοντες. Xen. Cyr. vii. 4. 6. ἀλλὰ σὺ μὲν καλῶς ποιεῖς, ὦ Κροῖσε, προνοῶν, *facis tu quidem probe, o Crœse, qui provideas.* ib. i. 4. 13. ὁ Ἀστυάγης, καλῶς, ἔφη, ἐποίησας, προειπών. Adhibentur vero etiam hæ formulæ, cum quis alteri gratum s. commode aliquid fecit, beneficium exhibuit, ut ap. Latinos *bene facis*, Terent. Eun. v. 8. 61. *bene fecisti, gratiam habeo maximam.* Adelph. v. 9. 13. *Bene facis. Omnibus gratiam habeo, et seorsum tibi præterea, Demea.* Sic. et h. l. v. *Raphelius* Obss. Xenophh. et *Wetstenius* ad h. l. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν] *adsumus coram Deo*, teste ac spectatore Deo, qui animos nostros novit, qui scit, nos promptos paratosque esse ad obsequium voluntati divinæ præstandum. Pro Θεοῦ cod. D. Syr. Æth. Arm. Vulg. habent σου, in aliis libris legitur Κυρίου, probantibus *Moro, Rosenmüllero*, et *Griesbachio*, videtur tamen vulgaris lectio retinenda esse, cum eam plures optimæ notæ codd. defendant, et difficilior sit.

(34.) ἀνοίξας—εἶπεν] tum *Petrus ita loqui cœpit*, vid. not. ad viii. 35. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι κ. τ. λ.] *jam vere intelligo*, jam mihi persuasissimum est, *Deum non habere personarum rationem*, hoc me tua narratio docet. Nempe persuasum fuerat Petro, consortium gentilium esse fugiendum v. 28. nec adeo iis doctrinam Christi prædicandam, sed regni Messiani beneficia unice destinata esse Judæis, utpote Abrahami posteris, atque ex gentilibus iis, qui antea circumcisione in cœtum Judæorum essent recepti; ita sibi una cum collegis explicabat dicta Christi Matth. xxviii. 19. Marc. xvi. 15, 16. Matth. viii. 11. Joh. x. 16. v. ad Act. xi. 1. Visione edoctus erat, non esse consortium gentilium fugiendum, tradendam iis esse doctrinam Christianam v. 28. hanc Petri persuasionem firmabat, et omne dubium ei adimebat Cornelii narratio, cui genius cœlestis promiserat, ipsum a Petro edoctum iri. προσωπολήπτης] dicitur is, qui rebus externis, veluti splendore familiæ, generis, natione, dignitate, ad partium studium delabitur, qui propter res externas alicui favet, neglecto eo, qui his destituitur: v. Jac. ii. 1. not. ad Luc. xx. 21.

(35.) ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος κ. τ. λ.] *sed acceptos ei esse ex quacunque gente, qui ipsum reverentur et recte agant.* φοβούμενος τὸν Θεὸν, qui Deum colit; respicit Cornelii προσευχὰς ut ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, ejus ἐλεημοσύνας, is est δεκτὸς αὐτῷ, Deo acceptus, ei beneficia exhibet, h. e. in hac verborum complexione, eum adducit ad religionem Christi, beneficiorum Christi participem reddit. ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην, *virtutis studiosum esse.* Scilicet interpretes Alexandrini Hebræorum verbum עשה quod sæpius etiam ita ponitur, ut notet, *operam dare alicui rei, indulgere ei, tractare, exercere eam*, modo exprimunt verbo Græco ποιεῖν, Rath. i. 8. ποιῆσαι ἔλεος. Ps. xxxvi. 28. ποίησον ἀγαθόν modo verbo ἐργάζεσθαι Ps. xiv. 2. Ita quoque ap. Sir. xxvii. 9. legitur, ἐργάζεσθαι ἀλήθειαν, *veritatis esse studiosum.* li. 3. ἐργάζεσθαι ψεύδος, *mendaciis indulgere.* Sicuti porro Hebræi vocabulo צדקה eo sensu utuntur, ut indicet *virtutem*, atque hoc conjungunt cum verbo עשה, quam in rem est locus classicus Ies. lvi. 1, 2. atque interpretes Græci formulam ipsam modo vertunt, ἐργάζεσθαι δι-

Digitized by Google

36 δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε
τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χρισ-
37 τοῦ· οὗτός ἐστι πάντων Κύριος· Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον
ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας,

καιοσύνην Ps. xiv. 2. modo ποιεῖν δικαιοσύνην Ps. cv. 3. ita quoque scriptores N.T. cum de *virtutis studio* loquuntur, adhibent modo formulam, ποιεῖν δικαιοσύνην, *exercere virtutem*, Joh. iii. 7. ubi ei v. 8. opponitur ποιεῖν τὴν ἁμαρτίαν, modo formulam ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην ut h. l. cujus oppositum extat Matth. vii. 23. ἐργάζεσθαι τὴν ἀνομίαν. Suidas: δικαιοσύνη, ἡ τελεία ἀρετή.

(36. 37.) Multum exercuit viros doctos impeditior verborum hujus loci constructio. Sunt qui accusativum τὸν λόγον ὃν per Hebraismum positum putent, pro nominativo, ὁ λόγος ὃν ἀπέστειλε, i. e. οὗτος ὁ λόγος ὃν ἀπ. ut Hagg. ii. 5. אֶת־הַדָּבָר pro זֶה הַדָּבָר *hoc est verbum*, v. *Lud. de Dieu* ad h. l. Plerique subintelligunt κατὰ, sed in constituendo hujus præpositionis significatu variant. Nonnulli κατὰ vertunt, *quod attinet ad*; et verbis v. 36. hunc sensum substituunt: quod attinet doctrinam, quam tradi jussit Israelitis, felicitatem annuntians per Jesum Christum, (hæc ejus summa est): ille (Jesus) est omnium Dominus. Alii, tanquam *Moschius* in *Bibelfreund* Th. ii. p. 102. *Thalemanus*, *Rosenmüllerus* etc. κατὰ explicant, *secundum*, et v. 36. ad ea, quæ proxime v. 34, 35. præcesserunt, referunt, hoc sensu: *qui ex quacunque gente Deum colit et recte agit, ei acceptus est, secundum doctrinam, quam tradi jussit Israelitis, per quam annuntiat pacem* (inter Israelitas et gentiles) vel, felicitatem, *per Jesum Christum, qui est omnium Dominus.* v. 37. *nostis quæ evenerint* (ῥῆμα, *res*, intelligunt miracula Christi, non tamen exclusa ejus doctrina) *per omnem Judæam, et primum quidem in Galilæa* etc. *Wolfius* Diss. IV. de agnitione ellipseos in interpretatione librorum sacrorum Lips. 1804. 4. p. 8. cum ὃν omittant codd. AC. et versio Coptica atque Vulgata, legi mavult: τὸν λόγον ἀπέστειλε, verba reddit: *hanc doctrinam* (τὸν, i. e. τοῦτον λόγον) scilicet de propitia Dei voluntate erga omnes omnino homines, veri rectique amantes, *tradendam Deus curavit Israelitis, annuntiata s. oblata per Jesum Messiam, omnium Dominum, salute* etc. Sed ὃν in libris illis omissum est, quo constructio facilior redderetur. Ex horum autem interpretum, qui v. 36. cum 35. arcte cohærere censent, sententia, Petrus respexit Christi effata Matth. viii. 11. Joh. x. 16. Matth. xxviii. 19. et pleniorem eorum sensum se jam agnoscere declaravit, nempe doctrinam Christi non tantum Judæis esse annuntiandam, sed gentiles in cœtum Christianorum esse recipiendos. Durior tamen est in hac orationis complexu et serie ellipsis præpositionis κατὰ, oratio ipsa obscurior redditur, nec satis accurate v. 36, et 37, cohærent. *Kypkius* Κύριος adjective sumit. *Kœhlerus* in Obss. philol. in loca selecta cod. sacri, Lugd. 1765. 8. v. 36. legendum conjicit v. 36. τὸν λόγον ὡς ἀπέστειλε, et v. 38. ὡς διῆλθεν. Priorem conjecturam *Ernestius* in *Neu. Theolog. Bibliothek*, Vol. vii. p. 439. vid. et *Ernesti Anmerkk. über die Bücher des N. T.* (*Leipz.* 1786. 8.) p. 121. non ferendam, quia Græce esse deberet ὁ ἀποστείλας, posteriorem minus necessariam censet. Aliorum constructionis expediendæ conatus, v. apud *Wolfium* in Curis ad h. l.— Equidem accedere nullus dubito *Erasmo*, *Er. Schmidio*, *Heumano*, *Boltenio*, *Beckio* (in Obss. critico-exegeticis P. 1. p. 13. (Lips. 1795. 4.) *Heinrichsio*, aliis, qui τὸν λόγον ad ὑμεῖς οἴδατε referunt, et post οἴδατε interpungunt, ut τὸ γενόμενον ῥῆμα per appositionem ad τὸν λόγον dicatur, atque verba: οὗτός ἐστι πάντων Κύριος uncis includunt. Jam vero hac verba nectendi ratione admissa, ea sonant: *doctrinam, quam Deus Israelitis tradendam curavit, annuntians felicitatem per Jesum Messiam* (*qui est omnium Dominus*) *vosmet nostis, doctrinam, inquam, quæ per omnem Judæam propagata est* etc. λόγος est *doctrina* Christi, infra xiii. 26. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη. Ad verbum ἀπέστειλε cogitando adjiciendum est nomen Θεὸς, et ἀποστέλλειν significat *tradere, dare*, in versione Alexandrina respondet hoc verbum Hebr. נתן Jer. xxxvii. 14. et שׁלח Ps. cvii. 20. ubi *oi ὁ.* habent: ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, Æl. H. A. i. 15. δόξαν ἀποστέλλει. add. Æl. H. V. i. 21. ubi v. *Perizonius*, et *Albertius* ad Act. xxvii. 30. Similiter Sir. xv. 9. οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, ὅτι οὐ παρὰ Κυρίου ἀπεστάλη, ubi vid. *Bretschneiderus*. Sed pro ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, e Græca ratione scribendum erat: πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ. Scilicet Hebræi verbis mittendi, veniendi, eundi, redeundi, addunt particulam ל quæ habet vim præpositionis אֶל ut 2 Regg. iv. 42. Gen. xxiv. 57. v. *Noldius* Concordd. Partic. v. ל n. 1. sed h. l. ea reddita est Dativo, ut Matth. xxii. 15. (Marcus loco parallelo xii. 13. habet: ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτὸν) ut ab Alexandrinis multis in locis particula אֶל

Digitized by Google

μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ
Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυ- 38
νάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς κατα-
δυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ.
Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ 39
χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὃν ἀνεῖλον κρεμά-
σαντες ἐπὶ ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, 40

39. † ἐσμεν. ‖ † καὶ.

veluti 2 Par. xxv. 15. etc. v. *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 136. *Fisch.* εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰ. Χ., *qua iis salutem per Christum annuntiavit.* εἰρήνη nonnulli explicant de pace inter Judæos et gentiles, sed latius patet in hac orationis serie hujus vocabuli potestas coll. v. 43. add. Ies. xl. 9. quem locum Petrus in mente habuisse videtur. οὗτός ἐστι πάντων Κύριος, *qui est omnium*, Judæorum et gentilium, *Dominus*, Joh. xvii. 2. *omnes homines ejus potestati subjecisti, ut omnibus a te ipsius disciplinæ commissis felicitatem æternam largiretur*; et judex omnium, v. 42. οὗτος pro ὃς ut supra viii. 26. Luc. ii. 36, 37. vii. 12. vid. *Storrii* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 119. Hanc Christi doctrinam ὑμεῖς οἴδατε, *vos nostis*; non de plena et accurata religionis Christianæ cognitione cogitandum, sed οἴδατε idem valet quod ἀκηκόατε ii. 22. v. 7. ix. 13. Cæsareæ multi Judæi habitabant, Philippus ibi doctrinam Christi prædicarat viii. 40. audiverat ergo Cornelius cum suis de Jesu ejusque doctrina, sed amplius et accuratius instituendi et in fide confirmandi erant. ῥῆμα idem quod λόγος, *doctrina*, ut Rom. x. 8. Eph. v. 26. Hebr. vi. 5. Joh. iii. 34. ἀρξάμενον—Ἰωάννης] *exorsa a Galilæa, inde a baptismate, quod Johannes commendavit*, i. e. ad quod suscipiendum Judæos cohortatus erat; verba ipsa posita sunt, pro μετὰ τὸ τὸν Ἰωάννην κηρύξαι βάπτισμα. "Γαλιλαίας non sine caussa addit, sed ut ostendat Cornelio, etiam Galilæos, quos ob stoliditatem risui haberi scire poterat, dignos habitos esse, ex quorum patria exiret salutaris doctrina." *Heinrichsius.*

(38.) Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ (vid. ad ii. 22.) ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς] positum est pro (οἴδατε) ὡς ὁ Θεὸς τὸν Ἰησοῦν ἔχρισε nostis, *ut Jesum Nazarenum instruxerit Deus.* Similis particulæ ὡς trajectio deprehenditur Rom. xii. 3. 1 Cor. iii. 5. vii. 17. αὐτὸν ex Hebraismo redundat, ut xv. 17. Matth. xii. 36. xix. 5. Luc. iii. 17. Joh. i. 27. Apoc. xiii. 12. ii. 7. vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 550. *Fisch.* Verbum χρίειν cum de hominibus ponitur, notat, *caput alicujus, aliaque corporis partes, oleo et unguentis imbuere et delibuere*, sive id fiat perfundendo, vel conspergendo, et infricando, sive illinendo, v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 354. Jam quoniam *reges* etiam ungi solebant; significat quoque, *regem creare, constituere*, Sir. xlvi. 13. Σαμουὴλ προφήτης Κυρίου, κατέστησε βασιλείας, καὶ ἔχρισεν ἄρχοντας ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, *Samuel, propheta Dei, condidit regnum, et constituit reges.* vid. not. ad Luc. iv. 18. Sed unctio erat omnino etiam signum honoris, excipiebantur unctione convivæ, v. Luc. vii. 46. Joh. xii. 3. not. ad Matth. vi. 17. hinc χρίειν, cum ei jungitur aliud nomen, notat etiam, *ornare, instruere*, ut h. l. Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει] *vi divina potenti*, v. ad Joh. xiv. 17. Alii explicant: Spiritus divini viribus l. dotibus. ὃς διῆλθεν—διαβόλου] *ita ut peragraret* (Judæam) *benefaciendo, omnesque a genio malo opprestos sanando:* εὐεργετῶν accuratius definitur verbis quæ sequuntur, nomen εὐεργεσία de sanatione ægroti iv. 9. occurrit. καταδυναστεύειν, *opprimere, tyrannidem exercere in aliquem.* Præpositio κατὰ in verbis compositis haud raro significationem intendit, v. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 194 sq. hinc καταδυναστευόμενοι dicuntur, *qui acerbo imperio subjecti tenentur.* Sic quoque hoc verbum positum extat Jac. ii. 6. in vers. Alex. Ex. i. 13. Sap. ii. 10. Joseph. Ant. xii. 2. 3. Philo de Opif. p. 17. E. vid. *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. qui autem h. l. dicuntur καταδυναστευόμενοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου iidem sunt qui alias nominantur δαιμονιζόμενοι, homines morbis gravioribus laborantes, quos Judæi a geniis malis derivabant, qui ægrotorum corpora obsessa tenerent, v. not. ad Matth. iv. 24. sed dæmoniaci memorantur pro reliquis ægrotis omnibus a Jesu sanatis. ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ] *nam Deus illi aderat*, v. ad Act. vii. 9.

(39. 40.) πάντων ὧν ἐποίησε] pro πάντα ἃ intelliguntur Christi doctrina et insignia facta. Pro ὃν ἀνεῖλον cum *Bengelio, Griesbachio* et *Matthæio* auctoritate plurium optimorumque librorum legendum est ὃν καὶ ἀνεῖλον, *quem tamen* (vel ut *Thalemanus* vertit, *quem denique*) *in cruce suspensum in-*

Digitized by Google

41 καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι· Οὐ παντὶ τῷ λαῷ,
ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν,
οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι
42 αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ,
καὶ διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ
43 Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται
μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος

terfecerunt, np. οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαῖοι. De voc. ἔδωκεν v. ad v. 30. ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι] *vivum apparere jussit*; δοῦναι ut נתן notat quoque, *constituere, sinere, jubere*, v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 167, 169. *Fisch.* et *Leusdenius* de Hebrr. N. T. p. 58.

(41.) οὐ παντὶ τῷ λαῷ—ὑπὸ τοῦ Θεοῦ] *non omni populo, sed testibus a Deo electis.* οὐ παντὶ τῷ λαῷ, v. *Michaëlis Begräbniss- u. Auferstehungsgeschichte* p. 407 ss. *Lilienthalii gute Sache d. göttl. Offenbarung* Th. xi. p. 93 ss. Luc. xvi. 31. et quos laudavimus ad Matth. xxviii. 1. προχειροτονῶν id. qd. simplex χειροτονῶν quod proprie notat, *manum protendere et attollere*, deinde, *per suffragia eligere*, Diod. Sic. p. 329. A. v. *Münthius* ad Act. xiv. 23. quoniam Graeci solebant in concionibus suffragia ferre manibus vel attollendis vel demittendis v. Xen. Anab. iii. 2. 9. 32. 38. add. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad Act. xiv. 23. tum omnino, *eligere, designare, destinare*, vt h. l. Act. xiv. 23. Herodi. ii. 10. 16. iii. 6. 5. vii. 10. 3. Philo de leg. ad Cai. p. 1028. E. ἐχειροτόνει τοὺς διακομιοῦντας ἄνδρας, *elegit qui literas perferrent homines*, add. Phlegon Trallian. c. 2. p. 22. ed. *Franz.* Hesychius: χειροτονῶν, καθιστῶν, ψηφίζων. Suidas: χειροτονήσαντες, ἐκλεξάμενοι. v. *Wolfius* ad Act. xiv. 23. et *Suiceri* Thes. Eccl. h. v. ἡμῖν—ἐκ νεκρῶν] *nobis, inquam, qui cum eo comedimus et bibimus*, convictoribus ejus, *postquam in vitam redierat.* Verba ultima μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, *Camero* et *Bengelius*, cum verbis v. 40. jungenda, et quae v. 41. leguntur, οὐ παντὶ τῷ λαῷ—συνεπίομεν αὐτῷ uncis includenda esse censent. Negant nimirum Jesum cum discipulis suis post resurrectionem suam bibisse, cum id nusquam legatur, et Jesus ultima cœna, h. e. Paschali finita diserte declararit discipulis, se non amplius fructum vineæ cum iis bibiturum esse, v. Matth. xxvi. 29. Luc. xxii. 18. Contra vero monuerunt alii Luc. xxiv. 41, 43. memorari, Jesum post resurrectionem suam cum discipulis edisse, et Joh. xxi. 12. discipulos eum ad prandium invitasse, eum ergo haud dubie quoque cum iis bibisse, cum potus sæpius sub cibo comprehendatur; statui igitur omnino posse, imo debere, Jesum post reditum in vitam comedisse ac bibisse cum discipulis, attamen non more consueto et ad vitam sustentandam, sed eum tantum ob caussam, ut fidem adstrueret resurrectioni suæ. Sed his conjecturis et interpretationibus nimis quæsitis facile supersedere possumus, modo teneamus συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ popularitер esse dictum, pro, ejus consuetudine fruiti sumus, vid. not. ad Luc. xiii. 26. Præterea nusquam legitur, Jesum post resurrectionem suam cum discipulis bibisse vinum, nec h. l. memoratur vinum, non ergo hic locus noster, licet premantur verba, repugnat locis Matth. xxvi. 29. Luc. xxii. 18.

(42. 43.) καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν—νεκρῶν] *isque nos jussit annuntiare populo eum a Deo constitutum judicem vivorum et mortuorum*; διαμαρτύρασθαι simpliciter, *docere, tradere*, ut Hebr. ii. 6. al. λαῷ *populo*, i. palam, gentilibus æque ac Judæis; respicit Petrus effata Christi Matth. xxviii. 19. Marc. xvi. 15. quæ jam rectius intelligebat, v. not. ad v. 36. et 34. τούτῳ πάντες—εἰς αὐτὸν] *de eo omnes prophetæ docent, per eum omnes, qui ei fidem habuerint, delictorum veniam consecuturos esse*, est ergo ei credendum, est pro Messia habendus, admittenda ejus doctrina, eique convenienter vivendum, διὰ πιστεύειν εἰς αὐτὸν.—πάντες non nimis premendum v. iii. 24. sed popularitер sumendum, multi, plurimi. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν peccatorum remissio nominatur pro omnibus Christi beneficiis, quorum hæc est quasi caput et summa, atque respiciuntur loci prophetarum, quibus annuntiatur Messiam homines expiaturum, Dei cultum meliorem inducturum, eos lustraturum, emendaturum, atque ita Deo acceptiores et gratiores redditurum esse, v. ad Joh. i. 29. p. 146 sq. et Act. viii. 32. extr. διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ pro δι' αὐτοῦ, supra v. 36. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Durior est et longius petita interpretatio verborum, quam proposuit *Eckermanus* in *Theologisch. Beyträgen* St. 2. p. 159 sqq. quæ tamen etiam arrisit *Heinrichsio.* Notat, μαρτυρεῖν τινὶ significare, *in honorem alicujus testari, pro aliquo testari*, neque esse h. l. μαρτυρεῖν proprie accipiendum, de testimoniis historicis, vaticiniis et descriptionibus futuri servatoris, sed improprie, de consensu doctrinæ prophetarum cum

Digitized by Google

αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Ἔτι λαλοῦντος τοῦ 44
Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ
πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον. Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ 45
περιτομῆς πιστοὶ ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη
ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται. Ἤκουον γὰρ 46
αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν.
Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος· Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί 47
τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον
ἔλαβον καθὼς καὶ ἡμεῖς; Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι 48
ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι
ἡμέρας τινάς.

ΚΕΦ. ια'.

Ἤκουσαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ

Christi doctrina, de via ac ratione, qua impetrari possit peccatorum venia, ut adeo respiciantur loci prophetarum, quibus declaratur, sacrificia homines non probare Deo, obedientiam ei gratiorem esse Ps. xl. 7 ss. l. 8 ss. Ies. i. 16, 17. Ez. xviii. 21 sqq. al. Cæterum, aut Petrus plura adjecit, a Luca prætermissa, qui summam tantum orationis exhibuit, ut *Eckermanus* cum aliis statuit, aut, quod præplacet, interpellatus est eventu orationis hactenus habitæ gratissimo, coll. v. 44.

(44.) Petri oratio eam habebat vim in Cornelii, reliquorumque gentilium qui una aderant animos, ut sacro ardore corriperentur, et lingua iis propria, Romana videlicet, preces ardentissimas funderent. Digna sunt quæ apponantur verba *Næselti* Exercitatt. Sacrr. p. 71. "Qui cum audivissent e Petro (v. 34.), nullam in salute hominum procuranda Deum rationem externæ conditionis habere, sed *in omni gente*, quisquis eum coluerit, recteque fecerit, eum illi probatum fore, Jesum Christum *omnium* Dominum esse (v. 36.), ejus etiam caussa *omnibus* paratam peccatorum condonationem (v. 43.); iidemque vehementer hæc beneficia anhelarent ac cuperent in eorum cum Judæis communionem venire (v. 30 sq.): ita suavitate orationis Apostolicæ commotos sensere animos, ut continere se non possent, quin felicitatis magnitudinem suo modo decantarent h. e. non ipsa repeterent Petri verba, sed quæ in suum quasi succum vertissent et sanguinem, ipsique cogitando informassent, sua quoque, extraneis propria lingua, redderent: "ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, vid. ad viii. 15. οἱ ἐκ περιτομῆς id. qd. οἱ περιτετμημένοι, *circumcisi*, Judæi, (iidemque severiores, vid. ad ii. 4.) ut Gal. ii. 12. Tit. i. 10. v. *Mori* Diss. Theologg. Vol. i. p. 73 sq. opponuntur, οἱ ἀκροβυστίαν ἔχοντες xi. 3. ἐξέστησαν] *obstupuerunt*, Christiani de Judæis qui cum Petro venerant. Etenim insolita prorsus et inaudita, quæ nec cadere in gentiles putarant, nec linguis profanis exprimenda, audiebant ex hujus generis hominibus, nec talia aliunde, quam ex aliquo Dei afflatu ducta judicabant, v. *Næseltus* l. c. præterea hac animorum concitatione divinitus injecta, correpti erant hactenus Judæi, qui ad Christi signa se contulerant, postquam Apostoli iis manus imposuerant, sed horum gentilium animi perculsi erant divinitus, sine interventu Apostoli. Petrus vero inde cognoscebat, hos, aliosque gentiles, etsi non circumcisi essent, in cœtum Christianorum lavacro sacro esse recipiendos, vid. xi. 15 sqq. xv. 7. Quare comitibus obstupefactis (ἐκστήσαντες, v. ad Matth. xvii. 25.) dicebat:

(47. 48.) μήτι τὸ ὕδωρ—τούτους] *num quis aquam prohibere potest, quo minus hi baptizentur?* nemo potest intercedere, quominus hi, qui Sp. S. dotem acceperunt ut nos, sacro lavacro initientur. κωλύειν τὸ ὕδωρ prohibet aquam, qui non sinit baptizari. Sic τὸν χιτῶνα κωλύειν, Luc. vi. 29. Ovid. Met. vi. 349. *Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum.* (48.) προσέταξε τι αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, *eosque in nomen Domini*, Jesu Messiæ, *baptizari jussit*, cultui, religioni Domini obstringi jussit; προσέταξε βαπτισθῆναι a Christianis Joppensibus; raro Apostoli baptizabant, v. not. ad Joh. iv. 2. I Cor. i. 14 ss. ἐν τῷ ὀνόματι I. X. id. qd. ἐπὶ τῷ ὀνόματι, et εἰς τὸν Χριστὸν, v. ii. 38. Rom. vi. 3. Gal. iii. 27.

CAP. XI.

(1—3.) Fama conversionis Cornelii ejus-

Digitized by Google

τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.
2 Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς
3 αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς, Λέγοντες· Ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυ-
4 στίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς. Ἀρξάμενος
5 δὲ ὁ Πέτρος, ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς, λέγων· Ἐγὼ ἤμην
ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος· καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα,
καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς
6 καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ. Εἰς ἣν
ἀτενίσας κατενόουν· καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ
7 θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Ἤκουσα
δὲ φωνῆς λεγούσης μοι· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε.
8 Εἶπον δέ· Μηδαμῶς, Κύριε· ὅτι [1] πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέ-
9 ποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ
δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου.
10 Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς
11 τὸν οὐρανόν. Καὶ ἰδοὺ, ἐξαυτῆς τρεῖς ἄνδρες ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν

8. [1] πᾶν.

que familiæ cum pervenisset ad ecclesiam Hierosolymitanam, multis hoc factum Petri displicuit. Quare cum Petrus Hierosolymam rediisset, qui ex Judæis ad Christi signa se contulerant, legum ritualium tenaces xxi. 20. eum objurgabant, quod commercium cum gentilibus habuisset, iis doctrinam Christi tradidisset, eosque non circumcisos in cœtum Christianorum recepisset. Cum vero Petrus recensuisset Joppæ et Cæsareæ gesta (nuda enim rei gestæ expositio sufficiebat ad ipsum defendendum), et ad confirmandam narrationis veritatem testes nominasset Christianos Joppenses, antea Judæos, qui eum ad Cornelium comitati erant, quos, prævidens gentilium receptionem in ecclesiam sibi vituperationi fore, comites secum Hierosolymam assumpserat: tacebant, et Dei benignitatem prædicabant, qui gentilibus quoque concessisset, ut ad Jesu doctrinam transeundo felicitatem consequerentur. κατὰ τὴν Ἰουδαίαν] *in Judæa*, Xen. Mem. iv. 4. 1. καὶ κατὰ πόλιν καὶ ἐν ταῖς στρατείαις. Œcon. v. 9. πῶς δὲ ἥδιον θεράσαι—ἢ κατ' ἀγρὸν; Diod. Sic. p. 161. C. πάντες οἱ κατὰ ταύτην τὴν πόλιν οἰκοῦντες. Hesychius: κατὰ πρόθεσις—καὶ ἀντὶ τοῦ ἐν. v. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 187. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν—συνέφαγες αὐτοῖς] *carpebant eum Christiani e Judæis, quod homines non circumcisos adiisset, atque cum iis epulatus esset*, h. e. omnino, cum iis commercium habuisset, vid. not. ad x. 41. extr. objurgarunt vero etiam Petrum, quod homines non antea circumcisos in cœtum Christianorum recepisset, nam ad hanc quoque reprehensionem Petrus in apologia sua respondet; et in conventu illo Hierosolymitano, cujus historia c. 15. legitur, in quo de circumcisionis necessitate agebatur, Petrus, qui contendebat, non esse Christianos e gentilibus ritibus et lege Mosaica onerandos, ad Cornelium provocabat a se, volente Deo, in cœtum Christianorum receptum, ita, ut non circumcideretur. Scilicet Lucas initium tantum orationis Judæorum attulit, et more suo omisit e reliqua narratione facile supplenda. διακρίνεσθαι Hebr. ריב Aqu. Theod. Jer. xv. 10. notat, *litigare, disceptare objurgare*, v. *Bielii* Thes. h. v. intpp. ad Jud. v. 9. Hesychius: διακρινομένων, μαχομένων. Ab Apostolis qui non præpropere judicabant, sed rei gestæ narrationem a Petro exspectabant, distinguuntur οἱ ἐκ περιτομῆς scl. ὄντες, *Christiani e Judæis*, v. x. 45. ὅτι plures interpretes, præeunte Vulgato, vertunt *quare*, v. not. ad Marc. ix. 11. *Krebsius* ad Marc. xi. 11. *Albertius* in Periculo Critico ad h. l. sed redundat, v. ad Matth. vii. 23. Joh. xviii. 37.

(4.) ἐκτίθεσθαι] *narrare, exponere*, v. xviii. 26. xxviii. 23. Theophr. Char. Procœm. 2. Palæph. f. lii. 7. Joseph. Ant. i. 12. 2. περὶ οὗ τὸν πάντα λόγον ἐκθήσομαι μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, *de quo omnem rem explicabo multa cum diligentia*; in versione Alexandrina respondet Hebr. נתה Job. xxxvi. 15. ἀρξάμενος ἐξετίθετο positum est pro ἤρξατο ἐκτιθέναι, sed ἀρξάμενος redundat, ut v. 15. καθεξῆς, *continua serie, ordine*, v. not. ad Luc. i. 3. Quod reliqua verba attinet, cf. x. 30 ss. ibique notata.

Digitized by Google

οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με.
Εἶπε δέ μοι τὸ Πνεῦμα συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμε- 12
νον. Ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσ-
ήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός. Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν πῶς 13
εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα
αὐτῷ· Ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην †ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι
Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, Ὃς λαλήσει ῥήματα 14
πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. Ἐν δὲ τῷ 15
ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐ-
τοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ. Ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήμα- 16
τος Κυρίου, ὡς ἔλεγεν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς
δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ οὖν τὴν ἴσην 17
δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὡς καὶ ἡμῖν, πιστεύσασιν ἐπὶ
τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι
τὸν Θεόν; Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον 18
τὸν Θεὸν, λέγοντες· Ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν
μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.

Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης 19
ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιο-

13. † ἄνδρας. 16. ↑ τοῦ.

(15 sq.) ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν] vulgo vertunt, *cum verba facere cœpissem*; sed ut ex x. 43. patet, Petrus jam multa de religione Christiana disseruerat, cum Sp. divini dotem (δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, x. 45.) Cornelius reliquique gentiles præsentes acciperent. Scilicet ἀρξάμενος ut v. 4. redundat, et ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν dictum est pro ἐν δὲ τῷ λαλεῖν με, *me ad eos verba facientè*, coll. x. 44. add. not. ad i. 1. ἐν ἀρχῇ] nempe, die Pentecostes, v. ii. 2. ὥσπερ ἐφ' ἡμᾶς] non impositis manibus.—(16.) ἐμνήσθην] recordabar effati illius Jesu, v. Act. i. 5, intelligebam illud quoque de gentilibus valere, adeoque eos etiam lavacro sacro in cœtum Christianorum recipere nullus dubitabam. Quæ Jesus pollicitus erat Apostolis l. l. et festo Pentecostali rata facta erant, ea h. l. Petrus ad omnes homines ex quacunque tandem gente ad religionem Christianam adducendos transfert βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, vis divina in vobis operabitur, v. ad i. 5.

(17. 18.) εἰ] *cum*, vid. not. ad iv. 9. τοῖς πιστεύσασιν] non referendum ad ἡμῖν, nobis Christi sectatoribus, sed ad αὐτοῖς, ad Cornelium ejusque familiam. ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;] *qui tandem ego poteram repugnare Deo?* qui poteram ego eos a sacro fonte arcere, et sic Dei consilia impedire? *Beza* pro ἤμην legi vult εἰμὶ, cum ἤμην sit penitus poëticum, præterea particulam δὲ expungendam censet. Sed ἤμην stili communis est pro ἦν, Homero nusquam adhibitum, et sæpius in versione septuagintavirali occurrit, v. *Wolfius* in Curis et *Valckenarius* in Scholis ad h. l. particula autem δὲ interrogationibus inseruit, v. *Raphelius* ad h. l. et *Sturzii* Lex. Xenoph. sub h. v.—(18.) ἡσύχασαν] *tacuerunt* (Vulg.), vel, *acquieverunt* (v. *Lœnerus* ad h. l.), οὐδὲν εἶχον ἀντιστῆν, iv. 14. μετάνοια] est h. l. transitus a religione falsa, a cultu idolorum ad religionem veram, Christianam. v. not. ad Matth. iii. 2. ἄρα γε] itaque adeo Deus concessit, ut ad Jesu signa transirent, atque ita felicitatem consequerentur. ἔδωκε μετάνοιαν] ut v. 31.

(19.) Sequitur narratio de religione Christiana extra Palæstinam inter gentiles, ac primo quidem Antiochiæ, propagata. οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες κ. τ. λ.] *qui autem in calamitate post Stephanum orta dispersi fuerant.* ἀπὸ] *per*, l. *propter*, caussam notat, ut ap. Xen. Œcon. iii. 8. ἀφ' ἱππικῆς εἰς ἀσφαλείαν ἔρχεσθαι, opponuntur, διὰ τὴν ἱππικὴν εὐπορεῖν ὄντες. Palæph. liii. 1. ἀπὸ ὠχῆς. Formulam ἐπὶ Στεφάνῳ, *Erasmus, Lud. de Dieu*, exprimendam putant, *propter Stephanum*. Alii

Digitized by Google

χείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις.
20 Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι,
οἵτινες [1]εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς
21 [11]Ἑλληνιστάς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν. Καὶ

20 ∼ ἰλθόντες. [11] ∼ Ἕλληνας.

contra Stephanum. Herodi. i. 9. 11. αὐτὸς γὰρ ἐνταῦθα δύναμιν ἐπ' ἐμοὶ (contra te), καὶ χρήματα ἀθροίζει. Durius. Alii, præeunte Vulgato, eam vertunt, *sub Stephano*, i. tempore Stephani. Improbarunt hanc interpretationem *Lud. de Dieu* et *Albertius*, quod tunc dicendum fuisset ἐπὶ Στεφάνου (quæ scriptura etiam in nonnullis libris deprehenditur) ut Luc. iv. 27. ἐπὶ Ἐλισαίου, infra v. 28. ἐπὶ Κλαυδίου, Marc. ii. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. Xen. Cyr. viii. 4. 3. ἐπὶ Κύρου. Contra vero *Kypkius* monuit, Dativum per leges linguæ ferri quidem posse, sed ob locum parallelum viii. 1. ἐπὶ cum *Albertio* explicandum esse *post, post Stephani mortem, e medio sublato Stephano.* Recte. Nam persecutio post Stephani necem orta, non commode ad ipsa ejus tempora referri potest, et ἐπὶ genitivo nominis proprii, vel pronominis junctum, tempus quidem notat, sed nomina ista debent esse, vel regum, vel magistratuum, vel aliorum, secundum quæ tempora numerarentur. Sæpius autem præpositio ἐπὶ hanc vim obtinet: Æl. H. V. xii. 1. extr. ubi v. *Perizonius.* Xen. Cyr. ii. 3. 4. ἀνίστη ἐπ' αὐτῇ, *post eum.* Arrian. Exp. Al. i. 10. ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ. vid. *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 237. Ἀντιόχειαν] *Antiochia*, Syriæ metropolis, ad Orontem fluvium sita, condita a Seleuco, Antiochi filio Strabo 16. p. 1089. μητρόπολις τῆς Συρίας, καὶ τὸ βασίλειον τοῖς ἄρχουσι τῆς χώρας, *caput Syriæ, sedesque regia qui huic regioni imperitarunt.* add. Plin. H. N. v. 21.

(20.) Κύπριοι, Κυρηναῖοι] v. iv. 36. Matth. xxvii. 32. Act. vi. 9. ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς κ. τ. λ.] *docuerunt Hellenistas, doctrinam de Jesu Messia iis tradentes.* Locus vexatus. Per τοὺς Ἑλληνιστὰς nonnulli interpretes, cum veteres tum recentiores, intellexerunt *Judæos Græce loquentes.* Male, ac perperam. Etenim Ἑλληνισταὶ opponuntur Ἰουδαίοις v. 19. et si cogitandum esset de Judæis Græce loquentibus, Cyprii et Cyrenæi v. 20. nominati, nihil fecissent aliud, quam quod fecerant Christiani illi Hierosolymitani post Stephani necem διασπαρέντες (inter quos ipsos plures Ἑλληνισταὶ erant, vid. vi. 1, 5.) qui ad Phœniciam, Cyprum et Antiochiam delati, solos Ἰουδαίους h. e. Judæos exteros et Græce loquentes, s. Hellenistas edocuerant. Hac difficultate cum premi viderent interpretes alii istam nominis Ἑλληνισταὶ explicationem, in eam opinionem discesserunt, ut vel vocem Ἑλληνισταὶ alio significatu capiendam, vel lectionem mutandam censerent. Ac *Drusius* quidem et *Witsius* (Meletem. Leidens. p. 38.) per Ἑλληνιστὰς intelligendos esse statuerunt, *gentiles*, sed hæc vocabuli potestas idoneis exemplis probari nequit, v. ad vi. 1. *Er. Schmidius*, alii, voce Ἑλληνισταὶ notari putarunt, *proselytos portæ*, neque tamen afferre potuerunt locos quibus hanc significationem confirmarent. Ex *Wolfii*, aliorumque sententia, Ἑλληνισταὶ sunt ortu gentiles, sed proselyti Judæorum, qui circumcisionem admiserunt, verum et hac interpretatione usui loquendi vis affertur, et hi proselyti Judæis annumerabantur. Recte igitur de horum interpretum sententia decesserunt: *Grotius, Bengelius, Rosenmüllerus, Heinrichsius*, alii, et pro Ἑλληνιστὰς legendum præceperunt Ἕλληνας, *Græcos*, l. *gentiles*, quam lectionem etiam *Griesbachius* in ordinem recepit. Hanc lectionem tuentur A. D. Syr. Arabb. Copt. Æth. Vulg. Ital. Euseb. H. E. ii. 3. Chrysost. Theophyl. eamque omnis orationis series confirmat. Postquam nimirum Lucas Cornelii conversionem enarravit, v. 19 sq. ita pergit: inde ab hoc tempore doctrina Christiana latius inter gentiles propagata est. Ac primo quidem Antiochiæ. Eo venerant post Stephani necem Christiani quidam Hierosolymitani viii. 1. sed nonnisi Judæis doctrinam Christi prædicarant. Postea vero cum conversio Cornelii percrebruisset, Cyprii et Cyrenæi nonnulli ab illis Hierosolymitanis Christianis ad religionem Christianam adducti, venerunt Antiochiam (εἰσῆλθον εἰς Ἀντιόχειαν καὶ ἐλάλουν) et, utpote Hellenistæ, inter gentiles habitantes, adeoque faciliores in tolerandis et admittendis paganis, annuntiarunt doctrinam Christi gentilibus Antiochiæ habitantibus. ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Facile præterea quoque ostendi potest, quomodo lectio Ἑλληνιστὰς orta sit. Nempe grammaticos, qui quæ v. 20. leguntur, illico subsecuta esse putarent ea, quæ v. 19. enarrantur, offendebat, Christianos Cyprios et Cyrenæos sponte sua ausos fuisse, gentilibus doctrinam Christi tradere, quod ne Apostoli quidem, ante Cornelii conversionem, facere ausi essent. Cæterum ἐξ αὐτῶν non referendum est ad διασπαρέντας, sed ad Ἰουδαίους, v. 19. extr.

Digitized by Google

ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας
ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ 22
ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν· καὶ
ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Ὃς παρα- 23
γενόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρ-
εκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ·
Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ 24
πίστεως· καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Ἐξῆλθε 25
δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον· καὶ εὑρὼν
αὐτὸν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν. Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς 26
ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον

(21—23.) καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν] *Deus iis auxilio suo aderat*, eos adjuvabat in gentilibus edocendis et ad religionem Christianam adducendis, Luc. i. 66. πολὺς] pro μέγας, v. ad Luc. xvi. 10. εἰς τὰ ὦτα] redundat. λόγος] fama, rumor, v. ad Luc. v. 15. Barnabam, Cyprium, Hellenistam, adlegabant, ut Christianos Antiochenos antea gentiles, in fide confirmaret, et cœptum feliciter opus promoveret, v. 23, 24. ὃς παραγινόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ] *qui cum advenisset, et vidisset beneficium Dei*, tot gentiles Dei beneficio ad religionem Christianam esse adductos. Per τὴν χάριν ergo significatur, incrementum ecclesiæ Eph. ii. 8. Caussa pro effectu. καὶ παρεκάλει κ. τ. λ.] *omnesque cohortatus est, ut animo firmo Domino adhærerent.* πρόθεσις τῆς καρδίας] est *animus firmus et constans*, ut 2 Tim. iii. 10. προσμένειν, *adhærere*, Joseph. Ant. xiv. 2. 1. μόνων τῶν ἱερέων Ἀριστοβούλῳ προσμενόντων, *cum soli sacerdotes Aristobulo adhærerent.*

(24 sq.) Affertur caussa, cur Barnabam ecclesia Hierosolymitana Antiochiam miserit. ἀγαθὸς] simplic. *vir probus.* πλήρης Πνεύματος ἁγίου] religionis juvandæ studio conspicuus, vid. ad vi. 3, 5. εἰς Ταρσὸν] vid. ad ix. 12. Barnabas in edocendis Hellenistis et gentilibus socium assumpsit Saulum, sibi cognitum ix. 27. Hellenistam, et ardore religionis Christianæ propagandæ incensum incredibili ix. 27, 29.

(26.) συνάγεσθαι] *convenire* Matth. xiii. 2. xxii. 10, 34. al. conveniebant cum cœtu, i. versati sunt in cœtu. ἱκανὸς] id. qd. πολὺς, ut sæpius. χρηματίσαι τε πρῶτον κ. τ. λ.] *et qui Jesu disciplinæ nomina dederant, Antiochiæ primum nominati sunt Christiani.* χρηματίζειν Atticis erat, *res agere*, apud recentiores, *res ita agere, ut nomen inde adipiscaris*, hinc significatione intransitiva, *dici, nominari, audire*, id. qd. ὀνομάζεσθαι, καλεῖσθαι, ut ap. Diod. Sic. p. 761. B. de Antigono: διάδημα περιέθετο καὶ τὸ λοιπὸν ἐχρημάτιζε βασιλεύς, *diadema assumpsit, et rex in posterum appellatus est.* Id. p. 29. A. Πτολεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων, *Ptolemæus qui novus Bacchus dicebatur.* Athenæus Deipn. p. 252. E. Porsidonius dr. ὁ Ἀπαμεὺς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας, *natus Apamææ, sed postea appellatus Rhodius*, quoniam nimirum magnam ætatis partem in ea insula exegerat. Philo leg. ad Cai. p. 1040. A. Ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς νέου χρηματίζῃ Γαΐου, *ut novi Jovis illustris Caii appelletur.* Exempla plura, v. ap. *Menagium* ad Diog. Laërt. i. 48. *Raphelium* Polybb. *Kypkium*, *Læsnerum*, *Valckenarium* in Scholis ad h. l. et *Wetstenium* ad Rom. vii. 3. Χριστιανοὺς] Quæritur, imposuerintne Christi sectatores sibi ipsi hoc nomen, an illud acceperint ab aliis? Christi cultores ipsos primum usos esse *Christianorum* appellatione, non modo probari nequit, sed etiam gravibus negari potest argumentis. Primum enim, si sibi ipsi peculiare nomen vindicassent, invidiam adversus se graviorem excitassent, et magis magisque aluissent. Deinde si Antiocheni Christiani sibi ipsi hoc nomen imposuissent; Lucas, memorato h. l. ortu nominis Christianorum, in reliqua libri sui parte hac appellatione usus fuisset, imo ea uti debuisset, sed nominat eos τοὺς πεπιστευκότας xxi. 25. μαθητὰς] xi. 29. xiii. 52. xvi. 20, 28. xvii. 1. xix. 1, 9. etc. aut ἀδελφοὺς xi. 29. xii. 17. xv. 1, 3. xvi. 2. etc. quibus nominibus in priori quoque libri parte eos insigniverat, v. iv. 32. i. 15. vi. 1 sqq. ix. 30. x. 23. etc. Porro si eo tempore quo Paulus Antiochiæ docebat, Christi cultores sua sponte nomen illud adscivissent, hanc appellationem etiam in epistolis suis usurpaturus fuisset, sed semper alio nomine usus est. Iis denique in locis N. T. in quibus nomen Christianorum occurrit, ab extraneis hoc nomine appellantur, ut Act. xxvi. 28. ubi Agrippa

Digitized by Google

ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς.

27 Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων
28 προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν. Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν, ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ Πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην· ὅστις καὶ ἐγένετο

ad Paulum: ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι, add. 1 Petr. iv. 14 ss. Apostolus ibi scribit: *Si ob Christi nomen contumeliose tractamini, beati estis—Si quis vestrum supplicio afficiatur, ut homicida—at si ut Christianus ne pudeat eum.* Turpe igitur illo tempore Christianorum nomen habebatur. Num ergo a Judæis hoc nomen Christi asseclis impositum est? Minime. A Judæis dicebantur Ναζωραῖοι Act. xxiv. 5. et quodvis potius aliud nomen, quam Christianorum, novæ religionis cultoribus Judæi indidissent, veriti, ne si eos appellarent Christianos (Messiæ cultores), hoc ipso Jesum agnoscere viderentur Messiam, v. Joh. xix. 21. Extra omnem igitur controversiam positum est, a gentilibus, et quidem a Romanis Antiochiæ tum agentibus, Christi asseclis Christianorum nomen impositum esse, id quod vel ipsa Latina nominis forma docet. Scilicet cum Christi cultores omnia ad Jesum Christum referrent, ejusque nomen semper in ore haberent, cum, qui partes Anticæsaris alicujus sequerentur, nomine ita desinente a Romanis appellari solerent, ut Pompeiani, Pertinaciani etc. cum Antiochenis, qui proclives essent ad scommata et dicteria, v. Zosimus lib. 4. p. 258. Ammian. Marcell. xxii. 24. *Wetstenius* ad h. l. mirum videretur, Christi discipulos regi, quem ignominiosa morte sublatum ipsi faterentur, adhuc adhærere, per ludibrium Jesu cultores appellarunt Christianos, quod nomen mox in omnibus imperii Romani provinciis frequentari cœpit, quia opportunum putabatur ad cultores Jesu Christi a Judæis internoscendos. Tacitus Ann. xv. 44. *Nero — quæsitissimis pœnis affecit, quos, per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus* (i. e. a ducis sui nomine traxerunt hoc nomen), *Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat.* Christiani vero hoc nomen adeo non aversati sunt, ut potius honori sibi ducerent, et postea illud retinerent.

(27.) ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κ. τ. λ.] *illo tempore Hierosolymis prophetæ Antiochiam venerunt:* προφῆται dicebantur tunc temporis, doctores, qui sacro ardore correpti, res sacras proloquebantur, qui subito singulari afflatu numinis impulsi alios edocebant, ad virtutem excitabant, consolabantur, eventa futura prænuntiabant etc. vid. *Koppii* Exc. 3. in ep. ad Ephes. p. 152 ss. et not. ad Matth. vii. 16.

(28.) ἀναστὰς δὲ — διὰ τοῦ Πνεύματος] *quorum unus nomine Agabus Spiritu monitus* (s. *afflatu divino*) *prædixit.* Ἄγαβος] xxi. 10. derivatur hoc nomen ab אב *amavit*, ut adeo Agabus notet *dilectum*, adeoque sit idem ac Græca nomina Agapetus, Agapus, in inscriptt. ap. *Gruterum* p. 790. 5. p. 1065. 8. *Gudium* p. 365. 3. p. 370. 5. et *Muratorium* p. 432. 1. σημαίνειν] *prædicere*, ut ap. Joseph. Ant. vii. 8. ubi de vaticinio Nathanis sermo: σημαίνων (Davidi) τὰν ἐκ τοῦ παιδὸς ἐσομένην ἐπίθεσιν, *insidias ipsi a filio futuras;* de augure legitur ap. Eurip. Phœnn. 972. et a Xenoph. sæpius ita ponitur, ut sit, *futura significare*, per auspicia, exta et similia, vid. *Sturzii* Lex. Xenoph. inprimis etiam adhibetur de rebus futuris, quæ cum ambiguitate et obscuritate quadam innuuntur, v. Joh. xii. 33. λιμὸν μέγαν—οἰκουμένην] *magnam fore famem in omni terra.* Pro μέγαν cum aliis libris legendum μεγάλην, iisdem de caussis quas attulimus ad Luc. xv. 14. ubi quoque ita legi debet. μέλλειν] *futurum esse*, ab optimæ notæ scriptoribus etiam conjungitur cum futuro, ita, ut faciat periphrasin futuri istius verbi quocum construitur Herodo. vi. 98. τέρας τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Thucyd. viii. 24. ἔμελλον κινδυνεύσειν. Æschin. Socr. i. 11. ἔσα μέλλει ἔσεσθαι. vid. *Wetstenius* ad h. l. *Vigerus* de Idiotism. c. 5. Sect. 8. p. 261. *Herm.* et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 18 sq. Per οἰκουμένην intelligi debet *Judæa*, ut Luc. ii. 1. ubi v. not. Scilicet Claudii temporibus, fames modo in hac, modo in illa imperii Romani provincia grassata est. 1) *Prima*, quæ *Romam* pressit, incidit in *primum* et *secundum* imperii Claudii annum, Dio. Cass. 9. p. 949. ed. *Reimar.* λιμοῦ ἰσχυροῦ γενομένου, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας τῶν τροφῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα πρόνοιαν ἐπεδείκνυτο, *fame ingenti orta, non modo ad præsens tempus copiæ alimentorum, verum in perpetuum etiam prospexit.* Aurel. Vict. Cæs. c. 4. *annonæ egestas sub Claudio nimirum composita, quam Caligula induxerat, dum, adactis toto orbe navigiis,*

Digitized by Google

ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Τῶν δὲ μαθητῶν, καθὼς εὐπορεῖτό 29
τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατ-
οικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς· Ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστεί- 30
λαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ
Σαύλου.

28 † Καίσαρος.

pervium mare theatris curribusque damno publico efficere studuit. Famis hujus præcipua caussa erat commeatus hiberni summa difficultas. Dio Cass. l. c. ἐπισάντων γὰρ πανταχόθεν, ὡς εἰκεῖν, τοῦ σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα, ἡ πρὸς τοῦ Τιβέρεως ἐκβολαῖς, οὔτε πανάφορος ἀσφαλεῖς, οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους, ἔχουσα, ἀκαφιλὲς σφίσι τὸ κέρδος τῆς θαλάσσης ἐπαίει; ἔξω δὲ γὰρ τῶν τῇ τι ὥρᾳ ἐπομιμβάνων, καὶ ἐς τὰς ἀποθήκας ἀναχβίνων, οὐδὲν τὸν χειμερινὸν ἐπιφόρτα, ἀλλ' εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλαττε, nam frumentum, quo Roma utitur, omne propemodum aliunde advehitur, at cum loca circum ostia Tiberis neque tuta navibus appellendis essent, neque portus opportunos haberent, efficiebatur, ut maris imperium Romanis parum prodesset, cum præter ea, quæ æstate subveherentur, ac in granariis conderentur, hieme nihil supportaretur, ac si quis id periculum temere subiisset, magno afficeretur damno. Quare Claudius quo commodius alimentorum copiæ prospiceret, magnis sumptibus portum Ostiæ exstruxit, v. Dio l. l. Sueton. V. Claud. c. 20. 2) *Secunda* fames ingruit anno Claudii quarto exeunte, afflixit ea inprimis Judæam, v. Prolegg. §. *de Chronologia libri* n. 6. Sublevavit hanc famem Helena, Adiabenorum regina, quæ Judaica sacra erat amplexa, v. *Scaliger* Animadvv. ad Euseb. p. 192. *Wesseling.* Obss. i. 9. p. 28. Joseph. Ant. xx. 2. 6. λιμοῦ αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ τὸν καιρὸν ἐπιέσαν πιεζοῦντος καὶ πολλῶν ὑπ' ἐνδείας ἀπολωμάτων φθειρομένων, ἡ βασίλισσα Ἑλένη πέμπει τινὰς τῶν ἑαυτῆς, τοὺς μὲν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πολὺν σῖτον ἀνησομένους χρημάτων, τοὺς δὲ εἰς Κύπρον ἰσχάδων φέρειν αἰτοῦντας, *fame ipsorum urbem* (Hierosolymam) *per id tempus premente, multisque alimentorum inopia pereuntibus, Helena regina e suis alios misit Alexandriam, qui vim magnam tritici coëmerent, alios vero in Cyprum, qui caricarum sarcinas advehi curarent.* add. Euseb. H. E. ii. 11. Chron. p. 79. 3) *Tertia* fames *Græciam* pressit, anno Claudii nono. Euseb. Chron. i. p. 79. *Scalig.* λιμοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γιγνόντος μεγάλου, ὁ τοῦ σίτου μόδιος ἐδιδρέχμων ἐτρέφη, *magna fames in Græcia fuit, modius sex didrachmis venundatus est,* vid. *Scaliger.* not. ad Euseb. Chron. p. 192. 4) *Quarta,* anno Claudii *undecimo,* iterum *Romæ* grassata est. Sueton. V. Claud. c. 18. *arctiore annona ob assiduas sterilitates detentus, quondam medio foro a turba conviciis, ac simul fragminibus panis ita instratus, ut ægre, nec nisi postico evadere in palatium valuerit.* Tacit. Ann. xii. 43. *frugum egestas et orta ex eo fames in prodigium accipiebatur.* Ex hactenus vero dictis sat evidenter patescit, h. l. cogitandum esse de ea fame, quæ quarto Claudii anno Palæstinam invasit, atque per τὴν οἰκουμένην non intelligi posse *totum imperium Romanum,* sed hac voce significari *Judæam,* nam v. 28, 29. Christiani Antiocheni, auctore Agabo leguntur pecuniam misisse Christianis in *Judæa* habitantibus, quo eorum paupertati in tanta fame subvenirent. v. a *Wolfio* ad h. l. laudatos. *Krebsius* et *Michaëlis* ad h. l. *Walchii* Diss. de Agabo vate Act. xi. 28. xxi. 10. Jenæ 1757. 4. p. 9 ss. et *Eichhornius über die Weissagungen des Propheten Agabus* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* B. 6. p. 23 ss. Cæterum *Eichhornius* l. l. verba: ἐνθουσιῶν διὰ τοῦ Πνεύματος interpretanda censet: sacro igne perfusus, animo concitato, Judæam famem magnam invasuram esse significabat. Suspicatur, cum Agabus Antiochiam venisset, jam famem ortam fuisse, ut adeo absque singulari numinis afflatu ille ostendere potuerit, famem incrementa capturam esse, magnam fore. In *Eichhornii* sententiam *Heinrichsius* quoque abiit, qui ad h. l. notavit hæc: fortasse signa istam famem futuram indicantia [annonæ sterilitas, ejusque caritas] jam præcesserant, nec nisi illud Agabus egit, ut ex imo pectoris sensu, ad rem gravissimam animos attenderet, atque ad colligendam in tempore annonam sublevandosque oppressos cohortaretur.

(29. 30.) εὐπορεῖν] et εὐπορεῖσθαι omnino dicitur de iis, qui habent et possident aliquid, et si de opibus sermo est, de iis qui opes mediocres, et, qui ampliores habent, ponitur; hinc et Musonius ap. Stobæum serm. 82. p. 476. (v. *Kypkius* ad h. l.) inter εὐπόρους et πλουσίους distinguit. Sic ap. Isocr. Panegyr. c. 9. εἰς εὐπορίαν προάγειν est, facere, ut alteri sit potestas et copia v. c. victus, habitationis. Et nostro quidem loco non reddi potest, *abundare,* sed notio generalis retinenda est, quoniam, ut apposite monuit *Kypkius,* improbabile est, mediocris fortunæ homines ab hoc munificentiæ officio prorsus abhorruisse. Itaque καθὼς εὐπορεῖτό τις red-

Digitized by Google

ΚΕΦ. ιβ'.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς 2 τὰς χεῖρας κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἀνεῖλε

dendum: *prout cuique suppetebat, pro sua quisque facultate*, atque subaudiendum est *χρημάτων*, vid. *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. *ἔφισαν, decreverunt*, certam pecuniæ summam mittere *εἰς διακονίαν, in subsidium*. Theophylact. *ἡ διακονία ἐστὶν ἡ τῶν χρημάτων ἐπιχορηγία, pecuniarum suppeditatio*, vid. et not. ad vi. 1, 2. *πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους*] *ad presbyteros*, cf. not. ad xx. 28.

CAP. XII.

(1.) Jacobi mors; Petri e vinculis liberatio; Herodis Agrippæ obitus. *κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν*] *circa illud tempus*, vid. Prolegg. §. *de Chronologia libri* n. 5, 6. Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς] Herodes, qui apud auctores *Agrippa* et quidem *major* dicitur. Hic Herodes s. Agrippa I. fuit nepos Herodis Magni, filius Aristobuli, cujus gulam pater laqueo fregerat, v. Joseph. Ant. xviii. 5. Herodes Magnus, tres reliquerat filios, *Archelaum, Philippum*, et *Antipam*, in quos regnum paternum divisit Augustus, ita, ut Philippo et Antipæ, unicuique quartam, Archelao autem dimidiam regni partem assignaret. *Philippus* accepit Batanæam, Auranitidem, quam utramque regionem Luc. iii. 1. Ituræ nomine complexus est, et Trachonitidem; *Archelaus*, Judæam, Idumæam et Samariam ethnarchæ nomine obtinuit; *Antipas* Galilæam et Peræam, ita, ut non minus quam Philippus diceretur *τετράρχης*. Archelaus, credulitatis nomine apud Augustum accusatus, postquam novem annos regnarat, de sua dignitate dejectus, et Viennam, Galliæ urbem, in exilium ab imperatore ejectus, atque Judæa in provinciæ formam redacta, Syriæque adjuncta est, ita, ut sub Syriæ præsidibus, a procuratoribus Romanis administraretur. *Phillippo* mortuo tetrarchia ejus Syriæ ab imperatore Tiberio adjudicata est, sed C. Caligula hanc tetrarchiam adjecta quoque Lysaniæ tetrarchia, vid. Joseph. Antiq. xviii. 6. 10. concessit *Herodi Agrippæ*, de quo nobis hic sermo est; et *Antipa* in Galliam primo, deinde in Hispaniam exule acto, hujus quoque tetrarchia eum donavit, vid. Joseph. Ant. xviii. 7. Neque minus Agrippam auxit Claudius, Caligulæ successor. Romæ degebat Agrippa, cum Caligula trucidaretur, et Claudii gratiam atque favorem sibi ita conciliabat, ut eum Judææ quoque et Samariæ præesse juberet a. C. 42. Sic totum regnum quod avus habuerat restitutum, ipseque ab imperatore rex Judææ salutatus est, v. Joseph. Ant. xix. 5. 1. *Deylingius* Obss. Sacrr. 2. p. 262 sq. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 427 ss. *Walchii* Diss. vincula Petri ex antiquitatibus illustrata Act. xii. Jenæ 1758. 4. p. 5. et *Krebsius* ad h. l. Agrippa cum vix triennio Judæorum rex fuisset, mortuus est a. C. 44. et Judæa iterum in provinciæ formam redacta, Syriæque annexa est, misso, qui eam administraret, Cuspio Fado, procuratore (Joseph. Ant. xix. 8. 2.) in cujus postea locum Tiberius Alexander (Joseph. xx. 5. 2.) Ventidius Cumanus (ib.) Claudius Felix (Tacit. Ann. xii. 54. Joseph. Ant. xx. 7. B. I. ii. 12.) Porcius Festus (Joseph. xx. 8.), Albinus (Id. xx. 9.) et Gessius Florus (Id. xx. 9. 5.) successerunt. — ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας κακῶσαί τινας κ. τ. λ.] *cœpit* l. *conatus est nonnullos vexare qui ad cœtum sacrum pertinerent*. Agrippa ardenti studio legis avitæ servandæ se inflammatum affectabat, v. Joseph. Ant. xix. 7. 3. neque tamen dubitabat ludis interesse publicis, qui Cæsareæ in honorem Cæsaris instituebantur, v. Joseph. Ant. xix. 7. 8. infra v. 21. plebis favorem quavis occasione sibi conciliare studebat v. 3. add. Joseph. Ant. xix. 7. 3. qui hæc de eo refert: ἐπιφάνειαν ὁ βασιλεὺς οὗτος εὐεργετικὸς εἶναι ἐν δωρεαῖς, καὶ μεγαλοφρονῆσαι ἔθνη φιλότιμος καὶ πολλοῖς ἀδρόνους δαπανήμασιν ἀνιστὰς αὐτὸν εἰς ἐπιφάνειαν, ἡδόμενος τῷ χαρίζεσθαι, καὶ τῷ βιοῦν ἐν εὐφημίᾳ χαίρων, *erat autem rex iste a natura ita factus, ut muneribus studeret esse beneficus et populos liberalitate demereri magnopere desideraret, et large effuseque sumptus faciendo sibi pararet nominis celebritatem, dando voluptatem capiens, gaudensque ita vitam agere, ut ab omnibus prædicaretur*. ἐπιβάλλειν] apud auctores Græcos notat etiam *incipere, aggredi*, Diog. Laërt. vi. 2. 4. ἐπέβαλε τιτιτίζειν, *cantillare cœpit*. Suidas: ἐπέβαλεν, ἤρξατο, ἐπεχείρησεν, v. *Kypkius* ad Marc. xiv. 72. sic h. l. formula ἐπέβαλε τὰς χεῖρας notat, *cœpit, conatus est*, ut nos fere dicere solemus, *Haud an etwas legen*; atque idem valet quod ἐπιχειρεῖν, Luc. i. 1. Act. ix. 29. ubi legitur οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. Sic ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας, ut sit *suscipere*, positum extat Deut. xii. 7. εὐφρανθήσεσθε ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἂν ἐπιβάλητε τὰς χεῖρας. add. ib. xv. 10. κακῶσαί τινας distinguitur hæc κάκωσις a cæde Jacobi, et Petri comprehensione, ita, ut significetur, nonnullos Christianos fuisse injuriis maximis affectos.

(2. 3.) ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον κ. τ. λ.] *gladio etiam Jacobum Johannis fratrem interfici jussit*. Ἰάκωβος, Matth. x. 2. xx. 20. Marc.

Digitized by Google

δὲ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου, μαχαίρᾳ. Καὶ ἰδὼν ὅτι 3
ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον·
(ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν ἀζύμων·) Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς 4
φυλακὴν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν· βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσ- 5
ευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώ- 6
δης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο

3. ↑ αἱ.

iii. 17. Acta hæc sunt Hierosolymis, ubi Agrippa maximam partem commorabatur: cf. Joseph. Ant. xix. 7. 3. ἐπῖλε, habebat enim jus vitæ et necis; ut ante eum procuratores Romani habuerant. v. *Walchius* l. l. p. 6 sq. καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις κ. τ. λ.] *quod cum Judæis gratum esse intelligeret, etiam Petrum comprehendit festis Paschatos diebus.* Volebat e medio tollere ecclesiæ capita. Ἰουδαίοις h. e. omnino, populo, coll. v. 4. non de synedris tantum cum nonnullis cogitandum. προσέθετο συλλαβεῖν, *deinde*, l. *insuper comprehendit*; de qua loquendi forma Hebraica, v. not. ad Luc. xx. 12. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 592. ed. *Fisch.* ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν ἀζύμων] hebdomas Paschalis; septem enim diebus festo Paschatos Judæi vesci debebant panibus non fermentatis, v. Deut. xvi. 6. Ex. xii. 18. Matth. xxvi. 17. Ipsis diebus festis Herodes, qui singularem pietatem et ardens religionis studium affectaret, Petrum supplicio tradere nolebat.

(4. 5.) *Captumque in carcerem detrusit, ita ut eum quatuor quaternionibus militum custodiendum traderet.* Herodes proprios in urbe habebat milites, v. Joseph. Ant. xix. 7. 1. Custodiebant Petrum milites, more apud Romanos usitato. Quanto enim studio Agrippa, Romæ educatus, si a sacrorum cultu discedatur, mores Romanorum æmulatus sit, cum Hierosolymis, tum alibi, sat clare docent loci Josephi Ant. xix. 7. 4. et 5. p. 949. coll. c. viii. 2. p. 950. ed. *Haverc.* Apud Romanos autem, quaterni milites, excubitum noctis ita facere solebant, ut vigiliis in quatuor partes ad clepsydram distributis, singuli deinceps ternis horis vigilarent. Quia igitur Herodes Petrum custodiri volebat a quatuor militibus, quorum duo eum in ipso carcere observarent, totidem ante fores excubarent (v. 6.); necesse fuisse facile intelligitur, ut quatuor militum quaterniones deligerentur, qui custodiæ hominis præficerentur, v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 452. Vegetius R. M. iii. 8. *quia impossibile videbatur, in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt divisæ vigiliæ* (v. nos ad Matth. xiv. 25.) *ut non amplius, quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare.* Censorinus de die natali c. 23. *diem quadripartito, sed et noctem similiter dividebant, idque similitudo testatur militaris, ubi dicitur vigilia prima, secunda et tertia et quarta.* Quatuor milites ad unam stationem adhibitos fuisse, testatur quoque Polybius vi. 33. διδόασι φυλάκειαν δύο, τὸ δὲ φυλάκειόν ἐστιν ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν, *præstant binas excubias, harum singulas quaterni viri obeunt.* v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. *Lipsius* Opp. T. iii. p. 307. τετράδιον, *quaternio*, Philo in Flacc. p. 981. Ergo τέσσαρσι τετραδίοις est *quatuor quaternionibus*, sive, sedecim militibus, quorum quatuor per vices Petrum custodiebent. βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ] *cum eum vellet finito festo Paschali populo producere.* ἀνάγειν id. qd. προάγειν v. 6. volebat eum palam producere, ad caussam dicendam et supplicium sumendum.

(5.) προσευχὴ ἐκτενὴς] *preces ardentissimas*, ad Deum faciebat ecclesia, Luc. xxii. 44. ἐκτενέστερον προσηύχετο, *ardentius precabatur.* 1 Petr. i. 22. ἐκτενῶς ἀγαπῶν. add. xxvi. 7.

(6.) προάγειν] scl. εἰς ἐκκλησίαν, vel εἰς δίκην, dicuntur autem προάγεσθαι rei, qui in concionem, aut, ad judices ducuntur, partim ut ad crimen respondeant, partim, ut pœnas luant Joseph. Antiq. xvi. 11. 6. Ἡρώδης προαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τριακοσίους τι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους, *Herodes cum in concionem produxisset trecentos duces, in numerum reorum relatos.* B. I. i. 27. 2. Ἡρώδης τοὺς υἱεῖς οὐ προήγαγεν εἰς τὴν δίκην, *Herodes filios suos non produxit in judicium.* Sic quoque Lat. *produci* legitur de iis, qui in concione caussam pro se dicere jubentur. Cic. ad Div. xii. 3. 4. *productus in concionem a Canutio, turpissime decessit.* v. *Krebsius* ad

Digitized by Google

στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε πρὸ τῆς
7 θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν. Καὶ ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου
ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν
πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων· Ἀνάστα ἐν

h.l. *Raphelius* Polyb. p. 332. Cæt. in codd. nonnullis librariorum incuria extat προσάγειν, loco προάγειν, sæpius particulas πρὸς et πρὸ in compositis confusas esse docuit *Millius* ad xx. 5. 13. add. *Valckenarius* ad Eurip. Phœnn. p. 219. κοιμώμενος—δυσὶ] *et Petrus illa nocte, inter duo milites, duabus catenis alligatus dormiret.* Petrus, duriorem custodiam expertus, noctu, ut eb tutior custodia esset, duabus catenis constringebatur, ita, ut eadem uniùs militis sinistram vinciret et Apostoli dextram, altera catena Petri sinistram et alterius militis dextram, de quo Romanorum more reos custodiendi: v. quos laudavit *Wolfius* ad h.l. et *Walchius* l.l. qui Petrum per diem uni tantummodo militi, noctu duobus alligatum fuisse statuit, et hanc in rem laudavit locum Lucian. Toxari, Opp. T. ii. p. 52. ed. *Graev.* φυλακής τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακὴν] *et custodes foris carcerem observabant:* φυλακὴ, *carcer*, ut v. 4. Act. xxvi. 10. Formula τηρεῖν τὴν φυλακὴν notat quoque *excubias agere, Wache halten*, v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h.l. sed non necesse est, ut a vulgari verborum interpretatione recedamus.

(7.) Petrus divina moderante providentia carcere liberatur. Breviter et succincte Lucas liberationis modum narravit. Genium cœlestem vere apparuisse Petro, eumque liberasse, est veterum interpretum communis sententia, quam nuper quoque defendit *Storrius*, Opusc. T. iii. p. 183 sqq. Qui hanc sententiam tuentur, statuere debent, Deo ita providente, gravem soporem milites occupasse, ut nec Petri liberationi obniti, nec ejus rationem edisserere potuerint, coll. v. 18 sq. *Hezelius* cum aliis opinatur, fulgur, nocturno tempore, Petri carcerem penetrasse, et catenas ejus liquasse, eum tamen illæsum mansisse, et expergefactum, cum milites ictu fulminis prostratos vidisset, fulminis quasi ductu, per eos transiisse, antequam sensisset, se Dei providentia e vinculis liberatum esse, v. 11. Nonnulla sane pro hac sententia dici possunt. Inopinata eventa Hebræi ad genios cœlestes referre, atque angelos nominare solebant, v. ad Matth. xxviii. 2. Act. v. 19. ut fulgura, v. Act. vii. 30. et verba: φῶς ἔλαμψε, πατάξας τὴν πλευρὰν, ἐξέπεσον αἱ ἁλύσεις v. 7. ἡ θύρα ἠνοίχθη αὐτομάτη v. 10. commode de fulmine, ejusque vi explicari possunt. Nihilominus tamen recte dubitare licet, num huic interpretationi veritas constet. Hujus enim interpretationis defensores et fautores verbis Lucæ: ἰδόκει (Petrus) ὅραμα βλέπειν v. 9. διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν—ἦλθον—ἐξελθόντες—καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ v. 10. sensum obtrudunt, qui iis aperte non inest, ac præterea plura sumunt, quæ parum sunt probabilia, quo pertinet, non tantum milites Petro alligatos, et foris carcerem observantes, sed reliquos quoque duodecim milites fulmine fuisse tactos, nec prius ad se rediisse, quam eum dies illuxisset v. 18. nulla apparuisse fulminis vestigia, adeoque milites omnes tanquam mendaces Herodem rejecisse, et ad supplicium duci jussisse (v. 19.) etc. *Eichhornius* in *Allgem. Bibljoth. d. Bibl. Literat.* B. 3. p. 361. quocum consentit *Heinrichsius* Exc. 5. p. 361 sq. contendit, Petrum ipsum modum liberationis ignorasse, adeoque eam singulari divinæ providentiæ attribuisse, id quod mentione genii cœlestis indicetur, angeli apparitionem et lucis splendorem Judæorum opinionibus, remque tradendi modo deberi, cum et Judæi angelum non nisi splendore cinctum sibi cogitassent. Suspicatur ergo V. D. præfectum carceris, qui Christianis faveret, vel clandestinus Christi assecla esset, Petrum liberasse, sed sua opera Apostolum liberatum esse, aperuisse nemini, ne in vitæ discrimen incideret (vid. et not. ad v. 19.). "Neque igitur, scribit *Heinrichsius* l.l. Petro fraudi habeamus, quod subitam et inopinatam liberationem incolumitatemque ἀγγέλῳ Κυρίου deberi certo et confidenter declarat v. 11. quando nec nostra ætate quisquam, dummodo providi numinis tutelam agnoscit, similiter in re simili loqui erubesceret." v. et not. ad Luc. xxii. 43. Si autem statuitur, carceris præfectum liberasse Petrum, statuendum quoque est, milites somno fuisse oppressos, ope fortassis ipsius carceris præfecti, hunc enim eos consilii de liberando Petro participes fecisse, atque pecunia corrupisse, non est verisimile. Etenim milites cum male curatas excubias Herodem graviter punituram esse facile prævidere possent, v. ad Matth. xxviii. 13. post Petri e carcere egressum, se potius in fugam dedissent, quam pœnæ objecissent v. 19. Refragantur vero etiam illi conjecturæ, milites fuisse liberationis Petri conscios, ea quæ v. 18. leguntur. Cæterum res ipsa, utor *Heinrichsii* verbis ad v. 10. quocunque tandem modo acciderit, indubie continet insignius providentiæ divinæ specimen, Apo-

Digitized by Google

τάχει. Καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.
Εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ 8
σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ· Περι-
βαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξελθὼν ἠκο- 9
λούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἤδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον διὰ
τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόντες δὲ 10
πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδη-
ρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη
αὐτοῖς· καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν· καὶ εὐθέως
ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ Πέτρος, γενόμενος ἐν 11

stoli vitam tuentis, atque ad largiora rei Christianæ incrementa afferenda conservantis. οἴκημα] Attice dicebatur *carcer*, τὸ δεσμωτήριον. Attici enim rebus malis et turpibus honesta nomina tribuere, ac propterea etiam carcerem οἴκημα appellare solebant. Helladius Chrestom. p. 22. ἔστι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φρουτὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις· διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν. add. Pollux, ix. 45. Sic legitur ap. Thucyd. iv. 47. παραλαβόντες δὲ αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι ἐς οἴκημα μέγα καθεῖρξαν, *captos vero illos Coreyræi magno carceri incluserunt*. Exempla plura, vid. ap. *Albertium* et *Kypkium* ad h. l. cf. et *Küsterum* ad Suidam p. 285. 663. *Fesselium* Adversar. T. ii. p. 132. De situ carceris multa disputata sunt ab interpretibus, nihil tamen certi definiri potest, cum Lucas eum non accuratius descripserit. Non fuisse carcerem illum publicum, de quo v. 18. sermo est, inde patet, quod ibi legitur ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. *Lightfootus* in Horr. Hebr. et Talmudd. ad h. l. carcerem, extra civitatem, intra duos extimos muros fuisse conjicit, et per portam ferream v. 10. memoratam, portam urbis intelligit. Dissentit ab eo *Wolfius* in Curis ad h. l. qui contra morem fuisse observat, publicos carceres extra civitatem ædificare, cum vix tuti sint ab audace nefariorum hominum impetu, putat ergo carcerem in ipsa civitate, haud procul forte a judicii loco fuisse, et per januam ferream v. 10. januam carceris intelligendam esse. Assentitur ei *Heinrichsius*, qui de porta urbis cogitari posse negat, propterea quod non probabile sit, Petrum vixdum liberatum, denuo intrasse urbem, in qua supplicium ei intenderetur. Ex *Lud. de Dieu* et *Fesselii* (Adversar. T. ii. p. 132.) sententia, fuit hic carcer in area, quæ Herodis regiam (erat enim non civitatis, sed Herodis carcer) undequaque ambiebat, ubi regii milites excubias agebant. Ab hac area carcereque platea ducebatur, per quam exitus e regia dabatur in civitatem, quam ferrea porta claudebat. *Walchius* l. l. p. 13. observat, triplicem murum, auctoribus Judaicis scriptoribus, urbem Hierosolymam cinxisse, quorum interior et antiquior sexaginta, exterior nonaginta, medius quatuordecim turres habuerit. Putat igitur, Petrum in una harum turrium, et quidem, quæ in interiori muro fuerunt, detentum fuisse, portam autem ferream, eam esse censet, per quam introitus in turrem patuerit. Quæ sententia haud improbabilis est, cum in turribus olim carceres, ibique reos detentos fuisse constet, v. Scholiast. ad Juvenal. vi. 561. πατάξας τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου] *latere Petri percusso*, qui altiore somno obdormiverat.

(8—10.) σανδάλια] vid. ad Matth. x. 10. περίζωσαι] *succinge te*, cf. not. ap. Luc. xii. 35. ἱμάτιον] *pallium*, vid. ad Matth. ix. 20. ἔδοξε δὲ ὅραμα βλέπειν] *visionem sibi apparere putabat*; de visione per somnum cogitandum. (10.) διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν] *primam et secundam custodiam transgressi*: πρώτην, δευτέραν, intelliguntur bini illi milites v. 4. quorum unus aditum ad carcerem muniebat, alter ad portam ferream excubias agebat. φυλακὴ custodia pro custode id. qd. φύλαξ, coll. v. 4, 19. πύλην τὴν σιδηρᾶν, intelligitur porta per quam introitus in carcerem patebat, et quæ in urbem ducebat, ferro obducta, multisque pessulis ferreis occlusa, v. *Harmeri Beobachtt. über den Orient.* Th. i. p. 187. φέρειν] de via frequens, Xen. Anab. v. 2. 19. ἦλθε τὴν ἐπὶ τὴν ἄκραν φέρουσαν, add. iii. 5. 15. Id. H. Gr. vii. 2. 7. τῶν εἰς τὴν πόλιν φερουσῶν πυλῶν. Sic Lat. *ferre*, Curt. v. 4. 11. *hæc via fert in Persidem*. Exempla alia, v. ap. *Raphelium* Obss. Herodo. et *Kypkium* ad h. l. αὐτομάτη] *sponte*, non recludebat eam ἄγγελος. Apollon. Rhod. iv. 41. τῷ δὲ καὶ αὐτόματοι θυρέων ὑπόιξαν ἐχῆις. vid. ad Marc. iv. 28.

(11.) καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ] *cum Petrus ad se rediisset*; antea putarat sibi visum apparere, sibi in somnio illa ac-

Digitized by Google

ἑαυτῷ, εἶπε· Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν
ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου, καὶ
12 πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Συνιδὼν τε
ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, τοῦ ἐπι-
καλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ
13 προσευχόμενοι. Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ
14 πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη· Καὶ
ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε
τον πυλῶνα, εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστῶναι τὸν Πέτρον
15 πρὸ τοῦ πυλῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον· Μαίνῃ. Ἡ δὲ
διισχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Οἱ δὲ ἔλεγον· Ὁ ἄγγελος αὐτοῦ

11. ~ ἐξείλατό. 13. ~ αὐτοῦ.

cidere, se non vere liberari v. 9. prorsus attonitus erat, jam stupore excusso, cum animum collegisset. ἐν ἑαυτῷ γενέσθαι] *ad se redire*, Xen. Anab. i. 5. 17. Clearchus ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο. Polyb. i. 49. ταχὺ δ' ἐν ἑαυτῷ γενόμενος. Libanius ep. 319. οὕτως αὖθις ἐν ἑμαυτῷ τι ἐγενόμην. vid. *Wetstenius, Kypkius* ad h. l. *Abreschius* ad Æschyl. p. 175. *Dorvillius* ad Charit. p. 345. νῦν οἶδα ἀληθῶς κ. τ. λ.] *jam certo intelligo, a Deo missum esse angelum.* Ignorabat Petrus modum liberationis, persuasum ipsi erat, se proplore vi et interventu numinis servatum esse v. 17. inopinatam liberationem sibi ita explicabat, ut eam tribueret genio cœlesti. ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου—τῶν Ἰουδαίων, potestati Herodis et supplicio ab omni fere gente Judaica exspectato me eripuit. προσδοκία] per metonymiam, illa ipsa res quæ exspectatur. Similis locus, Gen. xlix. 10.

(12) συνιδὼν] sibi igitur conscius, ad se reversus. Alii explicant: cum circumspexisset, ubinam locorum esset, vel, cum considerasset, quid agendum esset. Sine omni idonea ratione *Hammondus* legi malebat σπεύδων, *festinanter petiit.* εἰς τὴν οἰκίαν Μαρίας κ. τ. λ.] *domum Mariæ, matris Johannis, cognomine Marci*, cujus domus erat in vicinia loci ubi Petrum angelus deserverat. Hunc Marcum fuisse Evangelistam, Barnabæ consobrinum, perquam probabilis est interpretum sententia, vid. quos laudavimus in Prolegg. Evang. Marci præmissis § 1. προσευχόμενοι] pro liberatione Petri, coll. vid. v. 12.

(13.) κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου—ὀνόματι Ῥόδη] *cum Petrus pulsaret vestibuli ostium, ancilla, nomine Rhode, ad auscultandum prodiit.* πυλὼν] *vestibulum*, ut x. 17. παιδίσκη] ancilla janitrix, v. ad Matth. xxvi. 69. Marc. xiii. 34. ὑπακούειν] *auscultare, hören wer da sey*, verbum de janitoribus proprium, qui, antequam januam aperiant, quis adsit, qui intromitti velit, interrogant, ut ap. Xen. Sympos. i. 11. κρούσας τὴν θύραν εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ubi v. *Bachius.* Plautus Trucul. i. 2. 2. ancilla ad janitorem: *ad fores auscultato, atque serva has ædes.* vid. *Albertius, Elsnerus, Kypkius* ad h. l. *Fischerus* Ind. Theophr. sub ἐπακοῦσαι et ad Plat. Crit. 1. Ῥόδη, *rosa*, nomen Græcum, quod etiam in Menandri fragmentis occurrit, Hellenistæ ancilla fuisse videtur.

(14.) καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου] *cum Petri vocem agnovisset.* Vocabulum φωνὴ *Albertius* ad h. l. explicat, *nomen*, quo significatu occurrit ap. Homer. Il. γ'. 161. Hesiod. Ἔργ. 79. ubi v. *Grævius.* Sed additum verbum ἐπιγνοῦσα rectius refertur ad dignoscendam vocem, quam ad audiendum nomen, nec dubitandum est, Petri vocem antea jam bene cognitam fuisse ancillæ, in ea domo versanti, in qua cœtus Christianorum cogi solebat, v. *Wolfius* ad h. l. Agnovit ergo ancilla Petri vocem, cum nomen suum profiteretur. ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα] *præ gaudio ostium non aperuit.* πυλὼν h. l. *portant, ostium* (np. vestibuli) indicat, ut xiv. 13. Apoc. xxi. 12 s. Præ gaudio nesciebat, quid prius agendum, lætum nuntium Christianis sollicitis actutum afferre volebat.

(15. sq.) μαίνῃ] *insanis;* incredibilis enim iis erat tam subita Petri liberatio. *Beza, Millius, Bengelius, Griesbachius,* μαίνῃ interrogative dictum accipiunt. Citra necessitatem. διισχυρίζετο] *asseverabat*, v. *Wetstenius* et *Kypkius* ad Luc. xxii. 59. οἱ δὲ ἔλεγον· ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν] *illi vero genium ejus esse dicebant.* Per ἄγγελον, *Camero, Hammondus*, alii, intelligunt *nuntium*, e carcere ad Christianos illos in Mariæ ædibus congregatos missum, qui eos de Petri conditione certiores redderet, quique, ut intromitteretur, Petri nomine usus esset. Neutiquam vero

Digitized by Google

ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων· ἀνοίξαντες δὲ εἶδον 16
αὐτὸν, καὶ ἐξέστησαν. Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ 17
σιγᾷν, διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς
φυλακῆς· εἶπε δέ· Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελ-
φοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. Γενο- 18
μένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις,

credibile est, Christianos congregatos sibi persuadere potuisse, Petrum in carcere ligatum et a militibus custoditum, media nocte misisse nuntium quendam. Nec perspicitur, cum ancilla ad vocem Petri probe a se cognitam provocarit, quo modo Christiani illi ex Petri voce, nuntium ab eo adesse concludere potuerint, nisi statuas, verborum sensum esse, ancillam vocem non recte percepisse, eamque hominem qui Petri nomine se venisse dixerit, præ nimio gaudio Petrum ipsum esse existimasse, aut vocem nuntii, Petri voci fuisse simillimam. Sed quid his conjecturis opus est? Omnes veritatis numeros ac partes habet eorum interpretum sententia, qui verba de Petri genio tutelari accipiunt. Scilicet Judæi existimabant singulis hominibus a Deo angelos custodes dari, v. not. ad Matth. xviii. 10. quam opinionem fovebant quoque gentiles. Censorinus de die natal. c. 3. *genius est Deus, cujus in tutela ut quisque est, vivit.* et paulo post: *genius ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat; sed ab utero matris exceptos ad extremum vitæ diem comitetur.* Martianus Capella, lib. 2. p.39. *genius—tutelator fidissimusque germanus animos omnium mentesque custodit.* add. Macrob. Saturn. i. 19. Fuit porro apud gentiles recepta sententia, deos hujus vel illius hominis speciem induere, ejusque vocem etiam mutuari solere Homer. Il. ν'. 43 ss. de Neptuno: Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος, ἐννοσίγαιος, Ἀργείους ὤτρυνε βαθείας ἐξ ἁλὸς ἐλθὼν, Εἰσάμενος Κάλχαντι δίμας καὶ ἀτειρέα φωνὴν, *Sed Neptunus terram cingens, terræ quassator, Argivos excitabat profundo e mari egressus, Cum se assimilasset Calchanti corpore et indefessa voce.* add. Il. υ'. 81 s. φ'. 600 Odys. α'. 105. Idem de angelis persuasum fuit Judæis, *Debbarim Rabba*, f. 290. 4. *Scriptum est: Liberavit me a gladio Pharaonis. Bar Kaphra dicit: Angelus descendit in similitudine Mosis, et fugere fecit eum, illi autem qui venerunt, ut apprehenderent Mosen, putarunt angelum esse Mosen.* Midras Coheleth fol. 87. 4. *dicit Sanctus Benedictus: Lætitiæ dixi, quidnam hæc agit? quidnam agit hæc corona in manu tua? descendit angelus in specie Salomonis atque insedit in throno ejus.* v. *Lightfootus* ad h. l. Christiani igitur illi in ædibus Mariæ congregati, qui scirent, Petrum ab Herode Christianis inimicissimo admodum sollicite custodiri, et in vincula esse conjectum, ut de eo supplicium sumeretur v. 4. cum sibi minime persuadere possent, Petrum e carcere evasisse, putabant adfuisse ejus genium tutelarem, qui Petri nomen pronuntiasset, ejusque vocem imitatus esset, ut significaret, Petrum moriturum esse, et congregatos moneret, precarentur ut constanter mortem subiret. (16.) ἐπίμενε κρούων] *Petro pulsare pergente*, scl. τὴν θύραν, quod vocabulum e v. 13. repetendum. ἐπίμενε, Philo de Agric. p.197. D. ἐὰν δ' ἀπιθῶν ἐπιμένῃ, *si contumax esse pergat*, v. *Lœsnerus* ad h. l.

(17.) κατασείσας] omnino notat, *alicui manu, vel alio quocunque modo signum dare*, v. Joseph. Ant. xvii. 10. 2. Xen. Cyr. αὐτός τε ἐδίωκεν καὶ τῇ Γαδάτᾳ κατέσεισεν. Inprimis autem κατασείειν τῇ χειρὶ dicuntur *oratores, cum orationem habituri, manu silentium indicunt*, vid. xiii. 16. xxii. 1. Joseph. Ant. viii. 11. 2. Persius Sat. iv. 5 sq. vid. *Krebsius, Lœsnerus, Wetstenius* ad h. l. et *Irmischius* Exc. ad Herodi. T. i. p. 899. Petrus manu silentium indicebat, non tantum eam ob caussam, ut breviter Christianis liberationem suam exponeret (διηγήσατο), sed etiam ne nimio tumultu Judæi vicini excitati concurrerent, et ipse in carcerem reduceretur. Ἰακώβῳ intelligitur Jacobus minor, Alphæi et Mariæ filius, vid. ad Matth. x. 2. Act. i. 13, nam Jacobus major Herodis jussu trucidatus erat v. 2. ἀδελφοῖς] Christianis reliquis, qui non aderant, variis enim in locis conventus habebant. καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον] *tum urbe egressus, in alium locum se contulit.* Nonnulli Petrum Cæsaream se contulisse statuunt, ad eum enim referunt, quæ v. 19. extr. leguntur. Sed huic opinioni orationis series adversatur; nam v. 19. de Herode sermo est, et Josephus refert Herodem Cæsareæ mortuum esse, nec ibi Petrus tutus fuisset. Alii sine omni idonea ratione eum Romam abiise statuunt. Probabilior est eorum sententia, qui Petrum Antiochiam profectum esse contendunt, coll. Gal. ii. 11. Ignorabat Lucas quo se tunc temporis contulerit Petrus.

(18. 19.) τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο] *quid eum Petro factum esset?* quomodo e carcere evasisset? Sic Joh. xxi. 21. Κύριε, οὗτος δὲ τί, scl. γενήσεται, *Domine, quid eum hoc fiet?*

Digitized by Google

19 τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡρῴδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν,
καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι·
καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν.
20 Ἦν δὲ ὁ Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις·
ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον,

20. † ὁ Ἡρῴδης.

Xen. Hist. Cyr. ii. 3.12. θαυμάζοντες τί ἔσοιτο ἡ πολιτεία, *mirabantur, quid de republica futurum esset.* Theocrit. Idyl. xv. 51. Ἀδίστα Γοργοῖ, τί γιγοίμεθα, *dulcissima Gorgo, quid de nobis fiet?* v. *Elmerus, Kypkius* ad h. l. et not. ad Luc. i. 66. Ἡρῴδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν κ. τ. λ.] *Herodes, cum Petrum quæsitum non invenisset, habita de custodibus quæstione, eos ad necem abduci jubet: ἀνακρίνειν, interrogare, quæstionem habere,* ut iv. 9. ἀπάγειν] in usu forensi adhibetur vel *de iis, qui ad judicem ducuntur,* ut ap. Philostrat. Vit. Apoll. iv. 39. al. vel, *de iis qui in carcerem,* Philo de Josepho p. 534. C. πελεύει τὸν ἄνθρωπον εἰς εἱρκτὴν ἀπαγαγεῖν, *jubet hominem in carcerem duci.* Theophr. Char. vi. 2. ubi supplendum εἰς τὸ δεσμωτήριον, quod additum legitur ap. Dio. Cass. 39. p. 207. ed. *Reimar.* vel, *de iis, qui ad pœnam, ad supplicium ducuntur,* vel absolute, vel addito εἰς θάνατον, ἐπὶ θανάτῳ, ut Esth. xii. 3. καὶ ἐξήτασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο εὐνούχους, καὶ ὁμολογήσαντες ἀπήχθησαν, *et examinavit rex duo eunuchos, et, cum confessi essent, abducti sunt,* scl. ad supplicium. Philo de Joseph. p. 558. B. μηδέποτε τοῦτο εἰργασαίμην ὡς τοσούτους ἀπάγειν ἑνὸς ἁμαρτόντος, *absit, ut faciam, ut ob unius culpam a tam multis supplicium sumam.* Diod. Sic. p. 387. A. ἐπὶ τὸν κυρωθέντα θάνατον ἀπάγεσθαι. Id. p. 533. A. ἐπὶ τὴν τιμωρίαν ἀπάγεσθαι. Ælian. H. V. i. 30. ἰδὼν δὲ τόλμῃ ἀγομένους τινας ἐπὶ θανάτῳ. Hesychius: ἀπάγεσθαι· εἰς θάνατον ἕλκεσθαι. Sic quoque Latini usi sunt verbo *ducere,* ut Seneca de ira, i. 16. et addita voce: *ad supplicium* Suet. Calig. 27. *ad mortem* Cic. Cat. 1. cf. *Kypkius* et *Lœsnerus* ad h. l. *Salmasius* de modo usurr. c. 17. *Wakefieldius* in Silv. Crit. 2. p. 131. *Kortius* ad Plin. Epist. x. 97. 3. Hæserunt autem interpretes in eo, utrum Herodes milites illos ad pœnam, an ad mortis supplicium abduci jusserit? Posterius probabilius est. Herodes singulari crudelitate præditus erat, vid. Philo legat. ad Cai. p. 1034. Petrum ad supplicium duci Herodes et populus gestierant v. 3 sq. 11. plane incredibile videbatur regi, Petrum, τέσσαρσι τετραδίοις militum traditum, et duobus militibus alligatum, præter horum culpam e carcere adeo munito effugere potuisse; custodes vero, quorum culpa vinctus e carcere effugerat, gravissima pœna, ea ipsa plerumque, quæ elapso inferenda fuisset, apud veteres affici solebant, vid. *Lectius* in notis ad Modestinum de pœnis, T. i. thes. jur. *Ever. Ottonis* p. 151. et not. ad Matth. xxviii. 13. præterea verbum ἀπαχθῆναι absolute positum, perquam frequenter apud scriptores Græcos capitis pœnam innuit. Quæ si quis omnia collegerit, facile concedet, maxime probabilem esse eorum sententiam, qui Herodis milites capitis supplicio affectos fuisse contendunt. καὶ κατελθὼν— διέτριβεν] *ipse* (Herodes) *relicta Judæa, Cæsareæ commoratus est.* Post Καισάρειαν vulgo interpungunt, et ad διέτριβεν subintelligunt ἐκεῖ, quod adverbium huic verbo jungitur Joh. iii. 22. xi. 54. neque tamen hæc ellipsis necessaria est; rectius deleto inciso, εἰς Καισάρειαν positum accipitur pro ἐν Καισαρείᾳ, de qua harum præpositionum permutatione, v. not. ad Marc. i. 9. Καισάρεια eadem urbs quæ viii. 40. ix. 30. xi. 11. memoratur.

(20.) ἦν δὲ ὁ Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις] *infesto autem erat Herodes in Tyrios et Sidonios animo.* Verbum θυμομαχεῖν prop. *animo bellare,* a Græcis adhibetur, vel, de iis, *qui revera bellum gerunt, animoque pervicaci in bellando perseverant,* vel, *de iis qui a bello gerendo sic abstinent, ut animo tamen bellare non desinant, aliis infensi sint* s. *ut animo tamen bellum inferre meditentur,* v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Posteriorem verbi significationem bene expressit Justin. v. 10. *non quidem aperte bellum adversus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset.* Quæritur jam quo sensu h. l. verbum θυμομαχεῖν accipiendum sit? *Raphelius* contendit, Herodem cum Tyriis et Sidoniis *bellum gessisse,* hosque pacem per cubiculi regii comitem impetrasse. Alii hoc verbum interpretantur, de *bello* quod Herodes contra Tyrios et Sidonios *molitus,* quod *animo meditatus sit.* Neutra ratio admittenda. Erant enim Tyrii atque Sidonii, socii populi Romani, quos bello petere non ausus esset Agrippa, nec passi essent Romani. Neque h. l. legitur, eos belli metu perculsos, aut jam gesti calamitatibus victos, sed quod ipsorum terra e regia alebatur διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, quæstus ergo amittendi timore compulsos pacem exposcisse.

Digitized by Google

τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ἠτοῦντο εἰρήνην· διὰ το τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Ταπτῇ δὲ 21
ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας

Neque apud Lucam, neque apud Josephum, ullumve alium scriptorem, belli gesti vestigium extat. Itaque θυμομαχῶν potius explicandum est: *infensus erat* Tyriis et Sidoniis. Sic θυμομαχεῖν legitur ap. Polyb. excerpt. legat. c. 69. p. 1236. Plutarch. Demetr. p. 898. Dionys. Halic. Ant. lib. 5. p. 286. quos locos *Kypkius* ad h. l. attulit; qui idem apposite quoque monuit, non obstare huic interpretationi verba, ἠτοῦντο εἰρήνην, *pacem* enim non tantum *bello*, sed et ἀπαταστασίαις 1 Cor. xiv. 33. et τῇ μάχεσθαι, *rixis privatis*, et τῇ ἀδικεῖν, Act. vii. 26. opponi, et εἰρήνην ἔχουσι, Act. ix. 31. de iis dici, *qui quiete et tranquille vivunt*. v. et *Heinsius* Exercitt. S. lib. 5. p. 290. Herodes autem in illas civitates infenso fuisse videtur animo, ex caussis ad mercaturam pertinentibus. Erat Cæsareæ portus ab Herode Magno ædificatus, magnæ navium classi recipiundæ, atque adeo mercaturæ faciundæ aptus, potuit hinc facillime accidisse, ut in Tyriis et Sidoniis, qui eodem modo rem quærebant, e querelis Cæsareensium, omninoque civium suorum Herodes offenderetur, ut suspicatur *Ranischius* in Commentat. de Lucæ et Josephi in morte Herodis Agrippæ consensu ad Act. xii. 19 sqq. et Ant. Jud. xix. 7. Lips. 1745. 4. p. 7. Jam cum angustior esset civitatum illarum ditio, quam ut populosas illas civitates frumento suo alere posset, atque adeo opus haberent ex Judæa, Galilæa, aliisque regionibus quæ Herodis erant, frumentum coëmere, v. 1 Reg. v. 9. Ezech. xxvii. 17. *Michaëlis* ad h. l. Agrippa autem iis infensus commeatuum transvectione, aliove commercio impedito, eos premere posset atque infestare, forte et hoc se facturum minatus esset; miserunt legatós, qui regem, opportune in eorum vicinia versantem, ipsis placarent. Josephus de hac legatione nihil memoravit, sed tantum Herodem Cæsareæ ludos solennes celebrasse retulit, quoniam illa regis cum Tyriis contentio res non adeo memorabilis erat, commemoravit potius ludorum celebrationem, quippe profectionis præcipuum consilium: Lucas autem qui docere instituerat, quam insigne supplicium Deus de Agrippa, quibusque de caussis sumpserit, unice concionem retulit, quod eam pœna est consecuta, adeoque Tyriorum caussam præmisit, v. *Ranischius* l. l. p. 9. ὁμοθυμαδὸν παρῆσαν, *conjunctim, simul*, Tyrii et Sidonii eum adierunt, convenerunt per legatos. καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως] *atque Blasto regis cubiculario sibi conciliato:* πείθειν τινὰ, ut ad Matth. xxviii. 14. docuimus, est omnino, *aliquem in suas partes trahere, sibi conciliare*, vel precibus, vel donis, ut h. l. vid. præter eos quos ibi laudavimus, *Valckenarius* ad Eurip. Hippol. 1060. *Rhœrius* Fer. Daventr. p. 91. et *Elsnerus* ad Gal. i. 10. Βλάστος nomen Romanum, v. *Wetstenius* ad h. l. Judæorum reges etiam Romanos in ministerio habebant. ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, scl. ὤν, vel τεταγμένος, ut viii. 27. ὁ ἐπὶ τῆς γάζης· sed ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος est id. qd. ὁ κοιτωνίτης. Gloss. vett. κοιτωνίτης, *cubicularius*, κοιτωνίται, *cubicularii*, v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 457. T. i. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, scl. χώρας, *a regia* terra. Inepte *Boltenius* supplet οἰκίας ut Esth. v. 1. nam præcessit voc. χώρα, quod sæpius omittitur, Thucyd. viii. 46. ἡ βασιλέως, sed viii. 68. ἡ χώρα ἡ βασιλέως. v. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 253 sq.

(21.) ταπτῇ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.] *stato die Herodes indutus veste regia* etc. publicæ legatorum admissioni destinato; erat dies secundus ludorum, qui in honorem Claudii Cæsaris agebantur. Joseph. Ant. xix. 7. 2. δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωρίων ἡμέρᾳ στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργυρίου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας· ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς θαυμασίως ἀπέστιλβε, μαρμαίρων τι φοβερὸν καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες, *secundo spectaculorum die, veste indutus tota ex argento admirabili opere contexta, processit in theatrum primo diluculo. Ibi argentum, primis solarium radiorum ictibus illustratum, mirum in modum resplendescebat, metuendum quiddam atque horrendum oculos in id defigentibus incutiens.* στολῇ, stola, vestę superiore ad talos demissa, qua in oriente reges utebantur, v. ad Marc. xii. 38. καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος] *et suggestui insidens:* βῆμα non *tribunal*, ut Matth. xxvii. 19. sed *suggestus*, throni speciem referens, in theatro Cæsareensi, unde Herodes et spectabat ludos, et verba faciebat in concione, notat etiam *suggestum oratorium*, i. e. locum editiorem, unde verba faciebant magistratus, et alii, in concione, ut ap. Isocrat. de Pace p. 366. T. i. *Batt.* Xen. Mem. iii. 6. 1. Herodi. ii. 10. 2. Fuit autem hic Græcorum mos, ut conciones in theatris haberentur, v. Cic. pro Flacco c. 7. Demosth. pro Cor. c. 53. Act. xix. 29. ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς] *ad eos verba faciebat.* πρὸς αὐτοὺς, *Ranischius* ad populum refert, cum v. 22. sequatur δῆμος, *populus*,

Digitized by Google

22 ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. Ὁ δὲ δῆμος
23 ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. Παραχρῆμα
δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν

23. † τὴν.

et δημηγορεῖν sit id. qd. πρὸς δῆμον ἀγορεύειν, *ad populum dicere*. Tyriorum Sidoniorumque legatos ludis illis et concioni interfuisse, concedit *Ranischius*, nec abnuit, concionem ad compositionem cum Tyriis et Sidoniis factam pertinuisse, fuisse enim hunc morem, ut quæ a principibus, aut in liberis civitatibus a Senatu acta, quæque in bello gesta essent, ea concione habenda, ad populi notitiam perferrentur; sed negat, præeunte *Glassio* Phil. S. p. 158. *Dath.* Herodem ad legatos dixisse. Durior tamen est hæc interpretatio, nec orationis seriei conveniens. Etenim de legatis in proxime præcedentibus sermo est, et si ἐδημηγόρει πρὸς αὐτοὺς esset, *orationem ad populum habuit*, superfluum foret additamentum πρὸς αὐτοὺς, nec δημηγορεῖν tantum significat: *concionem ad populum habere*, ut ap. Diod. Sic. p. 232. D. δημηγορούντος τοῦ Ἀλκιβιάδου. Id. p. 289. C. οἱ δημηγορεῖν εἰωθότες, sed hoc verbum etiam simpliciter notat: *publice verba facere* id. qd. λόγους ποιεῖσθαι, ut ap. Herodi. vi. 3. 5. ubi Alexander ad milites: ἐβουλόμην μὲν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δημηγορῶν, ὑμᾶς τε ἀκούοντας εὐφραινον, *voluissem quidem, commilitones, consueto illo genere orationis apud vos uti, quod et mihi verba facienti ornamento, et vobis delectationi erat.* Id. ii. 8. 2. ubi Niger ad milites convocatos: οὐδ' ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον, ταῦτα δημηγορήσων, *non ad vos venissem hæc dicturus.*

(22.) *Populus autem ei acclamabat: Dei hæc vox est, non hominis:* δῆμος Tyriorum et Sidoniorum legati, eorum comites, aliique gentiles, quorum magna multitudo Cæsareæ habitabat; Judæos enim talia clamasse, non probabile. Fiebat autem hoc pro consuetudine illorum temporum, qua reges et imperatores non modo defuncti, sed adhuc vivi, dii appellabantur, v. *Elsnerus* ad h. l. Veteres quidem, in recitationibus et declamationibus, assensum suum acclamatione, ἐρρῶς, εὖ, ὑπέρευ, θείως, δαιμονίως significare solebant, v. *Krebsius* ad Plutarch. de audiend. poëtis c. 7. p. 193. *Casaubonus* ad Theophr. Char. 2. p. 31 sq. ed. *Fischer.* sed de tali acclamatione h. l. non est sermo, inest in voce populi plus, se non hominis, sed dei vocem audire profitebantur; deum, non hominem loqui. Satis dilucide hoc quoque patet ex verbis Josephi l. l. qui diserte refert, Herodem Deum esse appellatum: οὐδὲν δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδὲ ἐπαίνῳ πρὸς ἀγαθοῦ, ἄλλος ἄλλοθεν φωνὰς ἀνεβόων, Θεὸν προσαγορεύοντες, εὐμενής τε εἴης, ἐπιλίγοντες, εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλὰ τοὐντεῦθεν κρείττονά σε θνητῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν, *mox autem adulatores, vocibus ne ipsi quidem bono futuris, alii aliunde acclamare, Deum appellantes, dicentesque, propitius nobis esto, et, licet hactenus te veluti hominem reveriti sumus, in posterum mortali sorte majorem habebimus.* Videtur autem, quod acclamationis caussam attinet, Josephus a Luca discrepare. Josephus enim a vestis regiæ magnificentia clamorem illum adulatorium repetit, vid. v. 21. Lucas contra cum orationis dignitate motum videtur indicare. Sed facile hic dissensus tolli potest. Dici enim potest, ut *Ranischius* l. c. et *Krebsius* ad h. l. observarunt, populum, utriusque rei admiratione percussum, hanc adulationis vocem edidisse, neque abhorrens esse a consuetudine scriptorum, e pluribus caussis, parem vim habentibus, eam commemorare, quæ consilio cujusque accommodatior sit, vel quam ab auctoribus diversis acceperint. Neque tamen, ut eo confugiamus, necesse est. Ipse enim Lucas, cum diserte commemorarit στολὴν βασιλικὴν, v. 21. haud obscure innuit, admirationem quoque vestimentorum magnificorum Herodis, in commovendo illo clamore adulatorio valuisse.

(23.) παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου] *protinus autem illum angelus percussit*, i. e. ei inflixit morbum gravissimum, Josephus l. l. nullius angeli meminit, sed ita pergit: ἀναπνύψας δ' οὖν μετ' ὀλίγον, τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερπαθεζόμενον εἶδεν ἐπὶ σχοινίου τινός· ἄγγελόν τε τοῦτον εὐθὺς ἐνόησεν κακῶν εἶναι, τὸν καί ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον καὶ διακάρδιον ἔσχεν ὀδύνην· ἄθρουν δὲ αὐτῷ τῆς κοιλίας προσίφυσιν ἄλγημα, μετὰ σφοδρότητος ἀρξάμενον, *paulo post autem, oculis in altum sublatis, supra caput bubonem funiculo cuidam insidentem conspexit; et statim, ut hanc malorum nuntium esse intellexit, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordiis indoluit. Secuta sunt ventris tormina, statim a principio vehementia.* Memorat ergo Josephus bubonem in fune supra suggestum et caput regis sedisse. Nempe funibus, si non super omne theatrum, tamen super gradus et capita spectatorum, vela tendebantur, ut ii, nudis capitibus in theatris sæpe per maximam diei partem sedentes, a solis ardore defenderentur, v. Lucret. iv. 73. Plin. H. N. xix. 1. *Ranischius* l. l. p. 17 sq. Prodigium a Josepho

Digitized by Google

δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

l. c. memoratum, respondet ei, quod ab eodem scriptore proditum legitur, Ant. xviii. 8. Scilicet Agrippa Romæ, ubi educatus erat, cum ob imprudenter dicta a Tiberio Cæsare in vincula esset conjectus, et aliquando cum aliis vinctis ad regiam staret, vidit arbori, ad quam se reclinarat, insidentem bubonem. Unus e vinctis, natione Germanus, Agrippæ prædicit, ipsum mox ad amplissimam dignitatem evectum, summa felicitate fruiturum esse, eadem autem ejus avis specie post oblata, quintum ex eo diem, fatalem ipsi futuram. Hanc omnem de bubone ab Herode viso narrationem, fabulam redolere, recte judicarunt *Lardnerus* (*Glaubw. d. Evang. Gesch.* p. 34.), *Heumanus*, *Michaëlis*, *Morus*, alii; neque tamen eam a Josepho, Agrippæ laudatore, effictam putaverim, sed a Judæis Herodi infensis, quod ratam habuisset acclamationem adulatoriam, allatam autem a Josepho, qui et alias hujusmodi fabellas commemoravit, ut opus suum lectoribus superstitiosis commendaret (Ovid. Met. v. 549. bubonem dicit: *volucrem venturi nuntium luctus, dirum mortalibus omen*), et quod fabula in ore omnium esset, v. *Heumanus* ad h. l. Inutilem ergo operam susceperunt qui hac in re Lucæ narrationem cum Josepho componere studuerunt; quorum alii, quibus præivit Eusebius H. E. ii. 10. contenderunt, Josephum bubonis nomine angelum mortis indicasse, sub avis illius specie missum; alii, bubonem omen, ἄγγελον autem Θεοῦ mortis fuisse auctorem: v. *Wolfius* ad h. l. alii denique, Josephum enarrasse, quæ in oculos hominum incidissent, Lucam loquendi et cogitandi Judæorum rationem esse secutum; imo fides historica Lucæ mirifice confirmatur, quod hanc fabellam repetere omisit. Jam quod attinet sensum verborum Lucæ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου, *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. Bibl. Literat.* Th. iii. p. 401 sqq. statuit, Herodem exspirasse atrocibus ventris doloribus, cum amiculo tenuiori indutus, in theatrum aëri permeanti expositum, sole nondum orto progressus, refrigerium passus esset, angelique mentionem factam esse Judæorum cogitandi narrandique modo convenienter, quo mors Herodis præmatura providentiæ divinæ attribueretur; neque enim de angelo proprie, aut morte divinitus extra ordinem illata, cogitandum esse, ipsa Lucæ verba, καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν, satis evidenter docere. *Storrius* contra, in Diss. exeget. in libror. N. T. historic. aliquot loca, inserta Opuscc. T. iii. p. 188. opinatur, Herodis ægrotationem et mortem referendam esse ad alia divinitus extra ordinem illatæ ægrotationis et mortis exempla xiii. 9 ss. v. 5 ss. nec morbi, Herodis principium a naturali caussa natum fuisse, demonstrari posse, eumque si non tenui amiculo, at tunica, et reliquo vestitu, ab aëris injuria satis defendi potuisse. Sed miracula, ut *Eichhornius* l. l. p. 1082. præclare animadvertit, non sunt cumulanda, præterea Josephus diserte tradit, gravibus ventris doloribus Agrippam fuisse correptum, et ex narrationis Josephi ac Lucæ περιστάσεσι omnino colligi potest, regis mortem a naturalibus caussis derivandam, atque communi providentiæ divinæ tribuendam esse, ut adeo verbis ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος, omnino expressa sit sententia hæc: *morbo repentino et atroci correptus est.* Morbi genus accuratius definiit Lucas verbis versus ultimis. Solebant nimirum Hebræi, omnia quorum caussæ laterent, ad auctores invisibiles referre, ipsas etiam naturæ effectiones repentinas et inusitatas nominare angelos Dei, et morbos repentinos atque graves per angelum effici statuebant, vid. 2 Sam. xxiv. 16 sq. et not. supra ad v. 7. Similis locus est 1 Macc. ix. 55, 56. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήγη Ἀλκιμος, καὶ ἐνεποδίσθη τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἀπεφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ παρελύθη, καὶ οὐκ ἐδύνατο ἔτι λαλῆσαι λόγον, καὶ ἐντείλασθαι περὶ τοῦ οἴκου· καὶ ἀπέθανεν Ἀλκιμος ἐν τῷ καιρῷ μετὰ βασάνου μεγάλης· *illo tempore Alcimus percussus est* (nempe a Deo vel angelo), *ut adeo impediretur ipsius consilium, et nervi ipsius dissoluti sunt, ut non amplius loqui, neque testamentum facere posset, et inter graves cruciatus illo tempore obiit.* ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ] *quod passus esset, Deo nam tribui honorem debitum*, quod sibi vindicasset Dei honorem, nec repressisset adulatorum voces. Josephus l. l. οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀπεδοῦναι ἀπεστρέψατο, *non illos objurgavit rex, neque impiam eorum adulationem rejecit;* pergit tamen Josephus Ant. xix. 8. 2. ἀναβιωσῶν οὖν πρὸς τοὺς φίλους· ὁ Θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, ἤδη καταστρέφειν ἐπιτάττομαι τὸν βίον, παραχρῆμα τῆς εἱμαρμένης τὰς ἄρτι μου κατεψευσμένας φωνὰς ἐλεγχούσης ὁ πληθὺς ἀθάνατος ὑφ' ὑμῶν, ἤδη θανὼν ἀπάγομαι· *conversis itaque ad amicos oculis, ecce, inquit, Deus ego vester cogor nunc e vita discedere, fatali necessitate mox arguente vestrum mendacium; et quem immortalem salutastis, ad mortem rapior.* γενόμενος σκωληκόβρωτος] *a vermibus consumptus.* Eo morbo etiam Antiochus Epiphanes, qui veri Dei cultum abolere conatus erat, extinctus esse dicitur 2 Macc. ix. 5. ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν, καὶ πικραὶ τῶν ἔνδον βάσανοι, *invasit eum insanabilis viscerum dolor, et acerbus*

Digitized by Google

25 Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

ΚΕΦ. ιγ'.

Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν

intestinorum cruciatus. v. 9. *ὥστε καὶ ἐν τοῦ σώματος τοῦ δυσσεβοῦς σκώληκας ἀναζεῖν, καὶ ζῶντος ἐν ὀδύναις καὶ ἀλγηδόσι τὰς σάρκας αὐτοῦ διαπίπτειν, ὑπὸ δὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι τῇ σαπρίᾳ·* ita ut ex impii corpore vermes ebullirent, et viventis carnes cum angoribus et doloribus deciderent, tanto fœtore, ut is toti exercitui molestus esset. Lactant. de mort. pers. c. 33. de Maximino: *vermes intus creantur.—Comestura vermibus, et in putredinem corpus cum intolerandis doloribus solvitur.* cf. *Bartholinus* de morbis biblicis c. 23. *Rich. Meadius* de morbis biblicis c. 15. Commiscuerunt hunc morbum *Kühnius* ad Æl. H. V. iv. 28. v. 2. *Elsnerus, Morus,* alii, cum morbo pediculari, qui *φθειρίασις* dicitur, recte vero contra monuerunt alii, *φθειρίασιν* aliud esse morbi genus, et *σκώληξ* aliud plane animalculum, quam *φθεὶρ*, hoc cutem extrinsecus arrodere, illud internas partes conficere, v. *Dindorfius* ad h. l. Quod vero Herodis genus mortis attinet, a Luca h. l. memoratum, etiam hac in re ab eo discrepare videtur Josephus, hic enim non commemorat *σκώληκας* (ut finxit *Wolfius* in Curis ad h. l. qui Josephi exemplaria non inspexit) sed nil aliud habet, nisi Agrippam, cum bubonem vidisset, statim intestinorum vehementibus doloribus fuisse correptum iisque indies magis magisque auctis extinctum esse: *συνεχῶς δὲ ἐφ' ἡμέρας πίνει τῇ τῆς γαστρὸς ἀλγήματι διεργασθεὶς τὸν βίον κατέστρεψεν·* cruciatu deinde per continuos quinque dies nihil remittente, vitam finiit. Sed ut probe notarunt *Ranischius* l. l. et *Krebsius* ad h. l. Josephi narratio ab iis, quæ Lucas de morte Herodis tradidit, recedere quidem videtur, re ipsa tamen non discrepat. Josephus morbum Agrippæ, universe tantum, non indicato proprio morbi genere descripsit. Lucas autem, qui audisset tormina alui, quibus Herodes confectus esset, a vermibus esse profecta, memoravit Herodem periisse *σκωληκόβρωτον*, idoneam habens caussam morbi proprium genus, ut ipsi relatum erat, nominatim indicandi, ut gravitas supplicii ab Herode sumpti appareret; hac caussa cum non uteretur Josephus, satis habuit, acutum intestinorum dolorem, atque adeo morbi gravitatem prodere. Cæterum *Lightfootus, Noldius* (in histor. Herodum p. 328.) et *Heumanus* ad h. l. statuunt, Josephum reverentia in regem defunctum, inviso morbi nomine omisso, tantummodo dolores intestinos commemorasse. *ἐξέπνευσεν*] *exspiravit.* Breviter Lucas rem exposuit. Non statim in ipso theatro, sed quinto demum die post Herodes mortuus est, *ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς βασιλείας δὲ ἕβδομον, anno ætatis quinquagesimo quarto, imperii septimo,* v. Joseph. l. l.

(24. 25.) Pergit auctor in enarranda historia propagationis religionis Christianæ. Quæ v. 25. leguntur, respiciunt ad xi. 29 sq. et v. 25. accurate cohæret cum c. 13. *ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο*] *doctrina autem evangelii magna incrementa cepit.* Liberatio Petri, Herodis mors hunc eventum habebant, ut doctrina Christi latius propagaretur, etiam in angustiis, quas magna illa fames intulit. *ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο* synonyma sunt ut vii. 17. simplic. latius propagata est. Metaphora a frugibus petita. *ὑπέστρεψαν* in plusquamperfecto exponendum, *reversi erant,* nempe Antiochiam, coll. xi. 27, 29 sq. xiii. 5. revenerant enim in hanc urbem antequam Petrus in vincula conjectus et Herodes Agrippa mortuus esset, v. Prolegg. §. *de chronologia libri* n. 5. *πληρώσαντες τὴν διακονίαν*] peracto ministerio s. munere pauperes sublevandi, v. xiv. 26. *ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν.*] Philo in Flacc. p. 985. B. *οἱ δὲ πληρώσαντες αὐτὸ, quod cum effecisset.*

CAP. XIII.

(1.) Inde ab hoc capite reliqua pars libri versatur in enarrandis Pauli Apostoli ad gentes itineribus. Paulus cum Barnaba per Seleuciam in Cyprum, Salamina et Paphum tendit, ibi magum quendam, qui ei obnitebatur, castigat et coercet 1—12. inde Pergen Pamphiliæ, et Antiochiam Pisidiæ urbem proficiscuntur; quæ ibi evenerunt narrantur v. 13—fin. *ἦσαν δέ τινες κ. τ. λ.*] *erant in ecclesia Antiochena prophetæ nonnulli et doctores; κατὰ τὴν* (scl *ἐκεῖ*) *οὖσαν ἐκκλησίαν,* Act. i. 4. *περιμένειν* scl. *ἐκεῖ.* Matth. xxvi. 13. (*ἐκεῖ*) *λαληθήσεται.* Act. xxii. 12. *τῶν κατοικούντων* scl. *ἐκεῖ Ἰουδαίων.* Marc. viii. 1. *παμπόλλου ὄχλου ὄντος* scl. *ἐκεῖ,* sed *κατὰ τὴν* positum est pro *ἐν τῇ,* v. xi. 1.

Digitized by Google

προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε

Philem. 2. προφῆται] v. not. ad xi. 27. διδάσκαλοι] memorantur etiam 1 Cor. xii. 28. Eph. iv. 11. ubi v. *Koppius*, erant viri sapientia et eloquentia præ cæteris conspicui, in singulis ecclesiis ad docendum constituti. Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ] homo non aliunde cognitus. Νίγερ cognomen Latinum, a Romanis datum. Λούκιος ὁ Κυρηναῖος] *Lucius Cyrenæus*, idem memoratur Rom. xvi. 21. male nonnulli hunc Lucium cum Luca Evangelista confundunt: vid. Prolegg. ad Luc. §. 1. p. 221. Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος] *Manachemus, qui cum Herode tetrarcha educatus erat.* Μαναὴν] Hebr. מְנַחֵם (consolator) 2 Regg. xv. 14. 16. Alexandrini hoc nomen scribunt Μανὰμ omisso ח, ut in nomine נחום Luc. iii. 25. quoniam Græci, ut tralatitium est, in medio vocum literas non solent adspirare, Lucas vero μ in vicini soni literam ν mutavit, quoniam, ut *Grotius* recte ad h. l. notavit, Græca vox nulla in μ terminatur, sed ὁ ὁ'. hanc literam, derivationis vocabuli ratione habita, retinuerunt. *Herodes*, cujus h. l. mentio fit, est *Herodes Antipas*, non, ut *Grotius* voluit, *Agrippa* II. sive *minor*, filius *regis Agrippæ majoris*, cujus mors supra enarrata xii. 23. id quod pluribus demonstravit *Walchius* in Diss. de Menachemo συντρόφῳ Herodis Act. xiii. 1. Jenæ 1758. 4. Nempe Agrippa junior, patre mortuo, vix attigerat annum ætatis XVII. ut ex Josepho patet, Ant. xix. 9. 1. atque hanc ob caussam Claudius ei successionem in regnum paternum denegarat, eumque educandum tradiderat patruo, Herodi, Chalcidis regi, s. fratri Herodis Agrippæ majoris. Cum quatuor annis post patruus mortuus esset, Claudius imperator eum Chalcidis regem constituit, et cum quatuor annos in Chalcide regnasset, postquam hoc regnum ei Claudius abstulit, ac probabiliter Syriæ adjunxit, eum tetrarchiis Philippi et Lysaniæ (v. Luc. iii. 1. Act. xii. 1.) præposuit Joseph. Ant. xx. 7. 1. Verum etsi hic Agrippa binas tetrarchias a Claudio acceperat, non tamen *tetrarchæ*, sed *regis* titulum gessit, quod antequam utraque tetrarchia ei concessa fuerat, rex Chalcidis fuerat, ac propterea a Josepho et Paulo, Act. xxvi. 2, 13, 19, 26. et a Festo provinciæ præside, Act. xxv. 24, 26. atque Luca, Act. xxv. 13, 14. xxvi. 39. nonnisi *rex* appellatur, unde patet, Herodem h. l. *tetrarcham* dictum, diversum esse ab Agrippa, quem in hoc eodem libro Lucas appellavit *regem*. Monuit porro *Walchius* l. l. p. 13. συντρόφους, qualis Menachemus fuerit, cum iis, cum quibus educabantur, paris fuisse ætatis, cum autem patre mortuo, Agrippa minor, tum cum Paulus Antiochiam abiisset, Chalcide apud patruum, et annos fere XVII natus esset, ex hoc etiam sequi, Menachemum, tum cum Paulus Antiochiæ versaretur, paris ætatis fuisse; plane vero improbabile esse, Menachemum tum amplissimo doctoris munere in ecclesia Antiochena functum esse, ad quam dignitatem eo tempore non adolescentes, sed viri graves evehi solerent, Herodis Antipæ autem ætatem convenire cum illa ætate, quam Menachemus eo tempore habere debuerit. Animadvertit denique V. D. fuisse quidem tunc temporis jamdudum Herodem Antipam tetrarchia sua a Claudio privatum, et in exilium missum, vid. ad xii. 1. sed Lucam Herodem appellare tetrarcham, quod olim hanc provinciam administrarit, et ut tetrarchæ nomine ab aliis in Herodum familia distingueretur; ac sæpius in literis sacris rem a pristino statu denominari. σύντροφος] verbum τρέφειν non tantum notat *alere, nutrire*, ut ap. Æl. H. V. iii. 18. sed etiam per metonymiam, *educare*, v. Herodi. i. 7. 5. Dio Cass. 62. p. 1005. *Reimar*. Joseph. Ant. xviii. 1. 2. atque adeo συντρέφεσθαι, *una cum aliis ali, nutriri et educari*, Pollux Onomast. 6. §. 32. p. 582. *Hemsterhus*. Plutarch. de Puer. Educ. v. 9. Xen. Cyr. i. 3. 1. Philostrat. de vit. sophistar. ii. 1. p. 558. *Olear*. hinc σύντροφος proprie notat: *una cum alio nutritum* h. e. eum, qui vel matris, vel nutricis lacte simul nutritus fuit, ὁμογάλακτον (Pollux Onomast. l. 6. segm. 156. Æl. H. V. xii. 26.) *collactaneum* (qua voce Vulgatus interpres h. l. usus est. Glossæ Cyrilli: *collactaneus*, ὁμογάλακτος), vel omnino communia alimenta cum altero accepit. Xen. Mem. ii. 3. 4. καὶ τοῖς θηρίοις τόδε τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων, una nutritorum. Deinde vero etiam hoc nomen ita usurpatur, ut indicet eum, *qui una cum altero educatus*, qui eadem cum altero institutione, disciplina atque educatione usus, simul adolevit, et παρ' ἡλικίαν ita dicebantur *pueri paris cum pueris regum, principum ac ditiorum ætatis, qui his sodales adjungebantur, qui pari cibo, institutione utebantur, et junctim adolescebant.* Sic legitur ap. Diod. Sic. iii. 10. p. 240. *Wesseling*. i. 53. p. 62. 1 Macc. ix. 29. Polyb. excerpt. legat. T. ii. p. 1310. *Gronov*. Plutarch. Puer. Educ. c. 6. v. *Münthius*, *Raphel*. Polybb. et *Wetstenius* ad h. l. Jam cum duplex fuerit συντρόφων apud veteres genus, quæritur cujus generis Menachemus h. l. memoratus, fuerit σύντροφος. *Erasmus*, *Grotius*, alii, eum cum Herode Antipa edu-

Digitized by Google

2 Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ

2. ϟ. τι.

eatum, *Hermanus, Eckermanus*, cum Herodis collactaneum fuisse statuunt, cui posteriori sententiæ sane plausibili calculum adjecit quoque *Walchius* l. l. p. 16. cujus verba apponere liceat: "Josephus Ant. xvii. I. 3. Herodis Magni liberos dum percenset, novem illum uxores habuisse, memorat, in quibus una, gente Samaritana, Malthacem eam proprio nomine B. I. i. 28. 4. vocat, cui παῖδες Ἀντίπας καὶ Ἀρχέλαος, καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιάς. Archelaus et Antipas junctim Romæ educabantur, ut ex his ejus verbis, quæ Ant. l. l. statim sequuntur, constat: Ἀρχέλαος δὲ καὶ Ἀντίπας ἐπὶ Ῥώμης παρὰ τινὶ ἰδιώτῃ τρεφὲς εἶχον, *Archelaus et Antipas Romæ apud privatum quendam educabantur.* Quæ si vera sunt, non video, quare Menachemus Herodis Antipæ tantum, neque eodem jure et Archelai σύντροφος dicatur, utpote cum quo pariter ac cum Herode Antipa, si vocabulum σύντροφος ad solam educationem sese referre debet, educatus fuit. Videtur igitur, nisi me omnes rationes fallunt, Menachemus et Herodes Antipas unam nutricem, an Menachemi forte matrem definire non audeo, habuisse, ac simul puerilis horum Herodis filiorum ætatis socius, eorumdemque convictor, condiscipulus ac collusor fuisse, usque dum eos pater Romam, ut ibi educarentur, misit." Cæterum non argutius quærendum, quinam ex his viris h. l. nominatis, ad prophetas, quinam ad διδασκάλους pertinuerint, saltem nusquam Barnabas et Saulus prophetæ dicuntur.

(2.) Ante Cornelii conversionem, ut notatum est supra ad x. 1. Apostoli Judæos tantum et proselytos circumcisos in cœtum Christianorum receperant, nec gentilibus doctrinam Christi annuntiarant. Cum vero Cornelius, gentilis, rem ita moderante divina providentia, a Petro in cœtum Christianorum esset receptus c. 10. atque adeo ecclesia Hierosolymitana agnovisset, institutionem gentilium esse divinæ voluntati consentaneam c. 11. Cyprii quidam et Cyrenæi Antiochiæ gentilibus doctrinam Christi tradiderant xi. 20. et ecclesia Hierosolymitana Barnabam et Saulum eo miserat, ut cœptum feliciter opus promoverent xi. 22, 25. qui per annum ibi commorati promiscue Judæos et gentiles edocuerunt, ita, ut Christiani ibi versantes in celebriorem cœtum coalescerent. xi. 26. Jam vero Christiani illi optabant, ut extra Antiochiam quoque doctrina Christiana inter gentiles latius propagaretur, ut ex Antiochensium cœtu, tanquam ex communi matre, alii cœtus procrearentur, quare doctores ecclesiæ præcipui v. 1. nominati convenerunt, ut ex ipsorum numero eligerent, qui ad gentes proficiscerentur, easque edocerent xiii. 2, 3. Lucas, more suo, breviter rem exposuit: v. not. ad vi. 2. Interpretes tantum non omnes, quæ h. l. enarrata leguntur, die quodam festo evenisse statuunt, et inter ipsa festi solennia Barnabam atque Saulum ad promulgandum inter gentiles evangelium ablegatos fuisse contendunt, cum viri illi v. 1. nominatim inducti jejunium egisse legantur, quod non quotidie egerint; hinc etiam horum interpretum plures verbum λειτουργούντων explicant: cum munere suo fungerentur h. e. populum docerent, præeuntibus Chrysostomo et Œcumenio, qui habent κηρυττόντων, *prædicantibus evangelium.* Hæc vero sententia ex ipsa narratione probari nequit, nec verba λειτουργούντων αὐτῶν καὶ νηστευόντων nos cogitare cogunt de integro Christianorum cœtu die festo congregato. Etenim verbum λειτουργεῖν, quod omnino de cultu Dei adhibetur, cum h. l. addatur jejunium, rectius de precibus intelligitur, de quibus illud etiam Syrus et Arabs intellexerunt, cum alias quoque jejunia precibus jungantur, vid. Matth. xvii. 21. Luc. ii. 37. Act. x. 30. xiv. 23. Marc. ix. 29. 1 Cor. vii. 5. Quia autem Judæi ardorem et fervorem precum jejuniis adjuvare et adaugere studebant, hinc προσευχὴ et νηστεία ita conjunguntur, ut *preces ardentissimæ* significentur, ut Matth. xvii. 21. 1 Cor. vii. 5. infra xiv. 23. ubi προσεύχεσθαι μετὰ νηστειῶν est, *precari ardentissime, preces ad Deum facere ardentissimas.* Sic quoque h. l. verba λειτουργούντων αὐτῶν καὶ νηστευόντων, *cum precarentur atque jejunarent*, si sensum spectamus, notant: cum preces ad Deum ardentissimas facerent. εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον] *Spiritus divinus*, s. *Deus, eos monuit*, nempe per aliquem illorum virorum qui congregati erant, per prophetam, vid. ad x. 19. viii. 26. ἀφορίσατε δή μοι—αὐτούς] *segregate mihi Barnabam et Saulum, ad negotium, ad quod ipse eos vocavi.* Per ἔργον, ut ex iis quæ sequuntur satis luculenter apparet, intelligitur munus prædicandi gentilibus in terris exteris evangelium. ἀφορίζειν, *separare, separare ad aliquid*, hinc *eligere, destinare, designare ad certum opus et munus obeundum.* Hesych. ἀφωρισμένος, ἐκλελεγμένος, cf. Rom. i. 1. ubi v. *Elsnerus.* Gal. i. 15.

Digitized by Google

τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Τότε 3
νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας
αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. Οὗτοι μὲν οὖν, ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ 4
Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθέν
τε ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον. Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, 5
κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν
Ἰουδαίων· εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ 6
τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην
Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαριησοῦς, Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ 7
Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ· οὗτος, προσκαλεσάμενος Βαρ-

6. ↑ ὅλην.

In verbis ὃ προσκέκλημαι αὐτοὺς positum est ὅ pro εἰς ὅ. Scilicet præpositiones ante pronomen relativum ὅς omittuntur tum, cum substantiva, vel pronomina demonstrativa, ad quæ referuntur, adjuncta eas sibi habent Plato Phædo. 21. ἢ ἐν τούτῳ ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν, ubi cod. Tub. habet ἐν ᾧπερ· vid. ibi *Fischerus*. Neque hæc loquendi ratio Latinis insolens, Nepos V. Cim. iii. 1. *incidit in eundem invidiam, quam pater suus*, vid. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 99. *Abreschius* ad Æschyl. p. 65, 86, 360, 377. *Burmanus* ad Vellei. Paterc. i. 7. *Wopkensius* Lectt. Tullian. i. 1. p. 4. et c. 3. p. 15. προσκαλεῖν id. qd. καλεῖν, *constituere, designare ad aliquid, destinare alicui rei*, vid. *Koppius* ad Rom. i. 1. *Borgerus* ad Gal. i. 15. Barnabas et Saulus hactenus felici successu gentilibus Antiochenis doctrinam Christi prædicarant, v. xi. 22, 25, 26.

(3.) *Peractis igitur precibus atque jejunio*, i.e. precibus ardentissimis, quibus Deum implorarant, vellet animos ipsorum regere, ut ad gentiles exteros edocendos cum maxime idoneos eligerent. ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν] *manibus impositis eos dimiserunt*. Sine idonea ratione nonnulli statuerunt, alio die, prophetas et doctores illos denuo convenisse, et Barnabam atque Saulum inaugurasse. Impositione manuum hi duumviri non accipiebant potestatem gentiles edocendi, eos enim jam Antiochiæ edocuerant, v. xi. 22 sqq. sed Barnabæ et Saulo imponebantur manus, quoniam in more positum erat, ut qui alteri aliquo in genere solenniter bona apprecarentur, ipsius capiti manus imponerent, v. viii. 15. Significatur ergo omnino his verbis, felicem laborum successum iis apprecati sunt. ἀπέλυσαν] scl. αὐτοὺς, v. *Glassius*, Phil. S. p. 173.

(4.) ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου] monente et revelante Dei Spiritu, v. 2. Σελεύκεια] *Seleucia*, urbs Syriæ, ad exitum fluvii Orontis sita, Cypro opposita: vid. Strabo lib. 14. p. 994. B. lib. 16. p. 1087. A. Plin. H. N. v. 18. *Cellarii* Geogr. 3. c. 12. p. 345. *Westenius* ad h. l. Κύπρον] Barnabæ patriam, iv. 36. Σάλαμις] *Salamis*, urbs Cypri orientalis, Herodo. iv. 162. Strabo 14. p. 682. Horat. Carm. i. 7. 21. Mela ii. 7. *Meursius* in Cypro lib. i. c. 21. p. 56 sq. *Cellarius* l. l. c. 2. c. 17. p. 229. ἐν ταῖς συναγωγαῖς Ἰουδαίων] Judæis primo tradebant doctrinam Christianam, tum gentilibus. ὑπηρέτης] *minister*, qui munera minora obiret, vid. ad v. 6. Ἰωάννην] cognomine Marcum, vid. xii. 12, 25.

(6.) διελθόντες—ἄχρι Πάφου] *peragrantes insulam usque ad Paphum*. Πάφος, urbs Cypri occidentalis, ubi tunc sedem suam Proconsul habebat, cultu Veneris clara, cui ibi templum splendidissimum dicatum erat, et ob hunc cultum, Paphia Venus, Paphi regina, et a tota insula, Cypria Venus dicta est, vid. Horat. Od. i. 30. 1. Virg. Æn. i. 415. Tacit. Hist. ii. 3. *Meursius* in Cypro lib. i. c. 14. p. 42 sq. Peragrarant ergo Barnabas et Saulus omnem insulam, nam Paphos in occidentali, Salamis in orientali litore sita erat, hinc etiam in nonnullis codd. adjectum legitur ὅλην τὴν νῆσον, quam lectionem *Griesbachius* in ordinem recepit, quæ tamen glossema redolere videtur. εὗρόν τινα μάγον—Βαριησοῦς] *offenderunt ibi magum quendam et impostorem Judæum, Bar Jesu nomine*: μάγος erat homo rerum naturalium scientia præcellens, qua tamen lucri et honoris avidus abutebatur ad homines decipiendos, vid. not. ad viii. 9. ψευδοπροφήτης dicitur, vel quod falso se jactabat legatum divinum, viii. 9. vel vatem, qui ex planetis et sideribus, aliisque signis, fata hominum et res futuras præcinere posset. Propert. iv. 1. Βαρ-ιησοῦς, *filius Josuæ*, ex בר *filius* et יְשׁוּעַ *Josua*, ut Βαρτίμαιος *filius Timæi*, Marc. x. 46.

(7.) ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ κ. τ. λ.] *qui versabatur apud Sergium Paulum, proconsulem, virum prudentem*, ἦν σὺν ἀνθ. apud eum versabatur, in ejus comitatu erat, vid. Marc.

Digitized by Google

νάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.
8 Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ,) ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον
9 ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦλος δὲ (ὁ καὶ Παῦλος) πλησθεὶς

ii. 26. Luc. xxiv. 44. Act. iv. 13. vii. 2. ἀνθύπατος, *Proconsul.* Consules, quia Romæ erant magistratus supremus a Græcis dicti sunt ὕπατοι· quod idem est ac ὑπέρτατοι supremi, ἀνθύπατος Proconsul, ex ἀντὶ et ὕπατος id. qd. ὑπέρτατος. Verum Cyprus a Romanis capta, erat provincia *prætoria*, στρατηγική, non *consularis*, ὑπατική, neque adeo in eam mittebantur *Proconsules*, sed *Proprætores*; ductus ergo potius fuisset Sergius Paulus ἀντιστράτηγος, h.e. *Proprætor.* Strabo 4. p. 470. Ῥωμαῖοι κατέσχον τὴν νῆσον (Cyprum), καὶ γίγνονται στρατηγικὴ ἰσαρχία καθ' αὑτήν. add. p. 471. Scilicet libera republica provinciæ erant vel consulares vel prætoriæ. In consulares, quæ plerumque cæteris majores erant, mittebantur fere quotannis cum imperio ii qui consulatum in urbe gessissent, sed in prætorias, qui Romæ prætura functi fuissent. Proconsules et proprætores communem habebant jurisdictionem, sed proconsulibus etiam rei militaris potestas permissa erat, ut exercitibus præcessent atque bella gererent. Augustus autem, cum rerum potitus esset, provincias divisit in Cæsareas quæ consularibus responderent, et senatorias quæ non differrent a prætoriis. In utriusque generis provincias mittebantur senatoriæ dignitatis viri, et qui Cæsareis præerant, dicebantur *proprætores*, ἀντιστράτηγοι, etiam *legati Cæsaris* et præditi erant eodem imperio, quo proconsules temporibus liberæ reipublicæ. Qui vero in provincias senatorias mittebantur, ii ἀνθύπατοι, proconsules appellabantur. In provinciis autem iis, quas Augustus Senatui Populoque Romano attribuit, erat etiam *Cyprus*, Dio Cass. 54. p. 523. *Leuncl.* τίνες δ' οὖν καὶ τὴν Κύπρον, καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ἃς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένας. Καὶ οὕτως ἀνθύπατοι καὶ ἐς ἐκείνα τὰ ἔθνη πέμπεσθαι ἤρξαντο· *tunc igitur et Cyprum et Galatiam Narbonesiam dedit populo* (Augustus), *utpote quæ ipsius armis non indigerent. Atque ita Proconsules quoque ad illas gentes mitti cœperunt:* vid. *Fischeri* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 433. *Hugius* in *Einleitung in d. N. T.* Th. i. p. 22. *Albertius* ad h. l. *Irmischius* ad Herodi. vii. 5. 2. p. 658. T. iii. et nos ad Matth. x. 18. συνιεὶς] *intelligens.* Sergius Paulus, ut ex omni narrationis tenore apparere videtur, philosophorum doctorumque placitis bene imbutus, gentilium deorum fictorum cultum aspernabatur, adeoque favebat Bar Jesu, Judæo erudito et rerum naturalium scientia prædito, et cum eo familiariter versabatur, ut religionis Judaicæ, quæ unum Deum colendum præciperet, placita accuratius cognosceret. Jam vero cum audivisset Barnabam et Saulum, Judæos, novæ doctrinæ præcones, in insula advenisse, homo veritatis cognoscendæ cupidus et curiosus, eos ad se arcessebat, ut eorum doctrinam perciperet.

(8.) Brevis et succincta est Lucæ narratio. Barnabas et Saulus summam doctrinæ Christianæ Proconsuli, præsente Bar Jesu, exponebant. Qui cum videret, Proconsulem iis attentas et benignas aures præbere, ne gratiam et favorem ejus perderet, iis sese opponebat, Jesu doctrinam falsam esse dicebat et ostendere studebat. ἀνθίστατο αὐτοῖς] *iis sese opponebat*, contradicebat. Gal. ii. 11. κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. add. 2 Tim. iv. 15. ἀντιστῆναι, reniti, quocunque modo id fiat: v. ad vi. 10. Ἐλύμας ὁ μάγος κ.τ.λ.] *Elymas i.e. magus, ita enim nomen ejus interpretandum.* Ἐλύμας, ὁ μάγος omissum est τουτέστιν, ut in voce Ἀββᾶ ὁ Πατήρ, Rom. viii. 15. vid. *Lœsnerus* ad h. l. Scilicet Ἐλύμας est nomen Arabicum عليم (*Alimon*) i.e. sapiens, doctus, ita autem in Arabia (v. ad Matth. iv. 1.), ubi Bar Jesu artes, quas callebat, didicerat, vocabantur Magi. Verba οὕτω γὰρ κ. τ. λ. adjecit Lucas, ut Theophilo vocabulum insolentius explicaret. —ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως] *studens Proconsulem a religione Christiana avertere.* Pro διαστρέψαι cum hoc verbum h. l. comitem habeat præpositionem ἀπὸ, quacum scriptores N. T. et Alexandrini illud non conjungant, *Valckenarius* Opuscc. Vol. ii. p. 293. legi malebat ἀποστρέψαι (vid. Act. iii. 26. Job. xxxiii. 17. al.) Sed huic conjecturæ refragatur auctoritas omnium codd. et locus Ex. v. 4. ubi Alexandrini habent: ἱνατί διαστρέφετε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἔργων;

(9.) Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος] *Saulus, qui et Paulus vocatur.* Inde ab hoc loco, qui hactenus *Saulus* vocatus est, *Paulus* Lucæ dicitur. Nonnulli opinantur, eum ab initio fuisse binominem. *Sauli* nomen ipsi a parentibus in circumcisione fuisse inditum, additumque alterum *Pauli*, quod jus civitatis Romanæ attestaretur. Sed ut intelligenter animadvertit *Witsius* in Meletem. Leidens. p. 47. hactenus constanter *Saul* aut *Saulus* appellatus est, dehinc vero cum semel *Pau-*

Digitized by Google

Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, Εἶπεν· Ὦ πλή- 10
ρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ
πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς

lum dixisset Lucas, *Sauli* nomen ita obliteratum est, ut nec Lucas, nec Petrus, nec Paulus ipse in suis epistolis, illud deinceps unquam usurparint. Alii autumant, Saulum ipsum, post suam conversionem nomen mutasse, quod *Sauli* nomen Christianis, quos persecutus fuerat, odiosum esset, eumque *Sauli* nomen, quod *desideratum, desiderabilem* significat, mutasse in vilius, ut suæ esset modestiæ, quæ se omnium *minimum* profitebatur (1 Cor. xv. 9.), indicium, cum *Paulus* notet *pusillum, exiguum*. Verum enimvero si hæc vera ratio sit, cur non statim inde a conversione sua altero illo nomine usus est? Sed etiam aliquamdiu post suam conversionem *Saulus* appellatur, vid. xi. 25, 30. xii. 25. xiii. 1, 2, 7, 9. Alii, præeunte *Hieronymo* Catal. sub vid. *Paulus*, statuunt, Paulum nomen Proconsulis Sergii Pauli, ob evangelium cum successu prædicatum sibi adscivisse; *a primo ecclesiæ spolio Proconsule Sergio Paulo victoriæ suæ trophæa retulit, erexitque vexillum, ut Paulo ex Saulo vocaretur*, quæ sunt verba *Hieronymi* l. l. Hoc vero cum modestia Pauli non satis convenit. Accedit quod *Paulum* dixerit Lucas, priusquam de *Sergio converso* retulisset, v. *Witsius* l. l. p. 49. Equidem arbitror, cum Romanis auribus *Sauli* nomen insuetum esset, *Pauli* vero apud eos vulgatum, eum primum ita dictum esse a Romanis, Sergii Pauli comitibus et familia, eumque hoc nomine inde ab hoc tempore lubentius usum esse, quod ipse civis Romanus esset, et posthac Christi doctrinam gentilibus præcipue prædicaturus, cum et Judæis, inter Romanos et Græcos versantibus, frequentissimum esset, patrium nomen in terminationem peregrinis auribus blandiorem flectere, aut sibi assumere aliud nomen, patrio quoad sonum proxime accedens. πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου] *divino Spiritu impletus*, iv. 8. studio et ardore propugnandæ contra adversarios religionis Christianæ inflammatus.

(10.) ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥαδιουργίας] *O tu omni fraude et audacia plenissime!* O du voller Betrüger! Vocabulum δόλος *Schleusnerus* in Spicileg. II. Lexici in intertpp. Grr. V. T. et *Bretschneiderus* in Spicileg. Lexici in intpp. Grr. V. T. sub h. v. vertunt *impietas*; sed non opus est, ut a vulgari significatione, qua *fraudem* notat, recedamus, homo enim ille, qui v. 6. ψευδοπροφήτης dicitur, scientia rerum naturalium qua præditus erat, abutebatur ad alios decipiendos, artibus sophisticis et calumniis Proconsulem a religione Christiana avertere studebat. ῥαδιουργία proprie est, *faciendi facilitas*, Xen. Cyr. i. 6. 34. qui facile ad quævis agenda accedit, is in agendo non adhibet debitam curam, hinc notat, *levitatem, negligentiam*, ut ap. Xen. vii. 5. 74. Œcon. xx. 17. qui ad quævis agenda facile accedit, antequam agat, non satis deliberat, an et quomodo agere debeat, is et temere agit, eaque sæpe agit, quæ agere nefas, hinc ῥαδιουργία ponitur quoque de *audacia, temeritate*, et *improbitate quavis*, Xen. Rep. Laced. xiv. 4. etiam de *fraudulentia* ac *perfidia*. Thom. Mag. ῥαδιουργὸς, καὶ ὁ πλαστογράφος (*falsarius, qui scriptum fingit*) καὶ ὁ κακοῦργος ἁπλῶς· καὶ ῥαδιουργία· ἡ πλαστογραφία, καὶ ἡ θρασύτης, καὶ ἡ δολιότης—Ξενοφῶν δὲ καὶ τινὲς ἄλλοι ἐχρήσαντο τῇ λέξει καὶ ἐπὶ εὐκολίας, *facilitate*. Etym. M. ῥαδιουργεῖν σημαίνει τὸ μετὰ πανουργίας τι διαπράττεσθαι. Eustathius ad Odys. δ'. p. 1506. ῥαδιουργὸς κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὁ κακοῦργος, καὶ ῥαδιουργία, φησὶν, ἡ περὶ πᾶν ἐλιγγερία καὶ θρασύτης est, *juxta Ælium Dionysium maleficus, et ῥαδιουργία, inquit, circa omnia negligentia et audacia*: v. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 340. *Münthius* et *Wetstenius* ad h. l. υἱὲ διαβόλου] *genii mali progenies*, ei similis, quod attinet sentiendi et agendi rationem, v. Joh. viii. 44. respicitur nomen Bar Jesu. ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης] vulgo vertunt, *omni virtuti s. probitati inimicissime*. Sed Bar Jesu Christi doctrinam elevabat, Proconsulem ab ea amplectenda deterrere studebat, hinc δικαιοσύνη rectius explicatur *veritas*, quo sensu extat Matth. xxi. 32. ubi v. διαστρέφω pro διαστρέφω, vid. Matth. xi. 1. *Glassius* Phil. S. p. 350. διαστρέφω τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας] *rectas Domini vias pervertere*. διαστρέφω suffodere viam, ut iter non sit pervium, ut impediatur et retardetur, v. *Lud. De Dieu* ad h. l. ὁδοὶ Κυρίου, *Morus, Rosenmüllerus*, alii, explicant, *consilia Dei* laudanda, irreprehensa, intelligunt Dei consilium Sergium deducendi ad religionem Christianam, cui obsistebat Magus. Mallem tamen hanc formulam accipere cum plerisque, *de doctrina, religione Christiana*, cum respiciantur verba v. 8. ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως, et ὁδὸς quam sæpissime *doctrinam, religionem*, indicat Matth. xxi. 32. ὁδὸς δικαιοσύνης, ubi v. not. 2 Petr. ii. 15. εὐθεῖα ὁδὸς, *religio vera*. add. Act. xviii. 25. LXX. Ps. xxiv. 4. cxix. 150. ubi legitur πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια. Sir. ii. 15. Joh. xvi. 13. ubi v.

(11.) καὶ νῦν ἰδοὺ, χεὶρ τοῦ Κυρίου ἐπί σε]

Digitized by Google

11 εὐθείας; Καὶ νῦν ἰδοὺ, χεὶρ †τοῦ Κυρίου ἐπί σε· καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος· καὶ περιάγων ἐζήτει
12 χειραγωγούς. Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου.
13 Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης δὲ, ἀποχωρήσας

11. † τοῦ.

hinc en! Deus tibi manum suam immittet. Manus Dei adversus aliquem esse, Deus manum alicui immittere dicitur ab Hebræis, cum poenam infert, v. Job. xix. 21. Ex. ix. 3. sic h. l. sensus est: Deus te puniet! ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον] *cæcus eris, ita ut solem non videas.* Solent Hebræi eandem rem affirmando et negando asserere, v. xiv. 8. xviii. 9. Joh. i. 20. 1 ep. ii. 27. Matth. xxix. 14. LXX. Deut. ix. 7. neque hæc loquendi ratio scriptoris exteris insolens Aristoph. Plut. 494. ἢν γὰρ ὁ Πλοῦτος βλίψῃ, καὶ μὴ τυφλὸς ὢν περιοντῇ, v. not. ad Luc. i. 20. et Selecta e scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. i. p. 499. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν κ.τ.λ.] *protinus eum cæcitas et caligo corripuit.* ἀχλὺς, *caligatio, cæcitas,* cum oculi, vel pellicula superinducta excæcantur, vel retusam et hebescentem habent aciem ex caloris nativi aut spiritus extinctione, aut humorum oculos regentium perturbatione, v. *Schleusneri* Lex. h. v. et *Kypkius* ad h. l. erat cæcitas temporaria, nam additum legitur ἄχρι καιροῦ, ut illa Pauli ix. 8. ubi v. not. *Kypkius* eum morbum indicatum putat, quo oculi pellicula superinducta excæcantur. Probabilior videtur *Michaëlis* sententia, qui de maculis corneæ impellucidis, *von undurchsichtigen Flecken der Hornhaut,* cogitat, v. *Richterus* in *Anfangsgründen der Wundarzneykunst* B. 3. c. 4. *Hartmanus Blicks in den Geist des Urchristenthums* p. 205. et *Heinrichsius* Exc. 5. p. 357. suspicantur, oculos hominis jam ægros et ad caliginem dispositos fuisse, et subito terrore, cum Paulus ei cæcitatem minitaretur, atque angore, oculos ejus παραχρῆμα caligine fuisse offusos. περιάγων] h. l. vim Medii habet, et notat *circumire, oberrare,* vid. not. ad Matth. iv. 23.

(12.) *Quo viso Proconsul doctrinæ divinæ vi perculsus fidem ei præbuit.* Prætulit doctrinam Christi doctrinæ Bar Jesu. διδαχὴ] h. l. non de doctrinæ argumento accipiendum, sed per metonym. de vi doctrinæ, de magnis eventibus quibus proferendis illa par esset. Non enim doctrina, sed miraculo obstupefactus erat Proconsul. Syrus interpres verba ἐπὶ τῇ διδαχῇ conjunxit cum ἐπίστευσεν hoc sensu: *perculsus, fidem præbuit doctrinæ divinæ;* sed prior interpretandi ratio simplicior est, nec verbum πιστεύειν in N. T. construi solet cum præpositione ἐπὶ seq. dativo rei, formula autem ἐκπλήσσεσθαι ἐπὶ τῇ διδαχῇ, alio tamen sensu adhibita, legitur quoque Matth. vii. 28. Cæterum num etiam Magus ille Christo nomen dederit, an in errore pertinaciter perseverarit, in silentio scriptoris constitui nequit.

(13.) ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον] *Paulus deinde ejusque comites Pupho solverunt.* De verbo nautico ἀνάγεσθαι vid. not. ad Luc. viii. 22. et *Albertius* ad h. l. οἱ περὶ τὸν Παῦλον de Paulo ejusque collegis explicandum esse, contextus satis superque docet. Præpositio περὶ ut ἀμφὶ ex more loquendi Græcorum inseruit periphrasi, non tantum ita, ut unus significetur vid. ad Joh. xi. 9. sed etiam ita, ut personæ princeps, cum suis comitibus, socii, sectatoribus collegis indicetur Thucyd. v. 21. οἱ περὶ τὸν Ἰσχαγόραν, *Ischagoras ejusque collegæ,* Menas et Philocharidas. Athen. 12. p. 554. B. αἱ περὶ Περσεφόνην ἀνθολογοῦν λίγονται, *Proserpina cum puellis comitibus flores legisse traditur,* cum a Plutone raperetur. Eam enim tum non solam fuisse e Claudiano constat. Xen. Sympos. i. 7. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην, *Socrates, Critobulus, et Hermogenes.* Anab. vii. 4. 12. οἱ περὶ Ξενοφῶντα, *Xenophon cum sua cohorte.* Exempla hanc in rem plura congesserunt *Raphelius* Obss. Polybb. p. 341. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 222. Cæt. jam Pauli potior, quam Barnabæ ratio habetur. ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας] *venerunt Pergen in Pamphylia.* Πέργην scl. πόλιν, ut Matt. ii. 1, 5. ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Antonin. Lib. c. 17. ἐν Φαίστῳ τῆς Κρήτης, v. *L. Bostus* Ellips. sub v. πόλις, p. 398. ed. *Schæfer.* Πέργη, Pamphyliæ metropolis, templo Dianæ celebris: Cic. Verr. i. 20. *Pergæ fanum antiquissimum et sanctissimum* (Dianæ) *esse scimus,* v. Plin. H. N. v. 27. Mela i. 14. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας κ. τ. λ.] *Johannes autem iis relictis, Hierosolymam reversus est:* vid. not. ad xv. 38.

Digitized by Google

ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Αὐτοὶ δὲ διελθόν- 14
τες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισι-
δίας, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαβ-
βάτων, ἐκάθισαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ 15
τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς,
λέγοντες· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλή-
σεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ 16
κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φο-
βούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου 17

(14.) παρεγένοντο εἰς Ἀντιοχείαν τῆς Πισιδίας] *Antiochiam Pisidiæ venerunt.* Adjecit Lucas Pisidiæ nomen, ut hanc Antiochiam ab illa altera Syriæ distingueret, ex qua profecti erant. Erat autem hæc Antiochia non in Pisidia, verum in Phrygia sita, sed propter confinium interdum Pisidiæ annumeratur et Antiochia Pisidiæ vocatur, v. de ea Plin. H. N. v. 27. Strabo 12. p. 577. *Cellar.* Geogr. 3. c. 4. p. 187. et *Wetstenius* ad h. l. ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων] *die sabbati:* pluralis σαββάτων vim singularis habet, vid. ad Matth. xii. 1. ἐκάθισαν] occupabant subsellia doctorum legisque peritorum, quo declarabant, se eo animo ingressos esse synagogam, ut docerent: v. *Wolfius* ad h. l.

(15.) μετὰ δὲ—προφητῶν] *prælectis e lege et prophetarum libro pensis.* Quinque libri Mosis, ut ad Luc. iv. 16. annotavimus, sic distributi erant, ut diebus sabbati, spatio unius anni integri legerentur, ex libris vero prophetarum lectioni librorum Mosis adjungebatur sectio aliqua, quæ cum Mosis loco prælecto affinitatem habere videretur. Peracta lectione pensi, illud explicabat, et populum docebat vel is qui prælegerat, v. Luc. iv. 16. vel alius de synagoga, vel advena, vid. *Vitringa* de Synag. Vet. p. 950 sqq. 985 sqq. et *Wolfius* ad h. l. Pensum autem illo die in synagoga prælectum fuisse Deut. i. et Ies. i.; haud improbabilis est *Bengelii* opinio, cum hæc capita hodienum uno sabbato legantur, et Paulus v. 18. respexerit locum Deut. i. 31. ἀρχισυνάγωγοι] *synagogæ præfecti.* Synagogis plures spectatæ probitatis viri præerant, quibus incumbebat officium deligendi eos, qui pensa codicis prælegerent, ea explicarent, et populum docerent. Habebant etiam potestatem in synagogis flagris cædendi et excommunicandi, v. Matth. x. 17. xxiii. 54. princeps eorum simpliciter dicebatur ὁ ἀρχισυνάγωγος, v. Luc. xiii. 14. *Vitringa* de synag. vet. p. 586. 728. 610. et, in Archisynagogo Franeck. 1685. 4. ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς] honoris iis exhibendi caussa mandabant aliquem, ut videtur, ὑπηρέτην, v. ad Luc. iv. 17. qui interrogaret eos, an in prælecta commentari et populum docere vellent. εἰ ἔστι λόγος παρακλήσεως] *si est in promptu vobis oratio, qua populus edoceatur.* παρακαλεῖν, *docere,* 1 Thess. ii. 3. 1 Tim. vi. 2. Tit. ii. 15.

(16.) Orationis Paulinæ, quæ nunc sequitur, argumentum hoc est: Deus qui majores nostros eximiis ornavit beneficiis 17—22. summum beneficium nobis exhibuit, dum Jesum Messiam misit, servatorem, non modo Judæorum, sed omnium qui ei fidem habent 23—39. cavete vobis ne hoc summum Dei beneficium contemnatis, sed Jesum Messiam agnoscite, ejusque doctrinam admittite 40, 41. Beneficia Dei in majores Judæorum collata Paulus memorat, et antiquiorem gentis historiam breviter repetit, partim quoniam ad Judæos verba faciebat, qui majoribus et beneficiis a Deo iis exhibitis gloriabantur (vid. not. ad orat. Stephani c. 7.) partim quoniam pensum prælectum de fatis populi Israelitici in deserto agebat. Cum vero Jesum Messiam esse domonstrare vellet, persequitur fata populi usque ad Davidis tempora, quoniam e Davidis stirpe Judæi Messiam κατ' ἐπαγγελίαν v. 23. oriturum esse putabant, Matth. xxii. 42. Jesum autem Messiam esse, probat argumentis, quæ sciret maximam vim habitura esse in auditorum animos. κατασείσας τῇ χειρὶ] vid. ad xii. 17. καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν] *omnesque Dei cultores;* insigniuntur hac voce, cum ab iis distinguantur Ἰσραηλῖται, *proselyti portæ,* qui abnegata idololatria, verum Deum colebant, ita tamen, ut non essent circumcisi, qui cum Judæis ad audiendum singulis sabbatis in synagogas confluebant, ibidemque separatum a Judæorum subselliis locum tenebant, vid. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 357. infra v. 43. vocantur σεβόμενοι προσήλυτοι. Eadem loquendi ratione utitur etiam Josephus Ant. xiv. 7. 2. πάντων κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίων καὶ σεβομένων. Gentiles, qui ad sacra Judæorum transierant, ita, ut circumcisionem admisissent (*proselyti jus-*

Digitized by Google

Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψω-
σεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος
18 ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς. Καὶ ὡς τεσσαρακοντα-
19 ετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ καθ-

17. † Ἰσραὴλ. 18. ∾ ἐτροφοφόρησεν.

titiæ), e parentum suorum filiis Abrahami filii facti dicebantur, et Judæis annumerabantur, v. ad Joh. iii. 3.

(17.) *ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ κ. τ. λ.*] *Deus hujus gentis Israeliticæ, insignibus beneficiis majores nostros ornavit.* Deus quem hæc gens Israelitica colit, de qua locus Scripturæ prælectus agit, Deus quem majores vestri coluerunt, et vos colitis. ἐκλέγεσθαι, ut Hebr. בחר Deut. iv. 37. notat, *amare, probare;* et ex adjuncto, *beneficiis afficere*, vid. ad Matth. xx. 16. Ἰσραὴλ, quod plures codd. omittunt, glossema sapit, unde recte illud *Griesbachius* et *Matthæius* ex ordine ejecerunt. *τοὺς πατέρας ἡμῶν, majores nostros*, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, eorumque posteros vii. 19. *καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν κ. τ. λ.*] *et populum in Ægypto peregrinantem evexit.* Verbum ὕψωσε diversimodo explicuerunt interpretes. *Elsnerus*, quem sequitur *Heinrichsius*, explicat, *eripuit, liberavit populum*, ex servitute et calamitatibus, quibus opprimebatur, cum habitaret in Ægypto. Jam etsi non negaverim verbo ὑψοῦν notionem *liberandi, eripiendi* interdum inesse, v. locos ab *Elsnero* laudatos; h. l. tamen eam orationis series repudiat, nam sermo est de eo, quod ἐν τῇ παροικίᾳ evenit, et de liberatione ex Ægypto, verba quæ proxime sequuntur agunt. *Beza, Grotius*, alii, hunc verbo subjiciunt sensum: in gratia constituit eos apud regem per Josephum, ut adeo locutus sit Apostolus de illa dignitate, in qua tum Josephus fuerit collocatus, tum ipsius pater et fratres habiti sint, donec Ægyptii mutatis animis cœperint illorum sobolem opprimere. *Heumanus* ita verba explanat: ad dignitatem evexit populum, dum multis et magnis miraculis ostendit Ægyptiis Israelitas esse populum sibi peculiarem. Simplicissima et orationis seriei convenientissima interpretatio mihi videtur esse ea, ex qua ὕψωσεν accipitur de numero populi insigniter aucto. Hanc interpretationem tuetur etiam usus loquendi, et loci Deut. i. 10. atque Act. vii. 17. apprime confirmant. Verbum enim ὑψοῦσθαι ut Hebr. רום Ies. i. 1. ponitur quoque *de iis, quorum ingens fit numerus, et qui viribus crescunt*, ut Gen. xlviii. 19. de Manasse: *καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν, καὶ οὗτος ὑψωθήσεται.* Sir. xliv. 21. *καὶ ὡς ἄστρα ἀνυψῶσαι τὸ σπέρμα αὐτοῦ.* l. 22. *τὸν ὑψοῦντα ἡμέρας ἡμῶν.* — παροικίᾳ] Hebr. גלה Esdr. viii. 34. *peregrinatio*, v. ad vii. 6. de commoratione in Ægypto legitur quoque Sap. xix. 10. μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ, *brachio excelso*, i. potentia summa, vid. Ex. vi. 1. 6. Num. xxxiii. 4.

(18.) *καὶ ὡς τεσσαρακοντατῇ χρόνον ἐτροφοφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ*] *et per quadraginta annos nutricis instar in ulnis gestavit*, i. diligentem eorum curam habuit. Vulgaris lectio est: ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς, h. e. *mores eorum pravos ac perversos tulit.* Etenim τροποφορεῖν, quo verbo usus est Cic. in epp. ad Attic. xiii. 29. (verba ejus sunt: *nihil est quod ego malim. In hoc τὸν τύφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον*· h. e. per deos te oro, fastum meum perfer, tolera) significat, *moribus alicujus obsequi, iis sese accommodare, quid velit, ex gestibus, vocibus augurari*, quod Terentius in Hecyra iii. 5. 28. dixit, *mores tolerare;* et Aristophanes in Ranis v. 1480. *τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν*, quam formulam scholiastes ibi expressit verbo τροποφορεῖν. Sed bene multi optimæ notæ libri (v. *Wetstenius, Griesbachius, Birch.*) Athanas. Cyrill. etc. verss. Syr. Arabb. Copt. Æthiop. Slavon. pro ἐτροποφόρησεν, legunt ἐτροφοφόρησεν, quod Hesychius interpretatus est ἐθρέψιν. Utrumque verbum, tam τροποφορεῖν, quam τροφοφορεῖν, agnoverunt et defenderunt interpretes plures. Ac lectionem quidem ἐτροφοφόρησεν defendunt *Pfaffius* in Diss. de Var. Lectt. N. T. p. 230. *Casaubonus, Hammondus, Millius* Prol. §. 863. *Matthæius, Ernestius* (Glossæ Sacræ Hesychii p. 137.), *Morus, Rosenmüllerus, Valckenarius*, alii; et hanc lectionem *Griesbachius* in recentiss. N. T. editione in textum recepit; contra *Grotius, Deylingius* Obss. Sacrr. P. 2. p. 347. *Wolfius* in Curis, alii, pro vulgari lectione ἐτροποφόρησεν pugnant, quorum argumenta sunt fere hæc: 1) Lectio ἐτροποφόρησεν in plurimis codd. extat, expressit eam etiam Vulgatus interpres, vertit enim, *mores eorum sustinuit.* 2.) Deut. i. 31. quem locum Paulus respexisse videtur, in versione Alexandrina legitur: *καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ, ἣν εἴδετε ὡς ἐτροφοφόρησε σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡσεὶ τροφοφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ*· hæc est lectio Codicis Alexandrini, sed Codex Vaticanus habet ibi ἐτροποφόρησε et τροποφορήσαι, v. Prolegom. *Grabii* c. 3. §. 8. in edit. *Breitinger.* et *Bengelius* in App. Crit. et Gnomone. In textu Hebraico le-

Digitized by Google

ἑλὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν

19. ~ καταληρονόμησιν.

gitur ἐτρ., quod convenientius exprimi per τροποφορεῖν ex ejusdem cap. v. 9. apparet. Moses ibi testatur, se aliquando populo esse professum (Ex. xviii. 18.) se solum ipsos *ferre* non posse. Quomodo id intellectum velit, v. 12. edisserit: *quomodo ferre solus possem laborem, molestiam et lites vestras? Itaque circumspicite viros sapientissimos* etc. *quos vobis præficiam.* Verbum τροποφορεῖν Deut. i. 31. legit etiam *Origenes*, cujus verba reperiuntur in Catena *Ghislerii* ad Jer. 18. p. 473. ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, τοῦτ' ἔστι τοὺς τρόπους σου ἐφόρησεν, ὡς εἴ τις τροποφορήσῃ ἄνθρωπος κατὰ τὸ παράδειγμα τοῦτο, ἔφηκα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ. 3.) Verbum τροποφορεῖν legitur etiam ap. Cic. ad Attic. xiii. 19. et in Constitutionibus Apostolicis vii. 36. Nullis autem idonei scriptoris locus proferri potest, ubi τροφοφορεῖν legatur, etiam 2 Macc. vii. 27. rectius legitur τροποφορήσασαν pro τροφοφορήσασαν. 4) Translatitium est a librariis φ et π sæpius inter se esse permutata, v. intpp. ad Hesychium s. v. ἐτροφοφόρησεν. 5) Hesychius quidem habet glossam hanc: ἐτροφοφόρησεν· ἔθρεψεν· sed legendum est ἐτροποφόρησεν, et τρέφειν non est ei, *nutrire, alere*, sed potius *educare*, sicuti τροφὴ sæpe est *disciplina, educatio*, v. *Fischerus* ad Plat. Phædo. c. 30. *Lætnerus* ad 1 Tim. iv. 6. et *Lennepius* ac Phalaridis Epistt. p. 350.—Hæ tamen rationes omnes me non movere possunt, ut in horum interpretum sententiam discedam, sed lectionem τροφοφορεῖν, vulgatæ lectioni τροποφορεῖν præferendam esse censeo. Etenim a) τροφοφορεῖν, quod non deduci potest a τροφὴ et φορεῖν (non enim legitur τροφηφορεῖν) sed derivandum est a τροφὸς, *nutrix* (Hesych. τροφὸς· μήτηρ) et φορεῖν, *ferre, gestare*, atque proprie notat, *nutricis instar in ulnis gestare*, deinde etiam *nutrire, alere*, id. qd. τρέφειν, est lectio difficilior, quam tuentur Syr. Æth. Arabs, qui vertunt, *aluit, nutrivit*. Verbum ignotius τροφοφορεῖν librarii mutarunt in verbum notius τροποφορεῖν. b) Legitur autem τροφοφορεῖν 2 Macc. vii. 27. ubi mater ad filium: ἐλέησόν με τὴν ἐν γαστρὶ στεριήνγκασάν σε μῆνας ἐνέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἐκθρέψασάν σε, καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροποφορήσασαν· miserere mei, quæ te in utero novem menses gestavi, et te per triennium lactavi, et ad hanc usque ætatem eduxi et tui curam diligentem habui. Verbo τροφοφορεῖν usus est etiam Macarius, Homil. 46. ubi de matre infantis: ἀναλαμβάνει, καὶ στερεβάλλει καὶ τροφοφορεῖ ἐν πολλῇ στοργῇ, *in brachia sumit, et fovet, et alit*; et vindicari quoque debet hoc verbum interpretibus Alexandrinis Deut. i, 31. ubi verba sonant, *in deserto portavit* (ἐτροφοφόρησεν) *te Dominus, ut pater filium* (i. e. diligentem tui curam habuit), *toto itinere quod fecistis*. Ita et locum intellexit Aquila, qui ibi habet, ὡς τροφὸς ἄρει τὸν υἱὸν, et Symmachus, qui vertit, ἐλέστησεν. Imago petita est ab homine, qui nutricis instar parvulum filium gestat; et sermo ibi est, de documentis providentiæ divinæ Israelitis in deserto exhibitis, unde etiam v. 33. sequitur: *Deus præcessit vobis in via, et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis* etc. Præterea, ut *Millius* recte monuit, Moses populum ad facta fortia cohortatur, quod facere non potuit ex eo, quod Deus per XL annos eorum mores sustinuit. Est ergo lectio ἐτροφοφόρησεν contextui convenientissima. c) Nec tantum loco Deut. laudato, sed etiam hoc nostro loco melius convenit orationis seriei verbum ἐτροφοφόρησεν, quam alterum ἐτροποφόρησεν. Nam si Paulus perversos majorum mores in memoriam revocasset auditoribus suis, et quidem statim orationis initio, eos exacerbasset potius, quos sibi conciliare volebat. Præterea nusquam in literis sacris Deus dicitur per XL annos patienter tulisse Israelitarum perversos mores in deserto, quin contrarium sacra historia eloquitur, et Davides refert Ps. xcv. 10. et auctor ep. ad Hebr. iii. 17. d) Confirmant denique etiam lectionem ἐτροφοφόρησεν loci Num. xi. 12. et Deut. xxxii. 10 sq.

(19.) *Et septem devictis gentibus in terra Canaanæa, iis eorum terram possidendam dedit*, vel *sorte distribuit*. ἑπτὰ ἔθνη] v. Deut. vii. 1. Jos. iii. 10. Neh. ix. 8. Pro κατεκληροδότησεν, *sorte distribuit*, permulti optimæ notæ libri legunt καταεκληρονόμησεν. Utraque lectio eundem gignit sensum; sed καταεκληρονόμησεν, utpote difficilior est præferenda, et jure hanc lectionem in textum receperunt *Matthæius* et *Griesbachius*. Scilicet καταεκληρονομεῖν non tantum notat, *possidere, obtinere*, sed etiam, sensu Hiphilico, *possidendum tradere*: Judd. xi. 24. πάντα (scl. τὰ ἔθνη) ἃ κατεκληρονόμησεν ἡμῖν Κύριος, *omnes gentes, quas vobis possidendas dedit Dominus*. 1 Regg. ii. 8. θρόνον δόξης κατακληρονομῆσαι αὐτοῖς, *thronum gloriæ illis occupandum tradens*. Num. xxxiv. 18. κατακληρονομῆσαι ὑμῖν τὴν γῆν, *ut sorte distribuat vobis terram*. add. Deut. iii. 28. 1 Regg. ii. 8. Zach. viii. 12. hoc cum non reputarent librarii, κατεκληρονόμησεν mutarunt in κατεκληροδότησεν, quæ permutatio etiam aliis in locis deprehenditur, vid. Deut. i. 38. iii. 28. xxi. 16. Jos. xiv. 2. xix. 51. 1 Sam. ii. 8. 1 Macc. iii. 36.

Digitized by Google

20 γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ
πεντήκοντα, ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.
21 Κἀκεῖθεν ἠτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν
Σαοὺλ υἱὸν Κίς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, ἔτη τεσσαράκοντα.

(20.) καὶ μετὰ ταῦτα—τοῦ προφήτου] *tum per annos fere quadringentos et quinquaginta iis præfecit duces, usque ad Samuelem prophetam.* Mirum quantum exercuit hic locus interpretes. Etenim 1 Regg. vi. 1. legitur anno CCCCLXXX egressus Israelitarum ex Ægypto, anno IV regni Salomonis ædificari cœptum esse templum. Dicuntur ergo ab exitu ex Ægypto usque ad inchoatam templi structuram anni CCCCLXXX effluxisse. Jam si annis CCCCL h. l. memoratis, addantur anni XL quibus Israelitæ in deserto commorati sunt, anni circiter XVII præfecturæ Josuæ, Sauli XL (v.21), Davidis XL, et Salomonis ante templi structuram III, major numerus procedit, quam qui 1 Regg. vi. 1. extat. Repugnare ergo videntur Pauli verbis ea quæ 1 Regg. l. l. leguntur. Ut hanc difficultatem removerent, et utrumque locum conciliarent, varias vias ingressi sunt interpretes. 1) Ex *Perizonii* sententia, in Origg. Ægypt. c. 16. p. 321. ed. 2. anni servitutis, quibus Israelitæ temporibus Judicum ab exteris populis oppressi, et propriis ducibus destituti fuere, 1 Regg. vi. 1. non numerati sunt, quoniam in commentariis publicis in annorum computatione eorum nulla ratio habebatur; hi vero anni iis, quibus judices s. duces Israelitis præfuerunt h. l. annumerantur. *Perizonium* secuti alii diligentiore computatione effecisse sibi visi sunt, hos annos servitutis fuisse CXI, annos vero judicum CCCXXXIX, prodeunt sic anni CCCCL; his annis si adduntur XL anni quos Israelitæ in deserto vixerunt, XVII Josuæ, XI Sauli, XL Davidis, et IV Salomonis, exsurgit numerus annorum DXCI, qui quidem numerus fere convenit cum Josephi calculo, Ant. viii. 2. 1. verba ibi sunt: τῆς δ' οἰκοδομίας τοῦ ναοῦ Σολομὼν ἤρξατο—μετὰ ἔτη φοϛ' (592) τῆς ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐξόδου. Jam si statuitur, 1 Regg. vi. 1. ubi inde ab exitu ex Ægypto numerantur CCCCLXXX anni, omissos esse annos servitutis tempore judicum CXI, hi anni annis CCCCLXXX additi, conficiunt quoque annos quingentos nonaginta unum. Alii aliter numeros annorum judicum et servitutis numerant, ita tamen ut idem fere numerus prodeat, v. *Limborchius, Wolfius, Michaëlis* ad h. l. Sed hæc omnis annos computandi ratio est mere arbitraria, nam 1 Regg. l. l. omissos esse servitutis annos; sumitur tantum, non probatur: v. et *Limborchius* ad h. l. 2) *Lud. de Dieu, Calovius, Millius, Lilienthalius gute Sache d. göttl. Offenbarung* Th. vii. p. 348. post πεντήκοντα subintelligunt γινόμενα vel πραχθέντα, ut verba sonent; *post hæc, quæ spatio circiter* CCCCL *annorum gesta sunt*, atque hos CCCCL annos a nativitate Isaaci numerant; effluxisse autem, aiunt, inde a nato Isaaco usque ad exitum ex Ægypto annos circiter CCCC, et inde ab exitu usque ad terræ distributionem (Jos. xiv. 7, 10.) annos XLV, jam vero emergere numerum fere CCCCL annorum, si rotunde expressus existimetur. Sed hæc ellipsis vocis γινόμενα vel πραχθέντα est plane insolens, nec idonea afferri potest ratio, cur Paulus a nativitate Isaaci numerare cœperit. Eandem tamen computandi rationem sequuntur 3) alii, qui præeuntibus nonnullis codd. rescribi volunt: αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα· καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κ. τ. λ. Temere. Nam perturbatus est, ut verissime judicavit *Millius*, verborum ordo a librariis, ad evitandam calculi difficultatem. 4) Alii, inter quos *Lutherus* et *Beza*, legendum esse statuerunt τριακοσίοις, *trecentis et quinquaginta annis*, invitis codd. 5) *Vitringa* a *Wolfio* ad h. l. laudatus, et *Heinrichsius*, verba ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, adjecta putant a librario, qui collectis numeris ex libro Judicum hac lacinia ornare voluerit Pauli orationem; et *Heinrichsius* interpolatorem hanc glossam eodem sensu adjecisse putat, quem ei substituit *Millius*. 6) Aliis, ut *Vossio* et *Michaëli* locus 1 Regg. vi. 1. interpolationis nomine suspectus videtur, cum non probabile sit, falli potuisse Josephum et Paulum, qui haud dubie multos codd. Hebraicos in itineribus suis viderit, qui sint nostris seu junioribus anteferendi. Alias aliorum conjecturas vid. ap. *Limborchium, Bengelium* Gnom. et *Heumanum* ad h. l. Mea quidem sententia non interpolatoris, sed Pauli verba h. l. leguntur (vii. 6.) et secutus est Paulus chronologorum Judaicorum suæ ætatis, annos Judicum et quibus Israelitæ Judicum tempore extraneis populis servierunt, computandi rationem, locum autem 1 Regg. i. 6. corruptum puto. κριταὶ שֹׁפְטִים vulgo vertunt, *judices*, sed rectius redditur, *duces populi*, v. *Michaëlis Mosaisch. Recht.* Th. i. §. 53. et *Eichhornii Einleit. in d. A. T.* Th. ii. p. 417 sqq.

(21.) κἀκεῖθεν] *deinde*, Xen. Hellen. v. 2. 24. ἔτη τεσσαράκοντα] *per quadraginta annos.* Quamdiu regnaverit Saulus in libris sacris non memoratur. Secutus est Paulus traditionem.

Digitized by Google

Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασι- 22
λέα· ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας· Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσ-
σαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ
θελήματά μου. Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' 23

Nam et Josephus Ant. vi. 14. 9. Saulum regnasse refert annos XVIII. vivo adhuc Samuele, eoque mortuo XXII; verba ejus sunt: ἐβασίλευσε Σαοὺλ, Σαμουήλου ζῶντος, ἔτη ἑκκαίδεκα πρὸς τοῖς δύο· τελευτήσαντος δὲ δύο καὶ εἴκοσι. Anni igitur quibus Samuel præfuit Judæis, antequam Saulus rex crearetur, referuntur ad annos Judicum CCCCL supra v. 20. memoratos. *Beza* quidem, *Calvinus*, *Wolfius*, *Morus*, *Rosenmüllerus*, *Heinrichsius*, alii, statuunt, Samuelis prophetæ et Sauli regis annos in unam summam hic esse contractos, sed ut jam recte monuit *Heumanus*, perquam contorta est hæc ratio, nec favet ei locus Josephi allatus.

(22.) καὶ μεταστήσας αὐτὸν] *quem ubi removerat*: μεθιστάναι notat, *ab officio removere*, ut Luc. xvi. 4. Dan. ii. 21. καθιστῷ βασιλεῖς καὶ μεθιστῷ *Deus constituit reges et removet*, nempe ἀπὸ τῆς βασιλείας. add. Polyb. iv. 23. vid. *Kypkius* ad h. l. sed hoc idem verbum valet etiam, *e medio tollere, amovere a rebus humanis, mori jubere*, ita, ut omissum sit ἐκ τοῦ ζῆν, vel ἐξ ἀνθρώπων. Diod. Sic. p. 563. A. τοῦτον ἔκρινεν ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. p. 191. C. αὐτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησε, *se ipsum e medio sustulit*. 3 Macc. ii. 28. μεταστῆσαι τοῦ ζῆν, *e vivis tollere*, v. *Münthius* et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. qui utramque notionem h. l. vult comprehendi. Alii explicant: *eo peremptio*. Sed videtur h. l. sermo esse de Saulo a munere remoto, nam vivo adhuc Saulo Davides a Samuele ungebatur, et quæ sequuntur verba, Samuel dixit Saulo a regia dignitate remoto. ἤγειρεν εἰς βασιλέα] *constituit* s. *dedit iis regem*, id. qd. ἔδωκεν, vid. ad Matth. xi. 11. ἐγείρειν, *prodire facere, oriri jubere*, construitur cum præpos. εἰς, quoniam Hebræi subjungunt verbo קום particulam ל, v. Judd. ii. 18. ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας] bene *Thalemanus* et *Schottus*: *quem hoc elogio ornavit*; μαρτυρεῖν τινι, *laudare aliquem*, v. ad Luc. iv. 22. εὗρον Δαβὶδ κ. τ. λ.] *reperi Davidem, Isai filium, virum mihi probatum, qui mandata mea omnia perficiet*. Nullus reperitur V. T. locus in quo hæc eadem verba legantur, sed Paulus verbis Ps. lxxxix. 21. εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου] adjecit verba 1 Sam. xiii. 14. ita, ut ea nonnihil immutarit et amplificarit, de qua V. T. effata citandi consuetudine, vid. not. ad vii. 7. Verba autem 1 Sam. l. l. ubi de Davide sermo est, in versione Alexandrina ita sonant: καὶ ζητήσει Κύριος ἑαυτῷ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ ἐντελεῖται Κύριος αὐτῷ εἰς ἄρχοντα—ὅτι οὐκ ἐφύλαξας ὅσα ἐνετείλατό σοι Κύριος.— ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου] *virum qualem esse volo, mihi probatum*, 2 Sam. vii. 21. κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας, *fecisti, quod tibi placuit*. Hæc vero ipsa verba: ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν κ. τ. λ. *Limborchius*, *Bensonus* (*Pflanzung der Christl. Religion*) *Eckermanus* (*Theolog. Beyträge* B. 1. St. 2. p. 165.) alii, tantummodo ad recturam populi referunt, ut adeo Davides vir ex sententia Dei dicatur, quod in regni sui administratione fideliter exsecutus fuerit, quæ per ipsum, ut populi sui regem Deus perfici voluit. *Heinrichsio* autem ea de caussa Davides ad Jovæ θέλημα se composuisse dicitur, quia ab idolorum cultu abstinuit, legem et instituta Mosaica, et inprimis Jovæ, unius numinis tutelaris cultum observavit et defendit [vid. 1 Regg. xii. 33. xiv. 8, 9. xv. 3, 5.]. Mihi utrumque conjunctim in his verbis cogitandum videtur.

(23.) τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κ. τ. λ.] *hujus ex posteris Deus secundum promissa prodire jussit Israelitis servatorem Jesum*. κατ' ἐπαγγελίαν, Act. ii. 30. Ps. lxxxix. 4, 5. etc. v. infra v. 34. Pro ἤγειρε plures codd. versa. et patrr. habent ἤγαγε, et hanc lectionem migrare in contextum recte jusserunt *Griesbachius* et *Matthæius*. Etenim ἤγαγεν est lectio difficilior, et verbum ἤγειρε e versu præcedente in textum irrepsit. Adhibetur autem interdum ἄγειν, ita, ut sit idem quod ἐγείρειν, *prodire jubere*, veluti Zach. iii. 8. ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω τὸν δοῦλόν μου, Hebr. מֵבִיא. Ies. xlviii. 15. ἐγὼ ἐκάλεσα, ἤγαγον αὐτὸν, Hebr. וְהֵבִאתִיו add. Dan. ix. 24. Pro σωτῆρα Ἰησοῦν in libris haud paucis extat, σωτηρίαν Ἰησοῦν, in aliis libris omissum est vocabulum Ἰησοῦν. Equidem cum *Matthæio* σωτηρίαν, omisso nomine Ἰησοῦν, unice veram lectionem esse existimo. Nulla enim caussa fuit, si inventum esset σωτῆρα, cur corrigeretur σωτηρίαν, sed hoc abstractum librarii explicuerunt concreto σωτῆρα, et ab iisdem glossema Ἰησοῦν in textum est receptum. Neque σωτηρίαν e compendio scribendi ortum est, ut suspicatur *Millius*, cujus verba sunt: "vitio librarii forsan σραν, quomodo contractim scripta hæc in aliq. codd. σραν seu σωτηρίαν." Nam ut recte monuit *Matthæius*, σραν i. e. σωτηρίαν, non tam facile confunditur cum σωτῆρα Ἰησοῦν, quod per siglam ita scribitur, σρα, et seorsim ιν non σραν. Cæterum σωτηρίαν pro σωτῆρα legitur etiam Luc. i. 71. Joh. iv. 22. coll. v. 42.

Digitized by Google

24 ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν, Προκηρύ-
ξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα
25 μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ. Ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης
τὸν δρόμον, ἔλεγε· Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ,
ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα
26 τῶν ποδῶν λῦσαι. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ,
καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτη-
27 ρίας ταύτης ἀπεστάλη. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσα-
λὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς
φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκο-

23. ∼ ἤγαγε.

(24. 25) *Quum Johannes, priusquam ille munus suum susciperet, omnem populum Israeliticum excitasset, ut se immergi in aquam pateretur, et sese obstringeret vitæ animique emendationi.* Johannis meminit, quod multum ejus auctoritas apud populum valebat. βάπτισμα μετανοίας] vid. ad Marc. i. 4. Matth. iii. 2. προκηρύσσειν] id. qd. κηρύσσειν, *commendare aliquid, excitare, cohortari ad aliquid*, ut x. 37. Rom. ii. 21. Gal. v. 11. πρὸ προσώπου] positum est pro simplici πρὸ Hebr. פני, v. Mal. iii. 1. Matth. xi. 10. εἴσοδος] *ingressus, aditus*, h. l. de muneris auspiciis adhibitum extat, ut ap. Isocr. ad Nicocl. p. 41. *Wolf.* (25.) Loci paralleli Joh. i. 19 ss. 27. Matth. iii. 11. ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον] *qui cum cursum suum persequeretur*, i. cum munere suo fungeretur. Metaphora petita a stadio, v. 2 Tim. iv. 7. 1 Cor. ix. 24. δρόμος, *cursus*, per metaphoram indicat *munus, quo aliquis perfungitur*, ut h. l. idem valet quod διακονία, Act. xx. 24. v. *Albertius* ad 2 Tim. iv. 7. ἐπλήρου *cum persequeretur* minus recte nonnulli vertunt: *cursu fere peracto*, ea enim quæ sequuntur, non dixit Johannes cursu muneris fere absoluto, nec legitur ἐπλήρωσε. τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ] *quemnam me esse putatis, non sum*; non sum Messias. Vulgo hæc verba interrogative posita accipiunt, hoc sensu: *quemnam me esse putatis? nonsum*; np. Messias. Quæ tamen interpretandi ratio duritie laborat. Imo τίνα positum est pro ὅντινα s. ὅν, ut Marc. xiv. 36. οὐ τί ἐγὼ θέλω, ubi v. not. Callim. epigr. 30.—οὔτε πελεύθω Χαίρω, τις πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει. v. *Raphelius* Obss. Herodo. et *Palairetus* ad h. l.

(26. 27.) Jam cohortatur Paulus auditores suos, ut Jesum Messiam agnoscant, ejusque doctrinam salutarem admittant. καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, vid. ad π. 16. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη pro ὑμῖν ὁ λόγος οὗτος τῆς σωτηρίας ἀπεστάλη, vid. ad v. 20. vobis hæc doctrina salutaris de Jesu Messia v. 23 ss. traditur. (27.) γὰρ] non est particula caussalis, ut plures opinati sunt, neque adeo sensus verborum est: ad vos defertur doctrina salutaris, quoniam Judæi Hierosolymitani eorumque magistratus eam repudiarunt (nam ad Judæos exteros ea quoque delata esset, etiamsi Hierosolymitani Judæi eam non repudiassent) nec invehitur Paulus in Judæos Palæstinenses, ut *Heinricheius* statuit, qui refragante usu loquendi ἀγνοεῖν idem valere putat, quod ἀρνεῖν, iii. 14. sed emollire voluit Paulus, ut Petrus iii. 17. criminis atrocitatem, id quod omnis orationis series satis superque docet, ne auditores, Judæos, irritaret. Cohærentia ergo potius hunc in modum constitui debet: trucidarunt quidem Hierosolymitani eorumque proceres Jesum, nihilominus tamen est Messias, nam Deus eum in vitam revocavit. Particula γὰρ autem, ut sæpius, est mera particula transeundi. τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν κ. τ. λ.] *qui hunc non norant, nec prophetarum oracula, singulis diebus sacris prælegi solita, intelligebant, eo condemnando effecerunt, ut hæc eventu comprobarentur.* ἀγνοεῖν notat: *ignorare, non nosse, non cognitum habere*, ut Sap. xv. 11. Act. xvii. 23. et *non intelligere*, ut Luc. ix. 45. ubi vid. not. Post κρίναντες subintelligi debet αὐτὸν, consueta ellipsi omissum, et post ἐπλήρωσαν voc. τὰς φωνὰς, verbum autem ἀγνοήσαντες non tantum referendum est ad τοῦτον, sed etiam ad verba καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν, ut recte judicarunt *Grotius* et *Wolfius* ad h. l. *Heumanus* quidem contra monuit, verbum ἀγνοεῖν non ita usurpari solere, ut comitem habeat accusativum personæ, neque adeo copulari posse cum τοῦτον, sed refellit eum vel locus Sap. xv. 11. ubi legitur: ὅτι ἠγνόησεν τὸν πλάσαντα αὐτόν. Hac interpretatione, quam posuimus, submissa, verbum ἀγνοεῖν duplici quidem sensu legitur, nam relate ad

Digitized by Google

μένας, κρίναντες, ἐπλήρωσαν. Καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανά- 28
του εὑρόντες, ἠτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν. Ὡς δὲ 29
ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες
ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον. Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν 30
ἐκ νεκρῶν. Ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν 31
αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ, οἵτινές εἰσι μάρ-
τυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζό- 32

29. ∼ πάντα. 31. ↑ νῦν.

Jesum notat, *ignorabant qualis esset, non norant eum Messiam esse*, ἀγνοήσαντες scl. τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἐγερθῆναι τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα v. 23. et relate ad V. T. oracula de Messia ejusque fatis agentia, *ea non capiebant, eorum sensum non intelligebant*, sed hæc loquendi ratio perquam familiaris est scriptoribus N. T. vid. ad Joh. i. 33. Alii de verborum trajectione cogitant. Et *Hammondus* quidem atque *Knachibullus* verbum κρίναντες in sensu reddendo, post τοῦτον ponendum censent, hoc modo: *hunc condemnantes, ignorantes etiam voces prophetarum, quæ unoquoque sabbato leguntur, impleverunt. Beza* vero, *Limborchius*, et *Abreschius* (in paraphr. et annot. in ep. ad Hebr. Spec. I. p. 35.) voculam καὶ ante τὰς φωνὰς positam, pertinere putant ad κρίναντες ἐπλήρωσαν, ut adeo verborum sententia hæc sit: *ignorantes hunc et damnantes*, i. *per ignorantiam condemnantes impleverunt. Durius.* Alii κρίναντες interpretantur: *dijudicantes, distinguentes, et ad se applicantes* (διακρίναντες) ante κρίναντες subaudiunt καίτοι, et sensum verborum ita constituunt: oracula prophetarum recte dijudicarunt, (judicarunt ea de Messiæ malis agere) et nihilo secius tamen ea impleverunt. Sed insolens est hæc ellipsis voculæ καίτοι, et Judæorum vulgus illa oracula de Messiæ calamitatibus explicuisse, probari nequit, erat potius communis fere Judæorum opinio, Messiam non moriturum. *Heinrichsius* verba explanat: repudiantes Jesum, et pro Messia parum agnoscentes, (præter alia) etiam illa prophetarum oracula, in quibus de Messiæ malis prædictum est, ut Ies. liii. Ps. xxii. rata fecerunt, eo, quod eum condemnarunt. Ita vero extorquetur sensus, qui verbis non inest. Cæterum φωναὶ τῶν προφητῶν sunt, prophetarum oracula literis consignata. Etenim φωναὶ dicuntur, effata, dicta, cum ore prolata, tum literis tradita, quo posteriori sensu legitur ap. Polyb. v. 33. aliisque in locis pluribus, v. *Wolfius* et *Kypkius* ad h. l. ἀναγινώσκω] notat, *prælegere*, ut xv. 21. et κρίνειν positum est pro κατακρίνειν, vid. Joh. vii. 51.

(28—31.) Vid. iii. 14. καὶ] *quamquam*, *etsi*, ut sæpius, v. Ind. Joh. αἰτία] *crimen, supplicii causa*, ut Joh. xviii. 38. v. ad Matth. xix. 3. xxvii. 37. ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα κ.τ.λ.] *cum perfecissent omnia de eo scripta*, intelligit prophetarum oracula de Messiæ calamitatibus et morte, postquam eum omnibus malis a prophetis prædictis affecerant, vid. iii. 18. *Eckermanus* l. l. verba interpretatur: ita egerunt, ut prophetarum oracula Jesu fatis convenirent Matth. xv. 7. καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον] *de cruce detractum sepeliverunt.* Cum non iidem Jesum sepeliverint, qui eum condemnarant, *Boltenius* impersonaliter verba accipienda esse statuit, et hanc in rem provocat ad regulam quam dedit *Glassius* in Phil. S. lib. 3. Tr. 3. Can. 23. nimirum hanc: verba activa quandoque passivorum significationem assumunt, seu per impersonalia sunt explicanda. *Rosenmüllerus* præeunte *Grotio*, ante καθελόντες subintelligit οἱ, qui eum de cruce detulerunt, ut innuantur Josephus Arimathensis ejusque comites. Rectius vero *Heumanus*, quem etiam secutus est *Heinrichsius*, ad καθελόντες subaudiendum præcipit Ἰουδαῖοι. Paulus nimirum de ultimis Jesu fatis verba faciens, refert, quomodo eum tractarint Judæi; Judæi, inquit, eum condemnarunt, Judæi eum de cruce sublatum sepeliverunt. (31.) τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας] *qui cum eo profecti fuerant e Galilæa Hierosolymam*; intelliguntur præter Apostolos, mulieres, v. Matth. xxvii. 55. aliique Christi asseclæ, v. 1 Cor. xv. 5 ss. μάρτυρες αὐτοῦ] sunt resurrectionis et dignitatis ipsius Messianæ præcones; eum in vitam revocatum, Messiam esse testantur.

(32. 33.) *Nos quoque vobis nuntiamus, Deum promissionem, majoribus nostris datam, nobis illorum posteris, misso Jesu, ratam fecisse.* Per ἐπαγγελίαν, *Rosenmüllerus*, alii, rem ipsam promissam, beneficium promissum intelligunt. Sed ut probe monuit *Bengelius*, cujus sententiam probarunt *Heumanus* et *Heinrichsius*, verba sunt construenda hunc in modum: εὐαγγελιζόμεθα, ὅτι τὴν πρὸς τοὺς πατέρας γενομένην ἐπαγγελίαν ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε. Post εὐαγγελιζόμεθα incisi nota

Digitized by Google

μεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας
33 Ἰησοῦν· Ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται·

33. ~ πρώτῳ ψαλμῷ.

ponenda est, et ταύτην ex Hebraismo redundat. Neque verbum ἐπαγγελλεσθαι aliis in locis ita positum deprehenditur, ut non tantum accusativum personæ, sed simul quoque accusativum rei comitem habeat. Quænam autem promissio intelligenda sit, docent verba: ἀναστήσας τὸν Ἰησοῦν. Hæc vero ipsa verba, *Hammondus, Clericus, Heumanus, Moschius* (*Bibelfreund* Th. iv. p. 160.) *Morus, Dindorfius, Eckermanus*, alii, explicant: *Jesu in vitam revocando*. Notant, hanc interpretationem et orationis tenori convenientissimam esse, cum inde a v. 30. de resurrectione Christi sermo sit, et usui loquendi consentaneam esse, verbum enim ἀνίστημι etiam Act. ii. 24. de resuscitatione e mortuis adhibitum legi. Monent præterea, Paulum commode verba Ps. ii. 7. de resurrectione Christi explicare potuisse, cum resurrectio mortuorum a Judæis regeneratio dicatur (Col. i. 18. Apoc. i. 5.) v. *Knappius* (*die Psalmen übersetzt mit Anmerkk.*) ad Ps. l. l. *Michaëlis* ad h. l. et in *Erklärung. d. Br. an die Hebr.* p. 105. Hinc nonnulli verba Psalmi: אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ ἐγὼ γεγέννηκά σε vertunt: *ego te hodie regeneravi*, i. in vitam revocavi. Alii contra, cum hæc verbi יד et γεννᾶν significatio insolentior sit: *ego te Messiam declaravi* np. per resurrectionem. Mihi vero præoptanda videtur eorum interpretum sententia, qui verbo ἀναστῆσαι hunc significatum subjiciunt, ut declaret: *præsentem sistere, in vitam prodire jubere*. Etenim a) in locis iis, ubi verbum ἀνίστημι de revocatione in vitam usurpatur, additur ἐκ νεκρῶν ut infra v. 34. add. xvii. 31. vel simile quidpiam, v. Act. ii. 24. occurrit quidem Act. ii. 22. simpliciter positum ἀνέστησεν, sed ut ibi hoc verbum reddamus: *eum ab inferis excitavit*, omnis contextus non tam postulat, quam potius flagitat coll. v. 31. Eo vero significata, ut sit: *prodire jubere*, legitur verbum ἀναστῆναι Act. ii. 30. iii. 22. vii. 37. Hebr. vii. 11. Matth. xxii. 24. Ita quoque Hebr. קום vel הקים adhibitum extat Deut. xviii. 15, 18. Jer. xxiii. 5. b) Hæc verbi ἀναστῆσας interpretatio etiam apprime congruit verbis Ps. ii. h. l. laudatis, quæ nec Hebr. i. 5, ad Christi in vitam revocationem referuntur. c) Nec dubitari ullo pacto potest, quin hæc verbi explanatio h. l. orationi reliquæ ita accommodata sit, ut membra ejus omnia aptissime inter se cohæreant. Nempe Paulus demonstrare volebat Jesum esse Messiam a Deo promissum v. 23. hinc provocarat ad Johannis de Jesu testimonium v. 24. 25. memorarat deinde ejus necem a prophetis prædictam v. 27—29. provocarat tum ad ejus resurrectionem, qua Deus eum Messiam esse comprobaverit. v. xxx. 31. Jam vero hoc ipsum, Jesum esse Messiam a Deo constitutum, Judæorum inprimis ad quos loquebatur caussa, ex prophetarum oraculis confirmat, hinc thesin v. 23. propositam repetit v. 32, 33. καὶ ἐπαγγελίαν ἀναστήσας Ἰησοῦν (respondet igitur ἀναστῆσαι verbo ἤγειρεν v. 23.) *Deus secundum sua promissa Jesum Messiam prodire jussit*; deinde vero probat, cum ex loco Ps. ii. tum ex resurrectione Christi, antea quidem jam memorata v. 30. hic vero ex Ps. xvi. amplius confirmata. Sic omnia bene cohærent. d) Patescit vero etiam interpretationis verbi ἀναστήσας, quam proposuimus, veritas, ex rei ipsius natura. Nam ut apposite monuit *Outereinius* in Bibliotheca Bremensi Class. 2. p. 890. "Deus *promissionem*, patribus factam, non *implevit*, primo ac præcipue, per *suscitationem* Jesu e mortuis, sed per *missionem* ejus in *carnem* et *legationem* ad obeunda munera ipsi demandata." ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται] *quemadmodum etiam Psalmo secundo legitur*. De eo valent, ad eum sunt referenda verba Ps. ii. 7. Pro δευτέρῳ, quæ lectio Psalmorum distinctioni apud nos receptæ convenit, cod. D. Orig. Tert. Cypr. alii (v. *Griesb.*) legunt πρώτῳ, hanc lectionem, utpote difficiliorem præferendam putarunt *Millius, Michaëlis, Morus, Rosenmüllerus*, eamque in textum receperunt *Erasmus, Bengelius* et *Griesbachius*. Nempe Psalmus, qui nobis secundus est, olim primus erat, quoniam is, qui præcedit, tanquam Psalmorum præfatio non numerabatur, vid. *Rosenmülleri* Scholia in Psalmos p. 7, 29. commodé ergo Paulus, si numerum exprimere volebat, verba laudata scripta reperiri dicere poterat ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ πρώτῳ. *Beza* suspicatur, Paulum simpliciter dixisse, ὡς γέγραπται, ne annotato quidem Psalmorum nomine, sed hæc conjectura nulla auctoritate critica confirmatur, et adversantur ei verba v. 35. καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει. Equidem adstipulor *Bengelio* in Gnom. *Moro* (p. 329, ed. *Dindorf.*) *Rosenmüllero* in Scholiis ad Ps. i. T. i. p. 30. qui πρώτῳ æque ac δευτέρῳ pro falsa lectione habent, cum scriptores N. T. Rabbini et Talmudici non soleant citare numeros et capita, v. infra v. 34, 35. et sane in

Digitized by Google

Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ὅτι δὲ 34
ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς
διαφθορὰν, οὕτως εἴρηκεν· Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ
τὰ πιστά. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν 35

codd. nonnullis simpliciter legitur ἐν ψαλμῷ, in aliis δευτέρῳ positum extat ante ψαλμῷ, in aliis post γέγραπται, vid. *Griesb.* quæ lectionis inconstantia interpolationem satis aperte prodit. Adscriptum autem est πρώτῳ vel ab iis, in quorum codd. Hebr. Ps. i. tanquam procemium non numeratus erat, vel ab iis, in quorum codd. Ps. ii. primi erat continuatio, quoniam uterque inscriptione carebat; in multis enim codd. antiquioribus Psalmum primum secundo junctum fuisse testantur Origenes, Eusebius, Euthymius a *Wetstenio* ad h.l. laudati. add. Justin. Apol. i. 51. Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε] *tu es filius meus, ego hodie te genui.* De auctore Psalmi secundi, carminis tempore et consilio disputatum est ad iv. 25. ibique ostensum, illud a Davide compositum esse, et de eo agere. Formulæ: *tu es filius meus*, et, *ego te genui*, ex parallelismo membrorum sunt formulæ æquipollentes et pares: coll. Jer. ii. 27. Reges autem Israelitarum, quod a Jova summo Israelitarum rege, ex imperii forma theocratica, regiam potestatem acceperant, et Jovæ vicarii erant, dicebantur: *Dei filii*, ut Ps. lxxxix. 27 sq. 2 Sam. vii. 14. vid. *Rosenmüllerus* ad Ps. ii. 7. hinc et Messias Υἱὸς τοῦ Θεοῦ i.e. rex hominum a Deo constitutus nuncupabatur, v. ad Matth. iv. 3. xvi. 16. Itaque verbis, *tu es filius meus*, inest sententia hæc: Tu es rex a me constitutus. Verbum γεννᾷν ut Hebr. יָלַד declarative accipiendum est, ita, ut notet, *genitum declarare*, i.e. in hac orationis serie, *regem declarare, constituere*, v. Ps. cx. 4. Jer. i. 10. *Glassius* Phil. S. p. 216. ed. *Dath.* et not. ad Matth. xiv. 6. σήμερον Hebr. הַיּוֹם plerique interpretes, qui Ps. ii. de Davide agere statuunt, hanc vocem referunt ad Davidis unctionem 1 Sam. xvi. 13. vel 2 Sam. v. 3. enarratam, rectius vero, ut videtur, *Holzapfelius* in libello inscripto: *sollte wohl Salomo der Gegenstand des zweyten Psalms, und die Verfertigung dieses Liedes in die Zeit seiner Erhebung zur Königswürde zu setzen seyn? Abtheil.* 2. (*Rinteln* 1803. 4.) p. 15. de eo tempore cogitandum esse censet, quo Davides arcem Sionis expugnarat: coll. 2 Sam. v. 12. Quodsi vero hæc vox ad Jesum refertur, ea omnino explicanda est: *nunc, in præsenti, jam, te regem, Messiam declaro, constituo.* Cæt. *Heinrichsius* non temere animadvertit, Paulum, ad argumentum suum probandum, commode omittere potuisse vocem σήμερον, eamque expressisse non nisi idcirco, ut omnem locum V. T. pleniorem exhiberet.

(34. 35.) Cohærentia hæc est: ego vobis Jesum Messiam annuntio, Deus enim eum Messiam declaravit Ps. ii. eum vero etiam, quem in vitam rediisse affirmavi v. 30. Deum utpote Messiam, in vitam revocare voluisse, ac revocasse, et quidem ita, ut perpetuo vivat, docent quoque V.T. oracula. ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν κ. τ. λ.] *quod autem eum ex mortuis excitarit, ita, ut non iterum sit mortem subiturus, his verbis significavi: beneficia Davidi promissa immutabilia vobis præstabo.* Formula ἐλθεῖν εἰς διαφθορὰν, quæ in versione Alexandrina respondet Hebr. עבר בשחת *descendere in foveam, in sepulcrum*, Job. xxxiii. 28. omnino notat, *mori*, atque adeo formulæ ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν quæ h. l. legitur, sensus est: *denuo mori*, v. Rom. vi. 9. Proprie autem διαφθορὰ significat *corruptionem*, et Alexandrini Judæi Hebraicum שחת (a rad. שחה vel שיח *descendere, immergi*) *fovea, sepulcrum, interitus*, expresserunt vocabulo διαφθορὰ, *putredo, corruptio*, quoniam nomen שחת referebant ad radicem שחת *consumere, corrumpere*, vid. not. ad ii. 27. Hunc usum loquendi interpretum Alexandrinorum Paulus secutus est, ita, ut διαφθορὰ in verbis quæ v. 35. extant, ἰδεῖν διαφθορὰν, significet *putredinem* atque adeo ἰδεῖν διαφθορὰν sit, *putredinem experiri*, in formula autem ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν, *locum corruptionis*, i. e. sepulcrum indicet. Neque enim hoc vocabulum in formula ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν significare potest, *corruptionem*, quoniam cum Jesus mortuus esset, οὐκ εἶδε διαφθορὰν v. 35. neque adeo *iterum* in putredinem abire poterat. Cæterum verbis: μηκέτι μέλλοντα κ. τ. λ. declaratur, Jesum Messiam in vitam revocatum perpetuo regnaturum esse. Quam in rem laudat Paulus e versione Alexandrina locum Ies. lv. 3. Verba ibi sunt: διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστὰ, sed Paulus qui suæ ætatis homines alloquitur et verba vatis in Jesum transfert, addit ὅτι δώσω ὑμῖν. Formula ὅσια Δαβὶδ respondet Hebr. חַסְדֵי דָוִיד atque indicat *beneficia Davidi promissa*, id. qd. τὰ ἐλέη Δαβὶδ, quibus verbis formulam illam Hebraicam Alexandrini reddiderunt 2 Paral. vi. 42. Nempe Hebraicum חסד *benignitatem* et *pietatem* declarat, ut חסיד *pium* et *benignum*; Alexandrini autem Judæi חסיד exprimere solent vocabulo ὅσιος etiam tum, cum non de

Digitized by Google

36 σου ἰδεῖν διαφθοράν. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετή-
σας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς
37 πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθοράν· Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν,
38 οὐκ εἶδε διαφθοράν. Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί,

pietate, sed de benignitate sermo est, unde etiam factum, ut חֲסָדִים converterint ὅσια, i. e. beneficia. πιστὰ נאמנים certa, firma, immutabilia beneficia, quæ certo contingent. Particula ὅτι post verbum dicendi, ut sæpius, redundat. Cæterum locus Iesaiæ a Paulo laudatus non agit de resurrectione Messiæ. Cohortatur ibi vates Judæos exules, qui in Babyloniorum regionibus manere malebant, quam in patriam redire, ut in eam revertantur, iisque legibus divinis obtemperantibus v. 3. dominium in exteras gentes v. 5. et omnis generis prosperitatem v. 12, 13. promittit. Ac versu quidem 3 sqq. Deus ita loquens inducitur: *pangam vobiscum fœdus perpetuo duraturum. Beneficia Davidi promissa certissime tribuam.* (Promissum autem erat Davidi ejusque posteris regnum perpetuum v. 2. Sam. vii. 16. add. Ps. lxxxix. 4, 5. cxxxii. 11, 12.) *Constituam legislatorem populorum, ducem et imperatorem gentium.* Locus prophetæ agit de temporibus Messiæ, quem Judæi sibi cogitabant tanquam regem summum, perpetuo regnaturum, qui exteras gentes imperio suo subjecturus esset. Paulus autem oraculum illud in Jesum transfert, et respiciens locos 2 Sam. vii. 12. Ps. lxxxix. 4, 5. cxxxii. 11, 12. quos Judæorum doctores ad Messiam referebant v. ii. 30. ita argumentatur: Davidi promissum erat, Messiæ e posteris ipsius oriundi imperium perpetuum fore, hoc promissum certo eventurum esse Deus vobis pollicitus est verbis his: δώσω ὑμῖν κ. τ. λ. Jesus igitur, quem Deus Messiam declaravit v. 33. in vitam redire debebat, mortem non iterum subiturus, sed perpetuo regnaturus; hinc et alio loco (Ps. xvi. 10.) declaratur, Dei cultorem non esse in putredinem abiturum, quæ verba optime conveniunt Jesu Messiæ, vid. not. ad ii. 27, 29. λέγει, *dicit*, Deus per Davidem, Davides effatus est promissa, quæ Deus ei dederat. *Heinrichsius* supplet: Δαβίδ. *Heumanus* ἡ γραφὴ, ut Eph. iv. 8. v. 14. Rom. xv. 10.

(36. 37.) Conf. not. ad ii. 29. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ κ. τ. λ.] *at enimvero Davides, qui sua ætate Dei voluntati inservivit, defunctus est.* Mens et sententia Apostoli hæc est: Davides erat quidem ὅσιος, Dei cultor (v. ad ii. 29.) sed ad eum hæc promissa non pertinebant. ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ] supra v. 22. perfecit πάντα τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ. Verba: ἰδίᾳ γενεᾷ vertenda sunt: sua ætate, suo tempore. Alii ea reddunt: *tempore vitæ suæ*, sed ut ad Luc. xvi. 8. observavimus, γενεὰ nusquam *vitam ipsam* significat. *Erasmus, Thalemanus, Reichardus, Schleusnerus*, ὑπηρετήσας jungunt verbis ἰδίᾳ γενεᾷ, et verba τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ cum ἐκοιμήθη copulant, hoc sensu: *postquam suæ ætati, hominum suæ ætatis commodis inservivit, Deo volente obdormivit*; sed interpretationem quam supra proposuimus, non modo usus loquendi tuetur Diod. Sic. p. 67. D. προχείρως ὑπηρετῶν τοῖς προστάγμασι, *mandata prompte et obsequiose exsequi.* Heliod. vii. 17. εἴκειν τι καὶ ὑπηρετεῖσθαι τῆς Ἀρσάκης βουλεύμασι. Sapient. xix. 6. ὑπηρετοῦν ταῖς ἰδίαις ἐπιταγαῖς, v. *Wetstenius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. T. i. p. 855 sq. sed mirifice eam etiam confirmant quæ v. 22. et 35. leguntur. ἐκοιμήθη, v. Act. vii. 60. καὶ προστίθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθορὰν] *et ad majores suos collectus, atque corruptionem expertus est.* Minus recte nonnulli vertunt: *cum majoribus sepultus est.* Nempe προστίθημι respondet Hebr. verbo אסף *colligo, congrego*; formula autem προστίθεσθαι πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, vel πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, notat, *mori*, vel *sepeliri*. Locutio desumpta est a speluncis, in quibus Hebræi mortuorum corpora sepelire solebant, a sepulcris hereditariis; qui ergo moriebatur, ejus corpus conjungebatur cum corporibus majorum in sepulcro. Hinc Hebræi formulis הֵאָסֵף אֶל־עַמָּיו et הֵאָסֵף אֶל־אֲבֹתָיו utebantur ita, ut significarent vel idem quod ἀποθνήσκειν, τελευτᾷν, ut Gen. xlix. 29. ἐγὼ προστίθεμαι πρὸς τὸν λαόν, θάψατέ με κ. τ. λ. Judd. ii. 10. προστίθησαν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν, vel, idem quod θάπτεσθαι, *sepeliri*, ut Gen. xxv. 8. ἀπέθανε Ἀβραὰμ—καὶ προστίθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ v. 17. ἀπέθανε καὶ προστίθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ. Sic et h. l. cum præcesserit ἐκοιμήθη, notat *sepultus est.* Act. ii. 29. pro eo legitur: ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη.

(38. 39.) *Scitote igitur, fratres, per hunc vobis delictorum veniam annuntiari; etiam ab omnibus, a quibus per legem Mosaicam absolvi non poteratis, per illum absolvitur, quicunque ei fidem habuerit.* Commemorat jam Paulus beneficia, quæ iis contingunt, qui Jesum Messiam agnoscunt, eique fidem habent, atque adeo auditores suos cohortatur, ut eum Messiam agnoscant, atque ita horum beneficiorum participes reddantur. Memorat autem delictorum veniam pro reliquis beneficiis cunctis. Et hanc sententiam: qui Jesu fidem habet, is delictorum veniam

Digitized by Google

ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται· Καὶ 39
ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆ-
ναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται. Βλέπετε οὖν, 40
μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις· Ἴδετε οἱ 41
καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε· ὅτι ἔργον,
ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον, ᾧ οὐ μὴ πιστεύ-
σητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

nanciscitur, ita exornat, ut dicat: per Christum peccatorum venia offertur, etiam eorum, a quibus lex non absolvit. Respicitur his verbis eo, quod sacrificiis, lotionibus, non omnia peccata expiari poterant, ut adulterium, cædes, blasphemia, etc. Profitetur ergo Apostolus, offerri per Christum veniam, cum aliorum, tum horum quoque delictorum, quorum nulla fuerit ex Mosaica lege venia, ideoquo veniam, latissime ad omnia omnino delicta patentem: v. *Morus* in Opuscc. T. ii. p. 74. Post *καταγγέλλεται* incisi nota ponenda est, ut adeo v. 39. verba pendeant a verbis v. 38. *γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, ὅτι*, et *ἀπὸ πάντων*, referatur ad *δικαιοῦται*. Alii in fine v. 38. majorem interpunctionem præferunt, et v. 39. sententiam seorsim expressam reperiunt. Sensus idem manet. Nonnulli *ἐν τούτῳ* referunt ad *πιστεύων*, male ac perperam, referri potius debet ad *δικαιοῦται*, nam verba *ἐν τούτῳ δικαιοῦται* opposita sunt verbis quæ præcesserunt, *ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως*, v. 38. *ὧν* positum est pro *ἐφ' ὧν*, et verbum *δικαιοῦσθαι* idem valet quod *ἔχειν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν* veniam delictorum obtinere, a pœnis liberari et Dei favorem nancisci. Conf. de vi et potestate verbi *δικαιοῦσθαι* in N. T. *Koppius* in Exc. 4. in ep. ad Galat. et *Storrius* in Opuscc. T. i. p. 188 ss.

(40. 41.) Cavete igitur, ne repudiantes Jesum Messiam, summam perniciem vobis contrahatis. *μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις*] *ne vobis accidat, quod apud prophetam legitur.* *ἐν τοῖς προφήταις*, memoriter laudatur, omissis verbis nonnullis, sensum non immutantibus, locus Hab. i. 5. Pluralis *προφῆται* per metonymiam prophetarum scripta designat, *βίβλοι τῶν προφητῶν*, Act. vii. 42. et verbis: *τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις* significatur, oraculum allatum legi in ea sacri codicis parte, quæ prophetarum nomine appellatur ut Joh. vi. 45. Locum autem Habacuci ראו בגוים Alexandrini interpretes ita expresserunt: *ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ ἐμβλέψατε, καὶ θαυμάσατε θαυμάσια, καὶ ἀφανίσθητε· διότι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἃ οὐ μὴ πιστεύσητε ἐάν τις ἐκδιηγῆται.* Pro verbis ראו בגוים *videte inter gentes*, cum in versione Alexandrina legatur, *ἴδετε καταφρονηταὶ*, *videte contemptores* s. *insolentes*, in promptu est interpretes illos legisse בוגדים, quod vocabulum etiam extitit in iis codd. quibus Arab. (habet: *videte arrogantes*) et Syrus interpres (*videte transgressores*) usi sunt, atque hæc lectio, cum ei contextus apprime faveat, verissima videtur. Aliorum sententias v. ap. *Dathium*, *Wahlium*, *Bauerum*, *Rosenmüllerum* in Scholiis ad Habac. l. c. et *Wolfium* in Curis ad h. l. *θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε*] *admiramini et obstupescite* l. videbitis, admirabimini et obstupescetis. *Ἀφανίζειν*] quod respondet Hebr. תמה *obstupuit*, proprie notat, *facere ut aliquis evanescat*, hinc, *perdere*, *destruere*, v. not. ad Matth. vi. 16. in Medio: *facere se ipsum in vanum*, *abire*, *evanescere*, v. *Münthius* ad h. l. et *Dresigius* de Verbb. Medd. p. 221. Quare nonnulli interpretes verbo *ἀφανίσθητε* notionem *aufugiendi* h. l. subjiciunt. Alii cogitando adjiciendum esse præcipiunt *πρόσωπον*, ut plene legitur Matth. vi. 16. atque adeo hanc vim verbo tribuunt, ut declaret, *mutare faciem*, *expallescere*, quæ tamen rarior est verbi significatio. Rectius alii vertunt: *obstupescite*, cum et verbum תמה, cui in versione septuagintavirali *ἀφανίζεσθαι* haud uno in loco respondet, v. *Bielii* Thes. h. v. non tantum *vastandi*, sed etiam *obstupescendi* notione (v. Ies. lix. 16. lxiii. 5. al.) occurrat. *ὅτι ἔργον ἐγὼ—ἔργον*] *nam factum vestra ætate patrabo*, *factum* etc. Posterius *ἔργον* a nonnullis codd. abest. *Heinrichsius* hoc vocabulum ex linea præcedente a librario negligentiore sequenti lineæ illatum esse opinatur. Sed emphatice hoc nomen Paulus repetiit, grammatici autem illud, quoniam in versione Alexandrina omissum videbant, h. l. expunxerunt. *ᾧ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν*] *cui fidem non haberetis, si quis vobis narraret.* Pro *ᾧ οὐ μὴ* libri haud pauci habent, *ἃ οὐ μὴ*, sed nil mutandum, lectio enim *ἃ οὐ μὴ* e versione Alex. in h. l. translata est. Expositis jam singulis oraculi verbis, superest, ut de sensu illius videamus. Minatur autem propheta l. l. popularibus perversis, Deum ipsos per Chaldæos puniturum, et rempublicam ipsorum eversurum esse. Non ergo continent prophetæ verba vaticinium destructionis Hierosolymorum per Romanos, sed, ut recte judi-

Digitized by Google

42 Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς

42. ∼ αὐτῶν. 42. ‖ † τὰ ἔθνη.

carunt interpretes tantum non omnes, Paulus ea accommodavit. Cavete, inquit, ne in vos ingruat calamitas, quam quondam popularibus suis minatus est propheta, ne templum, urbs et respublica vestra destruatur. Paulum in mente habuisse calamitatem, quæ Judæorum genti imminebat a Romanis, ut visum est *Wetstenio, Moro, Rosenmüllero, Eckermano,* aliis, negat *Heinrichsius,* et generaliorem sententiam verbis inesse putat, nimirum hanc: videte, ne respuendis Messiæ beneficiis, in gravissimas pœnas incurratis. Sed huic interpretationi repugnat locus prophetæ laudatus, et quidni eversionem reipublicæ Judæorum per Romanos in mente habere potuerit Paulus, cum Jesus ipse Judæis, ipsum respuentibus, destructionem civitatis ipsorum per Romanos minatus sit? v. Matth. xxiv. Cæterum ut scienter admonuit *Eckermanus* in *Theolog. Beyträgen* B. I. St. 2. p. 185. non omnem Pauli orationem verbotenus Lucas reddidit, sed tantum argumentum illius attulit.

(42.) Quam vim habuerit Pauli oratio in auditorum animos v. 42 sqq. narratur. Quamcunque autem v. 42. interpretationem sequamur, remanent difficultates haud facile solvendæ. Vulgaris lectio est: ἐξιόντων (scl. αὐτῶν) δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα· h. e. *exeuntes autem eos* (Paulum et Barnabam v. xv. 43.) *e synagoga Judæorum, rogarunt gentiles, ut sabbato insequente ipsis easdem res,* s. *eandem doctrinam magis explicarent.* Sed gentilibus Judæorum synagogas frequentare licuisse, probari nequit, et Judæi illi Antiochenses graviter commovebantur, cum sequente sabbato magnus gentilium numerus synagogam intraret, vid. v. 44, 48. coll. v. 45. Hinc plerique interpretes per τὰ ἔθνη h. l. intelligunt *proselytos portæ,* qui xiv. 1. dicuntur Ἕλληνες, xvii. 4. σεβόμενοι Ἕλληνες, infra v. 43. σεβόμενοι προσήλυτοι. Verum hac interpretatione admissa, voc. ἔθνη alio sensu h. l., alio infra v. 46, 47, 48. positum accipitur, nec perspicitur, cur tantum proselyti portæ rogarint Paulum et Barnabam, ut ipsis sequente sabbato copiosius doctrinam Christi exponerent, cum Judæi eos nondum respuissent, et multi eorum dimissa concione sacra Paulum et Barnabam domum secuti sint, coll. v. 43. Sed et hoc admirationem movet, quod Paulus et Barnabas e synagoga exiisse dicuntur, concione sacra nondum dimissa, coll. v. 43. offendit præterea etiam additamentum τῶν Ἰουδαίων, cum per se satis intelligatur, synagogam fuisse synagogam Judæorum. *Beza, Er. Schmidius, Limborchius, Bengelius,* ut his difficultatibus se exsolverunt, τῶν Ἰουδαίων copulandum esse præceperunt cum participio ἐξιόντων, hoc sensu, *cum Judæi* (maximam partem) *synagogam reliquissent,* nempe ii quibus ingrata fuisset Pauli oratio. Ita vero e Lucæ verbis extorquetur sententia, quæ iis non inest. Quare alii, ut huic loco lucem affunderent, mutandæ lectionis consilia dederunt. *Matthæius* in textum recepit: ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς κ. τ. λ. *Griesbachius* in edit. noviss. tanquam genuinam lectionem in contexta migrare jussit: ἐξιόντων δὲ αὐτῶν παρεκάλουν εἰς τὸ μεταξὺ κ. τ. λ. (*cum exirent Paulus et Barnabas, rogabant eos, manbat sie*), probante *Moro* et *Heinrichsio,* quorum posterior παρεκάλουν ad Archisynagogos refert, qui ad interpretandam parascham eos excitaverant. In priori edit. *Griesbachius* rescripserat: ἐξιόντων δὲ παρεκάλουν εἰς τὸ κ. τ. λ. quam lectionem assensu suo comprobavit *Rosenmüllerus,* qui ante ἐξιόντων supplendum esse monuit τινὲς τῶν, ut sensus sit: *exeuntium nonnulli rogarunt, ut* etc. Sed sive hanc sive illam lectionem admittas, non tamen omnes difficultates, quibus loci interpretatio impedita est, evanescunt. Mihi quidem omnis versus e variis glossis consarcinatus esse videtur, id quod vel lectionis varietas et inconstantia satis superque docet. Etenim pro ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων ACDE alii, legunt αὐτῶν. Alii habent: ἐξιόντων αὐτῶν ἐκ τῆς συναγ. τ. Ἰουδ. aut ἐξιόντων ἐκ τ. συναγ. Ἰουδ. αὐτῶν. Pro παρεκάλουν in nonnullis libris extat ἠξίουν. Vocem τὰ ἔθνη omittunt ACDE al. Pro τὰ ῥήματα ταῦτα in aliis legitur τὰ ῥήματα, in aliis τὰ αὐτὰ ῥήματα, in aliis τὸν λόγον. Scilicet quæ v. 42. leguntur, addita sunt ab iis, qui explicare vellent, qui factum esset ut sequente sabbato tanta confluxerit gentilium multitudo ad audiendam Christi doctrinam coll. v. 44, 46. εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον] varie hæc verba explicuerunt interpretes, v. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Grotius* (qui σαββάτων conjicit, *medio tempore inter duo sabbata*), *Camerarius, Er. Schmidius, Hezelius, Eckermanus,* alii, ea accipiunt de diebus inter duo sabbata interjectis, vertunt: *interjecto medio tempore ad proximum usque sabbatum* l. *intra proxime sequens sabbatum.* Et *Grotius* observat, gentiles rogasse Paulum et Barnabam, ut ipsis intra proxime sequens sabbatum doctrinam Christi enucleatius explicarent, propterea quod vidis-

Digitized by Google

τὰ ῥήματα ταῦτα. Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθη- 43
σαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ
Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ· οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς,
ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Τῷ δὲ ἐρχο- 44
μένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν
λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, 45

43. ∼ προσμένειν. 44. ∼ τι ἐρχομένῳ.

sent, eos per sabbata Judæis instituendis vacare. Sed huic verborum interpretationi non favet v. 44. ubi tota civitas convenisse dicitur sequente sabbato. Rectius *Erasmus*, *Glassius* (Phil. S. p. 454. ed. *Dath.*) *Kypkius*, *Krebsius*, *Morus*, alii, verba interpretati sunt: *sabbato quod post insecuturum erat, sequente sabbato*, ut εἰς positum sit pro ἐν, quæ permutatio satis frequens, v. *Glassius* l. l. Ita etiam verba intellexerunt Syr. Vulg. Arabs, Æthiop. Dictum autem est μεταξὺ pro μετὰ aut μετέπειτα *post*, ut ap. Joseph. B. I. ii. 11. 4. μεταξὺ δὲ τῶν μετὰ τῆς συγκλήτου στρατιωτῶν τὶς, σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐβόησε, *postea vero unus e militibus, qui cum senatu erant, cum eduxisset gladium, clamavit.* Contra Apion. i. 21. ἂν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος, *post quos regnavit Balatorus.* Plutarch. Instit. Lacon. p. 240. de Philippo Macedone; *cum illum omnes Græci terra marique ducem renuntiassent*, καὶ μεταξὺ δὲ Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν, μετὰ τὴν Θηβαίων καταστροφὴν, *et postea filium ejus Alexandrum post subactos Thebanos.* Qui quidem loci sat luculenter docent, temere negasse *Er. Schmidium*, τὸ μεταξὺ unquam significare *post*.

(43.) λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς] *dimissa autem concione sacra.* λύειν, *dimittere*, ut ap. Xen. Cyr. vi. 1. 2. τῷ φόβῳ μὲν λυθείη ἡ στρατιά. Diod. Sic. ix. 25. τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν, v. *Kypkius* ad h. l. ἠκολούθησαν, *domum secuti sunt*, ut ab iis accuratius edocerentur. σεβομένων προσηλύτων v. 16. προσλαλοῦντες αὐτοῖς colloquentes cum iis privatim. ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ] *eos cohortati sunt, ut constanter servarent beneficium Dei*; sed χάρις Θεοῦ ipsam *doctrinam Christianam* h. l. indicat, ut adeo sensus sit: ut firmiter tenerent doctrinam Christianam, nec ab ea abduci se paterentur. ἐπιμένειν, *perseverare.* Philo quod det. pot. ins. p. 160. E. ἡ ἐπιμένουσα τοῖς καλοῖς ψυχὴ, *animus in potestate perseverans.* Ita et verba μένειν et ἐμμένειν adhibentur, vid. ad Joh. viii. 31. *Griesbachius* pro ἐπιμένειν, quod sæpius in N. T. eo significatu positum legitur, ut sit, *constantem esse, perseverare*, auctoritate plurium codicum rescripsit προσμένειν. Sensus idem manet.

(44.) τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ κ. τ. λ.] *proxime sabbato universa fere civitas congregata est ad audiendam doctrinam divinam.* In pluribus libris reperitur τῷ τι ἐρχομένῳ σαββάτῳ, quam scripturam *Griesbachius* recte in ordinem recepit. Etenim δὲ glossema sapit, et ἐρχομένῳ, quod elegantius est, facilius mutari potuit a librariis in ἐρχομένῳ, quam contra. Adhibentur autem verba ἔρχεσθαι et ἔρχεσθαι in hac re promiscue. Joseph. Ant. vi. 11. 9. τῇ δ' ἐρχομένῃ, *die sequente.* Ib. vii. 1. 3. τῇ δ' ἐρχομένῃ. Eodem sensu. Dicitur autem ἐρχόμενος non tantum de die proxime sequente, et cum priore arctissime conjuncto, ut *Wolfius* voluit, sed etiam longius intervallum designat. Sic ap. Joseph. Ant. xii. 7. 5. ἐνιαυτὸς ἐρχόμενος est annus instans, non aliquot diebus, sed mensibus, a præcedente sejunctus, v. *Krebsius* ad h. l. Cæterum prorsus improbanda est *Heinrichsii* hujus loci interpretatio. "ἐρχομένῳ, inquit, si vera esset lectio, significaret sabbato proximo, quod elapsa integra septimana sequebatur. Sed num per tantum intervallum quievisse homines, qui *novis* rebus solent percelli, putemus? nonne potius post tot dies præterlapsos periisse rei novitatem, hominumque ardorem deserbuisse credamus?" Sed non quievisse homines, docent verba v. 43. πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων κ. τ. λ. et probabile est, per septimanam plures accessisse ad Apostolos, ut ab iis edocerentur. Pergit *Heinrichsius*. "Legatur ergo ἐρχομένῳ expliceturque, *postridie ejus sabbati*, id. qd. τῇ ἐρχομένῃ ἡμέρᾳ (c. xxi. 26.) τοῦ σαββάτου, pro quo brevius posuit: τῷ ἐρχομένῳ σαββάτῳ." Sed huic explicationi usus loquendi repugnat. Locus enim Matth. xxviii. 1. τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, quem ad sententiam suam comprobandam V. D. protulit, est plane ἀπροσδιόνυσος. Nec multitudo congregata fuit, ut *Heinrichsius* sumit, in via publica, ante diversorium Apostolorum, sed in synagoga, sequente sabbato coll. v. 14. πᾶσα ἡ πόλις non tantum Judæi et proselyti, sed etiam gentiles, qui non in synagoga adfuerant, nec eam frequentare solebant, ad quos rei fama pervenerat coll. v. 48.

(45.) ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου] *Judæi vero visa multitudine invidia incensi.* Etym. M. ζῆλος· ὁ φθόνος. Invidia Judæorum incendebatur

Digitized by Google

ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγο-
46 μένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. Παῤῥησιασάμε-
νοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας, εἶπον· Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον
πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε
αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ,
47 στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύ-
ριος· Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν
48 ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη ἔχαιρον, καὶ
ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν

non tantum confluxu hominum, sed etiam eo, quod gentiles in synagogam venerant, et a Paulo edocebantur. καὶ ἀντίλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις κ. τ. λ.] *iis quæ a Paulo tradebantur, contradicebant, additis etiam conviciis.* Verba ἀντιλέγοντες καὶ desunt in ABE, aliisque codd. ap. *Wetst. Griesb. Birch.* duobus ap. *Matthæium*, versionibus item Syr. Arab. Erp. Copt. Æth. Arm. Vulg. probante *Griesbachio* et *Heinrichsio.* At enimvero hæc verba facilius potuerunt omitti quam addi. Nempe librarii ea omiserunt, quoniam iis superflua videbantur. Neque hæc verba defuerunt in codd. quibus veteres interpretes usi sunt, sed illi non expresserunt, quæ redundare putarent. Inest autem his verbis Hebraismus, similis illi 1 Sam. vi. 12. ἐπορεύοντο πορευόμενοι καὶ βοῶσαι, vid. *Lud. de Dieu* ad h. l.

(46. 47.) *Paulus vero et Barnabas*, non deterriti Judæorum contumeliis, *libere dixerunt: vobis primum tradenda erat doctrina divina, quoniam vero eam repudiatis, vosque felicitate* per Messiam obtinenda *perenni indignos judicatis, jam ecce! nos ad gentiles convertimus.* πρῶτον] doctrina Christiana, ut eo latius propagaretur, populo Judaico, jam ad hanc doctrinam amplectendam præparato, primum tradenda erat, vid. not. ad Matth. x. 6. ἀπωθεῖσθαι, *spernere, repudiare*, id. qd. ἀποδοκιμάζειν, vid. *Wetstenius* ad Rom. xi. 1. in versione Alexandrina respondet Hebr. נדד, v. 2 Regg. xvii. 15, 20. Jer. vi. 19. οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς ζωῆς αἰωνίου] factis, pertinacia vestra declaratis, vos esse felicitate perenni indignos. Similis locutio ap. Cic. Catil. i. 8. *sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse jam dignum custodia judicaverit.* pro Cæcina c. 34. *videtur is, qui cum liber esset, censeri noluit, ipse sibi libertatem abjudicasse.* Arrian. Epictet. ii. 20. κάθευδε, καὶ τὰ τοῦ σκύλακος ποίει, ὃν ἄξιον ἔκρινας σεαυτόν. add. Prov. viii. 36. Matth. xxiii. 31. Rom. ii. 11. στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη] vos utpote indignos doctrina nostra missos facimus, et nos ad gentiles convertimus. Non de omnibus Judæis Paulus hæc intelligi voluit, tradidit enim postea quoque Judæis doctrinam Christianam, vid. c. 14. xxviii. 17 ss. etc. sed spectabat his verbis Judæos Antiochenos doctrinam Christi rejicientes. (47.) Laudatur locus Ies. xlix. 6. ex translatione interpretum Alexandrinorum. Propheta ibi docet se ad munus propheticum a Deo ipso esse evocatum, vid. *Baueri* Scholia ad Ies. l. c. et *Rosenmülleri* Scholia in V. T. Vol. iii. p. 881, 967. Verba vatis Paulus in se transfert. φῶς] *doctor*, vid. ad Joh. i. 4. σωτηρία] auctor felicitatis, quatenus doctor doctrinam salutarem tradit, v. 1 Tim. iv. 16. Luc. ii. 31. ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς] vid. i. 8.

(48. 49.) *Gentiles his auditis lætati sunt, et prædicarunt doctrinam divinam.* ἔχαιρον] lætati sunt, quod videbant e Judæis, reliquas gentes contemnentibus, se unice Deo caros judicantibus, prodiisse doctores, qui nullum coram Deo gentium discrimen esse, sed omnes favore ac beneficiis divinis perfrui posse contenderent. ἐδόξαζον] agnoscebant doctrinæ divinæ præstantiam. καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον] *eamque amplexi sunt, quotquot felicitati æternæ destinati erant.* Diversissimi sunt in hisce verbis explicandis interpretes. a) *Knachtbullus* in notis ad h. l. aliique a *Wolfio* laudati, ἐπίστευσαν referunt ad ζωὴν αἰώνιον, *crediderunt quotquot congregati erant in vitam æternam.* Verum enimvero locutio πιστεύειν εἰς ζωὴν αἰώνιον est plane insolens, et nusquam occurrit de iis qui ad Christi signa se contulerunt. Præterea significatio verbi τάσσεσθαι, *congregari, convenire*, idoneis exemplis comprobari nequit. *Knachtbulli* sententiam, quod verborum constructionem attinet, secutus etiam est *Heinrichsius*, ita tamen, ut vulgarem verbi τάσσεσθαι interpretationem retinuerit. Explicuit nimirum verba: *credebant doctrinæ salutari, quotquot destinati erant* a Deo ut crederent. Quibus verbis non nisi provi-

Digitized by Google

τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ 49
Κυρίου δι' ὅλης τῆς χώρας. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν 50

dentiam divinam indicari statuit, ex cujus voluntate alios ad religionem Christianam transiisse, alios eandem esse aspernatos. Sed ζωὴ αἰώνιος nusquam de doctrina Christiana adhibetur, et, ut jam monuimus, formula πιστεύειν εἰς ζωὴν αἰώνιον, pro, Christianum fieri, est plane insolens. b) Alii, tanquam *Schœttgenius, Krebsius, Læsnerus* vertunt: *qui ad felicitatem perennem se ordinarunt*, s. *qui ordini salutis consequendæ se submittebant*, nempe verbum Dei audiendo, et Spiritui S. per illud operari volenti non resistendo, ut adeo οἱ τεταγμένοι εἰς ζ. α. sit id. qd. ὅσοι ἦσαν ἑαυτοὺς τάξαντες (ὑπὸ τὴν τάξιν τοῦ Θεοῦ) εἰς ζωὴν αἰώνιον. Notant, τάσσεσθαι esse verbum militare, et τεταγμένους dici *milites, qui ordines servant, qui loco suo et ordine*, ducis auctoritate, *collocati et dispositi sunt*. Observant porro, medium et formam reciprocam, sæpius voce passiva exprimi, inprimis in tempore prefecto, et sic quoque h.l. passivum τεταγμένοι reciproce intelligendum esse, idemque valere, quod ἔταξαν ἑαυτοὺς εἰς ζωὴν, *qui se ipsos pararant* s. *ordinarant ad vitam æternam, qui felicitate futura se dignos reddiderant*, pietatis et virtutis studio; ita autem τεταγμένοι accipiendum esse, orationis contextum docere; nam τοὺς τεταγμένους εἰς ζ. α. diserte opponi iis, οἱ οὐκ ἀξίους κρίνουσι ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, *qui vita æterna se ipsos indignos reddiderunt*, nempe τῷ ἀπωθεῖσθαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, v. 46. vid. *Dresigius* de V. M. i. 24. *Grotius, Krebsius, Münthius, Læsnerus* et *Wolfius* ad h.l. c) Alii, veluti *Thalemanus*, verba exponunt: *qui animum habebant cupidum salutis æternæ, qui eam appetebant*, ut etiam passivum vim reciprocam obtineat. Monent, τάττειν ἑαυτὸν ἐπί τι, vel εἰς τι, significare Græcis, *cupere, appetere aliquid, studiosum esse alicujus rei*, ut ap. Xen. Mem. ii. 1. 11. εἰς δουλείαν ἐμαυτὸν τάττω, *servus esse volo*. add. interprett. ad 1 Cor. xvi. 15. d) *Morus* ad h.l. et in Diss. Theologg. Vol. i. p. 141. *Rosenmüllerus, Schottus*, alii, vertunt: *qui felicitati destinati erant*. Notant, Paulum usum esse verbis vitæ communis, quibus non sint substituendæ notiones philosophicæ et metaphysicæ, verbis: *denen Gott die Seligkeit beschieden hatte*, non decretum absolutum, sine ulla conditione significari, non excludi studium hominis felicitatis consequendæ, imo hunc sensum verbis inesse: *quibus, dum fidem doctrinæ divinæ habebant, certa erat felicitas futura*: similes locutiones legi quoque 1 Thess. iii. 3. v. 9. Luc. ii. 34. Hæc interpretatio, utpote simplicissima, et usui loquendi librorum N. T. convenientissima, reliquis præferenda videtur. e) Non defuerunt autem qui verbis hisce: ὅσοι ἦσαν τεταγ. εἰς ζ. αἰ. *qui destinati erant saluti æternæ*, probare ac stabilire conarentur dogma de prædestinatione et absoluto decreto. Sed huic opinioni, cum aliæ caussæ ab attributis Dei, justitia, benignitate etc. petitæ obstant, tum h. l. leges oppositionis et contextus. Nam Apostolus conversionis suæ ad gentiles hanc reddiderat rationem, quod illi doctrinam Christi repudiarent, seque felicitate perenni indignos judicarent. Jam additur, ex gentilibus fidem habuisse, ὅσοι ἦσαν κ. τ. λ. unde consequitur, veram caussam, cur a Deo vitæ æternæ destinati fuerint gentiles, fuisse ipsorum fidem, sicut rejectionem doctrinæ divinæ caussam, ob quam Judæi se felicitate illa indignos reddiderunt. (49.) *Ac tum per* omnem illam *regionem*, Pisidiam, *doctrina divina divulgabatur*.

(50.) οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν κ. τ. λ.] *Judæi autem concitatis matronis religiosis* (proselytis) *et honestis, virisque primariis civitatis*: παροτρύνειν, *impellere, concitare*, v. *Kypkius* ad h.l. Per τὰς σεβομένας γυναῖκας, καὶ τὰς εὐσχήμονας, *Heinrichsius*, intelligit fœminas religiosas, zeloque servandorum rituum ethnicorum ferventes, honestatis studiosas. Monet, per τὰς σεβομένας non posse intelligi *conversas*, propterea, quod non appareat, quid inducere potuerit Judæos, ut proselytos potissimum in suas partes traherent, at gentiles fœminas, cultui numinum suorum religiosissime addictas, et honestate insignes, multum sane ad permovendam plebem valuisse. Me in his non habet assentientem. Etenim sive idonea ratione σεβόμενοι alio sensu positum sumitur, quam quo legebatur v. 16. et 43. Fœminæ illæ h. l. memoratæ, quæ Judaicam religionem amplexæ erant, maritis gentilibus matrimonio junctæ erant, vid. *Michaëlis* ad h.l. Jos. B. I. ii. 20. 2. Has fœminas, more proselytorum studio religionis quam susceperant tuendæ et defendendæ flagrantes, v. *Heuman.* ad h. l., in suas partes trahere studebant Judæi, doctrinæ Christianæ adversarii, utpote quæ excitandæ persecutioni maxime essent opportunæ, persuasis nimirum maritis, qui plurimum poterant. Addit enim Lucas, eas fuisse εὐσχήμονας, *honestas*, i. e. honoratas, primariæ auctoritatis, illustres. De vocabuli εὐσχήμων vi ac potestate, vid. not. ad Marc. xv. 43. Particulam καὶ ante εὐσχήμονας, quæ in codd. optimæ notæ deest, rectissime *Griesbachius* ex ordine ejiciendam censuit. Nam non omnes fœminas

Digitized by Google

τὰς σεβομένας γυναῖκας [1] καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐ-
51 τῶν. Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν
52 ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ, κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως ὥστε πι-
2 στεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς

50. † καὶ.

religiosas concitabant Judæi, sed civitatis primarias, nobili loco natas, v. xvii. 4. coll. v. 12. καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως] *et civitatis proceres*, v. Act. xxviii. 18. καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν] *et tumultus movebant*, np. οἱ Ἰουδαῖοι.

(50. 51.) ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν— Ἰκόνιον] *excusso adversus eos terræ pulvere a pedibus suis, Iconium profecti sunt*. Hac actione symbolica declarare volebant Paulus et Barnabas, se nihil amplius commercii habere velle cum hominibus istis, v. not. ad Matth. x. 14. Ἰκόνιον, hanc urbem Strabo 12. p. 835. Plin. H. N. v. 27. (qui eam *urbem celeberrimam* vocat) Cic. ad Fam. xv. 4. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 857. *Lycaoniæ* annumerant. Xen. Anab. i. 2. 19. urbem *Phrygiæ* extremam versus Lycaoniam dicit; Ammian. Marcell. vero xiv. 2. *Pisidiæ* urbem vocat. Hæc situs differentia, a diverso tempore, quo scriptores vixerunt, et a variis divisionibus regionum per Romanos factis, haud dubie orta est. Ad Pisidiam Lucas hanc urbem retulisse videtur, cum xiv. 6. Lystram et Derben nominarit Lycaoniæ urbes, add. xiv. 21. ἔρχεσθαι, *proficisci*, cf. not. ad Luc. ii. 16. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου] *Christiani autem* qui Antiochiæ Christo nomina dederant, *lætati sunt*, et quod ipsi ad Christi signa transierant, et de felici doctrinæ Christianæ proventu v. 48. *et impleti sunt Spiritu S.*, sacro ardore correpti sunt, ut impavide et constanter doctrinam divinam profiterentur. Sine idonea ratione *Zieglerus* in *Gableri* Journal für Theol. Literat. B. 1. p. 156. (1801.) hæc versus 52. verba a grammatico adscripta fuisse putat.

CAP. XIV.

(1.) Per Lycaoniam, Pisidiam (v. 21, 24.) Pamphyliamque Paulus et Barnabas Antiochiam Syriæ redeunt. κατὰ τὸ αὐτὸ] *Camerarius, Er. Schmidius*, alii, vertunt: *pro more*, subintelligunt ἔθος, ut adeo sit id. qd. κατὰ τὸ εἰωθὸς xvii. 2. quod moris fuerit Apostolis, ut in itineribus suis synagogas sedulo frequentarent. Sed ut probe animadvertit *Kypkius* ad h. l. inde non evictum, verba κατὰ τὸ αὐτὸ hunc significatum ferre posse. Imo notant, *simul* (Vulg.), *una*, Paulus et Barnabas una ingressi sunt synagogam. Hesychius: κατὰ τὸ αὐτὸ, ἁμοῦ. Sic legitur etiam κατὰ τὸ αὐτὸ apud Æl. H. V. xiv. 8. δύο εἰκόνας εἰργάσατο Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτὸ, aliisque in locis pluribus a *Kypkio* ad h. l. allatis. In versione septuagintavirali respondet Hebr. יחד Ex. xxvi. 24. 1 Sam. xi. 11. xxx. 24. 1 Regg. iii. 18. quod per ἐπὶ τὸ αὐτὸ expressum legitur Deut. xxii. 10. xxv. 5. καὶ λαλῆσαι—πλῆθος] *et tanto cum successu docuerunt, ut multi e Judæis et Græcis ad sacra Christianorum adducerentur*. Ἕλληνες et ἔθνη alias tanquam vocabula idem valentia inter se permutantur, v. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 556. unde et h. l. per τοὺς Ἕλληνας plures interpretes gentiles intelligunt, quos Apostoli vel in synagoga ad religionem Christianam adduxerint (verum gentiles synagogas frequentasse idoneis argumentis probari nequit) vel extra synagogam. Sed significantur proselyti portæ, Græci proselyti, ut recte viderunt *Beza, Hammondus, Calovius*, alii, v. ad xiii. 42.

(2.) κακοῦν] h. l. notat, *exacerbare, contra alterum excitare et irritare, erbittern, aufhetzen*. Hanc verbi significationem interpretes nonnulli plane insolentem habuerunt, sed temere, ea enim apud probæ notæ scriptores occurrit, ut *Kypkius* et *Krebsius* exemplis luculentis ad h. l. demonstrarunt. Sic ap. Joseph. Ant. xvi. 7. 3. de Herode per mala domestica excruciato et ad crudelitatem irritato dicitur: ἐκακοῦτο δὲ καὶ

Digitized by Google

τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν 3
παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς
χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ
τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως· καὶ 4
οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις. Ὡς 5
δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν
αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτοὺς, Συνιδόντες κατέφυγον 6

3. † καὶ.

ὑποψίαις καὶ χειρῶν ἀεὶ γινόμενος ἅπασιν κατὰ πάντων ἐπίστευεν, irritabatur suspicionibus, et pejor in dies factus, omnibus contra omnes credebat. ib. viii. 6. κακοῦσθαι est, contra aliquem irritari, ubi tanquam synonymum ἐργῆς ἀναπλησθήσεσθαι jungitur. Sic h. l. ejus synonymum est ἐπήγειραν. Verba autem τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν (cum constructio κακοῦν τινα κατά τινος insolens sit) jungi debent cum ἐπήγειραν, hoc sensu: *Judæi vero pertinaces concitarunt et irritarunt animos gentilium adversus fratres*, i. e. Messiæ cultores. Est enim, ut *Krebsius* ad h. l. annotavit, is scriptorum, cum Græcorum, tum Latinorum mos, ut, præmissis pluribus, ea interdum subjiciant, quæ constructione non proximis jungenda, sed ad remotius et nonnunquam ordine primum, referri debeant, v. *Abreschius* Annotatt. ad loca quædam N. T. p. 619.

(3.) ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν κ. τ. λ. (4.) ἐσχίσθη δὲ κ. τ. λ. (5.) ὡς δὲ κ. τ. λ.] verte: *attamen* (Act. xxvi. 22. v. *Noldii* Concordd. Particc. p. 331. b. *Tymp.*) *longo tempore ibi versati* etc. (4.) *Scindebatur autem civitas* etc. (5.) *Cumque* etc. ἱκανὸν χρόνον diutius, satis longo tempore, v. Luc. viii. 27. Act. viii. 11. ix. 23. παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ] explicant: *libere Jesum ejusque doctrinam profitentes*, ut sit id. qd. παῤῥησιαζόμενοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ ix. 27. μαρτυροῦντι τὸν λόγον] *comprobanti doctrinam ejus beneficio debitam*; καὶ διδόντι σημεῖα κ. τ. λ. *dum patrari jubebat*, s. *eo quod* etc. coll. Marc. xvi. 17. Sed Κύριος de Deo accipiendum videtur, ita, ut ἐπὶ τῷ Κυρίῳ sit, *freti Deo*, fiducia in Deo posita, vel adjuti a Deo, libere docebant. Præpositio enim ἐπὶ sæpius notat, *propter*, *per*, atque caussam efficientem et moventem indicat, v. Act. iii. 16. et *Schleusneri* Lex. sub h. v. De Deo esse cogitandum arguit ipsa vox λόγος τῆς χάριτος αὐτοῦ. Doctrina enim Christiana dicitur χάρις Θεοῦ, Act. xiii. 43. Hebr. xii. 15. λόγος τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, Act. xx. 32. add. 2 Cor. i. 12. vi. 1. non autem χάρις τοῦ Χριστοῦ. Confirmat hanc interpretationem etiam locus Hebr. ii. 4. τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος κ. τ. λ.] *qui doctrinam ipsius beneficio debitam confirmabat, efficiendo, ut per eos prodigia et miracula fierent.* μαρτυρεῖν, *comprobare, confirmare, auctoritatem conciliare*, ut συνεπιμαρτυρεῖν legitur Hebr. ii. 4. ubi v. interpp. Alexandrini Judæi verbo μαρτυρεῖν expresserunt Hebr. הֵעִיד 1 Regg. ii. 42. Neh. ix. 29, 30. λόγος τῆς χάριτος doctrina Dei beneficio debita, ut xx. 24, 32. Verbis σημεῖα καὶ τέρατα, quæ sæpius in literis sacris junguntur, et a Philone v. c. de Vita Mosis 1. p. 617. significantur omnino varii generis miracula. Cæterum καὶ ante διδόντι auctoritate plurimorum optimorumque codd. recte expunxerunt *Bengelius*, *Griesbachius*, et *Matthiæus*.

(4.) ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως] *in partes cives scissi sunt*: σχίζεσθαι, *in partes abire*, subaudiendum εἰς δύο γνώμας, *in duas partes*, dissidium ortum est inter populum istius urbis. Lucianus Asino 54. τὸ θέατρον εἰς δύο γνώμας ἐσχίζετο. Herodo. iv. 119. ἐβουλεύοντο οἱ βασιλῆες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνέων ἥκοντες· καὶ σφέων ἐσχίσθησαν αἱ γνώμαι. Diod. Sic. p. 294. B. σχιζομένων τῶν Σικελιωτῶν πόλεων. Joh. vii. 43. σχίσμα ἐγένετο δ' αὐτόν. add. x. 19. Virg. Æn. ii. 39. *Scinditur incertum studia in contraria vulgus.* σύν τινι εἶναι valet, *partes alicujus sequi, facere cum aliquo*, Xen. Cyr. v. 2. 15. extr. τοὺς σοὺς, ἐπὶ σὺν ἡμῖν εἰσι. v. 3. 15. οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βούλεσθαι εἶναι. Nomen ἀπόστολοι quo Paulus et Barnabas h. l. insigniuntur, quod proprie et κατ' ἐξοχὴν jam tum adhibebatur de duodecim illis primariis religionis Christianæ doctoribus, v. Matth. x. 2. h. l. omnino ecclesiæ doctorem declarat ut Rom. xvi. 7.

(5. 6.) ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ κ. τ. λ.] *cumque gentiles et Judæi una cum primoribus suis consilium cepissent*: ὁρμὴ dicitur etiam de *impetu animi*, *consilio*, *proposito*, ut h. l. Jac. iii. 4. Diod. Sic. p. 130. D. ὁρμῆς αὐταῖς ἀμετεώρου ἐπιπλεῖν πολλὰ μέρη τῆς οἰκουμένης. ib. p. 652. B. ἀμετάθετον αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ἑώρων, *immutabile viderunt eorum consilium* s. *propositum*. Herodi. viii. 8. 6. τοῦ θυμοῦ μὴ κρατήσαντες, ὁρμῇ δὲ ἀλόγῳ χρησάμενοι, *iracundiæ impotentes, impetu vesano acti*. Ovid. Fastt. iv. 222. *Adnuit; unde venit, dixi, sua*

Digitized by Google

εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην, καὶ τὴν
περίχωρον· Κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.
8 Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκάθητο,
χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ [1]ὑπάρχων, ὃς οὐδέποτε
9 [II]περιεπεπατήκει. Οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος· ὃς
ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι,
10 Εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου
11 ὀρθός. Καὶ [1]ἥλετο, καὶ περιεπάτει. Οἱ δὲ ὄχλοι, ἰδόντες

8. ♈ ὑπάρχων. II ~ περιπεπατήκει. 10. ~ ἥλατο.

membra secandi Impetus? Hesychius: ὁρμὴ, βουλὴ, ἐπιθυμία, vid. *Münthius* ad h. l. Male alii ὁρμὴ accipiunt de *invasione, tumultu excitato*, hoc sensu: cum gentiles atque Judæi una cum primoribus suis impetum fecissent, i. e. facere conati essent, ut contumeliose tractarent etc. Hanc explicationem contextus repudiat coll. v. 6. συνιδόντες] *re cognita, comperta*, v. xii. 12. Diod. Sic. p. 388. D. συνιδὼν τὴν τῶν ἱππέων παραχὴν, *adversariorum perturbatione intellecta*, v. *Münthius* ad h. l. κατέφυγον e mandato Christi Matth. x. 23. Pro συνιδόντες *Hammondus* ad xii. 12. legi vult σπεύδοντες. Temere. Λύστραν] dicebatur hæc urbs non tantum ἡ Λύστρα ut h. l. v. 21. xvi. 1. sed etiam genere neutro τὰ Λύστρα v. 8. a Ptolomæo Geogr. v. 4. *Isauriæ*, quæ Lycaoniæ vicina erat, tribuitur, ut a Strabone 12. p. 853. *Derbe* v. *Wetstenius* ad h. l. add. *Cellarii* Notitia Orbis Antiqui T. ii. l. 3. c. 4. p. 115. erant hæ urbes in Lycaoniæ confiniis sitæ, et tunc temporis Lycaoniæ accensebantur, vid. not. ad xiii. 52. ut adeo non necesse sit cum *Drusio* verba explicare: fugiebant in civitates Lycaoniæ *et* (Isauriæ) Lystram ac Derben.

(8, sqq.) Lystræ sanat Paulus hominem a natalibus inde pedibus debilem. ἐκάθητο] *erat, habitabat*, ita quoque Hebraicum verbum יָשַׁב legitur Ies. ix. 1. et Græcum καθῆσθαι Act. xviii. 11. Luc. xxiv. 49. Pro περιπεπατήκει in aliis libris legitur περιπεπατήκει, quam lectionem rectissime in ordinem recepit *Griesbachius*. Scilicet vulgo in temporibus plusquamperfectis, ante augmentum et repetitam verbi consonam, aliud ε præfigitur, velut in ἐπεπαύκειν, ἐπεπόφειν etc. Sed illud novum plusquamperfecti augmentum ab Atticis sæpe abjicitur, v. *Jungermanus* ad Longi Pastoralia p. 215. *Casaubonus* ad Athen. lib. 2. c. 15. *Hemsterhusius* in Obss. Misc. Vol. iv. p. 291. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. ii. p. 316. *Valckenarius* in Scholis ad h. l. Sic infra legitur πεπεπεσύκεσαν v. 23. πεποιήκεσαν, Marc. xv. 7. παραδιδώκεσαν ib. v. 10. ἐκδεδλήκει pro ἐξεδεδλήκει, Marc. xvi. 9. οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος κ. τ. λ.] *hic cum Paulum docentem audiret* attentius, *hic eum intuitus, atque intelligens, eum firmam spem salutis concepisse.* Vultus hominis significabat sensum animi pium, eumque spem recuperandæ Pauli ope valetudinis fovere. Hunc sensum, hanc spem, excitarant, cum Pauli oratio, tum insignia facta in vicinis oppidis v. 3. a Paulo edita, de quibus homo ille audiverat. Ex *Heinrichsii* sententia Paulus cum Lycaonio illo non diu collocutus est, nec ejus fidem examinavit, antequam eum sanaret, quoniam linguæ Lycaoniæ ignarus erat. Hæc vero ratio est parum probabilis. Etenim Græca lingua ubivis fere terrarum, etiam in Lycaonia, illa ætate vulgo nota erat, Paulus ad Lystrenses verba faciens v. 7, 15 sqq. Græco sermone utebatur, et Græce alloquebatur hominem illum, qui ipsum docentem audiverat. Quodsi ergo statuitur, Paulum cum homine pedibus debili non esse collocutum, ejusque fidem explorasse antequam eum sanaret; fatendum est, in silentio scriptoris non liquere, cur Paulus id facere omiserit. Sed verba ἰδὼν κ. τ. λ. *intelligens* etc. etiam hanc interpretationem admittunt: e colloquio cum homine illo instituto intelligens. Lucas brevitatis studiosus est, et res minutas, quæ per se facile intelligi possunt omittere solet. πίστις] in hac verborum complexione est fiducia se posse Pauli ope sanari. Sermo enim est de ægroto, et σώζεσθαι etiam alias de sanitatis restitutione ponitur, ut iv. 9. Matth. ix. 21 sq. al.

(11.) ἐπῆραν τὴν φωνὴν—λέγοντες] *voce sublata exclamabant* Philostrat. Vit. Apollon. v. 33. ἀνιδήσας δὲ ὑπὲρ τὸ μέτρον τότε, καὶ τὴν φωνὴν ἐπάρας πᾶς ὁ ἱδρὼς ἔφη, *tum vero immodice ira tumescens præter morem sublata voce dicebat*. v. *Elsnerus* ad h. l. Λυκαονιστὶ] *dialecto Lycaonia*. Græca lingua in Asiæ regionibus in usu erat, retinebatur tamen etiam lingua patria, eaque inprimis populus utebatur. Quænam linguæ Lycaoniæ ratio fuerit, definiri nequit. *Grotius* linguam Lycaoniam eandem fuisse putat, quæ Cappadocium fuerit, in quam sententiam eum

Digitized by Google

ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγοντες· Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν, Δία· τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν· ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Ὁ δὲ 12 13

vicinitatis ratio induxisse videtur. *Jablonskius* in diss. de lingua Lycaonica (v. *Wolfius* ad h. l.) statuit, eam fuisse dialectum Græcam, sed Assyriacæ proximam et inde deductam. *Guhlingius* in Diss. de lingua Lycaonica a Pelasgis Græcis orta, Viteb. 1726. 4. contendit, Lycaonicam linguam ab origine Græca dimanasse, migratione tamen, coalitione cum aliis gentibus, longinquitate temporis, arte vel negligentia incolarum, varia ratione mutatam esse et a pristina stirpe, more linguarum communi defecisse. Cæterum Lycaones Lycaonia dialecto usos fuisse, Lucas propterea annotavit, ut ostenderet, Paulum non intellexisse, quæ tum Lycaonice dicerentur, quodsi enim intellexisset, impedivisset statim conatus hominum, eosque meliora edocuisset, nec exspectasset, donec sacerdos accersitus cum tauris et coronis accederet, quod non nisi post aliquam temporis moram fieri poterat. Quæ sunt verba *Wetstenii* ad h. l. Cui præivit Chrysostomus, qui hæc habet: *ἤθελε θύειν· ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο οὐδέπω δῆλον, τῇ γὰρ εἰκείᾳ ἰφθέγγοντό φωνῇ λέγοντες· ὅτι οἱ θεοὶ κ. τ. λ. διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτοῖς ἔλεγον· ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὰ στέμματα, τότε ἐξελθόντες διέρρηξαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν. — οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες κ.τ.λ.*] *dii assumpta forma humana ad nos descenderunt. κατεβαίνειν*] verbum de deorum ad mortales adventu scriptoribus exteris frequens, ita legitur ap. Arrian. Epictet. iii. 1. aliisque in locis ab *Elsnero* ad h. l. laudatis. Latini hanc in rem usi sunt verbis *descendere* Horat. Carm. iii. 4. 1. *delabi*, Virg. Æn. vii. 620. Pervulgata autem erat olim apud gentes opinio, deos vel ad cognoscenda hominum facta, vel ad ornandos eos beneficiis interdum forma humana indutos hominibus apparere, in eosque beneficia conferre Hom. Odys. ρ'. 484. *Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστροφόωσι πόλησας. Hospitibus divi similes vultumque sonumque Per varias urbes ultro citroque mearunt.* Catull. lxv. 384. *Præsentes namque ante domos invisere castas Sæpius et sese mortali ostendere cœtui Cœlicolæ, nondum spreta pietate, solebant.* add. Hesiod. Ἔργ. 247 ss. Ovid. Met. i. 212. Jamblich. ii. 3. p. 41. c. 6. p. 47. cf. *Spanhemius* de Usu et Præstant. Numism. Diss. 7. p. 426 sq. et in notis ad Callim. h. in Pallad. v. 101. *Elsnerus*, *Albertius* et *Wetstenius* ad h. l.

(12.) Lystrenses in Paulo, Mercurium, in Barnaba, Jovem, se videre credebant, adeoque de divinis honoribus utrique exhibendis cogitabant. Quæritur autem, cur Lystrenses Paulum et Barnabam, Mercurium et Jovem esse suspicati sint? Scilicet a) putabant veteres, deos urbes potissimum sibi sacras invisere. Lystræ autem Jupiter colebatur coll. v. 13. et probabile est, etiam Mercurium, qui apud omnes fere antiquas gentes, maxime vero apud Asiæ minoris populos, in summo honore fuit, qui deus mercatorum, et omni lucro præesse credebatur, Lystræ suum templum habuisse, v. *Guhlingius* de Paulo Mercurio ad Act. xiv. 12. Viteb. 1726. p. 7. et *Walchius* in Spicilegio Antiquitatum Lystrensium Act. xiv. Jenæ 1759. p. 9 sq. Solebat porro b) ut ex historia mythica constat, Mercurius Jovem in terras descendentem comitari, Plautus Amphitr. i. 1. 1. *In faciem versus Amphitryonis Jupiter Dum bellum gereret cum Telebois hostibus Alcmenam uxorem cepit usurariam Mercurius formam Sosiæ servi gerit absentis.* Ovid. Met. viii. 626. *Jupiter huc, specie mortali, cumque parente Venit Atlantiades* (Mercurius nepos Atlantis) *positis caducifer alis.* Fastt. v. 495. *Jupiter et lato qui regnat in æquore frater Carpebant socias Mercuriusque vias.* c) Pervulgata denique etiam erat fabula et in Lystrensium ore versabatur, in confiniis Lycaoniæ Jovem et Mercurium olim Phrygiam peragrasse, et a Philemone ac Baucide fuisse exceptos, v. Ovid. Met. viii. 611 ss. Phrygia enim fuit Lycaoniæ contermina, v. Plin. H. N. v. 41. Hanc pietatis Lystrensium erga Apostolos caussam attulit et uberius exposuit *Gelpke* in Symbola ad interpretat. loci, Act. xiv. 12. Lips. 1812. 4. Ex iis quæ hactenus disputata sunt, facile patet, cur de Jove et Mercurio præcipue cogitarint Lystrenses. Sed quæritur etiam 2) cur Barnabam pro Jove, Paulum vero pro Mercurio habuerint? Lucas ipse subjungit rationem, Paulum nimirum Mercurium fuisse vocatum, *ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ἡγούμενος τοῦ λόγου* quia verba præibat, primas partes in loquendo tenebat. Mercurius autem sermonis et eloquentiæ auctor, præses et deus habebatur Horat. Carm. i. 10. 1. *Mercuri facunde, nepos Atlantis Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus.* add. Ovid. Fastt. v. 688. Macrob. Saturn. viii. 8. *scimus Mercurium vocis et sermonis potentem.* Hinc Jamblicho de Myster. init. dicitur *Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν ὁ Ἑρμῆς*, ubi v. *Galeus*. Lucian. Pseudol. 24.

Digitized by Google

ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε

13. † αὐτῶν.

ὁ λόγιος Ἑρμῆς. v. *Elsnerus* ad h. l. Præterea Jovem Mercurii ore ad mortales loqui, et quid fieri, quid agi ab ipsis vellet, per ipsum significare, olim creditum fuit, unde Horat. Carm. i. 10. 5. eum vocat *magni Jovis et deorum nuntium*, et Philo Legat. ad Cai. p. 1005. τὸν ἑρμηνέα καὶ προφήτην τῶν θείων. Apollodor. iii. 10. 2. Ζεὺς δὲ αὐτὸν (Ἑρμῆν) κήρυκα ἑαυτοῦ καὶ θεῶν ὑπαχθονίων τίθησι. add. Macrob. Saturn. i. 19.

(13.) ἱερεὺς] intelligendus est haud dubie inter sacerdotes Jovis sacerdos primarius, et ipsius ordinis antistes. Sic ἱερεὺς pro ἀρχιερεὺς occurrit v. 24. al. etiam apud gentiles sacerdotem summum dictum fuisse ἱερέα docuit *van Dale* diss. ant. et marm. illustr. p. 321. τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν] *Jovis qui erat in suburbio*, i. cujus fanum in suburbio erat. Recte observavit ad h. l. *Heinsius*, intelligi Jovem Πρόπυλον, qui ante urbem coleretur, quod πολιοῦχος urbis Deus tutelaris, custos et conservator esset. Adjecit Lucas, ut annotavit *Walchius* l. l. p. 22. quoniam in una urbe unum sæpe numen, pro diversis epithetis singularia beneficia designantibus, in diversis cultum est templis, diversaque sacra et diversos sacerdotes habuit, ut adeo verba Ζεὺς ὁ πρὸ τῆς πόλεως haud obscure doceant, Jovem sub diversis nominibus a Lystrensibus esse cultum, ejusque sacerdotes ob id ipsum diversi generis fuisse. Deorum tutelarium simulacra in suburbiis, ante portam olim locata fuisse, pluribus comprobarunt *Spanhemius* ad Callim. h. in Pallad. p. 591. *Elsnerus*, *Wolfius* ad h. l. *Potterus* et *Meursius* ad Lycophr. v. 356. Solebant vero etiam templa deorum ante urbes in suburbiis exstrui, v. *Tzetzes* ad Lycophr. l. c. *Elsnerus* ad h. l. De simulacro Jovis ante urbis portam posito h. l. serino non esse potest, nam ut probe monuit *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. (Lips. 1809.) p. 295. add. Selecta ex ejusd. scholis etc. Vol. i. p. 509. deorum statuæ sic sub dio collocatæ, septo, ἕρκει vel περιβόλῳ cinctæ, suos certe non habebant sacerdotes. Intelligendum ergo est *templum Jovis* prope urbem conditum, et omissum est vocabulum ἱερόν, ut ap. Aristoph. Plut. 358. ἥκεις παρὰ τοῦ θεοῦ, *e fano Apollinis*. ib. 653. πρὸς τὸν θεὸν *in templum Æsculapii*. Herodo. i. 182. κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς (ἱερῷ) τοῦ Θηβαίου γυνή. Callim. epigr. 61. ἐν Ἴσιδος. Aristoph. Plut. 411. εἰς Ἀσκληπιοῦ, *in templum Æsculapii ire*. Porphyr. de abstin. ii. 10. βοῦν δὲ Δίομος ἔσφαξε πρῶτος, ἱερεὺς ὢν τοῦ πολιέως Διός. Eadem ellipsis Latinis frequens Cic. ad Div. viii. 4. *sed cum senatus habitus esset ad Apollinis*. Horat. Serm. i. 9. 35. *ventum erat ad Vestæ* scl. ædes. ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας] *tauros coronatos adduxit*. Duos sacerdos adduxit tauros, ut unum Barnabæ, tanquam Jovi, alterum Paulo, tanquam Mercurio immolaret. Mercurii sacrificiis boves fuisse adhibitos docet Persius Sat. ii. 44. *Rem struere exoptas cæso bove, Mercuriumque Arcessis fibra*. Jovi quoque factum fuisse tauris comprobant loci Hom. Il. β'. 402. Xen. Cyr. viii. 3. 6. et 11. Liv. xxii. 10. xli. 14. Virg. Æn. iii. 21. ix. 627. v. *Spanhemius* ad Callim. h. in Apoll. v. 79. *Feithius* Ant. Homer. i. 9. *Cuperus* Apotheosi p. 74. Sed ταύρους καὶ στέμματα per figuram ὃν διὰ δυοῖν positum est pro ταύρους ἐστεμμένους, ut ap. Virg. Georg. ii. 192. *pateris libamus et auro*, pro, pateris aureis, Servio interprete. Exempla plura hujus figuræ attulerunt *Glassius* Phil. S. p. 18 sq. et *Münthius* ad h. l. Erant igitur tauri στεφηφόροι s. στεφανοφόροι ut Lycophron eos vocat Cassandr. 327. Victimæ floribus s. corollis ornabantur Statius Theb. iv. 449. *Tum fera cœruleis intexit cornua sertis*. Prudentius Peristeph. v. 1021. *Huc taurus ingens fronte torva et hispida Sertis revinctus aut per armos floreis Aut impeditus cornibus deducitur, Nec non et auro frons coruscat hostiæ* (inaurari etiam solebant cornua victimarum Virg. Æn. ix. 627.) *Setasque fulgor bractealis inficit*. add. Theophr. Char. c. 21. Juvenal. xiii. 65. Servius ad Virg. Æn. v. 366. Tertullian. Cor. milit. c. 10. *Münthius* et *Wetstenius* ad h. l. Alii, veluti *Grotius*, simpliciter intelligi volunt *tauros* et *coronas*, et cogitant de coronis Barnabæ et Pauli capitibus imponendis, ostentandæ pietatis, et cumulandi divini cultus caussa. Provocant ad verba quæ in ep. Jeremiæ s. in libro Baruchi vi. 9. leguntur: κατασκευάζουσι στεφάνους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν θεῶν αὐτῶν. Sed sacerdotem Paulum et Barnabam coronare voluisse, ex illo more veterum, statuas deorum coronandi, non satis tuto colligi potest. ἐπὶ τοὺς πυλῶνας] *ad vestibulum* s. *portam*, ædium in quas Paulus et Barnabas diverterant. Pluralis vim habet singularis, ut sæpius. Neque audiendus *Er. Schmidius*, qui contra codd. fidem legi vult τοῦ πυλῶνος. Hæc autem verba ἐπὶ τοὺς πυλῶνας nonnulli explicant: *ante portam urbis*, quam etiam πυλὼν designat in vers. Alex. 1 Regg. xvii. 10. Alii: *ante portas templi*. Sed Paulus et Barnabas non erant in templo; nec facile perspicitur, cur in tem-

Digitized by Google

θύειν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, 14
διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον,
κράζοντες, Καὶ λέγοντες· Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ 15
ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς
ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα,
ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ
πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· Ὃς ἐν ταῖς παρῳχημναις γενεαῖς 16

14. εἰσεπήδησαν.

plo; nec facile perspicitur, cur in templo divinum honorem sacerdos iis exhibere voluerit, potius coram Jove ipso præsente, quam ad aram ejus victima mactanda erat. Imo πυλὼν est porta domus in qua Apostoli erant. Neque tamen cum *Beza, Er. Schmidio, Rosenmüllero, Heinrichsio*, hæc intra urbem gesta arbitror, id quod colligunt e v. 19. ubi Paulus urbe ejectus dicitur. Non enim inde sequitur, ea quæ h.l. et v. 19. leguntur, eodem tempore esse facta. Contra tempore opus fuit, donec, id quod v. 19. expresse additur, populo a Judæis Antiochenis persuaderetur, ut urbe eos ejicerent, quos ante deos esse existimarant. Verisimilius ergo est, Paulum in suburbio publice docuisse, ibique claudum sanasse, eoque sanato, ut laudes hominum fugeret, una cum Barnaba se recepisse in ædes, in quibus diversabantur, (nec enim legitur eos homine illo sanato porro edocuisse populum); ibi audiebant (ἀκούσαντες v. 14.) sacerdotem, magna eum comitante populi multitudine (σὺν ταῖς ὄχλοις v. 13.) accedere, ut ipsis immolaret.

(14.) διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν] *conscissis vestibus*, quo vehementius declararent, se idolorum cultum detestari. Solebant Hebræi vestes discindere, præ indignatione, si blasphemias audiebant, v. Matth. xxvi. 65. in luctu præ dolore Gen. xxxvii. 29. Num. xiv. 6. v. *Geierus* de luctu Hebr. xxii. 11. διαῤῥήξαντες positum est pro διαῤῥηξάμενοι. Nempe in libris scriptorum proborum διαῤῥῆξαι ita usurpatur, ut notet *discidisse vestem alienam*, διαῤῥήξασθαι, *discidisse vestem suam*. Sed recentiores scriptores sæpe Activo pro Medio usi sunt, v. Berglerus ad Alciphr. p. 130. *Hemsterhusius* in Obss. Miscell. Vol. v. T. iii. p. 64. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 186 sq. T. ii. Sic etiam οἱ ο'. Gen. xxxvii. 29, 34. al. et scriptores N. T. Marc. xiv. 63. Matth. xxvi. 65. Lucas h.l. qui hoc facere potuerunt eo rectius, quia nominibus rerum addiderunt pronomina reciproca ex Hebraica ratione, ut Matth. l.l. διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ h. e. διεῤῥήξατο τὰ ἱμάτια. Pro εἰσεπήδησαν cum plurimis optimæ notæ codd. legendum est ἐξεπήδησαν *prosilierunt ad multitudinem*, hoc saltem altero multo rarius est, atque adeo facilius altero potuit mutari, quare et ἐξεπήδησαν probarunt *Millius* Prolegg. §. 972. *Abreschius* Obss. ad N. T. p. 608. *Valckenarius, Heinrichsius* ad h. l. alii, et recepit *Griesbachius*.

(15.) κράζοντες καὶ λέγοντες] *alta voce clamantes*. ὁμοιοπαθεῖς] similis naturæ, similibus affectionibus obnoxii, caduci, fragiles et mortales non minus quam vos, id. qd. ὅμοιοι ὑμῖν, ut Jac. v. 17. Opponitur Deo immortali et diis qui immortales habebantur. Vulgatus vertit: *nos mortales sumus, similes vobis homines*. Bene *Millius* Prolegg. §. 1309. Explicatio marginalis ibi *mortales τοῦ similes*, quæ postea in versionem irrepsit. εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς] *vos cohortantes*, id. qd. παρακαλοῦντες. Pronomen ὑμᾶς pertinet ad verbum εὐαγγελίζεσθαι, quod et alias cum accusativo construitur, ut infra v. 21. ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων] *ab hisce vanis superstitionibus*. Plerumque ad ματαίων subintelligunt θεῶν, cum opponatur θεῷ ζῶντι, sed ipsum pronomen τούτων docet Paulum loqui de conatu Lystrensium sacrificium offerendi Apostolis, nec deorum statuas attulerant. Sed ματαιος non tantum de idolis dicitur, ut Zach. xi. 17. ubi in textu Hebraico est אלילים Jer. ii. 5. ubi respondet Hebr. הֶבֶל *vanitas*, verum etiam de ipso *idolorum cultu* adhibetur, ut 1 Regg. xvi. 2. ubi Alexandrini Judæi hoc vocabulo expresserunt Hebr. הַקְּשָׁרָה v. *Bielii* Thes. h. v. Θεὸς ζῶν, *Deus verus*, id. qd. ἀληθινὸς, vid. not. ad Matth. xvi. 16.

(16—18.) *Qui præteritis seculis omnes gentes suo more vivere passus est*. ταῖς ὁδοῖς scl. ἰν, ut ep. Jud. v. 11. τῇ ὁδῷ τοῦ Καΐν ἐπορεύθησαν, v. *L. Bosius* Ellips. sub ἰν p. 703. *Schæfer*. πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν] suo tramite incedere. ὁδος ut דרך notat, vitæ instituta, vivendi consuetudinem, sed cum h. l. de cultu Dei et numinum falsorum sermo sit, verbis inest sententia hæc: Deus gentes sivit suas de colendo numine opiniones sequi, non iis dedit legem, ut Judæis, non iis misit legatos, ut Judæis coll. xvii. 30. καί τοιγε οὐκ ἀμάρτυρον κ. τ. λ.] *quamquam haud*

Digitized by Google

17 εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Καί τοι γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ‖ ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν 18 τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ‖ ἡμῶν. Καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. 19 Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον 20 ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι. Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς Δέρβην. 21 Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες

17. ∼ ὑμῖν ‖ ∼ ὑμῶν.

obscura de se testimonia dedit, beneficiis tribuendis. *καίτοιγε, quamquam*, ut ap. Arrian. Epictet. iii. 24. *ταῦτα τὰ ὀνόματα δύσφημά ἐστι· καίτοιγε οὐδὲ ταῦτα ἐκείνῳ δεῖ φθέγγεσθαι, hæc nomina ominosa sunt, quamquam ne ab his quidem dicendis est abhorrendum*, v. *Elmerus* ad h. l. *ἀμάρτυρος* dicitur, de quo nullum extat testimonium, documentum, e quo cognoscatur, quis et qualis sit ut ap. Thucyd. ii. 41. *οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς — καρδίας ἡμῶν*] *cœlitus concedendo vobis pluviam, atque frugifera anni tempora: largiterque vobis præbendo alimenta atque lætitiam*, quæ vitæ bona et commoda non idolis vestris accepta sunt referenda. Ps. cxlv. 15, 16. Cic. de N. D. i. 2. *Et fruges et reliqua, quæ terra parat, et tempestates, et temporum varietates cœlique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignit, maturata pubescunt, a diis immortalibus tribui generi humano.* Sententias similes alias vid. ap. *Gataekerum* ad Antonin. vii. 70. p. 235. viii. 19. p. 244. Pro *ἡμῖν* et *ἡμῶν* quod explicant: nobis omnibus, gentilibus atque Judæis, auctoritate plurium codd. recte reposuit *Griesbachius* *ὑμῖν* et *ὑμῶν*, hanc lectionem contextus flagitat; loquitur enim Paulus de beneficiis a Deo gentilibus tributis, quibus Deus iis dedisset testimonia de se satis perspicua. *καρδία* nonnulli de *ventriculo, stomacho* intellexerunt, v. *Wolfius* ad h. l. *Schleusnerus* in Lex. h. v. Sed *καρδίας ὑμῶν* ex Hebraismo positum est pro *ὑμᾶς, vos.* Sæpius enim voc. לב vim pronominis obtinet. *εὐφροσύνη*] gaudia hujus vitæ. Sil. It. xv. 55. *Quantas ipse Deus lætos genuvit in usus Res homini plenaque dedit bona gaudia dextrā.* (18.) *καὶ ταῦτα λέγοντες κ. τ. λ.*] *hæc dicentes, vix impediverunt populum, quo minus ipsis immolaret victimas; κατεπαύσαν* h. l. vim activam habet, ita, ut sit: *compescere*, ut in vers. Alex. Ps. lxxxiv. 3. ap. Herodo. i. 27. Hom. Il. xv. 105. xvi. 618. Diod. Sic. p. 716. A. *περὶ τοῦ τὸν κήρυκα κατεπαῦσαι τοὺς θορυβοῦντας ἅπαντες σιωπὴν παρείχοντο, priusquam tumultuantes præco inhiberet, silentium præbuerunt omnes.* vid. et *Glassius* Phil. S. p. 252.

(19.) Paulo post advenerunt (בא Gen. xlii. 21.) Judæi, Antiochia, Pisidia et Iconio huc profecti, qui ibi jam hostilem in Apostolos animum prodiderant, et tumultus contra eos excitaverant, v. xiii. 14, 50. xiv. 1 ss. hi in suas partes pertraxerunt turbam mobilem, ita, ut Paulum, quem modo deum esse putarat, utpote deorum contemptorem, et falsum doctorem, lapidibus obruerent. *πείσαντες*] vid. ad xii. 20. *λιθάσαντες τὸν Παῦλον κ. τ. λ.*] *ut lapidarent Paulum, eumque extra urbem raperent, mortuum esse rati.* Nonnulli interpp. *λιθάσαντες ἔσυρον* per hysterologiam dictum esse putant pro, *ut Paulum extra urbem raptum, lapidibus tamdiu obruerent, donec eum exspirasse crederent.* Citra necessitatem. Concitarunt autem Judæi illi tumultum contra Paulum, non contra Barnabam, et persuaserunt multitudini ut Paulum lapidibus obrueret, quia Paulus erat *ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου* v. 12. adeoque iis magis invisus quam Barnabas.

(20. 21.) *κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν*] *Christianis autem eum cingentibus*, sepeliendi caussa. *ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν*] *surrexit, urbemque* clam *repetiit.* Pricæus suspicatur Paulum mortem simulasse, non quidem lucis usuræ cupidine, sed Christum prædicandi, pluresque ob eum agones subeundi. *Pricæi* sententiæ subscripsit etiam *Wetstenius.* Probabilius tamen est, Paulum vulneribus debilitatem, deliquium animi passum esse, et tempore interjecto, ad se rediisse. (21.) *μαθητεύσαντες*] *discipulos fecerunt, multos ad religionem Christianam adduxerunt, in cœtum Christianorum receperunt*, vid. not. ad Matth. xxviii. 18. *Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν*] *reversi sunt Lystram, Iconium et Antiochiam* Pisidiæ

Digitized by Google

ἱκανοὺς, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν, Ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, παρακα- 22
λοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· Χειροτονήσαντες 23
δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.
24 Καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν· Καὶ 25
λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀττάλειαν.
Κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδο- 26
μένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον, ὃ ἐπλήρωσαν. Παρα- 27

ut Christianos ibi degentes confirmarent, ne calamitatibus ab Apostolis perferendis, et quæ ipsis quoque imminerent perturbarentur et a religione Christiana deficerent, 2 Tim. iii. 11.

(22.) Verba καὶ ὅτι δεῖ non habere videntur, unde pendeant. Quare *Beza* particulam expungendam censet. Sed post καὶ cogitando adjiciendum est λέγοντες, cujus verbi notio in παρακαλοῦντες, quod præcessit, inclusa latet, ut adeo verba convertenda sint: *adhortati ut doctrinam retinerent, ac dicentes* etc. Similis constructio, qua verbum alterum notione cognatum, ex illo quod præcessit, lectoris animo supplendum relinquitur, est ap. Joseph. Ant. v. 1. 18. quem locum *Krebsius* attulit, verba ibi sunt: τοῦ Θεοῦ δ' ἐξονειδίσαντος αὐτοῖς τὸν φόβον, καὶ εἰ πλέον τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ποθοῦσιν, ubi post καὶ ex τῷ ἐξονειδίσαντος est ἀπὸ τοῦ νοεῖν repetendum λέγοντος, hoc sensu: *Deo autem iis formidinem exprobrante, et dicente, an quid majus ejus ope et auxilio desiderent.* Exempla alia v. ap. *Abreschium* Annotatt. ad Æschyl. p. 3. *Raphelium* Obss. Polybb. et Xenophh. ad h. l. διὰ πολλῶν θλίψεων κ. τ. λ.] *varii generis calamitates subeundas esse iis, qui regni divini cives fieri cuperent.* Per βασιλείαν τοῦ Θεοῦ innuitur felicitas perennis Christianis destinata, Matth. v. 19. vii. 21. θλίψεων intelliguntur calamitates illis temporibus propter religionem Christianam perferendæ, neque sunt hæc verba, ut *Morus* ad h. l. monuit, in universum capienda, nec de omnibus hominibus, nec de omnibus temporibus, nec de omni genere miseriarum intelligenda.

(23.) *Cumque constituissent in usum eorum per singulas ecclesias presbyteros, precibus ardentissimis factis, eos commendarunt Domino, cui nomen dederant.* χειροτονῶν] h. l. est *constituere, eligere*, vid. not. ad x. 41. πρεσβυτέρους] cf. xi. 30. κατ' ἐκκλησίαν] scl. ἑκάστην, *per singulos cœtus*, ut xv. 21. Tit. i. 5. Zosim. 5. p. 800. *Sylb.* κατὰ πόλιν, *oppidatim*, add. Act. xxii. 19, 20, 20. προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν precibus ardentissimis factis presbyteros constituerunt, v. ad xiii. 2, 3. παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν, bonis votis eos Christo commendabant, cujus religionem susceperant, ornate dictum pro, Christianis valedixerunt, coll. Act. xx. 32. αὐτοὺς, scl. μαθητὰς. Verbum παρατιθέναι notat, *commendare*, Joseph. Ant. xvi. 13. παραθησόμενος Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν παρελθεῖν Καίσαρι] *Antipatrum filium Cæsari commendaturus venerat.* add. Luc. xxiii. 46. v. *Kypkius* ad h. l.

(24—26.) Πέργη] vid. xiii. 13. Ἀττάλεια] urbs Pamphiliæ, in confiniis Lyciæ sita, v. Strabo 14. p. 983. alii eam Lyciæ attribuunt Stephan. de Urb. Ἀττάλεια πόλις Λυκίας. Romani sæpius provinciarum fines mutarunt, vid. ad xiii. 52. Ἀντιόχειαν] Antiochiam Syriæ reversi sunt xiii. 2. atque ita peregerant peregrinationem primam evangelii propagandi caussa susceptam. ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι κ. τ. λ.] *ubi commendati erant favori divino, ad peragendum opus, quod jam absolverant.* Respicitur locus xiii. 1—5. *Rosenmüllerus* vertit: *ubi Dei beneficio præfecti fuerant huic negotio, quod expleverant;* χάρις, *beneficium Dei*, intelligit de revelatione singulari, qua præfecti fuissent huic negotio, v. xiii. 2. ut adeo παραδιδόμενοι εἰς τὸ ἔργον sit, *præfecti muneri.* Sed desiderantur hujus locutionis exempla alia. Durior etiam videtur eorum ratio, qui verba reddunt: *unde* (von wo aus sie) *commendati fuerant divino favori.* Pro ἦσαν, *Hemsterhusius* (v. *Wetstenius* et *Valckenarius* in Scholis ad h. l.) cum ὅθεν non significet *ubi*, sed *unde*, legi malebat ἤισαν (tertia plusquamperfecti verbi ἔρχομαι, *venio*) *iverant, venerant*, ut adeo posita post ἤισαν incisi nota, sensus esset: *unde primum profecti, divino favori commendati fuerant.* Sed hac conjectura non opus est; ὅθεν idem valet quod ὅπου ut Matth. xxv. 24, 26. παραδιδόμενοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, *votis nuncupatis Deo commendati, unter Segenswünschen entlassen*, ut faveret ipsorum studiis et conatibus, ut faveret isti negotio,

Digitized by Google

γενόμενοι δὲ καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν
ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι
28 θύραν πίστεως. Διέτριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον σὺν
τοῖς μαθηταῖς.

28. ϒ ἰκεῖ.

quod jam absolverant. Exornavit Lucas his verbis sententiam hanc: unde dimissi erant ad evangelium gentilibus prædicandum. Quæ quidem interpretatio confirmatur, v. 23. xv. 40. xx. 32.

(27.) *Cum advenissent, convocato Christianorum cœtui nuntiarunt, quæ ipsis Deus fecisset, et quomodo aperuisset aditum ad religionem Christianam.* μετ' αὐτῶν] *Beza, Heumanus* et *Heinrichsius* vertunt *per ipsos.* Sed μετ' αὐτῶν positum est pro αὐτοῖς, quæ ipsis Deus fecisset h. e. quanta beneficia Deus ipsis exhibuisset, qui e periculis eos liberasset, suo auxilio adfuisset et felicem laboris successum præbuisset. Hebræi enim eodem modo verbo עִמָּם comites addunt particulas עָמָּד et עִם ut Gen. xxvi. 29. Deut. x. 21. Judd. viii. 35. Sic quoque Tob. iii. 6. legitur: νῦν κατὰ τὸ θέμιστον ἐνώπιον σου ποίησον μετ' ἐμοῦ pro ἐμοί. viii. 16. κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου ἐποίησας μεθ' ὑμῶν pro ἡμῖν add. xii. 6. Judith. viii. 26. v. *Lud. de Dieu* ad h. l. et nos ad Luc. i. 72. αὐτῶν, Paulo et Barnabæ. θύραν] *facultas, occasio,* quod dedisset iis occasionem ad religionem Christianam transeundi. Sic θύρα de *occasione,* occurrit 1 Cor. xvi. 9. ubi v. *Elsnerus* et *Wetstenius.* Col. iv. 3. et Lat. *fores,* Cic. epp. ad Div. xiii. 10. 9. *janua,* Cic. Orat. i. 47. v. *Wesselingius* Obss. i. 21. *Grævius* ad Lucian. T. ii. p. 720.

CAP. XV.

Ecclesia Hierosolymitana post Cornelii conversionem agnoverat, divinæ voluntati esse consentaneum, ut gentiles non circumcisi in cœtum Christianorum reciperentur c. xi. et inde ab eo tempore doctrina Christiana latius inter gentiles propagata est xi. 20 sq. inprimis ope Pauli et Barnabæ v. xiii. 1 sqq. 46. xiv. 1, 27. ita, ut iis non imponerent circumcisionis necessitatem. Christiani e Judæis, cum Palæstinenses, tum exteri, legem ritualem, nemine Apostolorum prohibente, constanter observabant, vid. not. ad xxi. 20. Christianis vero e gentilibus non injungebatur, ut se omnibus institutis Judaicis accommodarent, attamen abstinendum iis erat, ut proselytis portæ, v. Levit. xvii. 10, 11, 13. coll. Ex. xxxiv. 15. add. Levit. xviii. 24, 26. cf. *Nitzschius* de seusu decreti Apostolici Act. xv. 29. in Commentatt. Theologg. a *Velthuseno, Rupertio,* et me editis Vol. vi. p. 403. a scortatione et rebus omnibus quæ a Judæis ad idololatriam referebantur, atque adeo ab idolothytis, carnibus animantium suffocatorum, et sanguine, quorum ciborum usus Judæis summæ offensioni erat, cum eum putarent haud obscuram idololatriæ aut animi non admodum ab ea alieni significationem continere. Non injunctum fuisse ab Apostolis Christianis e gentilibus, ut se accommodarent omnibus institutis Judaicis, eos tamen etiam Christianis illis non dedisse licentiam, quæ religiosum quemque offenderet, et res ipsa, et Petri atque Jacobi orationes, in conventu Hierosolymitano (de quo hoc cap. agit) habitæ, coll. v. 10, 20, 24. extr. et Pauli epistolæ sat luculenter docent. E Pauli enim epistolis, v. 1 Cor. viii. 10, 14 sq. 25 sqq. al. constat, Apostolum summa diligentia asservisse novis Christianis a lege Mosaica libertatem, ab iisque summo studio removisse Mosaicorum institutorum necessitatem, ita tamen, ut nusquam vim inferret religioni Judæorum, et inprimis diligenter caveret, ne actionibus quibus cultus idolorum probari videretur, et usu ciborum, quem etiam proselytis portæ decreta Mosaica interdicerent, Judæi offenderentur. vid. *Nœselti* Diss. de vera vi et ratione decreti Hierosolymitani, Act. xv. in ejusd. Exercitt. ad sacrar. scripturar. interpretationem p. 95. In ecclesia quoque Antiochena, quæ conflata erat Judæis et gentilibus, Christiani e Judæis ritus Mosaicos observabant, Christianis autem e gentilibus vitandæ offensionis et concordiæ conciliandæ caussa, usus idolothytorum, carnium animantium suffocatorum et ciborum e sanguine paratorum interdictus erat, atque sic Christiani e Judæis concordissime vivebant cum commilitonibus qui antea idolorum cultores fuerant. Nam Christiani e gentilibus observandis illis præceptis, proselytorum quasi personas subibant, horumque jura accipiebant, adeoque Judæo-Christiani eos in numero civium et amicorum habere, sua ipsorum lege obstricti erant, vid. Levit. xix. 33 sq. Sed pacem ecclesiæ Antiochenæ turbabant, cum Paulus et Barnabas Antiochiæ degerent, Christiani antea Pharisæorum sectæ addicti v. 5. inconsiderati legis Mosaicæ defensores, qui Hierosolyma Antiochiam venerant, cæco sectæ zelo abrepti nomen ac mandatum Apostolorum Hierosolymis agentium falso obtendentes v. 24. hanc defendebant sententiam, Christianos e gentilibus omnes esse circumcidendos et legi Mosaicæ obstringendos, si

Digitized by Google

ΚΕΦ. ιε'.

Καὶ τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφούς· Ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ

felicitate per Messiam speranda potiri, ejusque cœtui associari vellent. (Qui error sæpius postea recruduit.) Jam hi asperiores universi Judaismi patroni, cum multos in suas partes pertraxissent, magnum inde dissidium enatum est. Quod cum Pauli et Barnabæ auctoritate componi non posset, de communi partis utriusque sententia decretum est, ut lis illa ad Apostolos et presbyteros Hierosolymæ viventes decidenda deferretur. Hierosolymis cum advenissent Paulus et Barnabas, et nonnulli alii Christiani Antiocheni, qui illis comites adjuncti fuerant; convenerunt Apostoli cum presbyteris hanc controversiam compositurí v. 6. Magna tum coorta est disputatio v. 7. Acriter illi legis Mosaicæ propugnatores, et consociationi cum gentilibus adversantes, suam sententiam defendebant, et inter alia etiam, quo majorem invidiam conjunctioni cum hominibus non circumcisis, nec legem Mosaicam observantibus conflarent, commemorabant, esse inter Christianos e gentilibus, qui libidini indulgere, idolothytis, suffocato, sanguine vesci, epulas sacrificales a propinquis et amicis invitati accedere, et carnem immolatitiam in macellis venalem edere, haud dubitarent. (Sic manifesto patet, cur Jacobus ea nominatim ad fugiendum proposuerit, quæ decreto Hierosolymitano prohibentur). Fuisse autem inter Christianos, qui libertate Christiana, quam Apostoli commendabant, ita abuterentur, et religiosum quemque offenderent, docent loci 1 Cor. vi. viii. 1 ss. c. x. 2 Petr. ii. 19. Haud dubie severioribus illis legis Mosaicæ defensoribus, tum alii respondebant, Christianos e gentilibus in singulis cœtibus admoneri et porro admonitum iri, ut ab impudicitia et illis ciborum generibus abstinerent, nonnullorum impietatem non posse obstare consociationi cum gentilibus, nec esse propterea omnem legis ritualis observationem Christianis antea gentilibus injungendam. Hinc etiam facile intelligitur, cur Petrus in oratione sua nullam illius impietatis mentionem fecerit. Petrus nimirum, cum jam diu disputatum esset, surrexit, et hanc sententiam tulit, non esse Christianos e gentilibus Mosaicis ritibus onerandos, cum exemplo Cornelii constet, Deum etiam gentilibus non circumcisis felicitatem Christianam destinasse, et nullum discrimen inter gentiles et Judæos facere. Petri oratio magno totius multitudinis silentio audita v. 12. Paulo et Barnabæ occasionem dedit prolixius memorandi quæ miracula Deus per ipsos inter gentiles edidisset v. 12. quos tamen nulla suscipiendæ circumcisionis et legis Mosaicæ ritualis necessitate onerassent. Tum surrexit Jacobus, cum Petro, Paulo et Barnaba censens, non esse obturbandos eos, qui e gentilibus ad Christi signa se contulissent v. 19. neque tamen supervacaneum ipsi videbatur, solenniter, et in conspectu quasi totius ecclesiæ, hos Christianos admonere, ut porro a carnibus ex idolorum victimis residuis, sanguinis et animalium suffocatorum esu et a Venere illegitima abstinerent. Huic sententiæ cuncti assenserunt, et epistola in eam mentem concepta atque omnibus approbata, per Paulum et Barnabam Antiochenis Christianis reddita est v. 30 sqq.

"Ipsum decretum, scribit *Nitzschius* l. l. p. 406 sq., quod brevi formula concipiendum erat, nominabat tantum cibos, a quibus abstinendum esset. Quare fugiendi essent? et quatenus? melius doceri poterat in singulis ecclesiis, prouti locus et occasio hoc ferret ac postularet. Monet Paulus Rom. xiv. 1 Cor. viii. 10. omnium ciborum usum per se liberum esse. Sed cum sciret multis adhuc impiam et illicitam videri hanc libertatem, cumque neminem agere vellet contra mentis persuasionem, quamvis falsam, omnes jubet abstinere iis cibis, quorum usu alii vel offendi, vel ad faciendum contra, quam ipsis persuasum esset, impelli possent. Neque enim differunt Pauli admonitiones ab ipso decreto, nisi in eo, quod accuratius definiunt illud abstinentiæ officium, indicandis ejus tum caussis, tum limitibus, quod simul docent, nihil Christianæ libertati hoc officio derogari, atque hoc pacto abusui istius decreti occurrunt, caventque ne quis existimet, illam abstinentiam per se necessariam esse." Ex iis igitur, quæ vel hactenus de decreti Apostolorum natura, occasione, et consilio disputata sunt, sat evidenter apparere arbitramur, præceptum de abstinentia idolothytorum, sanguinis et suffocati, datum esse non eum in finem, ut haberet vim perpetuam, prouti multis visum fuit, sed esse præceptis temporariis annumerandum. cf. etiam *Nœsseltus* l. l. p. 111 ss. *Michaëlis* ad h. l. et *Bergerus* in Moralisch. Einleit. in d. N. T. B. 2. p. 262. Cæterum *Barringtonus* Volumine ii. Miscellaneorum SS. Essay 4. p. 255 ss. et *Bensonus* in *Geschichte der ersten Pflanzung der Christl. Religion* Th. xxi. p. 55 ss. statuerunt, decretum Apostolorum non spectasse omnes omnino Christianos, qui a profano

Digitized by Google

2 δύνασθε σωθῆναι. Γενομένης οὖν στάσεως καὶ [1]συζητήσεως
οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς, ἔταξαν
ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν
πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλὴμ, περὶ
3 τοῦ ζητήματος τούτου. Οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς
ἐκκλησίας, διήρχοντο τὴν Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμε-
νοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν· καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι
4 τοῖς ἀδελφοῖς. Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπεδέχ-

2. ~ ζητήσεως.

deorum cultu ad Christianam disciplinam transiissent, sed pertinuisse tantum ad Christianos, qui antea proselyti portæ fuissent. Quorum sententiam docte et accurate refutarunt *Nœsseltus* et *Nitzschius* ll. cc.

(1.) *κατιλθόντες*] nempe Antiochiam. *ἐδίδασκον*] supplendum *λέγοντες*, ita, ut seq. *ὅτι* redundet. *τοὺς ἀδελφοὺς*] non cum Paulo et Barnaba hac de re agebant, quos sibi repugnaturos esse prævidebant, sed cum Christianis, quoniam sperabant, si Christianos in suas partes pertraxissent, Apostolos concessuros esse, quod impedire non possent. *περιτέμνησθε*] circumcisio pro omni lege rituali memoratur, coll. v. 5. *τῷ ἔθει Μωϋσέως*] ritu Mosaico, secundum Mosis instituta. *οὐ δύνασθε σωθῆναι*] non potestis fieri participes felicitatis per Messiam sperandæ.

(2.) *γενομένης οὖν στάσεως—αὐτοὺς*] *exorta inde controversia et disputatione acri Paulo et Barnaba cum illis.* *στάσις* h.l. *controversia, dissidium*, ut xxiii. 7. Diod. Sic. p. 678. D. *Εὐμένης φοβούμενος, μὴ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους στάσιν, εὐχείρωτος καταστα-θῶσιν Ἀντιγόνῳ, συνεβούλευσε.* *Eumenes, veritus, ne ob mutuum dissidium facilem de se victoriam Antigono præberet, consilium dedit* etc. *συζήτησις, disputatio*, ut infra v. 7. xxviii. 29. coll. vi. 9. Pro *συζήτησις* h.l. ut v. 7. in nonnullis codd. legitur *ζήτησις*, quod vocabulum eodem sensu frequenter recurrit, et hanc scripturam in ordinem recepit *Griesbachius*, cum vero librarii, ut constat, verba composita mutarint sæpius in simplicia, ac præterea nomen *συζήτησις* præter hunc locum et Act. xxviii. 29. in libris N.T. non occurrat, vulgarem lectionem retinendam puto. *ἔταξαν* ne contrariis opinionibus distraherentur Christianorum animi, et ut ad convincendos rigidiores legis Mosaicæ defensores reliquorum Apostolorum consensus pateret, a cœtu Antiocheno decretum est Paulum et Barnabam mittere Hierosolymam ad Apostolos et presbyteros. "Si qua inter Judæos oriretur quæstio, unde justus erat schismatis metus, adibatur Synedrium, idque ex lege Deut. xvii. 9." *Grotius.* *τινὰς ἄλλους ἐξ αὐτῶν*] scl. *ἀδελφῶν, alios quosdam ex numero Christianorum* utriusque partis, quos majoris fidei caussa Apostoli sibi comites adjungebant v. 11, 12.

(3.) *οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας*] *hi igitur ab ecclesia honorifice deducti.* Verbo *προπέμπειν*, *Hammondus* ad 1 Cor. xvi. 11. *Morus, Heinrichsius* ad h.l. al. hanc notionem substituunt, ut sit: *viatico ornare, rebus ad iter conficiendum necessariis instruere.* Sed nullus scriptoris locus potest proferri, e quo hæc notio satis probari possit, imo *προπέμπειν* est Latinorum *deducere* (Cic. Cat. M. c. 18. *hæc enim ipsa sunt honorabilia—salutari—deduci, reduci* etc. v. Broukhusius ad Tibull. i. 4. 80.) h. e. *aliquem* iter aliquo suscepturum, ad locorum quoddam intervallum *comitari*, aut certe *itineris comites dare*, v. *Krebsius* ad Decret. Atheniens. p. 70. ita *προπέμπειν* legitur, Act. xx. 38. xxi. 5. Rom. xv. 24. etc. Xen. Cyr. i. 4. 25. *ἀπιόντα τὸν Κῦρον προὔπεμπον ἅπαντες* prosequebantur honoris caussa. Etiam simplex *πέμπειν* ita legitur Hom. Odys. ε'. 37. 146. v. *Küsterus* de Verbb. Medd. i. 21. Moris autem erat Christianis, ut Apostolos ad alias urbes comitarentur, partim honoris caussa, partim ut viæ duces essent, partim ut iis de hospitio in locis, ad quos deducebantur, providerent. vid. xvii. 15. al. Male igitur alii *προπεμφθέντες* positum existimant pro simplici *πεμφθέντες*, ita ut fit *missi, ablegati.* *ἐκδιηγούμενοι*] np. *τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῇ Φοινίκῃ καὶ Σαμαρείᾳ, enarrantes* Christianis in Phœnicia et Samaria degentibus. *τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν*] *gentiles* in Pisidia, Lycaonia, Phrygia etc. *ad doctrinam divinam transiisse.*

(4. 5.) *ἀπεδέχθησαν*] *humaniter, benigne excepti sunt.* *ἐσημείωσε δὲ ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν*] quantopere iis adfuisset Deus, beneficia a Deo ipsis exhibita, vid. ad xiv. 27. Quod verba v. 5. attinet, dissentiunt interpretes, utrum pro verbis

Digitized by Google

θησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ' αὐτῶν.
Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων 5
πεπιστευκότες, λέγοντες· Ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.
Συνήχθησαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν 6
περὶ τοῦ λόγου τούτου. Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, 7

Lucæ, an Pauli et Barnabæ, qui narrationem suam de rebus Antiochiæ gestis persequantur, habendæ sint. Posteriorem sententiam primus defendit *Beza*, quem plures secuti sunt, inter eos etiam *Wakefieldius* in Silva Critica T. i. et *Heinrichsius* ad h. l. Nempe offendit eos, quod insurrexerint jam, qui circumcisionem urgerent, cum tamen Paulus et Barnabas nihil hucdum exposuissent de controversia illa Antiochiæ excitata. Itaque post μετ' αὐτῶν incisi notam ponunt, et suppleant ἔλεγον post verba ἐξανέστησαν δέ τινες, vel ante ἐξανέστησαν subaudiunt καὶ ἔλεγον. Laudant hanc in rem Act. xvi. 36. ix. 6. Virg. Æn. iii. 265. *Beza* vertit: *Sed, aiebant, quidam surrexerunt e secta Pharisæorum.* Monent præterea subitum ex oratione obliqua ad rectam transitum, qui sic admittendus sit, non esse insolitem, ejus simile exemplum extare, Luc. v. 14. Act. i. 4. xvii. 3. Ego vero accedo interpretibus iis, qui hanc versum partem orationis Lucæ continere statuunt. Etenim durior est in hac orationis serie illa verbi ἔλεγον ellipsis, nec loci ad eam tuendam allati similes sunt. Neque dici potest, Christianos illos Pharisæorum sectæ antea addictos dogma suum jam tum proferre non potuisse, cum iis controversia Antiochiæ excitata nondum fuerit cognita. Lucas enim brevitatis est admodum studiosus (vid. Prolegg. §. *de Lucæ scribendi indole*) et satis habuit summam referre sermonum Pauli et Barnabæ. Hos etiam mentionem fecisse controversiæ, cum ea præcipua itineris suscepti caussa fuerit, extra omnem dubitationem positum est. Id vero non commemoravit Lucas, cum ex antecedentibus lectori jam constaret, et ex sequentibus amplius intelligi posset, cf. locus similis xi. 3. Cum ergo Paulus et Barnabas Apostolis, presbyteris et Christianis aliis, de statu ecclesiæ Antiochenæ et controversia ibi orta, retulissent, in ædibus privatis (coll. v. 12. ubi Paulus et Barnabas, quæ in ædibus privatis enarrarant, in conventu publico repetiisse leguntur): Christiani nonnulli, qui olim ad sectam Pharisæorum pertinuerant, cum audissent, tot gentilibus in terris exteris Pauli et Barnabæ opera ad religionem Christianam adductis, legis Mosaicæ ritualis observationem non injunctam fuisse, sectæ zelo abrepti insurgebant, et æque ac illi rigidiores legis propugnatores, qui Antiochiam venerant, contendebant, Christianos e gentilibus circumcidendos et legi ritualli obstringendos esse. Neque tamen Apostoli eos auctoritate sua obruebant, sed pre sapientia atque prudentia sua conventum instituebant, ut rationes, quibus illi sententiam suam defenderent, accuratius cognoscerent, iisque auditis decretum facerent. Cæterum conventum hunc Hierosolymitanum, posse quidem concilium nominari, cum omnis conventus legitimus olim concilium dictus sit, eum vero a comitiis illis procerum ecclesiæ, quæ inde a seculo secundo celebrata sunt, et proprie concilia nuncupantur, longe diversum fuisse, pluribus ostenderunt *Moshemius* in Commentariis de rebus Christianor. ante Constantin. M. p. 169 sqq. *Heumanus* ad v. 2. et *Walchius* in *Entwurf einer vollständigen Historie d. Kirchenversammlungen.* p. 78 ss.

(6. 7.) Convenerunt Apostoli, presbyteri variorum cœtuum ecclesiæ Hierosolymitanæ, et illi legis ritualis propugnatores supra v. 5. memorati coll. v. 7. convenerat vero etiam magna Christianorum multitudo. Id quidem Lucas h. l. non memoravit, sed ex narrationis tenore apparet, cf. v. 12, 22, 23. Lucæ narrationes sæpius ex subsequentibus supplendæ sunt, vid. not. ad v. 5. et viii. 35. Est autem perquam probabilis sententia a *Moshemio* l. l. p. 117. proposita. "Verba, inquit, divini scriptoris si unice spectentur, statuendum est, et sic ideo statuunt omnes, quos vidi, interpretes, universam Christianorum, quæ Hierosolymis versabatur, multitudinem convenisse, atque propositam a legatis Antiocheni cœtus quæstionem in disceptationem vocasse. Ad rationem vero si hæc revocetur sententia, incredibilis plane videtur. Quænam domus tam ampla erat Hierosolymis, tantam ut turbam complecti ac capere posset? Quocirca vix dubito delectos tantum viros, quibus jus et facultatem suam ecclesia commiserat, una cum Apostolis et presbyteris convenisse, atque per ἅλην τὴν ἐκκλησίαν, quam Lucas scribit suffragatam esse judicio Jacobi v. 22. partem

Digitized by Google

ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὑμεῖς ἐπίστασθε ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγ-
8 γελίου, καὶ πιστεῦσαι. Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ
9 ἡμῖν· Καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ
10 πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι;

illam ecclesiæ intelligi debere, in quam potestatem ea suam de quæstione proposita decernendi contulerat." λόγος quæstio, ζήτημα l. l. sententia. (7.) πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης] *postquam diu* in utramque partem disputatum erat. Non inter Apostolos ipsos illa συζήτησις fuit, sed alios ex ecclesia. ἀναστὰς Πέτρος] Petrus, cujus ipsius caussa simul agebatur, quippe quod primus gentiles non circumcisos in cœtum Christianorum receperat, primus surrexit atque sententiam dixit, v. Argum. Cap. ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων] i. e. omnino, *jam dudum* Hebr. מימי קדם Ps. xliv. 2. respicitur, ut ea quæ sequuntur docent, coll. v. 14. conversio Cornelii c. x. et xi. enarrata. ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο] *me elegit.* Petrus plurali numero de se loquitur, et ἐν ἡμῖν est id. qd. ἡμᾶς, *me*, ex Hebraismo. Hebræi enim verbo בחר comitem addere solent præpositionem ב Neh. ix. 7. אֲשֶׁר בָּחַרְתָּ בְּאַבְרָם i. e. *cui placuit, probatus fuit Abrahamus.* add. 1 Chron. xxviii. 4, 5. ubi Alexandrini Judæi habent: ἐξελέξατο ἐν ἐμοὶ—εἶναι βασιλέα—ἐξελέξατο ἐν Σολομῶντι τῷ υἱῷ μου καθίσαι (αὐτὸν) ἐπὶ θρόνου κ. τ. λ. vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 662. Male ergo alii subintelligunt ἐμοὶ, *Deus ex nobis*, ex hoc nostro cœtu et numero *me elegit*, vel, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν idem esse putant quod, ὁ ἐν ἡμῖν Θεὸς, i. e. ὁ Θεὸς ἡμῶν] *Deus noster voluit*, ut ἐξελέξατο æquipolleat τῷ ἠθέλησε, v. *Wolfius* ad h. l.

(8. 9.) καρδιογνώστης] *animorum scrutator*, qui intimos animi humani recessus novit i. 24. Petrus hoc addidit, ut doceret, Deum optime posse dignoscere, quinam civitate Christiana digni, quinam ea indigni sint. μαρτυρεῖν] cum sibi junctum habet dativum personæ, notat: *laudare, approbare*, vid. not. ad Luc. iv. 22. Itaque ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς reddendum est: *eos favore suo dignos, eos sibi probatos declaravit.* δοὺς αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα κ. τ. λ.] *largiendo iis æque ac nobis Sp. S. dotem*, vid. ad xi. 15 ss. x. 44. καὶ οὐδὲν διέκρινε—αὐτῶν] *ac nullum inter nos et illos discrimen habuit, cum doctrinæ ope eorum animos purgaret.* καθαρίσας] purgavit, liberavit ab erroribus, vitiis ac sceleribus, ut non sint pro immundis habendi, sed æque ac nos pertineant ad populum Dei et participes sint bonorum commoderumque quæ religio Christiana suis cultoribus præbet, atque ita Deus declaravit, circumcisionem et legis ritualis observationem gentilibus non esse necessariam ad obtinenda civium regni Messiani commoda et ornamenta.

(10.) Tentare Deum dicuntur, qui veritatem, omnipotentiam, omniscientiam etc. Dei in dubium vocant, vel nova divinæ potentiæ ac voluntatis documenta desiderant, adeoque Deo obnituntur, v. *Potti* Commentar. in ep. Jac. Exc. l. *Schleusneri* Lex. h. v. et not. ad ix. 5. Jam vero Deus, qui largitus erat Cornelio non circumcisco τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, eo ipso declararat, eum salvos reddere velle gentiles, iisque servandæ legis Mosaicæ ritualis necessitatem non esse injungendam; sed illi legis ritualis propugnatores de hac divina voluntate dubitabant, novum documentum postulabant, atque ita Deum tentabant et erant θεόμαχοι v. 39. τὸν Θεὸν] patres nonnulli omittunt, probante *Bengelio.* Eo omisso sensus est: cur conamini imponere jugum? Sed vulgaris lectio codd. auctoritate nititur, et ut intelligenter *Morus* ad h. l. observavit, si quis interdum memoriter locum laudet, ex eo non potest varia lectio cognosci aut propterea deleri. ἐπιθεῖναι] positum est pro ἐπιτιθέντες αὐτοῖς, *imponentes ipsis.* ζυγὸς] dicitur lex Mosaica, ob ingentem legum ritualium numerum, infra v. 28. βάρος] Gal. v. 1. ζυγὸς δουλείας] cf. Matth. xxiii. 4. et not. ad Matth. xi. 29. ὃν οὔτε κ. τ. λ.] *quod et majores et nosmet ipsi ægre ferre potuimus.*

(11 sq.) *Imo potius Christi beneficio salutem nos consecuturos esse speramus, sicut et illi.* Non circumcisione et legum ritualium observatione (sicuti opinabantur Judæi, adversus quos Petrus disputabat), salvi reddimur, sed Christi beneficio, qui in has terras venit, et viam obtinendæ salutis monstravit. Non ergo gentilibus hoc jugum imponendum,

Digitized by Google

Ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος [1] Κυρίου Ἰησοῦ [11] Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι. Ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆ- 12
θος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν. Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπεκρίθη Ἰάκωβος, λέγων· Ἄν- 13
δρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατέ μου. Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνό- 14
ματι αὐτοῦ. Καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφη- 15
τῶν, καθὼς γέγραπται· Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ 16
ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν.

11. † τοῦ. [11] † Χριστοῦ.

Eandem quam h. l. Petrus defendit sententiam, tuetur etiam Paulus, Gal. ii. 16. Eph. ii. 8. πιστεύομεν σωθῆναι καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι, *sicut et illi* nempe gentiles, quos Deus sine legis ritualis observatione salvos reddere vult. Nonnulli interpretes verba καθ' ὃν τρ. κἀκεῖνοι referenda putant ad οἱ πατέρες, v. 10. ad majores Judæorum, ut sensus sit: sicut et majores nostri per Messiam servari crediderunt. Verum, ut recte monuerunt *Morus* et *Rosenmüllerus*, id non concessissent adversarii. Hi enim opinabantur, non solo Messiæ beneficio salutem obtinere v. 1. dixisent: Abrahamus fuit circumcisus. Nec interpretationi supra propositæ obstat, quod patrum in proxime præcedentibus, gentilium autem v. 10. mentio facta est. Etenim obiter tantum majorum mentio facta est, per totam orationem Judæi comparantur cum gentilibus, et pronomen sæpius refertur ad verbum remotius, ut vii. 19. οὗτος] ad Pharaonem, non ad Josephum; x. 6. οὗτος ad Petrum xii. Tum omnis multitudo acquievit. Paulus et Barnabas narrabant, quanta miracula per ipsos inter gentiles Deus edidisset. Hæc eo consilio commemorarunt, utor verbis *Rosenmülleri*, ut confirmaretur pluribus exemplis, quod Petrus dixerat supra v. 7—9. Nisi enim Deus voluisset, ut doctrina Christi propagaretur inter gentes, non comprobasset Pauli legationem per miracula.

(13. 14.) Vid. Argum. Cap. Ἰάκωβος] Jacobus minor, Alphæi filius, i. 13. xii. 17. ἀπεκρίθη] *loqui cœpit*, vid. ad iii. 12. ἀκούσατέ μου] est solennis formula attentionem postulantis, ii. 22. al. Male *Heumanus* hanc vocem interpretatur: consilium meum admittite, coll. Matth. xviii. 15. Συμεὼν] est Hebr. שִׁמְעוֹן Gen. xxix. 33. quod Græcis literis scribitur Συμεών, Græci autem pro eo usurparunt nomen Græcum soni similis ...ων, ut Sir. v. 1. Lucas Hebraicam pronuntiationem secutus est, ut Petrus 1 ep. i. 1. Luc. ii. 25. *Wolfius* ad h. l. cogitat de Simone Cananita, vid. ad Matth. x. 4. Temere. Intelligi debet Simon Petrus v. 7. cujus orationem Jacobus respicit. ἐπεσκέψατο λαβεῖν] *ita benevolum se exhibuit*, nempe gentilibus, *ut* ex iis *reciperet*, i. e. *benevole recepit*, formula enim ἐπεσκέπτεσθαί τινα notat, *succurrere alicui, beneficiis afficere aliquem*, vid. ad Luc. i. 68. λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ] *populum qui a Deo cognomen haberet*, qui populus Dei diceretur, ei peculiaris (λαὸς περιούσιος Tit. ii. 14.), ei carus. Inest verbis Hebraismus Dan. ix. 19. *condona, urbs enim et populus de tuo nomine appellantur*. Sensus igitur est: Deus inter gentiles sibi collegit cœtum, qui esset populus Dei peculiaris, sicut olim Judæi. Desunt quidem verba ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ in codd. pluribus, sed hæc lectio difficilior est, et respiciuntur hæc verba infra v. 17.

(15—17.) καὶ τούτῳ—προφητῶν] *cum eo dicta prophetarum consentiunt*, Ies. ii. 1 sqq. c. lx. Mich. iv. 1. etc. Laudatur jam locus Amosi ix. 11, 12. memoriter e versione Alexandrina, quæ tamen ipsa a textu Hebraico recedit. Nempe in textu legitur: *illo tempore restaurabo tugurium Davidis collapsum, rupturas ejus obsepiam, et destructa ejus erigam atque reficiam sicut priscis temporibus. 12. Ut reliquias Edomitarum possideant, omnesque gentes super quas meum nomen vocabitur, inquit Jova hoc facturus.* Versionis Alexandrinæ verba sonant: ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰ πεπτωκότα αὐτῆς, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀναστήσω, καὶ ἀνοικοδομήσω αὐτὴν καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος. 12. ὅπως ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον (legerunt ergo vers. Alex. conditores: לְמַעַן יִדְרְשׁוּ שְׁאָרִית אָדָם אֶת יְהוָה sed in textu Hebraico extat: לִבְעַל יִירְשׁוּ

Digitized by Google

17 Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου
18 ἐπ' αὐτούς· λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα †πάντα. Γνωστὰ
19 ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Διὸ ἐγὼ

17. † πάντα. 18. † ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

אֶת שְׁאֵרִית אָדוֹם quæ lectio verior videtur) καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. Amosus l. c. ætatis aureæ felicitatem describit, annuntiat, Judæos sibi hostes suos (Idumæi utpote Judæis infensissimi pro reliquis nominantur) et gentes omnes subjecturos, omnesque Jovam culturos esse. Hoc prophetæ effato Jacobus ita utitur, ut illud de doctrinæ Christi propagatione inter gentiles, eorumque in societatem Christianam receptione explicet. Cæt. *Michaëlis* et *Boltenius* suspicantur, Jacobum orationem suam lingua Syro-chaldaica habuisse, quod eam habuerit coram presbyteris ecclesiæ Hierosolymitanæ. Verum aderant, ut supra monuimus, plures alii Christiani, et inter eos proselyti, aderant legati Antiocheni, et lingua Græca Hierosolymis quoque in usu erat. μετὰ ταῦτα— Δαβὶδ] *post hæc iterum instaurabo Davidis domum collapsam.* In textu Hebraico simpliciter legitur אָקִים, sed ἀναστήσω vim habet adverbii, ut sæpius verbum Hebr. שוב v. c. Mal. i. 4. al. σκηνὴ respondet Hebr. סֻכָּה quod proprie est *tugurium*, ex frondibus arborum aut arundinibus contextum, qualia pauperibus, rusticis, et pastoribus in usu erant, vid. *Rosenmüllerus* ad Amosi l. l. sed ponitur σκηνὴ etiam de *domicilio* quovis, v. Luc. xvi. 9. et h. l. *domum* denotat, atque σκηνὴ Δαβὶδ, *domus Davidis*, in hac orationis serie est imago regni Davidici, ut aliis in locis mons Sion, in quo Davidis palatium erat, pro omni civitate Israelitarum poni solet. στενωθείσαν] variis cladibus afflictam. τὰ κατεσκαμμένα] *diruta*: κατασκάπτειν quod in versione Alexandrina Amos. l. l. 1 Regg. xix. 10. respondet verbo הרס et Deut. xii. 3. verbo נתץ notant: *destruere, diruere*, ut ap. Xen. H. Gr. ii. 2. 14. τὰ τείχη Piræei κατέσκαπτον. Herodi. viii. 4. 24. ὁ στρατὸς κατασκάψας τὴν πόλιν, *cum urbem exercitus diruisset.* Soph. Philoct. v. 1025. Τροίαν τ' ἰλιῶν δῖ', καὶ κατασκάψας βίᾳ. Exempla alia suppeditabit *Kypkius* ad h. l. ἀνορθοῦν, *instaurare, reficere*, Xenoph. Vectig. vi. 1. τείχη καὶ νεώρια ἀνορθώσομεν. Hist. Gr. iv. 8. 12. ἔτι Κόνων τὸ τεῖχος τοῖς Ἀθηναίοις ἀνορθοῖ. Herodo. i. 9. οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι τὸν ἐνέπρησεν. add. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. Sensus h. l. est: pristino splendori regnum Davidis restituam. (17.) ὅπως] eventum indicat, ut sæpius. ἐκζητήσωσι τὸν Κύριον] *Deum colant*, ut Hebr. xi. 6. Act. xvii. 27. Hebr. בקש vel דרש את יהוה Ps. xxiv. 6. καὶ repete ἐκζητήσωσιν μι. πάντα τὰ ἔθνη κ. τ. λ. omnes gentes, quæ de meo nomine vocabuntur, quæ una cum Judæis erunt meus populus, populus mihi peculiaris. ἐπ' αὐτούς] ex Hebraismo redundat, v. *Vorstius* de Hebraismm. N.T. p. 545 sq.

(18.) Quæ hoc in versu leguntur, si lectio sana, sunt verba Jacobi, iisque expressa est sententia hæc: Deus est immutabilis, decrevit ἀπ' αἰῶνος, olim, antiquissimis temporibus, regnum condere, in quod non tantum Judæi, sed etiam gentiles, sine legis ritualis observatione reciperentur; voluit, ut non tantum Judæi, sed etiam gentiles non circumcisi ad populum ipsi peculiarem pertinerent. Alii, veluti *Thalemanus, Schleusnerus*, verba explicant: cara sunt Deo semper ejus opera h. e. amat (γινώσκειν Hebr. ידע *amare*, v. ad Joh. x. 14.) omnes homines, non tantum Judæos, sed etiam gentiles. Durius; neque h. l. sermo est de creaturis, sed de operibus Dei, factis illustribus, religionis propagatione. Verum enimvero ipsa hujus versus verba interpolationis nomine suspecta sunt. Magna enim in codd. antiquis deprehenditur lectionis varietas, et in pluribus libris desunt verba: ἔστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, v. *Griesbachius*, cui vera lectio esse videtur: ὁ ποιῶν ταῦτα γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος, quæ quidem verba *Heinrichsius* (qui hanc lectionem probat) a Jacobo, Amosi locum memoriter laudante, tanquam prophetæ verba adjecta fuisse censet, iisque hunc substituit sensum: dixit Jova, qui effecit hæc, quæ inde ab æterno præscivit, seu *decrevit*, γνωστὰν, *decretum, constitutum*, a γινώσκω, *statuo mecum*. Quo tamen sensu γινώσκω neque in libris N.T. neque in versione Alexandrina recurrit. Equidem adstipulor *Matthæio*, qui hujus versus verba, quæ frigidam sententiam pariunt, ex ordine ejicienda censet. (19.) παρενοχλεῖν] *negotium facessere, molestias procreare, turbare*, ut ap. Diod. Sic. xx. 52. et c. 39. v. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l. infra v. 24. pro eo legitur ταράσσειν καὶ ἀναπτερόζειν τὰς ψυχάς. In versione Alexandrina παρενοχλεῖν ponitur pro הצר *affligere* Judd.

Digitized by Google

κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν 20 ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ

xiv. 27. pro רגז *inquietare*, 1 Sam. xxviii. 15. pro הגה *molestias facere*, Judd. xvi. 16.

(20.) ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς] *sed per literas iis præcipiendum.* ἐπιστέλλειν ut Lat. *mittere*, vid. *Cortius* ad Sallust. Bel. Cat. 32. notat, *epistolam scribere*, Philo Leg. ad Cai. p. 1031. A. ὁ δὲ Ἀγρίππας—δίλτους λαβὼν ταῦτα ἐπιστέλλει, *Agrippas—sumptis tabellis scripsit has literas.* Ælian. H. V. x. 20. ὅτι ὁ Πύρρος ἐπέστειλε πρὸς Ἀγησίλαον, φίλον αὐτὸν ἔχειν, ἀντεπέστειλε δὲ Ἀγησίλαος, ὅτι οὐ δυνατὸν, φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάου εἶναι. add. ib. iv. 18. Significat vero etiam, *præcipere, mandata dare*, Xen. Cyr. vi. 2. 1. ἐπέσταλται τοῖς παρ' ἐμοῦ ποιεῖν ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς. Joseph. Ant. v. 11. 2. τοῦ πατρὸς αὐτοῖς ἐπιστείλαντος. Philo de vit. Mos. lib. 1. p. 615. B. de Mose: παρεκάλει ἕτερον ἑλέσθαι, τὸν εὐμαρῶς ἕκαστα τῶν ἐπεσταλμένων διαπράξασθαι δυνησόμενον, *rogabat, ut alius eligeretur, ad exsequenda mandata magis idoneus.* Joseph. Ant. xviii. 8. 4. αἱ ἐπιστολαὶ, *mandata*, v. *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. Sed in hac verborum complexione ἐπιστέλλειν reddi debet: *per epistolam mandata dare*, quam notionem hoc verbum haud raro quoque obtinet, ut ap. Xen. Hist. Gr. i. 5. 2. Κῦρος τὸν πατέρα ἔφη ταῦτα ἐπεστάλκεναι. §. 3. παρ' ἃ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ· coll. i. 4. 1. Herodi. i. 9. 21. ταῦτα τὸν πατέρα ἐντετάλθαι ῥήμασι, μηδὲν δὲ ἐπεστάλκεναι, *eadem patrem mandasse verbis, nihil autem per epistolam.* Thom. Mag. in ἐπεστειλάμην· ἐπισκῆψαι μὲν τὸ αὐτοπροσώπως (coram) προστάξαι· ἐπιστεῖλαι δὲ, οὐ μόνον τὸ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοπροσώπως πελεῦσαι. Sequitur: τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων κ. τ. λ.] *ut ab inquinamentis idolorum, scortatione, animalibus suffocatis et sanguine abstineant.* ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων sunt *inquinamenta*, s. pollutio, per carnes e victimis gentilium residuas, nam v. 29. explicatur verbis ἀπὸ τῶν εἰδωλοθύτων, add. xxi. 25. εἰδωλόθυτα autem dicuntur *omnia, quæ idolis immolantur;* speciatim: *carnes e victimis gentilium residuæ.* Hesychius ἀλισγημάτων· τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσίων. Vocabulum ἀλίσγημα et verbum ἀλίσγειν nusquam in veterum scriptis reperiuntur, sed sunt verba Alexandrina. Ab ἅλς, ἁλίω, *voluo.* Alexandrini formarunt ἀλισγεῖν, vid. *Lennepii* Etymologicum L. Gr. P. 1. p. 109. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 145. *Valckenarius* in Scholis ad h. l. ut adeo ἀλισγεῖν prop. sit, *volvendo et versando inquinare sordibus et pulvere*, hinc omnino, *inquinare.* Hesych. ἀλίσγοντες· μολύνοντες, μιαίνοντες. In versione Alexandrina respondet verbo Hebr. חנף *polluit, contaminavit*, Mal. i. 7, 12. ἡλισγημένους· ubi in margine cod. Barberin. est scholion μεμολυσμένους. Dan. i. 8. ὡς μὴ ἀλισγηθῇ, *ne inquinaretur cibis de mensa regia delatis.* Utroque loco sermo est de cibis gentilium, quos, veluti inquinatos, Judæis comedere nefas habebatur. Ad hoc ciborum genus pertinebant etiam εἰδωλόθυτα, quæ propterea h. l. dicuntur ἀλισγήματα. Nempe gentiles peractis sacrificiis, ac data victimæ diis consecratæ parte sacerdotibus, epulas sacras in honorem deorum cum amicis instituebant, sive in templis, sive in ædibus privatis, et vescebantur carnibus ex victima oblata residuis (Homer. Odys. γ'. 470. ubi narraverat poëta, bovem ad sacrificium mactatum esse, pergit: Οἱ δὲ ἐπεὶ ὄστεησαν κρέ' ὑπέρτερα, καὶ ἐρύσαντο Δαίσσοντ' ἐζόμενοι, *Illi vero postquam carnes superiores coxerunt, et extraxerunt, Compellerunt sedentes.* Odys. γ'. ubi Alcinous Jovi bovem immolasse legitur, v. 26, 27. hæc adduntur: Μηρὰ δὲ κείαντες δαίσσον' ἐρικυδέα δαῖτα, Τερπόμενοι, *Viscera vero coquentes comederunt splendidas epulas, Se delectantes.* Herodo. i. 31. ὡς ἔθυσάν τε καὶ ἐνοχλήθησαν ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ. Ovid. Met. xii. 154. Sacra tulere suam, *pars est data cætera mensis.* Virg. Æn. vii. 174.—*hoc illis curis templum Hæc sacris sedes epulis, hic ariete cæso Perpetuis soliti patres considere mentis.* add. Plaut. Mil. Glor. iii. 1. 117 sqq. Gell. N. A. xii. 8. vid. *Sponii* Miscell. p. 62. Judd. ix. 23. 3 Macc. iv. 16. *Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. p. 693 sqq.) vel etiam avaritia inducti, sive paupertate coacti, reliquias sale insperso condiebant in penu asservandas (Theophrast. Char. c. 10.) aut laniatoribus in macellis divendendas tradebant v. *Schœttgenius* in Horr. Hebrr. ad h. l. 1 Cor. 8 sqq. Istæ carnes diis oblatæ Judæis secundum religionem patriam abominationi erant, nec tantum eos, qui talibus epulis intererant, participes fieri putabant cultus, qui idolis præstabatur, sed etiam carnibus immolaticiis in macello ad vendendum propositis, qui vesceretur, eum idololatriæ contagione se contaminari existimabant. Itaque Jacobus Christianis denuo injungendum censebat, ut abstinerent a talibus conviviis invitati, omninoque ab usu carnis immolatitiæ in macello ad vendendum propositæ, ne scilicet offensioni essent Christianis antea Judæis. Hoc latiori sensu nomen

Digitized by Google

εἰδωλόθυτα accipiendum, nec tantum ad epulas sacrificales referendum esse, e prioris epistolæ Pauli ad Corinth. c. viii. et x. ubi decretum Apostolorum (infra v. 29.) explicatur, sat luculenter apparet. τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος] *carnibus animalium suffocatorum et sanguine.* πνικτὰ dicuntur animalia vita privata, sine sanguinis emissione, ut feræ quæ in silvis capiuntur, aves ictu manus occisæ etc. v. Levit. xvii. 13. *Spencerus* l. l. p. 719. 739. 742. *Schœttgenius* ad h. l. Ad idololatriam et res idolis sacratas, ut supra monuimus, vid. Argum. Cap. referebantur etiam πνικτὰ et αἷμα, adeoque e legis præscripto ab esu horum ciborum abstinendum erat Judæis et proselytis. Sanguinis enim usus in gentilium sacrificiis, fœderibus, ritibus magicis, obtinebat, eumque etiam bibere solebant, ut hoc ritu diis suis arctiori fœdere se divincirent, v. *Andr. Schottus* Obss. iii. 10. *Freinshemius* ad Flor. iv. 1. *Elmenhorstius* ad Minuc. Felic. c. 30. *Spencerus* l. c. p. 736 ss. *Michaëlis Mos. Recht*, Th. iv. §. 206. Qui a sanguinis esu abstinere debebat, eidem etiam abstinendum erat ab esu suffocatorum h. e. animalium sine emissione sanguinis occisorum, quæ idolis quoque offerebantur, vid. *Spencerus* l. l. p. 719. Verba autem καὶ τοῦ πνικτοῦ h. l. ut v. 29. omittunt D. eant. Irenæus iii. 12. Tertullian. de Pudicit. c. 12. Cyprian. ad Quirin. iii. 91. Hieronym. Comment. in Gal. v. (qui tamen in nonnullis exemplaribus scriptum dicit: *et a suffocatis*) Augustin. Gaudent. Eucher. probante *Millio* Prolegg. §. 441. *Curcellæo, Bengelio, Heinrichsio,* quibus interpretamenti loco additum videtur τὸ πνικτὸν. Sed retinent hæc verba codd. Græci, omnes verss. etiam Vulg. Clem. Orig. ut adeo hæc lectio minime sollicitanda sit. Omissa videntur verba καὶ τοῦ πνικτοῦ ab iis qui putarent πνικτὸν esse superfluum, cum sanguis animalibus suffocatis adhuc insit. Sed Levit. quoque xvii. 10, 13. Judæis et proselytis portæ πνικτὸν et αἷμα interdicuntur, et Jacobus etiam propterea memoravit πνικτὸν, et Apostoli præter αἷμα illud prohibuerunt, ut intelligerent Christiani non solum a sanguine effuso, sed etiam, a suffocato abstinendum esse, adeoque a sanguine qui, ut in morticinis, lateat, et una cum carne alias comedi consueverit, v. *Wolfius* ad h. l. Cæterum post αἵματος in nonnullis libris (v. *Griesb.*) leguntur hæc: καὶ ὅσα (ἂν) μὴ θέλωσιν (θέλουσιν) ἑαυτοῖς (αὐτοῖς) γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν (ποιεῖτε), et post πορνείας v. 29.: καὶ ὅσα (ἂν) μὴ θέλετε ἑαυτοῖς (ὑμῖν) γίνεσθαι, ἑτέρῳ (ἑτέρῳ) μὴ ποιεῖν (ποιεῖτε s. ποιεῖνται). Quæ quidem verba suppositicia sunt, addita, ut recte judicavit *Matthæius*, ab iis, quibus nimis breve videbatur hoc præceptum, adeoque illud ex sua theologia morali amplificabant, cum tamen h. l. non tam de legibus moralibus, quam potius de ritibus sermo sit. καὶ τῆς πορνείας] Offendit interpretes quam plurimos πορνείας, *Veneris illegitimæ* commemoratio, cum hic agatur de rebus per se liberis et concessis, a quibus tamen, ne Christiani e Judæis offenderentur, abstinendum esset, scortatio autem nunquam in ecclesia fuerit ἀδιάφορος, cum nec appareat, si graviora vitia cum lenioribus interdicenda viderentur Christianis, cur cæteris omnibus omissis, hoc unum tantum vitiorum genus commemoratum sit. Hinc magna fuit in hac voce explicanda opinionum diversitas. a) *Bentleius* contra auctoritatem omnium codd. legendum conjecit χοιρείας, ut *caro suilla* intelligatur. Quam conjecturam ornandam sibi sumpsit *Ernestius* in Opp. Ph. Crit. p. 333. vulgarem vero lectionem defendit *Toupius* in Emendatt. Critt. in Suid. P. 3. p. 369. b) *Heinsius* in Exercitt. Sacrr. p. 303. ἁλισγήματα non tantum refert ad vocem τῶν εἰδώλων sed etiam ad reliquas τῆς πορνείας κ. τ. λ. (cui tamen sententiæ refragatur v. 29. ubi ἁλισγήματα τῶν εἰδώλων per εἰδωλόθυτα exprimuntur), πορνεία autem pro θυσία πορνικῇ, *meretricis oblatione* sumendam esse statuit. More enim receptum fuisse ait, ut, quæ sufficientem corpore quæstum fecissent, luculentas Veneri divisque victimas, eadem hac mercede emptas partasque offerrent. Cum vero h. l. πορνεία inter cibos recenseatur, per πορνικὴν θυσίαν intelligendos esse censet, aut cibos, qui idolis essent a meretricibus oblati, aut mercede empti meretricia. Quam longe quæsita et absona sit hæc verborum interpretatio, intelligentissimus quisque facile concedet. Pluribus eam refutavit *Heringius* in Biblioth. Nova Bremensi Class. 4. p. 294 ss. c) *Beza, Seldenus* de uxore Hebr. p. 493. *Schleusnerus* in Lex. sub h. v. de metaphorica hujus vocis significatione cogitant, nempe ea significari putant *idololatriam*, non quidem crassam illam, sed subtiliorem et illa ætate receptam, accubitum in εἰδωλείῳ, esum τῶν εἰδωλοθύτων, et cætera ejusmodi. d) *Heringius* in Diss. de voce πορνεία in decreto Apostolico Act. xv. quæ extat in Biblioth. Nova Brem. Cl. 4. p. 289 ss. per πορνείαν intelligendum esse contendit matrimonium, hominibus idolorum cultui deditis initum. Monet, ejusmodi matrimonia Judæis cum maxime exosa fuisse, et scortationis nomine insignita, Judd. xi. 1 sq. Prov. ii. 16. v. 3, 20. vi. 24. sermonem autem h. l. esse censet, de Christianis nondum nuptiali vinculo junctis, his præcipi, ut potius ex Christianis sibi eligant vitæ sociam aut socium, quam ex gentilibus. Nec huic sententiæ repugnare, ait, locum 1 Cor. vii. 12 sqq. ubi Pau-

Digitized by Google

καὶ τοῦ αἵματος. Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πό- 21

lus expressis verbis vetuit, ne Christianus dimittat uxorem non Christianam, nec soror Christiana derelinquat maritum gentilem; ibi enim Apostolo rem esse cum iis, qui matrimonium jam ante contraxissent, quam unus eorum ad sacra Christiana se convertisset. Disputarunt contra eum *Ernestius* in *Neu. Theol. Biblioth.* Th. vii. p. 682 s. et *Nœsseltus* l. l. p. 106 sq. e) *Michaëlis* in in *Einleitg. in d. N.T.* p. 201 ss. ed. 4. et in *Anmerkk. zum N.T.* ad h. l. πορνείαν esse putat nomen adjectivum, quod, cum sicut πόρνη descendat a πιπράω s. πίρνημι, *vendo*, significet, *venale quid*, atque adeo h. l. cum de cibis sermo sit, *carnem venalem*, nempe in macello, nam plene dicendum fuisse πορνείαν σάρκα. Hoc carnium genere interdictum esse opinatur gentilibus in gratiam Christianorum e Judæis, qui more popularium suorum, in urbibus exteris, carnes in macello venales abhorruerint, iisque vesci religioni habuerint. Cum enim in macellis harum urbium, victimarum quoque reliquiæ vulgo venderentur, veritos esse Judæos, ne forte inscii εἰδωλόθυτα comederent, si carnibus e foro uterentur. Sed ut recte contra monuit *Nitzschius* l. c. p. 411 ss. parum certa sunt exempla a *Michaële* allata, quibus demonstretur πόρνιος apud Græcos usitatum, et de rebus venalibus adhibitum fuisse. Valde porro durum fuisset, vetare Christianos carnibus in foro emptis vesci. Hoc enim interdictum necessitatem iis imposuisset, aut omnino carnibus abstinendi, aut, si quando iis vesci vellent, animalia in usos suos mactandi, quod perquam molestum fuisset. Est denique etiam locus Paulinus, 1 Cor. x. 25, 26. huic interdicto plane contrarius. Ibi enim Paulus vult, ut Christiani, omnes carnes in foro venales, sine ulla exploratione, undenam sint, emant et comedant. Omnino plerisque vocabuli πορνεία interpretandi rationibus, quas hactenus attulimus, ut et aliis a *Wolfio* in Curis ad h. l. et *Deylingio* Obss. Sacrr. P. 2. p. 358 sqq. allatis, ut scienter animadverterunt *Nitzschius* l. l. p. 412 sq. et *Nœsseltus* l. l. p. 106 sq. recte opponi possunt hæc: In præscriptis publicis verba significatu usitatissimo adhiberi solent ac debent. Si Apostoli significatu rariori hoc vocabulum usurpassent, quomodo Christiani e gentilibus, si vel omnem admodum variam vim vocabuli tenuissent, certo scire potuissent, Apostolos hanc rariorem, nec aliam magis frequentatam vim exprimere voluisse. Nec dici potest Barnabam, Paulum et cæteros adfuisse decreti illius interpretes, qui obscuritatem depellere potuissent. Cur enim in gravi controversia finienda et lege ferenda, Apostoli neglexissent perspicuitatem ita, ut verba legis nonnisi interprete adhibito potuissent intelligi? Et Apostoli vulgo hac voce *impudicitiam*, *Venerem illegitimam* indicabant. Itaque vel propterea hæc usitatissima voc. πορνεία significatio retinenda est. Accedunt vero etiam rationes aliæ.

Gentiles nimirum scortationem pro re licita et ἀδιαφόρῳ habebant (Terent. Adelph. i. 2. 21 sq. *Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum Scortari.*) et in templis, in variis sacris, in comessationibus stupra faciebant. v. *Spencerus* l. l. p. 743. *Schwarzius* in diss. de comessationibus vett. Altorf. 1744. §. 10, 11. *Albertius* ad Rom. xiii. 13. Nota sunt Bacchanalia, Lupercalia Bonæ Deæ etc. quibus gentiles in honorem Bacchi, Bonæ Deæ etc. Veneri impuræ indulgebant. Pertinet huc quoque locus, Num. xxv. 1 sqq. xxxi. 16. ubi Midianitæ leguntur impulsu Bileami invitasse Judæos, ad epulas sacrificales, ut eos ad scortationem allicerent. Hinc auctor libri Sapient. xiv. 26. varia scelera in gentilium sacris et mysteriis usitata memorans, μυσταγωγίας, ἀσελγείας, γάμων ἀκαθαρσίας mentionem facit; add. Baruch. vi. 42 sq. et Petrus 1 ep. iv. 3. ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, πόμασι etc. cum ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις conjunctim enumerat. Cum ergo scortatio inter gentiles adeo usitata esset, et pro re licita haberetur, hæc vero eorum cogitandi et agendi ratio Judæorum in ipsos odium augeret, et conjunctioni eorum cum Judæis magno impedimento esset: perquam necessaria erat per hanc peculiarem et solennem occasionem repetita pudicitiæ commendatio. Neque πορνεία cum *Moro*, *Rosenmüllero*, aliis, tantum ad epulas sacrificales referenda est, sed ea h. l. in universum spectatur, quatenus est legi divinæ contraria. Nam cum nomen εἰδωλόθυτα latiori sensu accipiendum sit, id quod Paulus ipse docet, qui in 1. ep. ad Corinth. c. viii. x. 25 sqq. ampliori quodam commentario decretum Apostolorum illustravit, cum nec præceptum de suffocato et sanguine, illa tantum convivia sacrificalia spectet, vid. supra not.; etiam in voce πορνεία de Venere illicita in universum cogitandum esse, in aprico positum est. Jam cum ex hactenus dictis constet necessariam fuisse hanc pudicitiæ commendationem, facile removeri quoque potest offensio, quam habere videtur hujus pudicitiæ inter media ἀδιάφορα relatio, officiique communis et perpetui cum localibus aut temporalibus conjunctio. "Primo enim abstinentia idolothytorum et reliquorum ciborum, quatenus et quo sensu ea Paulo interprete, 1 Cor. viii. ss. gentilibus injuncta est, tum quidem non erat res ἀδιά-

Digitized by Google

λιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος.

22 Τότε ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς

φορος, sed officium, si quod aliud, sanctum et necessarium, cujusque colendi eo quidem tempore ubique forsan et per totam vitam ethnico-christianis occasio esset, quoniam nullo facile in cœtu deerant, aut defuturi erant, qui usu horum ciborum vel offendi, vel ad peccandum induci possent. Quid igitur impediebat, quo minus hoc officium locale et temporarium una cum communibus et perpetuis commendaretur? Deinde hic non prætermittendum est discrimen inter institutionem scholasticam et popularem. Hæc talis tam diversi generis officiorum conjunctio excusari non possit in doctore scholastico, cui hoc agendum est, ut officia Christiana ordine systematico exponat, et singulorum inter se nexum et discrimina declaret. Sed longe alia est ratio admonitionis popularis, quæ omnino ad praxin spectat, et certis hominibus, certa in caussa, certum in finem proponitur, adeoque omnia conjungere debet, quæ ad illum finem pertinent, sive localia sint, sive communia." *Nitzschius* l.l. p. 416.

(21.) Nutu tantum ratio decreti significatur. Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κ.τ.λ.] *Moses enim ab antiquissimis inde temporibus in singulis oppidis habet qui eum prædicent, cum in synagogis sabbato quoque ejus libri prælegantur.* Μωσῆς ἀναγινωσκόμενος lex Mosaica prælegitur. κηρύσσεται prædicatur, commendatur Act. x. 37. Sensus verborum Jacobi hic est: Christiani e gentilibus non sunt legis ritualis observatione onerandi; attamen, cum lex Mosaica notissima sit Christianis e Judæis, et ab iis adhuc summa religione colatur et observetur, oportet gentiles, ne illi offendantur, neve conjunctio Judæorum et gentilium impediatur, ea saltem præcepta observare, quæ ipsis quoque proselytis portæ observanda sunt. Alii ita sensum constituunt: vobis præcipue, qui e gentilibus estis conversi, hoc inculcandum est; Christianis e Judæis eadem inculcasse parum attinet, illi enim e lege sua hoc discere possunt, quam quavis septimana prælectam et antea audiverunt, et etiamnum audire possunt. Ita quoque verba intellexit auctor scholii cod. Mosq. ap. *Matthæium:* Μωσῆς γὰρ κ. τ. λ.] ὅστε περιττὸν τοῖς Ἰουδαίοις ταῦτα ἐπιστέλλειν, ἀπὸ τοῦ νόμου ταῦτα μανθάνουσιν. ἀπὸ τοῦ νόμου γὰρ εἴλκυσται. ἡ γὰρ καινὴ (διαθήκη) οὐδὲν τοιοῦτον διατάττεται, οὐδαμοῦ τοῦ Χριστοῦ περὶ τούτων διαλεγομένου. *Grotio*, qui voc. συναγωγαὶ e conventibus Judæorum et Christianorum (Jac. ii. 2.) sacris explicat, sensus esse videtur: Nam quod ad Mosen attinet, non possunt, qui ex Judæis sunt, queri, eum sperni ab alienigenis nostri gregis, quando in nostris non minus quam in Judaicis conventibus, Moses ita ut (sed non legitur ὡς) ab antiquo factum est, legitur, et quidem sabbatis. *Grotium* secutus est *Bolteniuss.* De synagogis Christianorum cogitat *Hammondus*, cujus sententia parum a *Grotii* differt. Quæ tamen interpretationes omnes ab hoc loco alienæ videntur, neque per synagogas, conventus Christianorum intelligi posse, vel addita verba: ἐκ γενεῶν ἀρχαίων docent. Neque probare possum *Heinrichsii* sententiam, qui hunc verbis sensum substituit: pudori vobis foret et ignominiæ, si vos, homines Christiani, qui Judæis vos majores, et in rerum divinarum cognitione præstantiores recte existimatis, hac in re inferiores a Judæis deprehenderemini, quod vos communione cum epulis sacrificalibus polytheismo favere videremini, cum illi, Judæi, a vobis despectui habiti, monotheismo tamen adhæreant tenacissime, eumque quavis septimana sibi inculcatum audiant. Scilicet *Heinrichsius* ea omnia quæ v. 20. et 29. leguntur, de solis epulis sacrificalibus, et quæ iis adhærebant interpretatur, atque statuit, Apostolum exornatius tantum protulisse sententiam hanc: cavendum esse Christianis hominibus ab epulis sacrificalibus; hanc vero interpretationem admitti non posse, ex iis quæ supra a nobis disputata sunt, clarum et manifestum esse arbitramur.

(22.) Multum exercuit viros doctos verborum hujus loci structura, vid. *Wolfius, Kypkius, Elsnerus, Krebsius* ad h.l. Nempe τῷ ἔδοξε ex regulis grammaticis non accurate respondere videtur neque ἐκλεξαμένους, neque v. 23. γράψαντες. Quare *Elsnerus* et *Krebsius* monuerunt, orationem ordinarie quidem ita constituendam fuisse: ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις—ἐκλέξασθαι ἄνδρας, καὶ πέμψαι, *visum est Apostolis—eligere viros, et—mittere*, sed Lucam, more Græcorum, qui participiorum studiosissimi sint, infinitivum mutasse in participium, v. *Jensius* Lectt. Luciann. c. 7. p. 72 ss. Joseph. Ant. v. 5. 3. viii. 13. 5. jam vero proprie quidem scribendum fuisse ἐκλεξαμένοις, ut participium responderet subjecto τοῖς Ἀποστόλοις (v. 25. ἡμῖν), sed nec Græcis inusitatum esse, participium quarto

Digitized by Google

Ἀντιόχειαν, σὺν τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ. Ἰούδαν τὸν ἐπι-
καλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν
τοῖς ἀδελφοῖς· Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· Οἱ 23
Ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν
Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν,
χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν, ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες 24
ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν,
λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστει-

casu ponere, etsi nomen præcedens, ad quod refertur, diverso casu compareat ut ap. Joseph. Ant. xv. 6. 5. ἦν δὲ πρόπινοις ἐντολὴ —μαθόντας διαχειρίσασθαι. add. *Etsnerus* ad h. l. *Kypkio*, quem secutus est *Rosenmüllerus*, accusativus positus videtur cum infinitivo, ut apud Latinos, pro: ἵνα ἐκλεξάμενοι πέμψωσι, *ut eligentes mitterent*. Equidem ἐκλεξαμένους referendum puto ad πέμψαι, ita, ut ἐκλεξαμένους positum sit pro ἐκλιχθέντας, *placuit delectos viros mittere*; cum aoristi medii apud optimæ notæ scriptores significationem passivam haud raro obtineant, v. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 63 sq. Hæc ratio facilior videtur. Participium autem γράψαντες quod necessario referri debet ad τοῖς Ἀποστόλοις positum est pro γράψασι. Neque hoc anacoluthon quemquam offendere potest, cum in probatissimis scriptoribus Græcis sæpius reperiatur Thucyd. iii. 36. ἔδοξεν αὐτοῖς— ἐπικαλοῦντες. Id. iv. 42. καὶ τοῖς μὲν Συρακουσίοις—κατάπληξις—ἐγένετο—ἐρῶντες, quasi præcedat οἱ Συρακούσιοι κατεπλάγησαν· v. ibi *Duckerus*. Id. i. 93. παρῆνει τοῖς Ἀθηναίοις, καταβάντες pro καταβᾶσι. vi. 24. τοῖς ἐν ἡλικίᾳ—εὐέλπιδες ὄντες pro εὐελπίδεσιν οὖσι. Homer. Il. β'. 350 s. Κρονίωνα — ἀστερόεντα. vid. *Krebsius* ad h. l. *Abreschius* auctar. Thucyd. p. 380 sq. *Fischerus* l. l. Vol. iii. P. 1. p. 30. Ἰούδαν Βαρσαβᾶν] ulterius non cognitum *Grotius* et *Wolfius* ad v. 27. eum fratrem fuisse putant Josephi Barsabæ, Act. i. 23. memorati. Σίλας] *Silas*, nomen contractum pro *Silvanus*, (quod nomen inter Romanos frequens Ammian. xxviii. 4. *Silvani lavacrum*) comes itinerum Pauli per Asiam minorem et Græciam, v. 2. Cor. i. 1. Act. xvii. 1, 10. 1 Thess. i. 1. ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς] *viros inter Christianos primarios*. Etenim ἡγούμενοι dicuntur, qui præcipua aliqua auctoritate et dignitate inter suos florent, Joseph. Ant. xi. 4. 4. οἱ τῶν πατρίων ἡγούμενοι τῶν Ἰσραηλιτῶν, *principes familiarum Israelitarum*. §. 4. ἡγούμενοι τῶν Ἰουδαίων. infra v. 32. Judas et Silas dicuntur προφῆται.

23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε] *ita ut per eos scriberent*, perferri juberent *hanc epistolam*. γράφειν verbum prægnans, *scriptum mittere*, v. *Glassius* Philol. S. p. 185 ss. διὰ χειρὸς αὐτῶν pro δι' αὐτῶν ex Hebraismo, v. xi. 30. xiv. 3. *Glassius* l. l. p. 113. τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν] *qui sunt Antiochiæ, in Syria et Cilicia*. "Cur non dicitur, omnibus omnino Christianis e paganis scribimus? Adest caussa, *Antiochenis*, inter hos orta fuerat contentio ea de re; *Syris*, nam Antiochia primaria erat Syriæ urbs, ut adeo lis multa inter Antiochenos Syriam ipsam permearet; *Cilicibus*, de his nihil legimus antea, sed ideo adduntur, quoniam Paulus paulo post iter in Ciliciam fecit, ut adeo his Cilicibus novum hunc nuntium decretumque afferret, præsertim cum Cilicia esset proxime contermina Syriæ." *Morus*. Χαίρειν] S. P. D. *salutem apprecantur*, subaudiendum λέγουσι, vel, εὔχονται. De hac salutandi formula quæ epistolis præscribebatur (v. Act. xxiii. 25.) cf. *Barnesius* ad Eurip. Electr. v. 1357. *Albertius* Obss. in N. T. p. 444. Thom. M. p. 908 ss. ibique interpp. et *Wetstenius* ad h. l.

(24.) *Quoniam accepimus, nonnullos ex nostris profectos vos perturbasse* etc. Intelliguntur illi de quibus v. 1. agit. λόγοις] sermonibus, doctrina sua. ταράσσειν] vid. ad Matth. ii. 3. transfertur hoc verbum ad mentem, quæ de sua tranquillitate deturbatur Lucian. T. i. p. 862. ed. *Reiz*. ταράσσεσθαι τὴν γνώμην. Cic. Tusc. iii. 2. *perturbare animos*. Lucan. iv. 235. *concutere mentes*. Accuratius vis verbi declaratur verbis: ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, *animos vestros corrumpentes*, corrumpere studentes; ἀνασκευάζειν· proprie notat: *vasa colligere, comportare, transferre*. Hesychius: ἀνασκευάζειν· μετατιθέναι, scl. τὰ σκεύη, Xen. Anab. vi. 2. 5. τὰ χρήματα ἐκ τῶν ἀγρῶν συνῆγον, καὶ τὴν ἀγορὰν εἴσω ἀνεσκεύασαν. Dicitur vero etiam de hostibus, qui deprædando supellectilem colligunt, locum evacuant, atque adeo significat *auferre, destruere, perdere, corrumpere*. Gloss. vett. *destruit*, καταλύει, ἀνασκευάζει. Xen. Cyr. vi. 2. 10. οὐδὲν εὑρήσομεν τῶν ἐκεῖσε· ἀνασκεύασται γὰρ τὰ

Digitized by Google

25 λάμεθα· Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους
ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ
26 καὶ Παύλῳ, Ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν
27 ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀπε-
στάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου
28 ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι
καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τῶν ἐπ-
29 άναγκες τούτων· Ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ

μὴν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων. Thucyd. 4. p. 115. τὴν Λήμνον καθελὼν καὶ ἀνασκευάζων, *Lecythum diruens ac destruens*, cf. *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. In hac orationis serie ἀνασκευάζειν est id. qd. διαφθείρειν, sensu morali, *corrumpere, pravis opinionibus, falsa doctrina imbuere*, vos studuerunt, v. 1 Tim. vi. 5. λέγοντες περιτέμνεσθαι κ. τ. λ.] *jubentes vos circumcidi atque observare legem*, ritus legis Mosaicæ, *quibus nihil tale mandavimus*. περιτέμνεσθαι, scl. διῶν· plene Ælian. H. V. 3. 12. ἡ φωνὴ, ἱερᾶν διῶν λέγουσά, v. *Bosius* de Ellips. sub διῶν p. 596. ed. *Schæfer*. *Münthius* ad Act. iv. 13. λέγειν] *præcipere, jubere*, ut xxi. 21. Rom. iii. 19. et εἰπεῖν, Matth. iv. 3. ubi v. not.

(25. sqq.) γενομένοις ὁμοθυμαδὸν] *una congregatis, in consessu*, v. i. 13. ii. 1. alii: *unanimi consensu, ex communi sententia*. (26.) ἀνθρώποις παραδιδωκόσι—Χριστοῦ] *qui pro Domino nostro J. C.* pro ejus religione, *pericula mortis subierunt*. Respicitur ad ea quæ leguntur ix. 24. xiii. 50. xiv. 5, 19. Bene *Grotius*: efficaciter commendant Paulum et Barnabam, ut qui nihil credendi sint facere sui caussa, cum propter Christum et ecclesiam tot pericula subierint, et subeant quotidie. παραδιδόναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ] *objectare se periculis*, respondet formulæ Chaldaicæ מְסַר נַפְשֵׁה quæ legitur in paraphrasi Onquelosi Judd. xii. 3. 1 Sam. xix. 5. xxviii. 21. et formulæ τιθέναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ qua Alexandrina Judæi expresserunt Hebraicam שִׂים נַפְשׁוֹ add. Joh. x. 11, 15. διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτὰ] ut vobis coram, eadem quæ scripsimus, pluribus exponant v. 32. διὰ λόγου, ore et verbis, v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. ἀπαγγέλλοντας. præsens pro futuro, *dicturos, expositurus*, ut Matth. ii. 4. Joh. xiv. 28. Act. xxi. 3. 1 Cor. xv. 35. al.

(28.) τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν] nobis Dei Spiritu adjutis, in quibus vis divina se efficacem præbet, vid. ad v. 3. vii. 51. μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος] *non aliud vobis imponere onus*, non alia vobis injungere præcepta. βάρος supra v. 10. ζυγὸς] vocantur ita leges, quatenus earum observatio molesta est, saltem esse videtur. cf. et not. ad Matth. xi. 30. πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων] *præter hæc necessaria*. Pro ἐπάναγκες *Salmasius* de Fœnore Trapezit. p. 440. legendum conjecit ἐφ' ἀνάγκης, quoniam constructio non bene Græca ei videbatur. *Bentleius* (v. *Wetsten.*) legi malebat: ἐφ' ἁγάπαις, *in celebrandis agapis*. *Heumanus*: ἐπαναγκεστάτων, *præter hæc maxime necessaria sunt*. Sed lectio vulgaris sana est. Adverbium enim ἐπάναγκες, quod sæpius apud scriptores Græcos occurrit, cum articulo vim habet adjectivi, et locutio ipsa elliptica est, plene ita enuntianda: πλὴν τῶν ἐπάναγκες ὄντων τούτων, vid. *Wolfius*, *Palairetus*, *Kypkius*, *Valckenarius* (in Scholis) ad h. l. *Abreschius* in notis ad h. l. p. 611. subjectis Animadvv. ad Æschyl. ἐπάναγκες τούτων nempe ad σωτηρίαν. Decretum enim Apostolorum erat responsio ad quæstionem controversam. Dixerant autem illi Judæo-Christiani, e secta Pharisæorum, οὐ δύνασθε σωθῆναι, nisi circumcisionem admittatis, et legem Mosaicam observetis. Definire ergo debebat decretum, quid gentilibus ad σωτηρίαν necessarium esset, quid minus. Jam hæc v. 20, 29. laudata abstinentiæ genera, cum ea nominarint Apostoli necessaria officia, alia necessitas non potest intelligi nisi moralis. Hæc necessitas non potuit aliunde proficisci, nisi e præcepto communi, quo jubemur omnia omittere per se ἀδιάφορα, quæ vim habeant mali exempli, quæ aliorum pietati nocere, aut eorum animos alienare, aut successum veri inter homines impedire possint, v. *Nitzschius* l. l. p. 399.

(29.) Conf. not. ad v. 20. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς] *a quibus si abstinueritis*. Hæc forma loquendi Hebraica est. Hebræi nimirum verba שָׁמַר et נָצַר adjectis verbis אֶת־נַפְשׁוֹ quæ vim pronominis reciproci habent, ita usurpant, ut significent, *abstinere, cavere ab aliquo*. Alexandrini interpretes utrumque verbum expresserunt verbo τηρεῖν, Prov. vii. 5. et διατηρεῖν, Gen. xxxvii. 11. Ps. xii. 8. Formula igitur διατηρεῖν ἑαυτὸν ἔν τινος respondet formulæ φυλάττεσθαί τι h. e.

Digitized by Google

πνικτοῦ καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε· Ἔρρωσθε. Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν· 30 καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν. Ἀνα- 31 γνόντες δὲ, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει. Ἰούδας δὲ καὶ 32 Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν. Ποιήσαντες δὲ 33 χρόνον, ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους. Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ. Παῦλος 34

32. ∼ τε. 33. ∼ ἀποστείλαντας αὐτούς.

cavere, abstinere ab aliqua re. εὖ πράξετε] *Kypkius, Heumanus, Rosenmüllerus, Heinrichsius* explicant: *recte agetis, facietis quod officii vestri est.* Accuratius tamen alii, veluti *Elsnerus, Wolfius, Krebsius* hæc verba reddunt: *felices eritis*, quo sensu sæpius scriptores Græci hac formula utuntur, v. *Menagius* ad Diog. Laërt. iii. 61. Nam opponuntur hæc verba illis v. 1. οὐ δύνασθε σωθῆναι] ut adeo εὖ πράξετε sit idem quod σωθήσεσθε. "Utroque autem sensu formula ad commendationem officii necessarii pertinet. Et, quoniam res decreto præscriptæ, diserte v. 28. vocantur τὰ ἐπάναγκες, *necessaria officia*, sic ut ipsa præscripta xvi. 4. δόγματα i. e. præcepta, leges; satis apparet, Apostolos huic abstinentiæ, quam gentilibus commendarent, non minorem, quam ullis aliis officiis. necessitatem tribuisse; in quo illi haud dubie rectissime senserunt. Omnia enim præcepta moralia, sive certo tantum loco ac tempore, sive semper et ubique valeant, quatenus valent, ejusdem plane sunt sanctitatis." *Nitzschius* l. l. p. 409. ἔρρωσθε] *valete*, usitata apud Græcos epistolarum clausula, Artemidor. Oniroc. iii. 44. ἴδιον πάσης ἐπιστολῆς τὸ Χαῖρε, καὶ Ἔρρωσο λέγειν.

(31. 32.) *Literis perlectis accepta institutione lætati sunt.* Nomen παράκλησις nonnulli vertunt: *solatium.* Rectius tamen παράκλησις accipitur de *institutione*, cum notio *instituendi* etiam verbo παρακαλεῖν, quod sequitur, insit. Lætabantur Christiani e gentilibus, quod communi Apostolorum et ecclesiæ Hierosolymitanæ judicio a legis ritualis observatione liberati essent. (32.) Judas et Silas (v. 22.) qui et ipsi prophetæ (vid. ad xi. 27.) erant vid. xiii. 1. διὰ λόγου πολλοῦ κ.τ.λ.] *copiosa oratione multos Christianos docuerunt atque confirmarunt.* Uberius eos edocuerunt (v. 27.), cur non omnis lex ritualis observanda sit Christianis e gentilibus, et abstinentiæ illud officium in decreto iis injunctum accuratius definiverunt, indicandis ejus tum caussis, tum limitibus, atque ita omnes confirmarunt.

(33.) ποιήσαντες δὲ χρόνον] *cumque aliquamdiu ibi commorati essent*, nempe Judas et Silas. Verbum ποιεῖν h. l. ad tempus relatum, idem valet quod διατρίβειν, *commorari.* Hoc significatu extat quoque ap. Demosth. orat. de falsa legatione p. 392. 17. ἀνήμισυν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. Platon. ep. 7. p. 1292. A. ὅμως δ' ἀναγκαῖον ἴσως ἐπαινεῖν γ' ἔτι ποιῆσθαι. add. Act. xviii. 23. Jac. iv. 13. Prov. xiii. 23. ποιήσουσιν ἔτη πολλά. Tob. x. 7. ἡμέρας ἃς ὤμοσε ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ. Ita quoque Latini verbo *facere* usi sunt. Cic. ad Attic. v. 20. *Apameæ quinque dies morati—Iconii decem fecimus*, vid. *Gronovius* ad Senec. ep. 66. *Kirchmanus* de funerib. Rom. iii. 20. p. 473 sq. Cum vero ποιεῖν absolute positum hoc sensu comparet, supplendum est χρόνον vel καιρόν. Conf. de hoc verbi ποιεῖν usu *Abreschius* ad Æschyl. p. 611. *Elsnerus, Kypkius, Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. et *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 158 sq. ἀπελύθησαν—πρὸς τοὺς Ἀποστόλους] *a Christianis cum bonis votis dimissi sunt ad Apostolos.* μετ' εἰρήνης] fausta et prospera quævis apprecantes, vid. ad Matth. x. 13. id. qd. v. 40. παραδοθέντες τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.] Verbum autem ἀπολύειν notat, *dimittere*, ut ap. Joseph. Ant. v. 1. 25. χαίροντας ὑμᾶς ἐπὶ τὰς κληρουχίας ἀπολύομεν, *lætos vos ad possessiones vestras dimittimus.* Philo in Flacc. p. 979. A. εἶτ' ἐπειδὰν μὲν ἐγνωρίσθησαν ἑτέρου γένους ἀπελύοντο, *deinde cognito esse alterius generis dimittebantur.* Pro τοὺς Ἀποστόλους plures codd. et verss. habent πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτοὺς, *ad eos qui ipsos miserant*, probante *Grotio, Bengelio, Moro, Rosenmüllero* et *Griesbachio* qui eam in textum recepit. Mihi tamen ἀποστείλαντας αὐτοὺς glossema redolere videtur, inde ortum, quod v. 23. et 27. legitur, scriptam esse epistolam nomine Apostolorum, presbyterorum et fratrum, hosque Silan et Judam, ut et Paulum atque Barnabam misisse.

(34.) Verba hujus versus in multis codd. desunt, in aliis additum legitur: μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη· omittunt verss. Syr. Arab. polygl. Copt. Sclavon. ap. Alter. Vulg. Chry-

Digitized by Google

35 δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι, μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου.

36 Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρνάβαν· Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ¹ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι.

37 Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατε συμπαραλαβεῖν ¹τὸν Ἰωάννην τὸν

36. † ἡμῶν. 37. ∼ καὶ.

sost. Theophyl. Scilicet adjecta sunt hæc verba a grammaticis, ne versus 33. repugnare videretur iis, quæ v.40. de Sila leguntur. Sed potuit Silas Antiochiæ remanere, adeoque a Paulo postea itineris comes eligi v. 40. potuit vero etiam Hierosolymam proficisci, et inde (forsan a Paulo qui diutius Antiochiæ morabatur revocatus) Antiochiam reverti. Lucas ejusmodi περιστάσεις omittere solet. Recte igitur verba hujus versus tanquam adulterina expunxerunt *Millius, Griesbachius* et *Matthæius*. αὐτοῦ] pro ἐπ' αὐτοῦ τόπου in isthoc loco, v. *Bosius* de Ellipsi sub v. τόπος p. 486. ed. *Schæfer*.

(36.) Paulus secundum iter Apostolicum meditatur v. 36—39. ἐπιστρέψαντες ἐπισκεψώμεθα] *revisamus*, vid. not. ad v. 16. δὴ] *agedum*, vid. ad Luc. ii. 15. κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐν αἷς] additum est pronomen relativum plurale, quoniam πόλις h. l. collective sumitur, vid. *Glassius* Phil. S. p. 166. πῶς ἔχουσι] *quomodo se habeant*, an constantes sint in profitenda doctrina, an numerus eorum creverit. Subintell. *cognituri*. Virg. Æn. i. 577. *Dimittam et Libyæ lustrare extrema jubebo Si quibus ejectus silvis aut urbibus errat.*

(37 sqq.) Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο] *Barnabas autem suadebat*: βουλεύεσθαι, *consilium dare, suadere*, v. LXX. 2 Sam. xvi. 23. Potest tamen etiam ἐβουλεύσατο reddi: *decreverat, consilium ceperat*, quo significatu non uno loco legitur, vid. ad Act. v. 33. Lectio ἐβούλετο quæ in libris haud paucis legitur, glossema sapit. Eadem lectionis varietas deprehenditur 2 Cor. i. 17. Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα κ. τ. λ.] *Paulus autem nolebat eum assumere, qui in Pamphylia ipsos deseruisset, nec una cum ipsis ad opus* docendi *profectus esset*. vid. xii. 25. xiii. 13. Marcum propterea discessisse, quod ejus præsentiam et opem ad convertendos Palæstinenses postularint Apostoli Hierosolymis degentes, *Bensonus* autumat, cui tamen ejus conjecturæ vel hoc obstat, quod Paulus de Marci discessu indignabundus loquitur. Hinc neque probabilis est aliorum opinio, Marcum discessisse ob infirmiorem corporis valetudinem. Sed maxime probabilis est sententia *Grotii, Witsii* Meletem. Leidens. p. 50. *Bengelii, Heumani*, aliorumque, qui statuunt, Marcum labores et pericula defugisse. Hanc ejus discessus caussam fuisse, haud obscure produnt verba: καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, et verbum ἀφίστημι quod etiam de defectione usurpari solet, v. Luc. viii. 13. 1 Tim. iv. 1. Jam vero Marcum pœnitebat inconstantiæ pristinæ, (eum novam alacritatem cepisse decreta in conventu Hierosolymitano libera admissione gentilium, *Bengelius* suspicatur), Barnabas, homo mitissimus et officiosissimus ix. 27. Marci affinis Col. iv. 10. eum itineris comitem assumere volebat, sed Paulus, qui non personarum respectum habebat Gal. ii. 11. qui mores potius respiciendos quam coguationem putabat, et Marci constantiæ diffidebat, eum comitem assumere nolebat. Hæc vero Pauli severitas et Marco et rei Christianæ profuit. Marcus enim per eam monitus fortior in posterum factus est, et doctrina Christiana eodem tempore diversis locis tradita et latius propagata est. Nec amicitiæ vinculum inter Paulum et Barnabam per hoc dissidium disruptum est, v. 1 Cor. ix. 6. et Paulus Marcum postea in amicitiam recepit, v. Col. iv. 10. 2 Tim. iv. 11. Philem. 23. ἠξίου *Vulgatus*, cujus auctoritatem nonnulli interpretes secuti sunt, verbo ἀξιόω notionem *rogandi* tribuit, vertit: *Paulus autem rogabat—eum—non debere recipi*. Hoc significatu verbum ἀξιόω legitur ap. Xen. Anab. i. 1. 8. τίμασιν ἠξίου δοθῆναι. Hist. Gr. i. 6. 7. ὑμᾶς ἀξιῶ προθυμοτάτους εἶναι. Herodi. iii. 5. 8. ἀξιώσας δὲ αὐτὸν — ἐπαιτεῦσαι ἀπορρήτων ἐντολῶν, *sed rogarent, ut audirent secreta mandata*. Diod. Sic. p. 243. B. ἠξίουν ἀποστέλλειν στρατιώτας τοὺς κοινῇ φυλάξοντας τὰς παροδοὺς, *rogabant, ut delectam militum manum, qui communi aditus præsidio tueantur, mittant*: add. Isocr. Panegyr. c. 15. Hesychius: ἠξίου· παρεκάλει. Verum hæc verbi notio huic loco minus conveniens est. Rectius præeunte Syro interprete et Arabe redditur *nolebat*, unde etiam in codd. quibusdam pro ἠξίου e glossemate scriptum extat ἐβούλετο. Sæpius autem verbum ἀξιοῦν hoc significatu positum legitur, ut sit: *postulare, cupere, velle*, veluti ap.

Digitized by Google

καλούμενον Μάρκον. Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' 38
αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ
ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Ἐγένετο οὖν παροξυσ- 39
μὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων· τόν τε Βαρ-
νάβαν, παραλαβόντα τὸν Μάρκον, ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον.
Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν, ἐξῆλθε, παραδοθεὶς τῇ χάριτι 40
τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ 41
Κιλικίαν, ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· καὶ ἰδοὺ, μαθητής
τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός †τινος Ἰουδαίας
πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος· Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύ- 2
στροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν 3
αὐτῷ ἐξελθεῖν· καὶ λαβὼν περιέτε μεναὐτὸν, διὰ τοὺς Ἰουδαίους

1. † τινος.

Xen. Mem. ii. 1. 28. ubi inter se permutantur verba: ἐπιθυμεῖς, ἀξιοῖς, βούλει, ἐρᾷς. Cyrop. vii. 1. 21. τί ἡμῖν ἀξιώσεις χρῆσθαι. Herodi. i. v. 6. οὐδὲ γὰρ πλουσιωτεῖν ὑμῶν ἠξίουν, *nolui prærogativam præ vobis habere.* Æl. H. V. ix. 29. τῆς Ξανθίππης ἀξιούσης λαβεῖν τὰ πεμφθέντα, *Xanthippe cupiente, ut ab Alcibiade missa acciperet.* Joseph. Ant. x. 7. 1. οὐκ ἠξίου τὴν πόλιν κινδυνεύουσαν δι' αὐτὸν περιορᾶν, *noluit urbem negligere sua caussa periclitantem,* add. Theophr. Char. vi. 2. Isocr. Panegyr. c. 16. Epictet. Enchir. c. 31. *Krebsius, Lœsnerus* ad h. l. et *Kypkius* ad xxviii. 22. Itaque ἠξίου cum sequatur negatio μὴ παραλαβεῖν significat, *nolebat,* quod unò verbo dici potuisset ἀπηξίου ut Pausanias loquitur lib. 7. p. 537. Achæi bello Persico, Lacedæmonios, ἀπηξίουν σφίσιν ἡγεῖσθαι, *sibi duces esse nolebant.* (39.) παροξυσμὸς] *concertatio, dissidium,* Demosth. p. 1105. 24. *Reisk.* v. *Abreschii* Annotatt. ad quæd. loca N. T. subjectas Animadvv. ad Æschyl. p. 612. παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ] favori divino a Christianis commendatus, v. xiv. 26.

CAP. XVI.

Alterum iter Apostolicum Paulus Antiochia suscipit. Et primo quidem revisit conditas a se ecclesias c. xv. 41—xvi. 5. Jam anceps ac fluctuans, num in Asiam ulterius penetret, an in Europam transeat, tandem in Europam trajicit v. 6—12. *Heinrichs.* κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν] *cum Derben et Lystram venisset,* vid. xiv. 6. καταντᾶν, *venire, pervenire,* ut Act. xx 15. xxv. 13. Apollodor. i. 9. 21. ἀνηχθέντες κατεντῶσιν εἰς τὴν Ὀράκης Σαλμυδησσόν. Suidas: καταντήσωσι, παραγένωνται. vid. *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 296. Obss. Miscell. Vol. x. p. 209. *Timotheus* Paulo fidus itinerum comes, cui duas epistolas inscripsit, hic primum occurrit, ejusque patriam ob ea quæ h. l. leguntur, nonnulli Lystram, alii Derben fuisse statuunt. Qui Lystra eum oriundum fuisse censent, ad hanc sententiam suam defendendam ad v. 2. provocant, ubi legitur Christianos Lystris et Iconii degentes, Timotheum honorifico testimonio ornasse, ac præterea monent, ἐκεῖ rectius referri ad Λύστραν, quam ad Δέρβην. Qui Derbæum fuisse autumant, sententiæ suæ confirmationem petunt ex Act. xx. 4. ubi v. not. E nostri vero loci verbis neutiquam erui potest Timotheum in alterutra urbe natum fuisse, sed hoc tantum ex iis elucet, eum tunc temporis ibi, nempe Lystris, commoratum esse. υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας κ. τ. λ.] *matris Judææ, quæ ad Christi sacra transierat, patris autem gentilis filium.* Matri nomen erat Eunice, v. 2. Tim. i. 5. E legibus Judæorum licebat fœminis nubere viro probo extraneo (sic Esther nupserat Ahasuero), viris autem interdictum erat fœminam extraneam ducere, v. Esr. ix. 10. Patrem Timothei gentilem, matrem Judæam fuisse, memoratur ob ea quæ de circumcisione Timothei v. 3 sqq. notata leguntur. ἐμαρτυρεῖτο] *laudabatur,* vid. vi. 3. x. 22. xxii. 12. ob eximiam religionis scientiam 2 Tim. iii. 15. et ardens ejus juvandæ studium, vid. vi. 3. Ἰκόνιον] vid. ad xiii. 51.

(3.) καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν κ. τ. λ.]

Digitized by Google

ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις· ἤδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα
4 αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις,
παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ
5 τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Αἱ
μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον τῷ
6 ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν. Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν
Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος
7 λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ, Ἐλθόντες κατὰ τὴν

eum Paulus sibi comitem adjuncturus, *circumcidendum curabat, propter Judæos in illis locis degentes, omnes enim noverant, patrem ejus fuisse gentilem.* Timotheus non fuerat circumcisus, quia pater erat gentilis, nec erat matri jus circumcidere filium patre invito, ut Talmudici scriptores animadvertunt, nec Timotheus circumcisione opus esse putarat, cum ad Christi signa se conferret. Sed Paulus eum sibi comitem assumere volebat, ut Evangelistæ munere fungeretur, vid. 2 Tim. iv. 5. Evangelistæ temporibus Apostolorum dicebantur doctores Christiani ii, qui essent Apostolorum in propaganda religione Christiana et in condendis ac regendis ecclesiis adjutores, qui curarent, ut ecclesiis idonei præficerentur magistri, omninoque ecclesiarum saluti vario modo prospicerent, v. *Suiceri* Thes. Eccl. sub h. v. Ut ergo Timotheo melius succederet docendi negotium inter Judæos, neve multi eorum ejus doctrinam et institutionem aversarentur; Paulus qui sciret, eum tanquam origine Judæum, sine ulla libertatis Christianæ violatione posse circumcidi, vid. Argum. cap. 15. prudenter facilem se præbuit infirmis 1 Cor. ix. 19. eumque circumcidi jussit. Contra vero non permisit ut Titus ex utroque parente gentilis circumcideretur, quoniam falsi doctores, qui hoc postulabant, circumcisionem ad salutem necessariam esse præcipiebant Act. xv. 1. et Christianos e gentilibus Mosaicis ritibus onerare volebant, cf. Gal. ii. 2, 3. ubi v. *Koppius.* ἤδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν Πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν] dictum est pro, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἕλλην ὑπῆρχεν, de qua loquendi ratione Græcis usitata, vid. *Raphelius* Obss. Arrian. et *Kypkius* ad h. l. add. *Kusterus* ad Aristoph. Plut. v. 55.

(4.) παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα] *præcepta iis observanda tradebant ab Apostolis sancita;* de quibus vid. Act. xv. 28, 29. παρεδίδουν, *tradebant, commendabant,* v. Marc. vii. 13. Act. vi. 14. δόγμα, *edictum, decretum, præceptum,* in versione Alexandrina tantum in libro Danielis occurrit, et respondet Chaldaicis vocibus אמרא Dan. vi. 9. דת vi. 8. תעם iii. 10. כתבא vi. 10. vid. *Koppius* ad Ephes. ii. 15. Senatus consulta δόγματα vocat Polyb. i. 18. Amphictyonum decreta, Diod. Sic. p. 522. C. v. *Münthius* ad h. l. add. not. ad Luc. ii. 1. κεκριμένα] *sancita, facta: κρίνειν, decernere, constituere, sancire,* ut Act. xx. 16. Tit. iii. 12. vid. not. ad Act. iii. 13.

(5. 6.) ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον κ. τ. λ.] *cœtus fide confirmabantur, et numero indies crescebant,* vid. ad xv. 32. Γαλατικὴ χώρα] *Galatia, s. Gallogræcia,* Asiæ minoris regio, Phrygiæ contermina, v. *Koppii* Prolegg. ep. ad Galat. præmissa p. 1. κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κ. τ. λ.] *prohibiti sunt a Spiritu Sancto, ne in Asia doctrinam evangelii traderent.* Ἀσίᾳ] cum reliquæ regiones omnes h. l. memoratæ in Asia minori sitæ fuerint, per *Asiam* haud dubie intelligenda est *Ionia,* ut ii. 9. ubi v. not. add. xx. 16. Cur et qua ratione Paulus impeditus fuerit per Πνεῦμα ἅγιον (xv. 28.) (a quo Christiani omnia quæ ad rem Christianam augendam et promovendam facerent, repetebant) quo minus in Asia, Mysia, Bithynia, doctrinam Christi promulgaret, utrum de somnio (ut v. 4.), an de instinctu quodam (v. ad Matth. iv. 1. Luc. ii. 25.) cogitandum sit, an propheta (ut xxi. 10.) ei infelicem laborum successum et gravissima pericula portenderit, definiri nequit. *Bithynia* incolæ minus culti; Thraces fuerunt, qui in hanc partem Asiæ profecti, Βιθυνοὶ dicti sunt, v. Strabo 12. p. 566. non oppida habebant, sed vicos κωμοπόλεις, v. Cellar. Notit. Orb. Antiq. iii. 8. *Mysiæ* incolæ olim abjectissimæ sortis habiti fuerunt, ita, ut proverbio *Mysorum ultimus,* homo abjectissimus, et vilissimæ sortis designatus fuerit. Cic. pro Flacco c. 27. *Namque, ut opinor, Asia vestra constat ex* Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. *Utrum igitur nostrum est, an vestrum, hoc proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo superiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porro in Græco sermone tam tritum atque*

Digitized by Google

Μυσίαν, ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα‖. Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, 8
κατέβησαν εἰς Τρωάδα. Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη 9
τῷ Παύλῳ· Ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν,
καὶ λέγων· Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν, βοήθησον ἡμῖν. Ὡς 10
δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς.

Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς 11
Σαμοθράκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν· Ἐκεῖθέν τε εἰς 12
Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις,

7. ∼ εἰς. ‖ ↑ Ἰησοῦ.

celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis unquam Græcus comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? κατὰ] *versus*, cum ad fines Mysiæ venissent, vid. *Valckenar.* in Scholis ad h. l. Post Πνεύματος multi codd. habent Ἰησοῦ, probante *Beza*, *Millio* Prolegg. §. 748. *Wetstenio*, *Griesbachio* qui hanc lectionem in contexta migrare recte jussit. Est enim lectio difficilior, cum nusquam in N. T. legatur Πνεῦμα Ἰησοῦ sed Πνεῦμα Κυρίου vel Χριστοῦ. Sed Πνεῦμα Ἰησοῦ est id. qd. Πνεῦμα ἅγιον, Joh. xiv. 26. al. et dicitur Πνεῦμα Ἰησοῦ, quatenus Jesus τὸ Πνεῦμα ἅγιον Apostolis promiserat Joh. l. l. quatenus iis promiserat, vim divinam post suum ex his terris abitum in iis efficacem se præbituram, eos adjuturam esse, v. Joh. l. l. Τρωὰς] civitas Asiæ maritima, olim Antigonia dicta Plin. H. N. v. 33. *Troas Antigonia dicta, nunc Alexandria*: v. Cellarii Geogr. Plen. iii. 3. p. 42 ss.

(9.) Paulus incertus et dubius, utrum Asiam longius peragraret, an in Europam trajiceret, in somnis admonebatur, ut in Macedoniam proficisceretur. Μακεδὼν] ex verbis διαβὰς κ. τ. λ. quæ in fine versus leguntur, Paulus conjiciebat Macedonem esse. βοήθησον ἡμῖν] *succurre nobis*, viam nobis monstra ad salutem obtinendam, edoceas nos doctrinam salutarem. ἐζητήσαμεν] Lucas qui huc usque de Paulo ejusque comitibus in tertia persona locutus est, jam incipit de illis loqui in prima persona, unde patet Lucam se iis tunc itineris socium adjunxisse, v. Prolegg. Commentar. in Evang. Lucæ præmissa p. 219. infra ad v. 40. συμβιβάζοντες] *inde colligentes*. Vulg. vertit: *certi facti*, ita vero dicendum fuisset συμβιβασθέντες, et συμβιβάζειν de cujus verbi potestate dictum est ad ix. 22. h. l. valet: collatis argumentis et testimoniis colligere aliquid, concludere. Exinde quod hactenus impediti fuerant, quo minus in Asia doctrinam Christi prædicarent, et ex somnio colligebant in Macedonia doctrinam Christi tradendam esse. εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην] *recto cursu pervenimus in Samothraciam*. Præpositio εἰς h. l. locutionem reddit prægnantem, idem significatur quod xxi. 1. verbis εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν. *Samothrace*, s. *Samothracia*, insula ad Thraciam sita, hodie *Samandrachi* dicitur, v. Virg. Æn. vii. 208. Plin. H. N. v. 12. *Wetstenius* ad h. l. *Cellarius* Geogr. Plen. ii. 15. p. 1086. Νεάπολις] portus in ora Macedoniæ, v. Strabo 7. p. 330. Plin. H. N. iv. 18. *a meridie Ægeum mare, cujus in ora a Strymone Apollonia, Œsyma, Neapolis, Datos. Intus Philippi colonia.* add. *Cellarius* l. l. ii. 13. p. 849. τῇ ἐπιούσῃ] scl. ἡμέρᾳ, vid. vii. 26.

(12.) Narrantur ea quæ Paulo Philippis evenerunt 12—fin. ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους —κολώνια] *inde venimus Philippos, quæ est primaria urbs partis Macedoniæ, et quidem colonia.* Φιλίπποι, *Philippi*, urbs Macedoniæ nobilissima, Thessalonicæ vicina, ad Pangæum montem sita, Strabo 7. p. 511. πλησίον τοῦ Παγγαίου ὄρους, olim ob fontium copiam Κρηνῖδες appellata, Diod. Sic. xvi. 8. Nomen accepit hæc urbs a Philippo, Macedone, Alexandri M. patre, qui eam instaurarat, et adversus Thracum impetus munierat. Non una autem est interpretum sententia, cur Lucas hanc urbem nominarit πρώτην τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλιν, cum non fuerit metropolis. Nempe Æmilius Paulus, victo Perseo, Macedoniam in quatuor partes diviserat, quarum primæ hæc urbs annumerata est, neque tamen fuit caput regionis, sed Amphipolis, Liv. xlv. 29. *Capita regionum, ubi concilia fierent, primæ regionis Amphipolin, secundæ Thessalonicen, tertiæ Pellam, quartæ*

Digitized by Google

κολώνια· ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς.
13 Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι· καὶ καθίσαντες ἐλα-

Pelagoniam fecit. Fuerunt qui dicerent, Philippos post prœlium Philippense, in locum Amphipoleos fuisse evectos, v. *Lilienthalius gute Sache d. göttl. Offenbarung*, Th. viii. p. 751. *Wetstenius* ad h. l. id vero idoneis argumentis probari nequit. Hinc alii, veluti *Bowyerus Conjecturen üb. d. N. T.* ad h. l. legendum conjecerunt, πρώτης μερίδος τ. Μακεδονίας vel πρώτης Μακεδονίας πόλις. *Bengelius, Eckermanus, Raphelius* Herodo. *Heinrichsius* πρώτην dictam esse putant, quod fuerit ex ordine viæ, prima urbs in illa Macedoniæ parte, interiora petentibus. Sed prima urbs erat *Neapolis* v. 11. memorata. Equidem adstipulor interpretibus iis, qui πρώτη explicant: *una ex nobilissimis* urbibus, quoniam nimirum erat κολώνια, id quod diserte additum legitur. Interdum etiam urbibus Græciæ claris in nummis tribuitur nomen πρώτη, v. *Eckhelii* doctrina vet. num. P. 1. Vol. iv. c. 6. §. 282. *Michaëlis Einleit. in d. N. T.* Th. ii. p. 1303. τῆς μερίδος positum est pro ταύτης τῆς, vid. ad ix. 2. κολώνια, *colonia*, nomen Latinum, civitate Græca donatum. Julius Cæsar coloniam Romanam in Philippensium urbem deduxerat, Dio Cass. lib. 51. p. 445. τοὺς γὰρ δήμους τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τοὺς τὰ τοῦ Ἀντωνίου φρονήσαντας ἐξοικίσας, τοῖς μὲν στρατιώταις τάς τε πόλεις καὶ τὰ χωρία αὐτῶν ἐχαρίσατο· ἐκείνων δὲ δὴ τοῖς μὲν πλείωσι τό τε Δυῤῥάχιον, καὶ τοὺς Φιλίππους, ἀλλά τε ἐποικεῖν ἀνέδωκε· *nam eos conventus Italiæ, qui Antonii rebus studuissent, exterres egerat, militibusque agros eorum donaverat; extorrium autem plerisque Dyrrachium, Philippos, et alia oppida habitanda concessit.* vid. *Sponius* Miscell. erud. ant. p. 173. *Vaillant* Num. Æn. Imp. etc. T. i. p. 109. *Spanhemius* de Usu et Præst. Numism. T. ii. p. 600. Digest. Leg. 8. n. 8. *In provincia Macedonia Dyrracheni, Cassandrenses, Philippenses—juris Italici sunt.* Erant nimirum coloniæ diversi juris ac conditionis diversæ. Nonnullæ dicebantur *Romanæ*, quæ tamen non plenum jus civitatis habebant, sed sola Quiritium jura privata, sine suffragiorum et honorum in urbe gerendorum prærogativa. Aliæ coloniæ erant *Latinæ*, quæ jura Quiritium non habebant, sed jus Latii. Ex hoc jure qui eo fruebantur, poterant in comitiis Rom. legum ferendarum caussa, si a magistratu Romano vocati essent, suffragium ferre, et cum in civitate Latina magistratum gessissent, civitatem Romanam adipiscebantur. Aliæ, ut pleræque extra Italiam *juris Italici* erant, quod infra Latinitatem, et in tributi cum soli, tum capitis immunitate positum erat, vid. *Sigonius* de antiquo jure Italiæ ii. 3. *Spanhemii* Orbis Rom. c. 9. p. 50 sq. *Gravinæ* Origines Juris civilis p. 537. ed. *Mascov. Heineccii* Antiqq. Rom. Append. lib. 1. c. 24. p. 280. ed. 3. *Heynii* Progr. I. II. de vett. coloniar. jure ejusque caussis Opuscc, T. i. p. 290 ss. ejusd. Progr. de Romanorum prudentia in coloniis regendis ib. T. iii. p. 79 ss.

(13.) *Die sabbati* (13, 14.) *ex urbe egressi sumus ad fluvium, ubi ex more proseucha erat, ibi sede capta, ad mulieres, quæ ibi convenerant, locuti sumus;* doctrinam Christi iis tradidimus. Pro ἔξω τῆς πόλεως in aliis libris legitur ἐ. τ. πύλης, *extra portam.* Recte; πόλεως adscripserunt grammatici. προσευχὴ] prop. *preces*, per metonymiam *proseucha* (Juvenal. Sat. iii. 396.) est *locus precibus ad Deum fundendis idoneus, oratorium*, τόπος vel οἶκος (Matth. xxi. 13.) προσευχῆς Hebr. בֵּית תְּפִלָּה. Ejusmodi proseuchas, precibus consecratas, in quibus etiam libri sacri prælegebantur, Judæi habebant extra oppida illa, in quibus synagogæ non erant, vel ob paucitatem Judæorum, vel quod magistratus non permitterent. Illæ proseuchæ non erant semper ædificia, sed plerumque loci subdiales, in silvula, in fruticeto, etiam sub arbore, proxime ad fluminum ripas, aut litora maris, quoniam Judæi ante preces manus abluere solebant, ut ergo eo commodius iis aqua suppeteret ad manus lavandas. Pertinet huc locus decreti Halicarnassensium, v. *Gronovius* in Decretis Romanis et Asiaticis pro Judæis p. 22. διδόχθαι ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλομένους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας τά τε σάββατα ἄγειν καὶ τὰ ἱερὰ συντελεῖν κατὰ τοὺς Ἰουδαϊκοὺς νόμους, καὶ τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος· *placuit nobis ex Judæis, quicunque voluerint, viri sive mulieres, tum sabbata celebrare, tum sacra peragere, juxta leges Judaicas et proseuchas facere ad mare pro patrio more.* cf. Philo de leg. Mos. T. ii. p. 268. ubi v. *Mangey*. Josephus Ant. xiv. 10. 23. *Valesius* in notis ad Euseb. p. 27. *Vitringa* de synagoga vet. p. 119. (ubi observat, nomen προσευχὴ interdum etiam de synagoga adhiberi) 217, 1109. *Le Moyne* ad Varia Sacra p. 71 *Barthius* Adversar. ii. 21. *Turnebus* Advers. i. 19. et 23. *Elsnerus* ad h. l. (*Harmar*) *Beobachtt. über d. Orient*, Th. ii. p. 303 sq. οὗ ἐνομίζετο εἶναι] *Bosius, Maius* Obss. Sacr. Fasc. 3. p. 14. pleonastice positum putant

Digitized by Google

λοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί. Καί τις γυνὴ ὀνόματι 14
Λυδία, πορφυρόπωλις, πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν,
ἤκουεν· ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λα-
λουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος 15
αὐτῆς, παρεκάλεσε, λέγουσα· Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ
Κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου, μείνατε. Καὶ

pro οὗ ἦν. Sed νομίζεσθαι in talibus non adhibetur per pleonasmum, v. *Valckenarii* Scholæ ad h. l. Si hanc notionem, *ubi erat*, Lucas exprimere voluisset, scripsisset, οὗ ἦσαν ut in cod. Cantabr. e glossemate legitur. *Hammondus* ἐνομίζετο explicat, *ubi celebris erat proseucha*, cui interpretationi usus loquendi quoque repugnat. Sed verbum νομίζεσθαι haud raro notat, *in more esse*. Ita legitur ap. Aristoph. Plut. 625. ὡς νομίζεται, *ut moris est*. add. Aristoph. Nubb. 498. Xen. Anab. vii. 3. 8. ἔλεγον ὅτι νομίζοιτο ἐπότε ἐπὶ δεῖπνον καλέσαι Σεύθης, δωρεῖσθαι αὐτῷ τοὺς καλεσάντας, esse ait in more, ut si quando ad cœnam aliquem vocet Seuthes, invitati munera quædam ipsi donent. Hinc τὰ νομιζόμενα, quæ more recepta sunt, Herodo. i. 35. τὰ Διονύσου νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, quæ apud Græcos Baccho fieri solita sunt sacra. Herodi. vi. 1. 9. ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι, ut Romanis mos est. Palæph. f. liii. 3. ἐξότε ἐνομίσθη, *ex quo consuetudo obtinuit*, v. *Elsnerus*, *Münthius* et *Læmerus* ad h. l. add. Demosth. Ind. *Reiskii*. Itaque οὗ ἐνομίζετο εἶναι h. l. significat, *ubi ex more erat*. Hæc interpretatio et legibus linguæ et verborum complexioni congruit, nam ut supra notatum est, apud Judæos moris erat, ut oratoria ad fluvios exstruerent.

(14.) καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία κ. τ. λ.] *auscultabat inter eas, mulier quædam, nomine Lydia, ex Thyatirorum oppido oriunda*. Θυάτειρα urbs in confiniis Lydiæ et Mysiæ sita, inter Sardes et Pergamum, v. Stephan. Byz. de urbibus et Ptolom. v. 2. Dissentiunt inter se interpretes, utrum Lydia, a patria hoc nomen acceperit, cum Thyatira fuerit Lydiæ urbs (Maxim. Tyr. Diss. 10. p. 112. Λυδία πόρη, i. *Lydia oriunda*), an proprio nomine ita appellata sit, cum hoc nomen apud veteres non insuetum fuerit, Horat. Carm. i. 8. *Lydia, dic, per omnes te Deos oro*. add. Martial. xi. 103. atque hæc posterior ratio præferenda videtur, cum legatur ὀνόματι Λυδία, cf. v. 1. 36. ix. 36. non γυνὴ Λυδία.— πορφυρόπωλις] *purpurarum, vestium purpureo colore tinctarum venditrix*. Suidas: πορφυρόπωλις· ἡ τὰ πορφυρᾶ πωλοῦσα. A Lydis ars purpuræ tingendæ inprimis tractari consuevit, Val. Fl. iv. 368. *Lydia murus sparso telas maculaverit ostro*. add. Æl. H. A. iv. 46. Maxim. Tyr. xl. 2. Claudi. Rapt. Pros. i. 274. *Non sic decus ardet eburnum, Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit ostro*. Eustath. ad Il. γ. 141. αἱ ἐν Καρίᾳ, καὶ αἱ Λυδαὶ γυναῖκες ἀγαθαὶ ἦσαν βάπτειν ἐστᾶ Φοινικῷ χρώματι. add. Plin. H. N. vii. 57. Ovid. Met. vi. 11. Artem purpuræ tingendæ speciatim etiam a Thyatirensibus exercitam fuisse, docet inscriptio, Thyatiris inventa, apud *Sponium* in Miscell. Erud. Antiq. Sect. iii. n. 93.: ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀντ. αλ. Ἀλφηνὸν Ἀρίγνωτον πρέσβιστον ἱστόρεον τοῦ Σεβαστοῦ---τὸν καὶ σημείωσιν ἱερεῖα τοῦ προστάτορος Διοῦ Τερίμνου οἱ βαφῆς, *tinotores*, s. *purpurarii*. Vocatur *Lydia* illa σεβομένη τὸν Θεὸν, *mulier religiosa*, proselyta, v. xiii. 16. ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε κ. τ. λ.] *cujus animum Dominus aperuerat, ut Pauli dictis fidem haberet*. Κύριος est h. l. Christus, coll. v. 15. *Occlusus* animus vero vel cohortationi, ut recte ad h. l. monuit *Morus*, dicitur, qui aut non potest cognoscere verum, aut non vult admittere cohortationem. Hinc *aperire* animum h. l. notat, reddere animum intelligentiorem, facere, ut aliquis rem melius perspiciat eique assensum præbeat, et simul hoc involuit promptum et paratum reddere ad amplectendam Christi doctrinam, 2 Macc. i. 14. διανοίξαι τὴν καρδίαν ὑμῶν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς προστάγμασι, *eorum animos intelligentiores reddat et procliviores, ut operam dent præceptis ipsius, legem observent*. Aperuit Deus, s. Christus, Lydiæ animum per doctrinam. Omnia autem quæ faciunt ad promovendam Christi doctrinam, consilia in rei Christianæ emolumentum capta, Deo et Christo tribuuntur. Pauli ergo institutione, id quod singulare erat Dei beneficium, fœmina illa prompta reddebatur, ad fidem præbendam Pauli sermonibus. προσέχειν] vid. ad viii. 6. προσέχειν τοῖς λαλουμένοις, id. qd. πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι, v. 15.

(15.) παρεκάλεσε λέγουσα—μείνατε] *quandoquidem me*, quam sacro fonte initiastis, *jam Christianam habetis, in domum meam*, (finita proseucha) *divertite*, hoc me gaudio afficite. εἰ] *cum, quandoquidem*, v. 1 Petr. i. 17. Joh. vii. 4. Cic. ad Attic. v. 14. *tu velim, si me nihilo minus nosti curiosum in republica quam te, scribas ad me omnia*. πιστὴν εἶναι] nonnulli, veluti *Heinrichsius*, explicant, *me constantem Christianam esse* l. *fore*. Sed ut jam intelligenter monuit *Morus*, vix

Digitized by Google

16 παρεβιάσατο ἡμᾶς. Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἀπαντῆσαι

16. † τὴν.

coeperat esse Christiana, nec nunc de constantia indicari poterat; imo πιστὸς τῷ Κυρίῳ dicitur is, qui doctrinam Christianam suscepit ut v. 34. Cæterum hospitalitatis laude florebant Lydii, ut patet ex Herodo. i. 94. καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς] *atque adeo nos coëgit*, nempe precibus; rogitando obtinuit. παρεβιάζεσθαι (ut ἀναγκάζειν, vid. ad Luc. xiv. 22.) notat: *urgere verbis et precibus*, ut 1 Regg. xxviii. 23. καὶ οὐκ ἐβουλήθη φαγεῖν· καὶ παρεβιάζοντο αὐτὸν οἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή. Æl. H. V. xiii. 32. ubi Socrates de se discipulos, ut arduam virtutis viam ineant, urgente: ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι, vid. *Pricæus* et *Elsnerus* ad h. l. nos ad Luc. xxiv. 29.

(16.) ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν] *tendentibus nobis in proseucham*. Plerique interpretes statuunt, ea quæ jam narrantur, alio die accidisse, vel alia ejusdem diei hora. Sed ut verba sonant, verior videtur *Heinrichsii* sententia, qui quæ hactenus Lucas narravit, evenisse censet, antequam solennes preces in proseucha inciperent, "ante istum locum, ubi præstolabantur fœminæ dum cultus inciperet." παιδίσκη] *serva*, vid. *Stephanus* de idiom. dial. Attic. p. 229. *Menagius* ad Diog. Laërt. v. 54. p. 215. ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος] *spiritu Pythonis*, s. *fatidico dæmone agitata*. Ὁ Πύθων nomen Apollinis (v. *Brunck*. Anal. T. i. p. 117. etc.) qui etiam Πύθιος, *Pythius* (Hygin. f. 140.) cognominatus est, vel a πυνθάνεσθαι, s. πύθεσθαι, *percontari, consulere*, vel, a *dracone*, s. *serpente magno*, qui ὁ Πυθὼν (gen. Πυθῶνος) vel ὁ Πύθων (Πύθωνος) vid. *Heynius* ad Apollodor. i. 4. 1. T. i. p. 44. dicebatur, et præses ac custos oraculi in monte Parnasso fuerat, quod consulentibus responsa dederat ante Apollinis adventum (Hygin. f. 140. p. 246. *hic* (Python) *ante Apollinem ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat*), quem serpentem cum Apollo sagittis suis confecisset, ipse velut alter præses in locum interempti Pythonis successit, vid. Callim. H. in Apoll. v. 100 sqq. Ovid. Met. i. 438 ss. ibique intpp. Ælian. H. V. iii. 1. Plutarch. de Oraculor. defectu Opp. T. ii. p. 417. schol. ad Aristoph. Plut. v. 39. Oraculum hoc erat prope Delphos, quæ quidem urbs propter id ipsum primo dicta est ἡ Πυθὼ (*Pytho* Tibull. ii. 3. 27.) etiam ἡ Πυθὼν (v. *Heynius* ad Apollod. l. c.) deinde *Delphi*, vid. *Fischerus* Ind. Æschin. sub v. Πυθώ. Homer. Odys. Θ'. 79. Callim. H. in Apoll. 35. Dian. 250. Apollon. Argon. i. 308. Jam quia Apollinis afflatu *Pythia*, vates illa quæ Delphis erat, futura canebat; 2) *omne dæmonium, cujus afflatu futura prædicebantur*, dictum est Πύθων. Hesychius: Πύθων· δαιμόνιον μαντικόν. *Alberti* Glossar. Gr. p. 75. Πύθωνος· δαιμονίου μαντικοῦ, οὕτω λεγομένου. Translatum porro 3) est hoc nomen ad *homines ipsos, qui dei cujusdam afflatu futura prædicere posse* credebantur, nominatim ita dicti sunt ἐγγαστρίμυθοι, Plutarch. de oraculorum defectu p. 414. τοὺς ἐγγαστριμύθους Εὐρυκλίας πάλαι, νυνὶ Πύθωνας προσαγορευόμενοι, *ventriloquos Eurycleas* (ab Eurycle inventore hujus divinationis) *olim, nunc Pythonas vocant*. Hesychius: Πύθων, ὁ ἐγγαστρίμυθος ἢ ἐγγαστρίμαντις. Id. Εὐρυκλῆς, ὁ ἐγγαστρίμυθος, ἦν δὲ γένος μαντέων, οὓς ὀμωνύμως Εὐρυκλεῖς ἔλεγον. Suidas: ἐγγαστρίμυθος, ἐγγαστρίμαντις, ὃν νῦν τινες Πύθωνα, Σοφοκλῆς δὲ στερνόμαντιν, Πλάτων ὁ φιλόσοφος, Εὐρυκλέα ἀπὸ Εὐρυκλέους, τοιούτου μάντεως. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1014. οὗτος ὡς ἐγγαστρίμυθος λέγεται· Ἀθήνησι τ' ἀληθῆ μαντευόμενος διὰ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος. Dicebantur autem ἐγγαστρίμυθοι præstigiatores, qui facultatem et habitum tenebant, clauso ore sine motu labiorum loquendi, et verba tanquam e ventre efferendi. Galen. Glossar. Hippocr. ἐγγαστρίμυθοι, οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, *clauso ore loquentes, ut videantur ex ventre loqui*. De ἐγγαστριμύθοις, vid. *Dickinsonus* in Delphis Phœnicissantibus c. 9. p. 91 ss. *Seldenus* de diis Syris synt. 1. c. 2. *Suicerus* Thes. Eccl. p. 985. *Hammondus* ad h. l. omninoque *Walchius* in Diss. IV. de servis veterum fatidicis, Jenæ 1761. 4. Serva autem illa utrum fuerit ventriloqua, ut interpretes plures opinantur, an fatidica quæ clara voce oracula ediderit, certo constitui nequit. Etenim Πύθων, ut vidimus, est nomen generis, cujus singularem speciem constituunt, qui ἐγγαστρίμυθοι olim dicti sunt. Probabilis tamen est sententia *Deylingii* Obss. Sacrr. P. 2. p. 201. *Wolfii* in Curis ad h. l. et *Walchii* in Diss. IV. de servis etc. p. 13. fœminam illam ἐγγαστριμύθων numero non esse adscribendam, cum Lucas v. 17. verba distincte prolata ei tribuat, cum eam secutam esse dicat Paulum ejusque comites, atque adeo per id significet eam per plateas et cursitando vaticinatam esse, ἐγγαστρίμυθοι vero vel insidentes cuidam loco, vel prostrati in terra oracula sua ediderint, vid. *Walchius* Diss. l. de servis etc. §. 7. Ipsa vero voce ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος notatur *ancilla quæ habet spiritum hominis fatidici* (l. ventriloqui) agitata a spiritu tali qualis fatidicos agitare solet. In nonnullis codd.

Digitized by Google

ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς, μαν-
τευομένη. Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν, 17
ἔκραζε, λέγουσα· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ
Ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ὑμῖν ὁδὸν σωτηρίας.
Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Διαπονηθεὶς δὲ ὁ 18
Παῦλος, καὶ ἐπιστρέψας, τῷ πνεύματι εἶπε· Παραγγέλλω
σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ
ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι 19

17. ~ ἡμῖν.

legitur: πνεῦμα Πύθωνα h. e. *quæ agitabatur a spiritu Pythone*, i. e. qui Πύθων s. δαιμόνιον μαντικὸν vocatus fuit, *agitata a dæmone quodam fatidico*. Sensus ergo idem manet, sed vulgaris lectio quæ plurium optimorumque codd. auctoritate nititur, præferenda est. Cæterum παιδίσκην illam, nonnulli interpretes autumant fuisse fraudatricem, eam vim fatidicam simulasse, Paulum autem eam hac divinatione ementita prohibuisse, eamque cum videret Paulum vi et sapientia se longe superiorem, vi diviniore ornatum, ab inceptis destitisse. Verum Paulus haud dubie, ut recte observarunt alii, aliis verbis quam quæ v. 17. leguntur, eam allocutus fuisset, si ea nonnisi fraudatrix fuisset. Rectius ergo *Michaëlis*, *Hezelius*, *Heinrichsius*, alii, statuerunt, servam illam, non tam fraudatricem fuisse, quam potius morbo hysterico, seu dæmoniaco, ex more loquendi tum recepto, laborasse, atque per eum nonnunquam abreptum esse in furorem similem ei, quo Pythia, Tiresias, aliique gentilium μάντεις agitati essent. Nempe persuasum erat fœminæ se vaticinia edere posse, esse deum aliquem, qui ignota et futura ipsi aperiret. Nonnunquam evenerant, quæ prædixerat, hinc ipsa et alii in eam devenerant opinionem, spiritum fatidicum ipsam possidere et agitare, ac futura patefacere. ἥτις—μαντευομένη] *quæ dominis suis multum quæstum vaticinando afferebat*. Apud veteres in mancipiis et servorum familia etiam hariolos fuisse, qui mercenaria opera vaticinarentur, ita, ut quicquid suis divinationibus lucrati essent, in quæstum dominorum suorum cederet, exemplis comprobavit *Walchius* in Diss. III. de servis etc. p. 3 sqq. ἐργασία] *quæstus, lucrum*, ut v. 19. Xen. Mem. iii. 10. 1. τὰς τέχνας ἐχόντων καὶ τῆς ἐργασίας ἕνεκα χρωμένων. Theoph. Char. vi. 2. καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι. vid. *Abreschius* Lect. Aristænett. p. 122. *Wetstenius* ad xix. 24. κυρίοις] *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 189. explicat: *domino suo*, ut adeo pluralis positus sit pro singulari. Citra necessitatem. Non enim insolitum fuisse, ut unus servus, aut ancilla, plures simul dominos haberet, ostendit *Walchius* Diss. II. de servis etc. §. 5. p. 16. qui idem Diss. IV. p. 14. hujus rei caussam cum in ipso peculio, quod heredibus haud raro commune permansit, tum in summo eorum mancipiorum, unde magnum lucrum sperandum erat, pretio, quærit.

(17.) ἔκραζε λέγουσα· οὗτοι οἱ ἄνθρωποι κ.τ.λ.] *alta voce clamabat: Hi homines sunt Dei summi ministri, qui vos viam salutis docent*, vobis doctrinam salutarem tradunt. δούλους τοῦ Θεοῦ Apostoli se nominabant, v. Rom. i. 1. etc. sensu eo quo prophetæ V. T. עבדי יהוה nominabantur, quatenus nimirum singulari ratione ministerio Dei sacrati erant, vid. Joh. i. 1. xii. 6. 2 Regg. ix. 7. Judd. ii. 8. etiam apud gentiles, qui cultui deorum singulari modo dicati erant, ut sacerdotes, δοῦλοι Θεοῦ vocabantur, v. Eurip. Ion. 309. Iphig. Taur. 132. Phœniss. 213. add. Ovid. Fast. iii. 45. ὁδὸς] *doctrina*, vid. ad Matth. xxi. 32. Haud dubie audiverat fœmina Paulum ejusque comites qui per plures dies in hac urbe docuerant, se nominare δούλους τοῦ Θεοῦ et doctrinam suam ὁδὸν σωτηρίας. Varias autem conjecturas protulerunt interpretes, ut sibi explicarent, cur serva ista fatidica hæc populo clamarit. *Walchius* in Diss. IV. de servis fatidicis p. 13. opinantur, eam, cum propter quæstum vaticinata sit, talem etiam a Paulo et Sila se facturam esse sperasse, si publice eos prædicaret, laudaret, et adstanti plebi commendaret. *Eckermanus* ad h. l. autumat, servam, cujus animo fixa idea inhæsisset, spiritum fatidicum ipsam occupasse, timuisse, ne Paulus eum expelleret, conciliare ergo eam sibi voluisse Apostoli favorem. Alii putant, eam has voces emisisse, ut Pauli ope valetudinem pristinam reciperet. Probabilior est *Mori*, *Rosenmülleri* et *Heinrichsii* sententia, eam veluti divinitus monitam, his verbis judicium suum de illis hominibus proferre voluisse, ut sibi majorem auctoritatem conciliaret.

(18. 19.) διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος] *Paulus indignatus*. De verbo διαπονεῖσθαι, vid. not.

Digitized by Google

ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας.
20 Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν, Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες·

ad iv. 2. Testimonio hujus fœminæ, quæ lucri caussa vaticinabatur, non indigebat Paulus, imo si admisisset ejus testimonium, fraudem probasse visus esset, restituebat ergo fœminæ valetudinem et ita fraudi finem faciebat. Sicuti Jesus dæmoniacorum opinioni convenienter loquebatur, ut eam ex animis eorum expelleret, v. not. ad Matth. viii. 28. ita et Paulus recepto usui loquendi et ideæ fixæ fœminæ illius convenienter dicebat: παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ (v. iii. 6.) κ.τ.λ. et ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ inde ab eo tempore vaticinari desiit. (19.) Male habuit hoc dominos servæ, cum intelligerent, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, spem quæstus porro faciendi simul excessisse. Recte *Valckenarius* in Schediasm. p. 389. observavit, ἐξέρχεσθαι alias non adhiberi de spe, quæ evanuerat, sed Lucam hoc verbum h. l. adhibuisse, et transtulisse ad spem lucri quam in serva domini nullam amplius haberent reliquam, quod eo v. 18. usus sit de extincta fatidicæ fœminæ vi divinandi. ἐπιλαβόμενοι] vid. ad ix. 27. Paulum et Silam doctores principes, ad magistratus rapiunt. Verbum ἑλκύειν ut σύρειν de iis ponitur, qui reos in jus, ad judicem, ad pœnam trahunt, Phavorin. ἕλκυσον, σύρον· de quo posteriori verbo vid. not. ad viii. 3. Sic ἕλκειν εἰς κρίσιν, Jac. ii. 6. Arrian. Epictet. i. 29. ἕλκει με εἰς τὴν ἀγορὰν, v. *Wetstenius* ad h. l. Lat. *rapere in jus* Horat. Serm. i. 9. 74. *ad prætorem rapere* Plaut. Aulul. iv. 10. 30. ἄρχοντες] sunt iidem, qui v. seq. dicuntur στρατηγοί. Fuerunt quidem, qui putarent ἄρχοντας discernendos esse a στρατηγοῖς. Sed quæ de Paulo et Sila virgarum ictu cæsis, in carcerem conjectis, ex eo dimissis memorantur, ex στρατηγῶν imperio peracta dicuntur, et ne verbo quidem indicatur, quasdam in ea re partes Archontum fuisse. Imo ἄρχοντες est nomen generis, quo omnino magistratus Philippensium indicantur, id. qd. κρεῖται, et voce στρατηγοὶ nomen illud accuratius definitur.

(20. 21.) καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς] *eos adductos ad prætores*, ita accusabant etc. Senatores in municipiis et coloniis dicebantur *decuriones*, vid. Cic. pro Sext. 4. epp. ad Div. vi. 18. eorum qui summi in iis magistratus officio fungebantur pro numeri diversitate nomen quoque diversum erat, in aliis duo, in aliis quatuor, in aliis sex summam rerum tenebant; ubi duobus summa rei publicæ commissa erat, ibi *duumviri* Cic. Agr. ii. 34. Cæs. B. C. i. 23. ubi quatuor, aut sex, ibi *quatuorviri*, v. *Manutius* ad Cic. epp. ad Div. xiii. 76. *seviri*, vid. *Gruter*. Inscript. p. 416. n. 8. p. 365. n. 3. appellabantur, v. *Sigonius* de antiq. jure Italiæ ii. 4. Jam quod vocabulum στρατηγὸς attinet, illud fere *belli ducem* indicat. Sed sicuti nomen στρατὸς de *populo, civium multitudine*, v. Sophocl. El. 752. *Spanhemius* ad Julian. Orat. p. 75. de Usu et Præstant. Numism. T. i. Diss. 9. p. 697. æque ac de *exercitu* adhibebatur, ita quoque στρατηγὸς et *militarem* et *civilem magistratum* notabat. Etiam a Romanis *Prætores* nominabantur, non modo ii *qui exercitui præibant, belli duces* (Varro de L. L. iv. 16. *in re militari prætor dictus, qui præiret exercitui*. Asconius Pedianus in Ciceron. p. 80. *veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus*, prætorem *appellaverunt*. Corn. Nep. V. Alcib. 8. *cum apud Argos flumen Philocles prætor Atheniensium classem constituisset suam, neque longum abesset Lysander, prætor Lacedæmoniorum* etc.) sed etiam qui Romæ *juris dicundi caussa* magistratus instituti erant. Quos autem Romani Prætores, eos Græci στρατηγοὺς nominabant. Diod. Sic. Ecl. 2. p. 893. οἱ κατὰ τὴν πόλιν στρατηγοί. Apud *Gruter*. Inscript. p. 503. prætor urbanus et peregrinus στρατηγὸς κατὰ πόλιν καὶ ἐπὶ ξένων dr. ap. Demosth. de Coron. p. 318. memorantur στρατηγοὶ, nempe ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς et ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, *armorum præfectus*, qui etiam pacis tempore Athenis erat, et *prætor urbanus* s. *rebus urbanis constitutus*. Titulum *Prætoris* inprimis sibi olim vindicare solebant duumviri colonici et municipales, cum omnino coloniæ et municipia summa æmulatione reipublicæ Romanæ formam exprimere studerent. Cic. Agrar. II. c. 34. de Campaniæ duumviris loquens: *cum in cæteris coloniis* duumviri *appellentur, hi se* Prætores *appellari volebant*. Hinc et *duumviri* Græce dicti sunt στρατηγοὶ, et ad horum duumvirorum classem pertinuerunt, quos Lucas h. l. στρατηγοὺς vocavit. vid. *Spanhemius* de Usu et Præst. Num. T. i. Diss. 9. p. 697. T. ii. Diss. 13. p. 601. *Heinsius* Exercitt. Sacr. p. 305. *Krebsius* ad Decret. Athen. in honorem Hyrcani p. 22 sq. *Walchius* de strategis Philippensium, Jenæ 1761. 4. *Casaubonus* ad Athen. v. 14. p. 373. et *Münthius* ad h. l. οὗτοι οἱ ἄνθρωποι—Ῥωμαίους οὔσι] *hi homines, cum Judæi sint, urbem nostram turbant, et insti-*

Digitized by Google

Καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέ- 21
χεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσι. Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος 22
κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ στρατηγοὶ, περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια,
ἐκέλευον ῥαβδίζειν· Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, 23

tuta docent, quæ nobis, qui Romani simus, neque recipere, neque exercere fas est. Apud Romanos nefas erat deos colere, aut eorum venerationem commendare, nisi qui essent publica gentis auctoritate constituti. Servius ad Virgil. Æn. viii. 187. *Cautum fuerat et apud Athenienses et apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones, unde et Socrates damnatus est, et Chaldæi vel Judæi urbe depulsi.* Ita et Augustus, auctore Suetonio V. Aug. c. 93. avitam religionem studiose coluit, et peregrina sacra contemptui habuit, memor Mæcenatis ad se verborum, quæ Dio Cassius lib. 52. p. 490. servavit: τὸ μὲν θεῖον πάντῃ πάντως αὐτός τε σέβου κατὰ τὰ πάτρια καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾶν ἀνάγκαζε, τοὺς δὲ ξενίζοντάς τι περὶ αὐτὸ καὶ μίσει καὶ πόλαζε· *divinum numen omni modo et omni tempore juxta leges patrias cole, et, ut alii colant, effice, qui vero peregrinos ritus introducunt, eos et aversator et punito.* Idem fere de Tiberio narrat Sueton. V. Tiber. c. 36. add. Valer. Max. i. 3. Liv. xxxix. 15 sq. *Wetstenius* ad h. l. "Tulerunt quidem Romani, ut peregrini sua numina in urbe colerent, sed nonnisi occulto quasi et latenter, et ita, ut ne patriæ Romanorum religioni exterorum numinum cultus officeret, aut peregrina sacra, relictis avitis, publice introducerentur, et dissidiorum dissensionumque civilium occasio præberetur. Neque ergo licitum erat apud Romanos, novam civibus commendare religionem, et contra eam, quæ publica auctoritate stabilita atque confirmata erat, insurgere, aut plebem ab ista avocare. Hæc omnia ubi rite perpendimus, ac simul cogitamus, permagnum Romanorum erga Judæos eorumque sacra fuisse odium, v. *Lardnerus von der Glaubwürdigk. d. evangel. Gesch.* i. 2. p. 42. magistratuumque in provinciis, coloniis et municipiis primarium officium in eo fuisse situm, ut in quosvis seditiosos vulgique concitatores gravissime animadverterent, et quibuscunque possent mediis, conflatam seditionem restinguerent, tumultusque omnes, lenitis civium animis, in primo quasi ortu sedarent, si hæc omnia cogitamus, haud difficulter ratio patebit, quare accusatores, Paulum et Silam civitatem concitare (ἐκταράσσειν τὴν πόλιν), quare Judæos eosdem esse dicant (Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες), qui ob id ipsum, quod præ cæteris tranquille vivere, neque sacra perturbare debebant, tanto gravius solebant puniri: cur porro, divulgari ab ipsis mores et instituta, a Romanis aliena (ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὖσι ποιεῖν) addant, ac simul ad jura sua (Ῥωμαίοις οὖσι), pro quibus peregrina sacra admittere haud debeant, in accusatione sua provocent. Callide profecto hæc erant excogitata; callidum vero simul eorum fuit silentium, de jactura, quam in fatidico ancillæ suæ spiritu, a Paulo expulso, fecerant. Hujus enim eam ob caussam non mentionem faciunt, ne amissi lucri dolor pungere eos et ad partium studium abripere videatur." *Walchius* l. l. p. 16 sq. adde: nec Paulus eo quod dæmonium expulerat, legem Romanam violarat, v. *Meyeri Versuch einer Vertheid. u. Erläuterung d. Gesch. Jesu u. d. App. aus den Profanscribenten* p. 372. ἐκταράσσουσι id. qd. ταράσσουσι xv. 24. xvii. 8. ἔθη instituta religionis, ritus religiosi, cultus deorum. Haud dubie Paulus et Silas verba fecerant de Jesu rege ac domino, de regno Dei, de cultu numinum falsorum, vid. v. 30 sq. xiv. 15. xvii. 7. hinc eos temeratæ religionis avitæ reos postulabant, eosque in eo accusabant, quod novos deos commendari, novas religiones introducere conati essent.

(22.) καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κ. τ. λ.] *Plebs igitur, cum in eos insurgeret, prætores dereptis eorum vestibus, eos virgis cædi jusserunt.* περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ut possent lictores, nudatos virgis cædere. Solebant enim nuda corpora verberari Livius ii. 5. *missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt.* add. Gellius N. A. x. 3. Cic. Verr. 5. c. 62. Itaque ἱμάτια non de veste superiore, sed de omnibus quibus corpus tegitur, h. l. intelligendum est. Verbum περιρήγνυμι, ut Lat. *scindere, discindere,* non propriam dilacerandi notionem obtinet, sed cum de virgarum pœna sermo est, ut h. l., violentam vestium spoliationem, et lictorum impetum, quo vestes de corpore detrahere solebant, designat. Sic legitur ap. Dionys. Halic. 9. p. 440. ταῖς ῥαβδούχοις ἐκέλευσαν, τὴν ἐσθῆτα τι περικαταβρήξαι καὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ σῶμα ξαίνειν, *jusserunt* (consules) *lictores ut vestem dilacerarent, corpusque virgis percuterent.* Xiphilinus 66. p. 742. τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιρήξαντες. Diod. Sic. xvii. 35. οἱ τὰς ἐσθῆτας περιρηγνύντες. Tacitus Hist. iv. 27. *victi protractum legatum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis prodidisset exercitum, dicere jubent.* Val. Max. ii. 28. *O spectaculum admirabile! magister equitum scissa*

Digitized by Google

ἔβαλον εἰς φυλακήν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσ-
24 φαλῶς τηρεῖν αὐτούς. Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς,
ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας
25 αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον
Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκρο-
26 ῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι. Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας,
ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῴχθησάν
τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη.

veste spoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus. Est ergo in his *vestem scindere*, id. qd. *vestem detrahere*, ap. Gellium N. A. i. 13. *eum vocari jussit—vestimenta detrahi imperavit, virgisque multum cæcidit.* Hæc cum non reputarit *Erasmus*, ancipitem hunc sermonem dixit, utrum magistratus lacerarint Apostolorum tunicas, an vero *suas ipsorum*, quasi scriptum sit αὐτῶν. Magistratibus autem adscribitur, quod ipsorum jussu a lictoribus factum est, ut ap. Æl. H. V. xiv. 29. ubi Philippus Aphthonetum ἐμαστίγωσεν i. flagris cædi jussit, v. ibi *Perizonius*. Sic infra v. 23. ἔβαλον. Matth. xxvii. 26. φραγελλώσας. Male ergo *Bengelius* ipsos Prætores Pauli et Silæ vestimenta detraxisse statuit. Cæterum flagellatio a στρατηγοῖς imperata esse videtur haud paucis interpretibus quæstionis habendæ caussa, ut eo veluti tormenti genere, Paulus et Silas ad confessionem eorum, quæ admisisse insimulabantur, cogerentur. Laudant hanc in rem Taciti locum supra allatum, et Act. xxii. 24. quo tamen posteriori loco diserte additum legitur ἀνακρίνεσθαι. Sed omnia tumultuarie peracta esse videntur. Legitur enim συνεπέστη ὁ ὄχλος, non memoratur, Paulum et Silam caussam adversus accusatores dixisse. Probabilius ergo est, prætores, Paulo et Silæ flagellationem decrevisse, pœnæ caussa, et ut populo satisfacerent, vid. not. ad Luc. xxiii. 16. eosque Apostolos in carcerem conjici jussisse, ut alio die accuratius in rem inquirerent.

(24.) παραγγελία] vid. ad v. 28. ἔβαλον αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν] *in interiorem carcerem eos conjecit.* Carceres in interiori ædificii parte magis muniti erant, quam anterior, s. communior, in quo vinoti clementius habiti. Ad interiorem per plures januas aditus patebat, et inclusi ibi rei arctius constricti, graviusque habiti sunt, v. *Walchius* in Diss. vincula Petri ex antiquitatibus illustrata Act. xii. Jen. 1758. p. 25 sqq. καὶ τοὺς πόδας—εἰς τὸ ξύλον] *eorumque pedes ligneis compedibus constrinxit:* ξύλον, *nervus* erat lignum, interdum ferratum (Herodo. ix. 37. ξύλον σιδηρόδετον, *nervus ferratus, ferro ligatus,*) quo vel cervix constringebatur, ut attolli non posset, vid. Aristoph. Nubb. 392. Lysistr. 681. vel in quod pedes conjecti arctabantur ut h. l. Herodo. vi. 75. ix. 37. Aristoph. Equitt. 366. 393. 1046. quod ab aliis scriptoribus Græcis κῶλον, et ξυλοπέδη, etiam πεδικάκη et πεδοστρέβη, ab Hebræis צִינָּה (Job. xiii. 27. xxxiii. 11. vid. *Michaëlis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. p. 1720.) vocatur: vel cui et cervix, et manus et pedes per quinque foramina inserebantur, συστυράγγιον propterea quoque vocatum Aristoph. Equitt. 1046. Latini *nervum* vocant Plaut. Captiv. iii. 5. 71. *Nam noctu nervo vinctus custodiebatur.* Terent. Phorm. ii. 2. 11. *Vereor, ne isthæc fortitudo in nervum erumpat denique.* Festus p. 338. *Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, quanquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait: Perfidiosa captus, eo cædepol nervo cervices probat.* v. *Cangius* Glossar. v. ξύλον. *Salmasius* de modo usurr. c. 18. p. 812. *Suicerí* Thes. Eccl. v. ξύλον. *Elsnerus* ad h. l. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 459. Medium ἀσφαλίζεσθαι etiam ut Activum, adhiberi de iis, qui rem locumve ipsi muniunt, docuit *Dresigius* de Verb. Med. ii. 4.

(25. 26.) προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεὸν] *precibus vacantes Deum laudabant;* gratias agebant Deo, quod digni habiti essent, qui propter religionis Christi professionem calamitate affecti essent, vid. v. 41. Matth. v. 11, 12. Luc. vi. 22 sq. ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι] *audientibus captivis reliquis,* additur hoc, ut appareat eos clara voce Deum celebrasse, et fortitudinis ac pietatis eorum reliquos vinctos testes fuisse. ὑμνεῖν] *gratias ago,* etiam *laudo, celebro,* sive hymno, sive alio modo, v. *Schleusneri* Lex. h. v. (26.) ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας κ. τ. λ.] *repente tam ingens extitit terræ motus, ut carceris fundamenta concuterentur, ac statim omnes januæ apertæ sunt, et omnium vincula soluta:* σεισμὸς de terræ motu legitur etiam Matth. xxvii. 52. xxviii. 2. Terræ motu carceris januas fuisse reclusas, ipsa narratio docet. Vincula fulgur fregisse, nonnulli interpretes

Digitized by Google

Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας 27
τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν
ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους. Ἐφώ- 28
νησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος, λέγων· Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ
κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. Αἰτήσας δὲ φῶτα, εἰσ- 29
εκήδησε, καὶ ἔντρομος γενόμενος προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ
Σίλᾳ. Καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη· Κύριοι, τί με δεῖ 30
ποιεῖν ἵνα σωθῶ; Οἱ δὲ εἶπον· Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον 31
Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου. Καὶ ἐλάλησαν 32
αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.
Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν 33
ἀπὸ τῶν πληγῶν· καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες
παραχρῆμα. Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, 34

statuunt, vid. ad xii. 7. πάντων] eorum, qui in eodem carcere vincti tenebantur. Commentariensis somno excitatus, carceris januas apertas cernens, et inde captivos effugisse colligens, qui ipsius curæ tam diligenter commendati essent, perturbatus ac perterritus, pœnamque gravissimam metuens, v. ad xii. 7. Matth. xxviii. 13. mortem sibi consciscere volebat.

(28—30.) *Tum Paulus alta voce ei acclamavit: Noli vim tibi inferre* (e vocibus hominis Paulus hoc cognoverat) *omnes enim hic sumus.* ἔντρομος γενόμενος κ.τ.λ.] *tremebundus ad Pauli et Silæ pedes procidit.* Verebatur enim antiquitas præsentiam eorum, quos a diis singulariter missos agnoscebat, v. ad Matth. xxviii. 10. Act. x. 25. pro talibus habebat Paulum et Silam. καὶ προαγαγὼν—ἵνα σωθῶ] *tum foras productis dicebat: Domini, quid mihi faciendum est, ut salutem consequar?* Nonnulli interpretes, veluti *Morus, Rosenmüllerus, Stolzius,* hæc verba explicant: quid faciendum ne dii me puniant, quia viros diis adeo gratos tam duriter tractavi. Sed orationis seriei convenientius verbis hic sensus subjicitur: quid mihi faciendum, *ut salutem* (æternam) *consequar*? coll. v. 31. Etenim haud dubie audiverat commentariensis, Paulum et Silam se δούλους Θεοῦ dixisse v. 17. et viam novam σωτηρίας monstrare se, professos esse, coll. v. 12 ss. 17 ss. 21. Terræ motum ipsorum caussa ortum, eorumque vincula a diis ipsis soluta esse credebat, adeoque de eorum legatione divina ipsi persuasissimum erat. Avebat ergo ipse illam σωτηρίας viam ingredi, licet naturam ejus nondum cognovisset. κύριοι nomen honoris, v. ad Matth. viii. 2.

(31. 32.) πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ι. Χ.] amplectere doctrinam Christi, ejusque præceptis obtempera. καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου] *et saluti tuæ ac familiæ tuæ consules.* Hæc non ita intelligenda, quasi dum paterfamilias admitteret Christi doctrinam, eo ipso tota ejus familia salva futura esset; sed breviter et concise dictum est, pro: et familia tua ubi amplexa fuerit Christi doctrinam, coll. v. 32 sq. Exempla similis breviloquentiæ plura attulit *Glassius* in Philol. S. p. 620. 640. Cæterum si sumitur v. 30. commentariensem metuisse pœnas deorum, statuendum est, ut bene monuit ad h. l. *Heinrichsius,* Apostolos vel mentem custodis non assecutos esse, vel assequi noluisse, et mentem a terrena salute ad cœlestem traduxisse. (32.) καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον κ.τ.λ.] *ei doctrinam Domini exposuerunt,* non de plena et absoluta doctrinæ Christi expositione cogitandum. Præcipua dogmata iis tradiderunt, de Jesu persona, vita et fatis eos edocuerunt, v. ad ii. 41. viii. 35.

(33. 34.) παραλαβὼν] *Grotius,* quocum consentit *Rosenmüllerus,* suspicatur, commentariensem eos adduxisse ad πολυμβόθραν, quæ intra mœnia carceris esset. ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν] abluendo purgabat eorum vulnera; ut ἔλουσεν positum sit pro ἔλουσεν καθαρίζων, potest vero etiam ἀπὸ reddi *propter,* ut legitur ap. Sirac. xxxi. 25. xxix. 27. lavit eos propter plagas, vid. *Kypkius* ad h. l. οἱ αὐτοῦ πάντες] scl. οἰκεῖοι domestici, coll. v. 31. cf. *Bosius* de Ellips. sub v. οἰκεῖοι p. 336. ed. *Schæfer.* ἀναγαγὼν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ domum suam, vicinam et superstructam carceri, ut patet ex verbo ἀνάγειν quod proprie notat: *sursum ducere, in loca superiora deducere,* v. Act. ix. 39. παρέθηκε τράπεζαν] *mensam apposuit:* παρατιθέναι verbum de cibis qui apponuntur proprium, vid. ad Luc. x. 8. τράπεζα, ut Lat. *mensa,* Hebr.

Digitized by Google

παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς
35 τῷ Θεῷ. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ
τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες· Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκεί-
36 νους. Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους
πρὸς τὸν Παῦλον· Ὅτι ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ, ἵνα
37 ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Ὁ δὲ
Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς· Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατα-
κρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυ-

φῦλῳ Ps. lxxvii. 22. Ies. xxi. 5. de *cibis*, qui in mensa apponuntur, sæpius adhiberi solet ut h. l. 1 Cor. x. 21. Eurip. Alc. 2. Æl. H. V. iv. 22. Pollux vi. 12. τραπέζας δ' ἐκάλουν καὶ τὰ σιτία ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα. v. *Reiskius* ad Diod. Sic. p. 89. *Mollus* ad Longum p. 74. Ovid. Heroidd. xvii. 75. *apposita quæ nunc fatis improbe mensa.* πανοικὶ] *cum omni familia*, σὺν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ut in cod. Cantabrig. e glossemate legitur. Hesychius et ex eo Phavorinus: πανοικὶ (ita quoque scribitur) σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ. Thomas Mag. et Mœris hanc vocem, tanquam scriptoribus probis inusitatam repudiant, atque πανοικεσίᾳ vel πανοικησίᾳ præferunt; sed ea probi quoque scriptores usi sunt, ut Æschin. Socr. ii. 1. Joseph. Ant. iv. 4. 4. ὅστε αὐτοὺς πανοικὶ οἰκεῖσθαι ἐν τῇ ἱερᾷ πόλει. Philo de Josepho p. 562. B. μετοικεῖναι πανοικί. Id. de vit. Mos. lib. 1. p. 603. C. εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ μεταναστάντων, *in Ægyptum cum universa domo migraverant*, v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 729. T. i. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 590 sq. Cæterum peractis iis, quæ hoc in versu leguntur, commentariensem Apostolos non invitos in carcerem reduxisse, ex iis quæ sequuntur elucet, cf. v. 36. 39.

(35.) ῥαβδούχοι] h. e. *lictores*, ministri publici, qui magistratibus municipiorum et coloniarum bacillos præferebant, iisque apparebant, differebant a lictoribus, qui Romæ magistratuum majorum ministri, fasces, quibus secures illigatæ erant, præferebant, et homines liberi ac cives Romani erant, cf. de his magistratuum colonicorum apparitoribus, *Rhodiginus* Ant. Lectt. vii. 29. *Everard. Otto* de ædil. colon. et municip. c. 13. §. 8. p. 479. et *Müsthius* ad h. l. ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους] *Grotius, Limborchius, Rosenmüllerus, Heinrichsius*, statuunt, duumviros pœnitentiam subiisse, quod in gratiam plebis commotæ, homines advenas, nullius criminis convictos, imo inauditos, virgis cæcidissent, et in vincula conjecissent, contra morem Romanorum, adeoque jussisse Paulum et Silam dimitti. Recte. Hanc vero pœnitentiam excitasse videtur terræ motus. Haud dubie, postquam Paulus et Silas in vincula erant conjecti, plura audiverant de eorum doctrina et factis, nec improbabile est ipsum commentariensem iis retulisse, quæ in carcere evenerant; facile ergo in eam cogitationem devenire poterant, terræ motum horum advenarum caussa ortum esse. ἐκείνους] *istos*, contemptim, ut Matth. xxvii. 63. v. *Pricæus* ad h. l. auctoritatem suam tenere ac tueri volebant.

(37.) δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους κ. τ. λ.] *nos palam cæsos, indemnatos, cives Romanos, in vincula conjecerunt, jamque nos clam emittere volunt.* Singula verba pondus habent, iisque luculenter exponitur indignitas rei quam duumviri susceperant. δείραντες—Ῥωμαίους ὑπάρχοντας] civis Romanus immunis erat a verberibus, omnique tortura; quæ pœna servilis erat. Hinc Marcellus, Novocomensium quendam virgis cædi jussit, ut Cæsari ægre faceret, quem hos civitate donasse compererat. Appian. de Bel. Civ. lib. 2. p. 443. *Steph.* πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκίκει, ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἤρχον, ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται. Τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον. Τῶν οὖν Νεοκώμων τινὰ, ἄρχοντά τε αὐτοῖς γενόμενον, καὶ παρὰ τοῦτο Ῥωμαῖον εἶναι νομιζόμενον, ὁ Μάρκελλος ἐφ' ὕβρει τοῦ Καίσαρος ἔζηνε ῥάβδοις ἐφ' ἕτερ δή. οὐ πασχόντων τοῦτο Ῥωμαίων· *urbem vero Neocomum Cæsar jure Latii ad Alpes condidit, quorum quotquot annuo magistratu functi essent, fierent cives Romani. Hoc enim valet jus Latii. Horum igitur quendam, qui magistratu functus, et per hoc civis Romanus habitus erat, Marcellus in contumeliam Cæsaris virgis cecidit. Non patientibus hanc pœnam Romanis.* Cic. Verr. v. 53. *furor enim quidam, sceleris et audaciæ comes, istius effrenatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut nunquam dubitaret*, in conventu palam *supplicia, quæ in convictos maleficii servos constituta sunt, ea* in cives Romanos *expromere.* Virgis quam multos ceciderit, *quid ego commemorem?—num potes hoc negare Verres, in foro Lilybæi, maximo conventu, C. Servilium*, civem Romanum *in conventu*

Digitized by Google

λαμπὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; οὐ γάρ· ἀλλὰ

Panormitano, veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis et verberibus *abjectum?—plagis confectum dico a lictoribus tuis* civem Romanum *ante oculos tuos concidisse.* add. Cic. Verr. v. 66. Obtigit autem civibus Romanis ea libertas, ut neque virgis, neque flagellis, cæderentur, inprimis cum ad populum, seriori ætate ad imperatorem provocassent, primum lege Valeria A. V. CCLIV. qua eum, qui provocavit, *virgis cædi securique necari* vetitum est, ut tamen populi condemnatum suffragiis supplicium maneret. Dion. Halic. 5. p. 292. *νόμους τε φιλανθρωποτάτους ἔθετο—ἔτερον δὴ, ἐν ᾧ γέγραπται, ἐάν τις ἄρχων Ῥωμαίων τινὰ ἀποκτείνειν, ἢ μαστιγοῦν, ἢ ζημιοῦν εἰς χρήματα δίλῃ, ἐξεῖναι τῷ ἰδιώτῃ προκαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν τοῦ δήμου κρίσιν, πάσχειν δὲ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ μηδὲν ὑπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως ἂν ὁ δῆμος ὑπὲρ αὐτοῦ ψηφίσηται·* *leges enim humanissimas tulit* (P. Valerius Publicola)—*alterum vero in qua scriptum erat, si quis magistratus occidere aliquem, aut virgis cædere, aut pecuniis mulctare velit, licere privato provocare ad populi judicium, immunem vero esse interea temporis a magistratu, donec populus de eo statuerit.* add. Plutarch. V. Valer. Publ. p. 103. Livius ii. 8. Valer. Max. iv. 1. *P. Valerius—legem etiam comitiis centuriatis tulit, ne quis magistratus civem Romanum, adversus provocationem verberare aut necare vellet.* Tum lege *Porcia*, quam tulit A. V. DVI. M. Porcius Lecca omnino vetitum est, civem virgis cædi. Liv. x. 9. *Porcia lex tamen sola pro tergo civium lata videtur, quod gravi pœna, si quis verberasset, necassetque civem Romanum, sanxit.* Cic. pro Rabir. c. 4. *quam ob rem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? tune, qui* civibus Romanis *in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere—an ego—qui castam concionem, sanctum campum,* inviolatum corpus omnium civium Romanorum, *integrum jus libertatis defendi, servari oportere.—Porcia lex* virgas *ab omnium* civium Romanorum corpore *amovit, hic misericors* flagella *retulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit. Labienus, homo popularis, carnifici tradidit* etc. Hinc cum tanta gauderent cives Romani libertate, factum est sæpissime, ut sola vox *civis Romanus sum,* in exteris præsertim regionibus, inter barbaros, opem ferret Cic. Verr. v. 57. *Cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum, ut etiam illa vox, et illa imploratio* cives Romanus sum, *quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros et salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem et supplicium maturius ferret.* c. 62. *Cædebatur virgis in medio foro Messanæ civis Romanus, judices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri, inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi hæc:* civis Romanus sum. c. 65. *tolle hanc spem, tolle hoc præsidium civibus Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce:* civis Romanus sum: *posse inpune prætorem, aut alium quemlibet, supplicium, quod velit, in eum constituere, qui* se civem Romanum esse dicat; *quod quis ignoret: jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ista defensione præcluseris.* add. Cic. epp. ad Div. x. 32. cf. *Sigonius* de antiquo jure civium Romanor. Thes. *Grev.* T. i. c. 6. p. 77. *Manutius* de legg. Romm. c. 16. Thes. Græv. T. ii. p. 1076. *Cortius* ad Sallust. Cat. v. 1. *Brissonius* de Form. l. 8. p. 718. *Langius* de immunitate civis Rom. a certis pœnis in Obss. Sacr. p. 1 sqq. *Schultingii* Jurisprudentia vetus Ante-Justinianea p. 520. *Heineccii* Antiqq. Rom. Append. lib. 1. c. 1. §. 25. *Heynii* Diss. cur virgis cæsi Romano more, qui mox securi percutiendi essent in Opuscc. Acadd. Vol. ii. p. 190.

Jam vero quæritur, quonam jure Paulus se civem Romanum dixerit? Fuerunt qui putarent, Tarsum, urbem Pauli patriam, fuisse coloniam Romanam, aut municipium, adeoque Tarsensenses habuisse jus civitatis Romanæ, v. *Hammondus* et *Beza* ad h. l. *Doughtæus* in Analect. ad N. T. Excurs. 62. *Witsius* Meletem. Leidens. sect. 1. c. 6. De coloniis earumque discrimine supra dictum est ad v. 12. Municipia dicebantur oppida Italiæ, quæ jure civitatis Romanæ donata erant, ita, ut municipes et jus Quiritium privatum et publicum haberent, legibus autem suis uterentur et magistratibus. Municipes habuisse etiam jus honorum Romæ petendorum, exemplum Milonis docet, cujus patria erat Lanuvium, municipium, qui Romæ consulatum petiit, v. Cic. Orat. pro Mil., et Murenæ, qui ex eodem municipio Lavinio originem ducebat, v. Cic. pro Mur. c. 41. et pro Sulla 7. et 8. erant tamen etiam municipia, quæ non haberent jus suffragii, neque adeo plenam jus civitatis, Liv. 38. 36. *de Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset.* cf. de municipiis *Sigonius* de antiquo Jure Italiæ lib. ii. c. 6 ss. *Turneb.* ad Cic. Agr. i. 5. *Arntzenii* Diss. de civitate Apostoli Pauli. Trai. ad Rhen. 1725. p. 133 sqq. 191 sqq. *Wasteau* Diss. de jure et jurisdictione municipiorum L. B. 1727. 4. et in *Ger. Oelrichs* Thes. Diss. Belgic. Vol. ii. T. ii. p. 235 ss. *Rothius* de re municipali Romanor. libri 3.

Digitized by Google

38 ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν. Ἀνήγγειλαν δὲ τοῖς

Stutg. 1801. 8. Tarsus autem, Pauli patria, neque municipium, neque colonia erat, sed *urbs libera*, Plin. v. 27. *Cydnus Tarsum* liberam urbem, *paulo a mari secans*. Urbes liberæ suis utebantur legibus, suos habebant magistratus, a jurisdictione Romani præsidis immunes erant, nec præsidiis Romanorum tenebantur, imperium tamen majestatemque populi Romani agnoscere debebant, iisque contra hostes auxilia mittere, v. Polyb. Excerpt. Leg. p. 1110. *Gron.* Liv. xxxiii. 32. Cic. Verr. iii. 6. *Spanhemius* ad Julian. Orat. p. 37. de Usu et Præst. Num. Diss. 9. p. 676. 691. Orb. Rom. c. 16. p. 97 ss. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 3. p. 304 sq. Libertate donati erant Tarsenses ab Augusto, ut eos variis in bello civili cladibus afflictos recrearet Appian. B. Civ. 5. p. 1077. Λαοδικείας δὲ καὶ Ταρσίας ἐλευθέρους ἀφίει. Dio Chrysost. in Tarsica posteriore: τοιγαροῦν ἄ τις ἂν φίλοις καὶ συμμάχοις, καὶ συνιδιώταις περὶ πολλοῦ ποιούμενος, παρεῖναι ὑμῖν παρέσχε, χώραν, νόμους, τιμὴν, ἐξουσίαν τοῦ πόσαμοῦ τῆς τε θαλάσσης τῆς παρ' αὐτὴν ἅπαντα ὅσα, quæ quis amicis et sociis, quique tantam exhibuere benevolentiam, præstare posset, et ille (Augustus) *vobis contulit; terram* (liberam et immunem) *leges, honorem, potestatem fluvii, marisque vicini*. Honorem i. e. vel dignitatem metropoleos, vel, honorem αὐτονομίας, i. propriarum legum et magistratus, sive, pristinæ reipublicæ formæ, et a jurisdictione Romani Præsidis immunis. Tarsenses non habuisse jus civitatis Romanæ, etiam inde patet, quod tribunus militum, quamvis sciret Paulum Tarsensem esse xxi. 39. flagris tamen eum explorari jussit xxii. 24. a quo sibi metuens destitit, simulac eum Romanum esse cognovit, v. xxii. 27 sqq. Itaque præferenda est eorum sententia, qui statuunt, aliquem e Pauli majoribus aut in bellis civilibus jus civitatis Romanæ consecutum esse, ob bene de Romanis merita (ita censent *Grotius, Calvinus* ad Act. xxii. 28. *Cellarius* P. 2. Diss. 14. de Pauli Ap. Rom. Civ. §. 25. *Westenbergius* in Diss. de jurisprudentia Pauli) aut jus illud pecunia redemisse, quod præplacet *Gronovio* ad Joseph. Decr. pro Jud. p. 42. *Deylingio* l. l. aliis. Julium Cæsarem multis peregrinis civitatem civili bello dedisse, tradit Dio Cass. lib 43. p. 233. Sic Galliæ comatæ primores plerique circa illa tempora civitate donati sunt, sine suffragio tamen et jure petendi honores, v. *Lipsius* ad Tacit. Annal. xi. 23. add. Sueton. V. Cæs. c. 76. *Spanhemius* in Orbe Rom. p. 83 sq. Erat autem in potestate Præsidum provinciarum, et eorum, penes quos summum imperium erat, ut quem vellent, civitate Romana donare possent, Cic. Verr. ii. 7. *hic est Dio, judices, nunc beneficio Q. Metelli civis Romanus factus*. Metellus tum fuerat prætor Siciliæ, v. ead. Orat. c. 3. Hinc multis in provinciis Præsides, auri cupiditate corrupti, soluta pecunia, civitatem dederunt. Et Judæi solebant ab iis civium Romanorum titulum et jura emere, ut ipsis tanquam civibus Romanis, omnia Romani orbis oppida paterent, ut facilior et tutior iis negotiatio esset, ut possent libere more suo vivere, in iis etiam urbibus, quæ Romanæ civitatis jure non gauderent, ut immunes essent a virgis et flagellis, v. *Deylingius* l. l. Joseph. B. I. ii. 14. ἂν εἰ καὶ τὸ γένος Ἰουδαῖον, ἀλλὰ τό γ' εὖν ἀξίωμα Ῥωμαῖον ἦν.— Paulus igitur, qui civis Romanus natus erat, in vincula conjectus, ad jus civitatis provocabat, et honestam ex urbe deductionem postulabat. "Hoc sibi ipsi debebat. Nam si clam abiisset, paulo post rumor fuisset sparsus, effracto carcere ipsum aufugisse, quæ res famæ et auctoritati Apostolicæ apud Philippenses et alias multum nocuisset. Porro etiam jure civili et naturali tenebatur, immunitatem suam et civitatem Romanam asserere; quid enim sunt immunitates et jura, si quis ea negligat, et sibi eripi patiatur? Boni civis est facere, ne sua negligentia alii, quibuscum vivit cives, et præcipue liberi nepotesque, deterioris fiant conditionis, quam fuissent absque eo." *Wetstenius*. Cur vero Paulus se non tuitus est legum Romanorum præsidio adversus duumviros, cum eum virgis cædi juberent? Nempe tumultus in foro obstitit, quo minus ad civitatis jura provocaret, aut exaudiretur. Confirmat hanc rationem ipsum vocabulum ἀκατακρίτους. Pia magis quam vera est *Wolfii*, aliorumque conjectura, Paulum Romanum se appellando, evadere noluisse, ut et veritati testimonium præberet invictum, et occasionem nancisceretur, custodem carceris cum familia sua Christo lucrandi. v. Act. xxii. 25. ἀκατακρίτους] legibus Romanorum ante alia cautum erat, ne quis civis Romanus *indicta* causa, et indemnatus puniretur, ac supplicio afficeretur v. Act. xxv. 16. Plaut. Curcul. v. 3. 16. *proh deum atque hominum fidem! Hoc pacto indemnatum atque intestatum me abripi!* cf. *Taubmanus* ad Plauti Asinar. v. 2. 87. et *Grotius* ad h.l. Ῥωμαίους ὑπάρχοντας] Silam (vid. ad xv. 22.) civem Romanum fuisse, aliunde non constat. Quare plerique interpretes, præeunte *Grotio*, huic locutioni synecdochen inesse statuunt, ut pluralis positus sit pro singulari, v. intpp. ad Matth. xxvii. 44. et *Walchius* primit. sacr. Jenens. p. 281. observat, ipsi sermonis gravitati, quæ tota ex hoc loco proluceat, optime convenire, ut in multitudine loquatur Apostolus. Sed

Digitized by Google

στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι. Καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν 39 αὐτοὺς, καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. 40 Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον.

40. ∼ πρὸς.

vid. v. 38. extr. ἔβαλον εἰς φυλακὴν] ante confessionem rei in *custodiis liberis* habebantur, siquidem vel ipse magistratus eos domi asservabat, vel alii privati nobiles eorum suscipiebant custodiam, v. Livius xxxix. 14. Sallust. B. C. 49. Cic. Catil. Or. 3. c. 6. post confessionem vero rei in vincula publica conjiciebantur, v. *Sigonius* de judiciis ii. 3. in *Grævii* Thes. Ant. T. ii. p. 1740. οὐ γὰρ] *non profecto, neutiquam, nullo modo,* Gellius iv. 18. *sed enim id jam non faciam.* Latini dicere solent: *non ita,* Virg. Æn. ii. 583. vid. ad iv. 27. ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν] ita enim publice declarabatur eorum innocentia, et apud Macedonas nominatim erat innocentiæ argumentum, si quis a magistratu publice vinculis solveretur, ut annotavit *Wolfius* ad h. l. qui hanc in rem attulit locum Lucian. in Asino T. ii. Opp. p. 116. ubi Thessalonicæ in Macedonia hoc idem usu venisse narrat κἄν τούτῳ με ὁ ἄρχων δημοσίᾳ πάντων ἀκούοντων ἀπέλυσε. add. Lucian. in Toxari T. ii. p. 55. Pertinet huc quoque locus Apuleii Metamorph. lib. 3. p. 134. ed. Francof. 1621. 8. postquam Lucius coram Thessaliorum magistratu homicidii reus actus erat, atque absolutus cæde abierat, ita pergit: *nec prius ab inferis emersi, quam Milo meus hospes accessit, et injecta manu, in renitentem, lacrimisque rursum promicantibus crebro singultientem, clementi violentia secum attraxit, et obscurtis viæ solitudinibus per quosdam anfractus ad domum suam perduxit, mæstumque me atque etiam tum trepidum variis solabatur affatibus. Nec tamen indignationem injuriæ, quæ inhæserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quivit. Ecce illico etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, talibus me monitis delinire gestiunt, neque tuæ dignitati etc.*

(38.) ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι] *conterriti sunt, audientes eos cives Romanos esse.* Qui vero factum, ut duumviri testimonio Pauli, se civem Romanum esse, illico fidem haberent? Scilicet capitali animadversione puniebantur, qui jus civitatis mentirentur, ut vel patet ex Sueton. V. Claud. c. 25. *civitatem Romanam usurpantes, in campo Esquilino securi percussit.* Jam vero duumviri cum audirent eos Romanos esse, metuebant, ne majestatis læsæ rei caussam in urbe dicere cogerentur. Ita enim constituerant leges, ut in cive Romano læso, ipsa populi Romani majestas læsa crederetur. Quod crimen quam graviter punitum sit, docet locus Dion. Halic. Ant. Rom. 11. p. 725. σιμωρίαις δὲ προείπεντο τοῖς παραλύουσιν ἢ παραβαίνουσι τὸν νόμον, ἰὰν ἁλῶσι, θάνατος καὶ δήμευσις τοῖς οὐσίας, pœnæ vero constitutæ sunt abrogantibus aut transgredientibus hanc legem (Valeriam) *si convincantur, mors et publicatio bonorum.* Docet item exemplum Rhodiorum, qui quod aliquos cives Romanos in crucem egerant, a Claudio imperatore libertate penitus privati sunt. Dio Cass. lib. 60. p. 785. τῶν τι Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν ἀφείλετο ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἀνεσταύρωσαν, *Rhodios libertate privavit, quod Romanos aliquot cruci affixerunt,* cf. *Anton. Augustinus* de legibus p. 1263. T. ii. Thes. *Grev.* *Signonius* de judiciis liv. 3. c. 2. p. 445.

(39. 40.) παρεκάλεσαν αὐτοὺς] *blandis verbis eos compellabant,* eos placabant, innocentes declarabant, veniam facti petebant, profitebantur, se ignorasse, quod cives Romani essent etc. In cod. D. legitur: καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες· ἠγνοήσαμεν τὰ περὶ ὑμᾶς, ὅτι ἔστε ἄνδρες δίκαιοι καὶ ἐξαγαγόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς λέγοντες· ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθατε, μήποτε πάλιν συστραφῶσιν ἡμῖν (leg. ὑμῖν) ἐπιπορεύοντες περὶ ὑμῶν· *et venientes* (duumviri) *cum multis amicis in carcerem, ut exirent rogabant, dicentes: ignoravimus vestram conditionem, et vos viros probos esse. Deinde eductos ipsos precati sunt, dicentes: exite ex hac urbe, ne rursus coëuntes clament adversus vos.* Quæ verba etsi interpolationem satis aperte produnt, sensum tamen verborum Lucæ bene illustrant. εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν] *Lydiæ domum intrarunt:* præpositio enim εἰς nominibus personarum præfixa, locum indicat, in quo persona est, ut adeo εἰς τὴν Λυδίαν positum sit pro, εἰς τὴν Λυδίας οἶκον, v. *Berglerus* ad Aristoph. Plut. 237. *Kœnius* ad Greger. de dial. p. 19. et *Wesselingius* ad Herodo. p. 161. ita quoque usurpatur præpositio πρὸς, vid. not. ad Matth. xxvi. 57. et *Kypkius* ad h. l. Pro εἰς τὴν Λυδίαν multi libri habent πρὸς τὴν Λυδίαν, quam lectionem *Bengelius, Griesbachius* et *Matthæius* in or-

Digitized by Google

ΚΕΦ. ιζ'.

ΔΙΟΔΕΥΣΑΝΤΕΣ δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν, ἦλθον
2 εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων. Κατὰ

dinem receperunt. *Wetstenius* eam propius ad Lucæ scribendi genus accedere monet, v. Luc. i. 28. Act. x. 3. xvii. 2. xxi. 18. xxviii. 8. et vulgarem lectionem εἰς τὴν Λυδίαν profectam esse putat a librariis, qui non de Lydia muliere, sed de regione cogitassent. Equidem lectionem εἰς retinendam censeo; ea mutata est a librariis in πρὸς, vel ad evitandam ambiguitatem, ne quis temere cogitaret de regione hujus nominis, vel quod usitatior iis hæc forma loquendi esset. *Piscator* pro εἰς τὴν Λυδίαν legendum conjecit εἰς τὴν Λυδίας, et statuit Græcos præpositionem εἰς hoc sensu adhibitam semper sequi jubere genitivum, omisso vocabulo οἶκος. Verum pluribus et luculentis exemplis *Maius* Obss. Sacr. Fasc. 2. p. 3 sqq. *Albertius*, *Wolfius* ad h. l. *Berglerus* ad Aristoph. Plut. 237. et *Heumanus* in Pœcile p. 12. demonstrarunt, non minus recte dici εἰσέρχεσθαι εἰς τινὰ, quam εἰσέρχεσθαι εἰς τινός. Sic Aristoph. l. l. legitur, εἰς φιδωλὸν εἰσιλθὼν, *hominis avari ædes ingressus*, ubi *Kusterus* quoque temere correxit εἰς φιδωλοῦ· paulo post enim sequitur, ἢν δ' εἰς παρακλῆν' ἄνθρωπον εἰσιλθὼν τύχω, *si vero domum hominis prodigi ingressus fuero*. Lysias Orat. 2. init. p. 24. εἰς ὑμᾶς δ' εἰσιλθὼν ἐλπίζω τῶν δικαίων τεύξεσθαι, *dum autem vos convenio, spero, me quod jus est, consecuturum*. Orat. 33. init. οὐκ ἂν ποτε εἰς ὑμᾶς εἰσιλθεῖν τούτους εἴασα, *nunquam his ad vos accedere promisissem*. Præterea *Piscatoris* conjectura etiam propterea respuenda est, quod in talibus articulus non adhibetur, ut docuit *Valckenarius* in in Schediasm. Obss. crit. in loca quædam N. T. p. 391 sq. παρεκάλεσαν hortati sunt, ut constanter religionem Christianam profiterentur. ἐξῆλθον nempe ἐκ τῶν Φιλίππων, Paulus et Silas. Lucas et Timotheus Philippis remansisse videntur. Lucas enim, qui inde a xvi. 10. Paulo ejusque comitibus se ipsum accensuerat, jam de iis rursus in tertia persona loquitur usque ad xx. 5. Timothei autem versu demum 14. cap. xvii. iterum mentio sit, ubi cum Sila a Paulo Beroeæ relictus esse legitur, et Timotheum Silam ac Paulum Thessalonicen proficiscentes non esse comitatum. *Koppius* quoque Prolegg. in ep. ad Thessal. p. 4. inde colligit, quod Apostolus 1 Thess. iii. 2. Timotheum ita commendarit et laudarit, ut prima hæc ejus commendatio apud Thessalonicenses videatur.

CAP. XVII.

(1.) Paulus peragrata Amphipoli et Apollonia venit Thessalonicen 1—10. inde se confert Beroeam 10—14. Beroea abit Athenas 15—fin. Ἀμφίπολις] primæ regionis Macedoniæ metropolis, vid. ad xvi. 12. Thraciæ finitima, ad fluvium Strymonem sita, a quo eam undique alluente et cingente, nomen accepit Ἀμφιπόλεως, cum antea diceretur ἐννεὰ ὁδοὶ, *novem viæ*, Diod. Sic. xvi. 8. Ἀμφίπολις—ἡ δὲ πόλις αὕτη κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης, καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων εὐφυῶς. Stephanus: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας, κατὰ Θρᾴκην, ἥτις θ. ὁδοὶ ἐκαλεῖτο—διὰ τὴν περίῤῥοιαν τοῦ Στρήμονος. add. Thucyd. i. 100. Plin. H. N. iv. 10. Appian. Bel. Civ. 4. p. 1040. Ἀπολλωνίαν] *Apolloniam* h. l. memoratam, non esse confundendam cum Apollonia illa celebriori, quæ Illyriæ urbs erat, et plures hujus nominis urbes in Macedonia fuisse, ad h. l. monuit *Kypkius*. Hoc loco haud dubie intelligenda est ea urbs, quæ inter Amphipolin et Thessalonicam interjacebat, quam Ptolomæus Geograph. lib. 3. Ἀπολλωνίαν Μυγδονίας vocat, de qua Plin. H. N. iv. 10. *regio Mygdoniæ subjacens, in qua recedentes a mari, Apollonia, Arethusa*. Verbum διοδεύειν, quod in vers. Alexandrina respondet verbo עבר Ps. lxxxix. 41. πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν· indicat, Paulum et Silam, Amphipolin et Apolloniam, per quas Thessalonicam petentibus brevissimum iter patebat, peragrasse tantum, nec ibi commoratos esse. Θεσσαλονίκην] Thessalonica, secundæ regionis Macedoniæ metropolis, vid. ad xvi. 12. Præsidis Romani et Quæstoris sedes, vid. Liv. xlv. 29. coll. xliv. 10, 45. olim Θέρμη, Therma dicta, v. schol. ad Thucyd. i. 61. nomine tamen postea (utor verbis *Koppii* Prolegg. in 1 ep. ad Thessal.) sive a Cassandro, in honorem uxoris Thessalonicæ, Philippi filiæ, secundum Strabonem (lib. 7. p. 509.) Tzezem et Zonaram (coll. Diod. Sic. lib. 19. p. 702.), sive a Philippo ipso, in memoriam victæ gentis Thessalicæ, secundum Stephanum Byzantinum, in Thessalonicen mutato. Maxima pars incolarum constabat Græcis et Romanis, verum etiam multi Judæi ibi vivebant. cf. et Plin. H. N. iv. 10. *Eichhornii Einleit. in d. N. T. Bd.* 3. St. 1. p. 54. *Meyeri Versuch einer Vertheid. u. Erläut. d. Gesch. Jesu u. d. App. aus Profanscribenten* p. 384. ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων] *ubi erat Judæorum synagoga*. Articulus emphasin habet, et indicat Thessalonicæ tantum celebriorem synagogam fuisse, in reliquis Macedoniæ oppidis nonnisi proseu-

Digitized by Google

δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάβ-
βατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, Διανοίγων καὶ 3
παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ
νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγ-

chas (v. ad xvi. 13.) ut recte monuerunt *Grotius*, *Wetstenius*, *Heumanus*, *Rosenmüllerus*, *Heinrichsius*.

(2. 3.) κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς κ. τ. λ.] *pro more suo Paulus eorum conventum ingressus est:* solebat Paulus in itineribus suis antequam gentilibus doctrinam Christi prædicaret, primum adire Judæos, eorumque synagogas ingredi, v. xviii. 46. xiv. 1. xvii. 10. xviii. 4, 9. etc. καὶ ἐπὶ τρία σάββατα διελέγετο—παρατιθέμενος] *et per tres dies sacros cum iis disserebat, e libris divinis docens atque demonstrans* etc. διαλέγεσθαι quod in versione Alexandrina respondet Hebr. דבר Ex. vi. 27. Ies. lxiii. 1. notat, *alloqui, publice verba facere*, Herodi. ii. 7, 10. κατ' ὀλίγους οἴκαδε μεταπεμπόμενος, διελέγετο αὐτοῖς, *alloquebatur*. Id. i. 5. 2. de imperatore, ὡς διελεχθείη τοῖς στρατιώταις, *ut alloqueretur milites*. Id. ii. 5. 7. προῆλθεν, ὡς διαλεξόμενος αὐτοῖς, *tanquam verba facturus ad ipsos*. Diod. Sic. p. 264. A. ἐν ἐκκλησίᾳ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις, *in conventu publico ad cives verba facere*. Notat vero etiam, *disserere, disputare, colloqui cum aliquo*, Æl. H. V. iii. 19. ὁ δὲ Ξενοκράτης ἀκούσας παραχρῆμα ἦκε πρὸς Πλάτωνα, καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον τοῖς σὺν ἑαυτῷ, *his auditis Xenocrates repente se ad Platonem contulit, et offendit eum disserentem cum his, qui simul aderant*. Herodi. viii. 5. 22. ὡς δὴ ἄρα διαλέξαιτο αὐτοῖς, *quasi cum ipsis collocuturus esset*. Id. viii. 6. 9. διελέγοντο ἀλλήλοις, *colloquebantur inter se:* add. Diod. Sic. p. 442. Act. xvii. 17. (Luc. ii. 46.) xx. 7. *Dresigius* de Verb. Med. p. 241 sq. et *Sturzii* Lex. Xenoph. sub h. v. Verbum διανοίγειν h. l. significat, *docere, explicare*, vid. not. ad Luc. xxiv. 32. add. *Kypkius* ad h. l. παρατιθέναι autem, quod proprie de iis adhibetur, qui cibos apponunt, v. ad Luc. x. 8. per metaphoram ita ponitur, ut declaret, *docendo proponere, tam manifeste exponere quam cernuntur, quæ spectanda proponuntur, idoneis argumentis aliquid demonstrare*. Ex. xix. 7. καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς, ubi in textu Hebr. legitur verbum שׂוּם. Polyb. Hist. iv. 5. ὑποδεικνύων μὲν τὴν ἀπὸ Μακεδόνων ἀσφάλειαν διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ προεστῶτος· παρατιθεὶς δὲ τὴν Λακεδαιμονίων ἀλλοτριότητα πρὸς τοὺς Μεσσηνίους· *tum ostendit nihil quicquam a Macedonibus periculi imminere ob ætatem regis, tum Lacedæmonios animis a Messeniis alienatos esse ostendit*. Diod. Sic. p. 4. C. ὅσα ταῖς προκειμέναις ἱστορίαις ἰσοκότα δόξομεν ὑπάρχειν, παραθήσομεν ἐν κεφαλαίοις· *quæ præsenti historiæ convenire existimabimus, certis capitibus exponemus*. Athen. p. 479. C. ὡς Νίκανδρος φησί, παρατιθέμενος τὸ ἐκ πηφιλῶν Ἀριστοφάνους. Exempla plura congesserunt *Elsnerus*, *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. *Valckenarius* Opusc. Vol. ii. p. 303. Lips. nec non *Hemsterhusius* ad Aristoph. Plut. v. 720. p. 244. Jam quod verborum constructionem attinet, *Heumanus*, alii, post verba ἀπὸ τῶν γραφῶν interpungendum esse censent, et ad verba διανοίγων καὶ παρατιθέμενος subaudiendum αὐτὰς, vertunt, *docebat e scriptura, explicans eam et demonstrans*, ut adeo ἀπὸ positum sit pro ἐκ, ut xiii. 23. xiv. 19. xxviii. 23. Ev. xix. 39. cum etiam in Evang. xxiv. 32. Lucas scripserit, διανοίγων τὰς γραφάς. *Grotius*, *Pricæus*, *Elsnerus*, *Morus*, *Rosenmüllerus*, alii, post vocem αὐτοῖς distinguunt, ita, ut sequentia verba ἀπὸ (pro ἐκ) τῶν γραφῶν διανοίγων κ. τ. uno tenore legenda sint; laudant Act. xxviii. 23. πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως κ.τ.λ. Ita quoque *Valckenarius* l. l. interpungendum esse statuit, sed pro διανοίγων καὶ παρατιθέμενος legendum conjicit παρατιθέμενος καὶ διανοίγων. Hanc constructionem etiam *Klosius* probat in Examine emendatt. in N. T. a *Valckenario* propositarum, Halæ 1790. sed transpositionem merito tanquam minus necessariam repudiat, cum διανοίγειν ἀπὸ, i. e. ἐκ τῶν γραφῶν, *aperire, docere e Scriptura sacra*, recte Lucas dicere potuerit, ita, ut idem sit quod διανοίγειν τὰς γραφὰς, Ev. xxiv. 32. Locum ipsum ita interpretatur *per tria sabbata colloquebatur cum iis, sacram scripturam iis aperiebat, et loca in medium proferebat* (scl. ut probaret) *Christum debuisse pati* etc. Equidem interpretibus iis adstipulor, qui post αὐτοῖς incisi notam ponunt, et ἀπὸ τῶν γραφῶν διαν. καὶ παρατιθέμενος conjungunt, cum simillimum loquendi genus Act. xxviii. 23. deprehendatur, cum formula διελέγετο ἀπὸ τῶν γραφῶν colloquebatur cum iis e Scriptura l. de scriptura, vel verba faciebat e Script. S. non satis commodum sensum pariat, et nusquam similis formula occurrat, sed διελέγετο αὐτοῖς infra v. 17. xviii. 4. Lucam autem puto propterea usum esse præpositione ἀπὸ, quod ejus menti obversabatur etiam verbum παρατιθέμενος. ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν κ. τ. λ.] exemplo magistri sui v. Luc. xxiv. 23. scrip-

Digitized by Google

4 γέλλω ὑμῖν. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκλη-
ρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων
5 πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι. Ἰ Ζηλώ-
σαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι ‖ τῶν
ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν
τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγα-
6 γεῖν εἰς τὸν δῆμον. Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα
καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, βοῶντες· Ὅτι οἱ
τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι· καὶ ἐνθάδε πάρεισιν,

5. † Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι καὶ. ‖ ↑ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι.

turæ sacræ effata proferebat, quibus doceret et demonstraret, Messiæ evenire debuisse, quæ Jesu evenerant. καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν— ὑμῖν] *hunc autem Messiam esse Jesum, quem ipsis annuntiaret.* Transitio ab oratione obliqua ad directam, tam sacris, quam profanis scriptoribus admodum frequens, v. Act. i. 4. nec adeo necesse est, ut cum *Heumano* post καὶ subintelligatur ἔφη.

(4.) ἐπείσθησαν] id. qd. ἐπίστευσαν, quod etiam in nonnullis codd. e glossemate legitur, *fidem doctrinæ huic habebant, eam amplectebantur,* opponuntur iis οἱ ἀπειθοῦντες v. 5. καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ] *sectatores Pauli et Silæ facti sunt:* προσκληροῦσθαι, *adhærere, adjungere se alicui, sectari aliquem,* Philo de Decal. p. 760. A. τινὶς τῇ ἑτέρᾳ μερίδι προσκληρώσαντες αὐτοὺς, ἔδοξαν τῆς ἑτέρας ὀλιγωρεῖν, *sunt, qui alteri parti addicti, alteram videntur contemnere.* De Leg. ad Cai. p. 1001. D. τῶν μὲν τούτῳ, τῶν δ' ἐκείνῳ προσεκληρωμένων, *aliis huic, aliis illi faventibus.* Ibid. p. 1031. ἔθνει δὴ τουτῳῳ προσεκληρόμενος καὶ πατρίδι καὶ ἱερῷ δίομαι ὑπὲρ ἁπάντων, *cum huic genti et patriæ et templo adhæream, pro omnibus rogo.* Temere igitur *Mangeus* in notis ad Philonem T. ii. p. 689. pro προσεκληρώθησαν substituit προσεκολλήθησαν, vid. *Lœsnerus* ad h. l. σεβομένων Ἑλλήνων proselytorum portæ, vid. ad xiii. 16. γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι intelliguntur, ut supra xiii. 50. matronæ honestæ, viris primariis matrimonio junctæ, quæ Judaicam religionem amplexæ erant, infra v. 12. ut xiii. 50. εὐσχήμονες nominantur. Fœminæ in synagoga subsellia distincta occupabant, v. *Vitringa* de Synag. p. 129.

(5.) Verba ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι καὶ προσλαβόμενοι varie in textum recepit. Hand pauci libri habent, προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ἀπειθοῦντες, omisso ζηλώσαντες, in aliis libris omittitur ἀπειθοῦντες, v. *Griesb.* *Matthæius* in textum recepit, προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ἀπειθοῦντες. Ita quoque rescripsit *Griesbachius*, omissa tamen voce ἀπειθοῦντες. Et hæc lectio haud dubie verissima est. Nempe grammaticos offendit nomen Ἰουδαῖοι, nude positum, adeoque quo illud accuratius interpretarentur, in margine illa ipsa verba ζηλώσαντες (forte ex xiii. 45.) et ἀπειθοῦντες, cum præcesserit ἐπείσθησαν, adscripserunt, et librarii has voces in contexta transtulerunt. ἀγοραῖοι dicuntur *homines otiosi et desides, qui omnes fere tempus in foro, inepta curiositate ducti consumunt,* quos Latini *subrostranos* (Cic. ad Div. viii. 1.) *subbasilicanos* (Plaut. Capt. iv. 2. 35.) vocant, et Cic. fæcem et sentinam urbis dicere solet. Aristoph. Equit. 181. Ὅτιὴ πονηρὸς κἀξ ἀγορᾶς εἶ, καὶ θρασύς, vid. ad Matth. xx. 3. *Casaubonus* ad Theophr. Char. 6. et *Fischeri* Ind. Theophr. sub h. v. *Valckenarius* ad Ammon. p. 10 sqq. *Grævius* Lectt. Hesiodd. c. 1. *Suicerus* Thes. Eccl. h. v. *Er. Schmidius* et *Weistenius* ad h. l. ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν—εἰς τὸν δῆμον] *turba collecta, civitatem concitabant, et ædes Jasonis adorti, eos,* Paulum et Silam, *ad populum producere volebant,* eos in concione accusaturi; δῆμος, *populus, populi concio,* Theophr. Char. xii. 1. ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς, *in concione surgens.* Plutarch. de Educ. Liber. c. 9. καλούμενος ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, οὐκ ὑπήκουσε, *sæpenumero vocatus a populo non obtemperavit.* Xen. Mem. i. 1. 18. ἐν τῷ δήμῳ, *in concione,* pro quo iv. 4. 2. est ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. add. Æl. H. V. ii. 1. vid. et not. ad xix. 33.

(6. 7.) μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς] *iisque non repertis,* cum securitatis caussa mature se in aliam domum contulissent. ἔσυρον] *violenter extraxerunt et deduxerunt,* vid. ad viii. 3. ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας] ad civitatis præfectos, magistratus civiles. τὴν οἰκουμένην] omnem terrarum orbem, imperium Romanorum, vid. ad Luc. ii. 1. ἀναστατοῦν] est id. qd. ἀνάστατον ποιεῖν, *ejicere, sedibus pellere,* ut ap. Symmach. Ps. lviii. 2. ubi respondet Hebr. מנוד Isocrat. Penegyr. c. 9. τοὺς μὲν βαρβάρους

Digitized by Google

Οὗς ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν 7
δογμάτων Καίσαρος πράττουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον
εἶναι, Ἰησοῦν. Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας 8
ἀκούοντας ταῦτα· Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσο- 9
νος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐ- 10
θέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν
εἰς Βέροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν
Ἰουδαίων ἀπῆεσαν. Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσ- 11
σαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας,
τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως.

ἀναστάτους ποιήσας, add. c. 31. et cf. *Münthius* ad h.l. hinc in universum notat, *aliquem e statu et conditione sua dimovere*, et speciatim de iis ponitur, qui *civitatem perturbant, tumultum movent*, ut h. l. et xxii. 38. atque adeo idem valet quod ἀνασείειν Luc. xxiii. 5. Harpocration: ἀνασταστωθῆναι· ἀναστατοῦσθαι. Act. xv. 24. Sed præter Harpocrationem, et scriptores N. T. nusquam nisi in Symmachi aliorumque V. T. versionibus, v. *Biblius* h. v. hoc verbum legitur, estque adeo verbis Alexandrinis annumerandum, v. *Sturzius* de dialecto Alex. et Macedon. p. 146. οὗς ὑποδέδεκται Ἰάσων] *eos Jason hospitio excepit*; hoc sensu verbum ὑποδέχεσθαι legitur etiam Luc. xix. 6. Jac. ii. 25. et Xen. Mem. ii. 3. 13. εἰ βούλοιο ξένον ἀποδέχεσθαι σαυτόν, ἐνθένδε ἴλθοις εἰς τὴν ἐκείνου —πρότερος ὑποδεχόμην, add. Tob. vii. 9. 1 Macc. xvi. 15. οὗτοι πάντες Paulus, Silas, eorumque assecla, Jason et ἀδελφοὶ v. 6. memorati. ἀπέναντι—Ἰησοῦν] *adversus* (ἀνέναντι ut Sir. xxxvii. 4.) *Cæsaris decreta faciunt, dicentes alium esse imperatorem Jesum*. Crimen iis impingebant seditionis et rebellionis contra Imperatorem Romanum. Christiani Jesum vocabant Κύριον, Χριστὸν, vid. ad xvi. 21. extr. *Grotius* ad h.l. observat, neque olim populum Romanum, neque postea Cæsares permisisse in regionibus devictis quemquam regem dici, nisi suo permissu. Sed cum additum h. l. legatur ἕτερον, in promptu est, per βασιλέα intelligi, Imperatorem, Græci autem Imperatorem Romanum κύριον et βασιλέα dicebant, v. Joseph. B. I. v. 13. *Spanhemius* de Usu et Præst. Numism. T. ii. p. 197. add. 1 Tim. ii. 2. 1 Petr. ii. 13. δόγμα] vid. ad Luc. ii. 1.

(8. 9.) ἐτάραξαν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας] *populum et præfectos metu perturbabant*. Judices metuebant tumultum, populus metuebat Romanos, cum audiret rebelles contra Cæsarem in urbe commorari. (9.) καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν—αὐτοὺς] *sed postquam ipsis a Jasone et reliquis satisfactum erat, eos dimiserunt*. Verbis ἱκανὸν λαβόντες nonnulli interpretes hunc sensum substituunt: cum Jason et cæteri ad magistratus adducti ostendissent, falsam esse accusationem, neque se, neque Paulum ejusque comitem esse rebelles contra Cæsarem, atque adeo satisfecissent judicibus; laudant Marc. xv. 15. ubi tamen legitur ἱκανὸν ποιεῖν. Sed ἱκανὸν λαμβάνειν est formula forensis Lat. *satis accipere, satisdationem accipere*, cui opponitur ἱκανὸν διδόναι, *satis dare*, h. e. prædes sistendo, aut pecuniam deponendo securum reddere eum, qui aliquid a te postulat, et promittere te hoc facturum esse, Bürgen stellen, aut Caution stellen. Jason et amici ejus, ut *Grotius*, alii, suspicantur, satis dederunt judicio Paulum et Silam sisti. Sed hoc non evenit, imo Paulus et Silas noctu discesserunt, coll. v. 9. rectius igitur *Heumanus* statuit, Jasonem promisisse ac spopondisse, Paulum et Silam confestim esse abituros. *Michaëlis* opinatur, eum pecuniæ summam deposuisse, et promisisse, se hos homines non amplius, hospitio excipere velle, et, si forte redituri essent, eos deferre apud magistratum.

(10—12.) *Beræa*, urbs Macedoniæ, prope Pellam, Liv. xlv. 30. *secunda pars* (Macedoniæ) *celeberrimas urbes, Thessalonicen et Cassandriam, habet.—Tertia regio, nobiles urbes Edessam et Beræam et Pellam habet*. add. Plin. H. N. iv. 10. vid. et *Wetstenius* ad h. l. (11.) οὗτοι] nempe Judæi Beræenses; hi comparantur cum Judæis Thessalonicensibus, qui Paulum acerrimo odio persecuti erant, quorum pauciores Christo nomina dederant, coll. v. 4. Judæorum vero Beræensium plures Christi doctrinam amplexi sunt, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον κ. τ. λ. Hinc Beræenses dicuntur εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, *nobiliores*, melioris indolis *quam Judæi Thessalonicenses*. Scilicet εὐγενὴς proprie dicitur *is, qui claro genere natus est, nobilis*, Xen. Hist. Gr. iv. 1. 4. γυναῖκα οὖσαν—πατρὸς εὐγενεστάτου, add. Luc. xix. 12. transfertur vero deinde ad animum, ut Lat. *no-*

Digitized by Google

12 Πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνί-
δων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι. Ὡς
13 δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ
ἐν τῇ Βεροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ,
14 ἦλθον κἀκεῖ, σαλεύοντες τοὺς ὄχλους. Εὐθέως δὲ τότε τὸν
Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θά-

bilis; et indicat eum, qui animo et moribus bene constitutus est, ut h. l. Philo de nobilitate p. 904. A. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ εὐγένεια κεκαθαρμένης διανοίας καὶ καθαρσίοις τελείοις κλῆρος οἰκεῖος, μόνοις χρὴ λέγειν εὐγενεῖς τοὺς σώφρονας καὶ δικαίους· *quoniam igitur nobilitas expiatæ purgataque mentis sors est, præcipue nobiles dicendi sunt soli prudentes et justi.* Seneca, ep. 44. *Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc sumus nobiles.* Ovid. de Ponto, i. 2. 1. *Maxime, qui tanti mensuram nominis æquas, et geminas animi nobilitate genus*: cf. *Kypkius* atque *Lœsnerus* ad h. l. *Marklandus* ad Lysiam Proleg. p. 71. not. 95. legendum h. l. conjecit εὐμενέστερον, *mitioris indolis.* Sed lectio vulgaris, quam codd. auctoritas tuetur, commodum sensum parit. μετὰ πάσης προθυμίας] *animo promptissimo*, Xen. Anab. i. 9. 10. εἴ τις αὐτῷ προστάξαντι καλῶς ὑπηρετήσειεν, οὐδὲν ἀχάριστον εἶναι τὴν προθυμίαν, v. et *Münthius* ad h. l. τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφάς] Vulg. *quotidie scrutantes scripturas*: ἀνακρίνειν quod proprie de judicibus adhibetur, vid. ad Luc. xxiii. 14. omnino etiam notat: *examinare, perpendere aliquam rem, perscrutari*, unde Chrysostomus explicuit verbo ἀνιχνεῦσαι, in versione Alex. respondet verbo חקר 1 Sam. xx. 12. conferebant libros sacros cum Apostoli doctrina, examinabant loca V. T. ab eo in Jesum translata, quo magis in veritate confirmarentur. εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως] quæ nimirum Paulus tradiderat de Messia in crucem acto, in vitam revocato etc. coll. v. 3. εὐσχήμονες] vid. ad xiii. 50.

(13.) οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι] *Judæi Thessalonicenses*: ἀπὸ patriam et domicilium indicat, vid. not. ad Matth. xv. 1. Joh. xi. 1. κἀκεῖ] *eo, illuc*, vid. ad Matth. ii. 22. σαλεύοντες τὸν ὄχλον] *plebem concitarunt.* Verbum σαλεύειν, *agitare, commovere*, proprie dicitur de *navibus*, quæ ventorum undarumque impetu nunc sursum nunc deorsum feruntur, etiam de *mari* ventorum vi agitato; deinde vero per metaphoram usurpatur de iis, *qui alios ad rebellionem concitant, qui seditionem movent* ut h. l. hinc ἐν σάλῳ γίνεσθαι dicitur *civitas* intestinis motibus laborans et concitata ap. Lysiam Orat. 5. p. 77. Ratio est, quia vulgus cum *mari* comparatur, adeoque, ut mare vento, sic quocunque rumore et improborum sermone impelli et concitari potest. Cic. pro Cluent. c. 49. de populo Romano: *ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque turbari, sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus concitari.* add. pro Murena c. 17. Herodi. v. 1. 7. τὸν γοῦν πρὸς Παρθυαίους πόλεμον, μέγιστον τε ὄντα, καὶ ἐφ' ᾧ πᾶσα Ῥωμαίων ἐσάλευεν ἀρχὴ, κατεπαύσαμεν· *sane Parthicum bellum, maximum utique et in quo omne Romanum imperium fluctuarit, finivimus.* Sed multitudo comparatur etiam cum *navigio*, quod in mari ventis ac fluctibus agitatur Soph. Œd. Tyr. 23. Πόλις γάρ, ὥσπερ καὶ αὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν Ἤδη σαλεύει, *urbs enim ut tu ipse vides, valde agitatur.* Scholiast. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν χειμαζομένων πλοίων, *a navibus agitatis desumpta est.* Frequens omnino est scriptoribus antiquis comparatio civitatis cum navigio, v. Æschyl. Sept. Theb. 2. Horat. Od. i. 14. *Bosius* ad Hebr. xii. 27. et *Elsnerus* ad h. l.

(14.) ἐξαπέστειλαν — ἐπὶ τὴν θάλασσαν] *dimiserunt eum fratres, ut usque ad mare se conferret.* Interpretes haud pauci, veluti *Beza, Grotius, Er. Schmidius, Hezelius, Eckermanus*, alii, putant, Paulum deductum esse ad oram maris, ut illum Judæi persequi desinerent, quasi navi conscensa ex illa regione enavigasset, mox autem eum re ipsa, terrestri itinere, per Macedoniam et Thessaliam Athenas contendisse. Itaque ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν vertunt: *quasi, velut ad mare.* Verum ὡς ἐπὶ h. l. notat *usque ad* mare. Ita quoque verba intellexerunt Syrus interpres, Arabs, Æthiop. Particula enim ὡς cum comitem habet præpositionem ἐπὶ, idem valet quod ἕως, et respondet Latinorum: *usque ad*, vel, *recta ad*, Pausan. ii. 25. p. 169. καταβάντων δὲ ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Xen. Cyr. viii. 3. 11. ἔδειξε τέρμα ὡς ἐπὶ πέντε σταδίων. Zosim. i. 67. ὡς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον. Laërt. viii. 69. ὠδεύκεναι ὡς ἐπὶ τὴν Αἴτνην. Diod. Sic. p. 423. A. τὸν ναύαρχον μετὰ δέκα τριήρων ἀπέστειλε, κελεύσας κατὰ τάχος λάβρα πλεῖν ὡς ἐπὶ Συρακουσίους. add. Aristoph. Equitt. 1404. Soph. Philoct. 58. Pro *usque ad* Latini interdum concise dixerunt vel *usque*, vel *ad*, altera particula omissa, Cic. Verr. iv. 49. *sacerdotes usque En-*

Digitized by Google

λασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.
Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν· 15
καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς
τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξήεσαν.
Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, 16
παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον

nam profecti sunt. Cic. de Senect. 19. *quis est tam stultus, quamvis sit exploratum, se ad vesperam esse victurum.* Sic et ap. Xen. Hist. Gr. i. 6. 5. legitur, ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς πτωχοῦς, sed 9. 1. simpliciter ἐπὶ τὰς ναῦς· cf. *Abreschius* Dilucc. Thucydd. iv. 40. et Animadvv. ad Æschyl. T. i. p. 586. *Valckenarius* ad Herodo. ix. 96. p. 735. *Raphelius, Münthius* et *Læsnerus* ad h. l. Cæterum pro θάλασσαν, *Marklandus* ad Lysiam Orat. xxxii. 604. legi mavult, cum cod. Cantabrig. Θεσσαλίαν,] ut ὡς, *animi propositum* significet. Temere. Neque necesse est, ut statuatur, Paulum pedestri itinere Athenas perrexisse. Non enim, ut intelligenter ad h. l. observavit *Heinrichsius*, præter naturam accidit, Bereœnses, Paulo amicos, Apostolum ex urbe ad proximum portum deduxisse (quandoquidem Athenas petere, et quidem ob plura in interioribus terris pericula, quæ sibi adfutura augurabatur, navigatione eo tendere constituerat Paulus), quid quod et in navigatione ipsa Athenas usque ei comites adfuisse. ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ] *Silas autem et Timotheus ibi remanserunt*, vid. not. ad xvi. 40. Haud improbabilis est conjectura *Koppii* Prolegg. in ep. ad Thessal. p. 4. Paulum solum abiisse, relictis Bereœæ Sila et Timotheo, hoc consilio, ut Timotheus ad Thessalonicenses Apostolo suo orbatos abiret, eosque de Pauli vita et erga ipsos amore ac studio certiores faceret, in doctrina etiam Christiana confirmaret 1 Thess. iii. 4. Silas vero Bereœæ Timotheum a Thessalonicensibus reducem exspectaret, quo facto uterque Apostolum sequeretur.

(15.) οἱ δὲ — Ἀθηνῶν] *qui vero Paulum prosequebantur* (s. *deducebant*), *eum Athenas ducebant*: καθιστάναι notat, *comitari, deducere*, id. qd. προπέμπειν] xv. 2. ubi v. not. Sic legitur apud Xen. Anab. iv. 8. 6. Μάπρωνες—ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν Κόλχων κατέστησαν τοὺς Ἕλληνας. Herodi. ii. 8. 10. εἴς τε τὰ ἱερὰ τῆς Ἀντιοχείας τὸν Νίγρον ἄγουσι, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσιν. Thucyd. iv. 78. κατέστησαν αὐτὸν εἰς Δίον, cf. et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. καὶ λαβόντες ἐντολὴν—ἐξήεσαν] *et acceptis mandatis ad Silam et Timotheum, ut quam celerrime ad ipsum venirent, domum reversi sunt.* Redierunt Silas et Timotheus ad Paulum, cum jam Corinthi viveret, vid. Act. xviii. 5. coll. 1 Thess. iii. 6.

(16.) ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς] *quos dum Paulus Athenis exspectabat.* Hesychius: ἐκδέχεται· προσδοκᾷ. Hebr. x. 13. Jac. v. 7. id. qd. προσδέχεσθαι, Luc. ii. 25. Suidas: προσδεχόμενοι· προσδοκῶντες. Apostolus cum Athenas, nobilissimam Græciæ urbem, philosophiæ studiis celeberrimam, belli pacisque artibus florentissimam perambularet (Cic. de Orat. i. 4. *Athenæ omnium doctrinarum inventrices.* Orat. pro Flacco c. 26. *Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges, notæ atque in omnes terras distributæ putantur*), purioris religionis vestigia jure quodam suo exspectans, (παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ) *vehementer animo commovebatur, cum videret urbem idolis refertam,* θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. Athenienses, ut veteres scriptores tradunt, idolorum cultui et superstitioni nimium dediti erant, deos undique omnes studiosissime quasi conquirebant, et peregrina quoque numina civitate donabant, rati, quo plures colerent deos, eo majorem suam felicitatem fore, hinc urbs eorum, deorum simulacris, templis, aris referta erat. Pausanias in Attic. i. 24. Ἀθηναίοις περισσότερόν τι ἢ τοῖς ἄλλοις ἐς τὰ θεῖα ἐστὶ σπουδῆς, *Athenienses religionis studio alios longe superant.* Strabo 10. p. 472. C. Ἀθηναῖοι δ' ὅσον περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτως καὶ περὶ τοὺς θεούς. Πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκαμώδησαν καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια· *Athenienses uti in aliis peregrina libenter adsciscunt, ita quoque quod ad deos attinet. Multa enim peregrina sacra receperunt, et ideo quoque in comœdiis exagitati sunt, interque hæc Thracia et Phrygia.* Lucian. T. i. Prometh. p. 180. de urbe Atheniensium: ἀστυναχοῦ δὲ βωμοὺς καὶ θυσίας καὶ ναοὺς καὶ πανηγύρεις, undique aras, victimas, templa et festivitates statuunt. Livius xlv. 27. *Athenas inde plenas quidem et ipsas vetustate famæ, multa tamen visenda habentes—simulacra deorum, hominumque, omni genere et materiæ et artium insignia.* Philostrat. Vit. Apollon. iv. 6. φιλοθύτας τοὺς Ἀθηναίους εἶδεν, *vidit Athenienses sacrificiorum amantes.* Idem vi. 7. narrat, Apollonium in colloquio cum Tima-

Digitized by Google

17 οὖσαν τὴν πόλιν. Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς
Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν
18 ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικου-
ρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες

sione dixisse: σωφρονέστερον περὶ πάντων θεῶν λέγειν οἶδ, καὶ ταῦτα Ἀθήνησιν, *prudentius esse de omnibus diis bene loqui, ut fit Athenis.* cf. *Hammondus* et *Wetstenius* ad h. l. Cæterum κατείδωλος reddi debet, *idolis referta*, nam præpositio κατὰ in compositis vim habet augendi. Sic καταβόστρυχος est, *crinium cincinnis obtectus*, Eurip. Phœn. 148. κατάφυτος, *arboribus consitus*, Polyb. xvii. 16. κατάδενδρος χώρα, *regio arboribus referta*, Diod. Sic. p. 218. B. κατάμπελος, *vineis refertus*, Strabo 4. p. 271. *Almelou*, ubi vid. *Casaubonus*. cf. et *Lœsnerus*, *Münthius* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 194 sq.

(17.) *Disserebat Paulus in synagogis cum Judæis et proselytis* (v. 2.) *et in foro quotidie cum quibusvis obviis:* ἀγορὰ, *forum.* Plura erant Athenis fora. Ex his duo potissimum celebrabantur, *vetus* et *novum.* Forum vetus erat in Ceramico, tractu satis amplo, cujus pars aliqua extra urbem, pars vero reliqua intra illam, vid. *Meursii* Diss. de Ceramico gemino §. 16. *Potteri* Archæol. i. 8. p. 30. Forum novum extra Ceramicum erat, in eo loco, cui nomen *Eretria*, v. *Meursius* in Athen. Attic. lib. 1. c. 6. Atque hoc posterius forum h. l. intelligendum videtur. Nullum enim forum, nisi Ceramicum et Eretriacum, absolute dictum est ἀγορὰ, sed semper additum nomen, quo cognosci posset, quod designaretur. Deinde eo tempore quo Paulus Athenis fuit, jam erat ex Ceramico in Eretriam forum translatum. Etenim ævo imperatoris Augusti id factum, et in Eretria maximos hominum conventus frequentatos esse testatur Strabo 10. p. 447. Præterea hoc forum Eretriacum situm erat ante στοὰν, porticum, in qua Stoici, quorum statim mentio fit, suas διαλέξεις habebant. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας] cum obviis quibusvis, qui ad audiendam doctrinam Christianam proclives essent.

(18.) τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ] *disputabant etiam cum eo quidam ex Epicuræis et Stoicis philosophis.* Erant autem tunc temporis duæ aliæ sectæ Athenis, nempe Academica s. Platonica, et Peripatetica. At vero Platonicorum et Peripateticorum nulla mentio facta est, vel propterea, quoniam Platonica dogmata magnam partem ad doctrinam Christianam propius accedere videbantur, Peripatetici autem ista ætate famæ celebritate minus noti erant; vel quoniam Paulum dicentem non audiverunt, quod quidem eam quoque ob caussam haud improbabile est, quoniam Platonici Academiam, et Peripatetici Peripatum, in suburbio habebant, v. Pausan. Attic. c. 29. forum autem Eretriacum in urbe situm erat. *Epicuræi*, quorum secta ab Epicuro nomen habebat, nec mundum a Deo creatum esse, nec Deum rerum humanarum curam habere putabant, voluptatem pro summo bono habebant, unde et virtutem voluptatis caussa eligendam esse, non propter se ipsam, præcipiebant, animum post discessum e corpore, eodem modo quo corpus ipsum dissipari, adeoque hominibus nec sperandum, nec metuendum quicquam post fata credebant, vid. Cic. Fin. ii. 31. Tusc. v. 31. Seneca de benefic. iv. 4. Plutarch. de placit. philos. iv. 7. vii. 3. Diog. Laërt. 9. segm. 135. 138. Lucret. iii. 437 ss. 842 ss. Clem. Alex. Protrept. p. 20. *Bruckeri* Hist. crit. philos. T. i. p. 948 ss. *Börneri* Diss. de disputatione Pauli cum Epicuræis et Stoicis ad Act. xvii. 18. Jen. 1751. 4. p. 15 sqq. *Gurlitt Abriss d. Gesch. d. Philosophie* p. 98 ss. *Stoici* igneam Dei naturam, eamque per omnes mundi partes diffusam autumabant, v. Stob. Ecl. Phys. 1. p. 43. Plutarch. de plac. i. 7. Cic. N. D. i. 28. Senec. ep. 92. Deum quidem mundi opificem agnoscebant, sed omnia fatali necessitate adstricta, et Deum ipsum fato subesse credebant, v. Plutarch. de rep. Stoic. p. 1056. Gellius vi. 2. Senec. de prov. 5. Id. ep. 77. 88. sapientem suum Jovi quicquam cedere negabant (*Jovem plus non posse quam bonum virum; Jovem diutius bonum esse, et sapientem nihilo minoris se æstimare, quod virtutes ejus spatio breviore claudantur:* Senec. ep. 73. *Est aliquid quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio non timet, suo sapiens, ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei:* Senec. ep. 53.) animorum immortalitatem negabant, in definienda autem animorum post mortem conditione dissentiebant. Cleanthes statuebat, omnes animos usque ad mundi exustionem superstites manere, vid. Laërt. vii. 156. Cic. Tusc. i. 31, 32. Chrysippus, hoc tantum meliorum et sapientiorum hominum mentibus tribuebat, v. Plutarch. de Placit. Philos. iv. 7. Laërt. vii. 157 s alii statuebant animos ex corporum vinculi, tanquam ex carcere solutos, statim ad ignem cœlestem sive in Deum ipsum redire. v. *Tiedemani Geist d. speculativen Philosophie*, B. 2. p. 453 sqq. *Gurlittus* l. l. *Lohdii* delineatio imaginis doctrinæ de conditione ani-

Digitized by Google

ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δὲ· Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὸν Ἰησοῦν

mi post mortem eo quo Christus et Apostoli vixerunt seculo. Dresd. 1789. 4. p. 10. Cum ergo, ut vel ex hactenus dictis satis luculenter apparet, Epicuræorum æque ac Stoicorum dogmata doctrinæ Christi quam maxime opposita fuerint, non mirandum hanc doctrinam a Paulo propositam philosophis illis displicuisse cf. v. 18, 32. Quare nonnulli eum nulla amplius attentione dignum judicabant, et σπερμολόγον dicebant, alii vero, non veritatis sed novitatis studio ducti v. 21. et cavillandi libidine abrepti, vid. ad v. 19. extr. quo et ipsi et alii ejus dogmata accuratius explorarent, eaque illuderent, Paulum in Areopagum ducebant. Vocabulum σπερμολόγος indicat *eum qui semina colligit*, et σπερμολόγοι proprie dicuntur aves frugilegæ, quæ in agris seminatis inter sulcos non bene occa depressos et ex triviis projecta semina colligunt, speciatim ita dicuntur *cornices frugivoræ, die Saatkrähen* Harpocration: σπερμολόγος λέγεταί τι μικρὸν ἐρνιδάριον κολοιῶδες σπερμολόγος ὠνομασμένον, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ σπέρματα ἀναλέγειν, οὗ μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Ὀρνισιν, vid. Aristoph. Avv. 232. ubi scholiast. σπερμολόγον ὄνομα ἐρνίων ἃ ἐκ τοῦ ἐρύττειν τὰ σπέρματα, καὶ ἐσθίειν οὕτως ὠνομάσθησαν. Sic legitur quoque ap. Max. Tyr. Diss. 13. p. 133. al. Ab iisdem avibus desumpta metaphora, σπερμολόγους nominabant Græci, pauperes, qui forum oberrantes, si quid ex mercibus et mercatorum sarcinis in terram decideret, legebant, vitamque hoc quæstu sustentabant. Eustath. ad Hom. Odys. ι'. v. 241. σπερμολόγος εἶδος ἐστὶν ἐρνίου λοβώμενον τὰ σπέρματα, ἐξ οὗ οἱ Ἀθηναῖοι σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα, καὶ διαζῆν ἐκ τούτων. Hinc ita dicti sunt *abjectæ sortis homines, viles, contempti, nullius pretii*. Harpocrat. ὁ εὐτελὴς καὶ εὐπαταφόρητος ἄνθρωπος. Philo de leg. ad Cai. p. 1021. G. χρησάμενος—Ἑλίκωνι—δούλῳ σπερμολόγῳ περιτρίμματι, *usus Helicone—servo vili scurra*, v. *Kypkius* ad h. l. *Reiskius* ad Demosth. pro Coron. p. 501. Apparat. Crit. Vol. ii. Tum ita quoque nuncupati sunt *parasiti, homines scurrilitate et adulationibus victum sibi quærentes, et de alieno viventes;* Harpocrat. καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν, vid. *Kypkius* ad h. l. Ab avibus istis, quæ neque cantu suo delectant, sed garritu perpetuo molestæ sunt, σπερμολόγοι denique etiam dicti sunt, *nugatores, garruli, blateratores, vaniloqui*. Suidas, σπερμολόγον, εὐφυολόγον, ἀκριτόμυθον. Hesych. σπερμολόγος, φλύαρος. Sic σπερμολογεῖν extat ap. Philostrat. Vit. Apollon. v. 20. p. 203. cf. etiam *Casaubonus* ad Theophrast. Char. c. 6. *Suicerus* Thes. Eccl. T. ii. p. 994. *Olearius* ad Philostr. p. 203. *Pricæus* et *Wetstenius* ad h. l. Ex aliorum sententia, v. *Heumanus* ad h. l. *Walchius* in Diss. ad Act. xvii. 18. Jenæ 1759. *Toupius* in Emendatt. in Suidam P. 3. p. 435. Lips. σπερμολόγος originem ducit a σπέρμα et λέγω *dico, loquor*, ut significetur is qui semina quasi profert, cujus verba, quæ eloquitur, instar seminis quasi sunt, quod sine ordine et delectu projicitur, qui verbosus est, et quicquid in buccam venit, sine ordine ac delectu protrudit. Verum, ut jam *Beza* intelligenter monuit, hoc debuisset efferri per λογοσπόρος. Neque per σπερμολόγον h. l. cum nonnullis intellexerim *hominem vilem, nullius pretii*, sed *loquacem, garrulum*, quam significationem ipse contextus commendat. Disputarat nimirum Paulus cum Stoicis et Epicuræis; philosophi autem Græci in disputando cuncta ad ratiocinia revocare solebant, et summam philosophi virtutem, Stoici inprimis, in brevitate et concisa dicendi ratione quærebant, v. Quinctil. Instit. Orat. x. 1. *Lipsius* Manuduct. ad Philos. Stoic. lib. 1. Opp. T. iii. p. 669. *Walchius* l. l. p. 9. Pauli vero oratio non posita erat ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, 1 Cor. ii. 4. magna ei erat in dicendo ubertas, et copiosa dicendi vis. Hinc ex Stoicis illis et Epicuræis, quorum placitis contraria docebat Paulus, nonnulli eum nugatorem et garrulum nominabant. Alii dicebant: ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι] *peregrina numina annuntiare videtur*. Varius est usus vocabulorum δαίμων et δαιμόνιον. Generatim de quovis deo sive numine adhibentur Homer. Il. α'. 222. ἡ δ' Οὔλυμπόν δε βεβήκει Δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους, *hæc autem ad cœlum abiit, in domos ægidem gestantis Jovis, ad deos alios*. Æl. H. V. vi. 13. καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον, *recte deus tyrannides ad tertiam generationem non producit*. Sic δαίμων de Jove Callim. h. in Jov. 44. de Apolline Palæph. xlvii. 3. et δαιμόνια dicuntur dii gentilium, 1 Cor. x. 20. in vers. Alex. Deut. xxxii. 17. Tum vero etiam haud raro δαίμων et δαιμόνιον discernuntur a diis et heroibus Jamblich. Vit. Pythag. c. 21. p. 84. *Kuster.* περὶ τοῦ θείου, καὶ περὶ τοῦ δαιμονίου καὶ περὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ γένους εὔφημόν τι καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν, *ut de deo, de dæmonibus, de heroibus bene sentirent et cogitarent*. Athenagoras Apol. pro Christ. p. 28. πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ, ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν, εἰς θεὸν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας, *primum igitur*

Digitized by Google

19 καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο. Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες· Δυνάμεθα

18. ↑ καὶ.

Thales, ut referunt, qui philosophiam ejus accuratius sunt scrutati, in deum, dæmonas, Heroas, superum genus dividit. Denique nomine δαίμονες omnes dii minores, cujuscunque generis, etiam Heroes insigniuntur, v. Demosth. Orat. περὶ πρεσβ. p. 266. ed. Bas. 1532. *Cudworthi* System intell. c. 4. §. 14. p. 301. 303. Heroas, semideos, Græci appellabant partim ex diis, partim ex hominibus genitos, insignibus corporis animique dotibus ornatos, de genere humano præclare meritos, et post mortem in superum numerum relatos, v. Jamblichus de myster. c. 5. *Cuperus* Obss. iii. 16. *Lipsius* Opp. T. iv. p. 879. Talem Heroa s. deum ordinis inferioris, haud dubie philosophi illi a Paulo nuntiari putabant, cum eum docentem audirent, Jesum esse Dei Filium, σωτῆρα hominum, de genere humano præclare meritum, et post mortem cælo receptum. Positus est h. l. pluralis numerus, cum tamen Paulus de Jesu tantum verba fecerit, per enallagen numeri, ut Matth. ix. 8. xxvii. 44. Hebr. xi. 33. al. vel usi sunt Athenienses illi plurali numero, ex inani persuasione, fore ut in posterum de pluribus diis ex Paulo audirent. ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο] *de Jesu enim et resurrectione eos edocuerat.* Sunt verba Lucæ, id quod vel verbum εὐηγγελίζετο docet, non legitur εὐαγγελίζεται, neque Athenienses, ut bene monuit *Heinrichsius*, adhibuissent hoc sensu vocem Græcis auribus ignotam. ἀνάστασις non tantum ad Christi, sed etiam ad mortuorum per Christum resurrectionem referri debet. De utraque Paulus locutus erat, hinc generatim h. l. legitur, καὶ τὴν ἀνάστασιν· coll. v. 31, 32, 33, ubi additum extat τῶν νεκρῶν, et utramque doctrinam Apostoli conjungere solebant, vid. iv. 2. xxiv. 15. 1 Cor. xv. 12. Cæterum συμβάλλειν τινὶ addito nomine λόγους, v. Eurip. Aul. 830. vel eo omisso, v. Jamblich. Vit. Pythag. c. 2. notat, *disputare, colloqui cum aliquo, disserere:* cf. *Kypkius* ad h. l. Quam hactenus proposuimus verborum hujus loci interpretationem nobis quidem et linguæ legibus et orationis seriei convenientissima videtur. Jam vero quid dixerint alii, videamus. Cum vocabulum δαιμόνιον a scriptoribus exteris etiam adjective usurpetur, de rebus ad deos pertinentibus, de operibus divinis, v. Herodi. iii. 12. 5. Jamblich. V. Pythag. i. 21. Aristot. Rhet. ii. 23. 27. τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ Θεὸς, ἢ Θεοῦ ἔργον. cf. et *Lennepius* ad Phalar. p. 328.; *Olearius* in Diss. de gestis Pauli in urbe Atheniensium, Lips. 1706. verba καταγγελεὺς ξένων δαιμονίων explicat: *doctor novæ theologiæ, auctor novæ de rebus divinis doctrinæ*, ut adeo δαιμόνια non sint *dii*, sed *ea quæ ad deos pertinent.* *Raphelius* in Obss. Xenophh. ad h. l. voce δαιμονίων, *deum*, np. Jesum, et *opus dei*, np. resurrectionem significari putat, contra usum loquendi. Offendit nimirum harum duriorum interpretationum auctores, usus pluralis numeri, sed vid. supra notata. Etiam vocabulum ἀνάστασις diversimode explicuerunt interpretes. *Olearius* l. l. alii, Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν per Hendiadyn dictum existimant pro Ἰησοῦν ἀνεστηκότα, *Jesum vitæ restitutum.* Sed si hoc dicere voluisset Lucas, scripsisset potius: Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. *Alex. Morus* in notis ad N. F. p. 96. *Hammondus, Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. p. 1202. *Heinrichsius*, alii, præeuntibus Chrysostomo et Œcumenio, sine omni idonea ratione statuunt, Athenienses nomen ἀνάστασις de dea intellexisse, quam in rem laudant locum Pausan. i. 17. qui ibi refert, Athenienses aras posuisse *Pudori, Famæ, Desiderio,* καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφίσι βωμός ἐστι καὶ Φήμης καὶ Ὄρμης κ. τ. λ. Et cum ἀνάστασις non tantum resurrectionem e mortuis, sed etiam erectionem e cubili vel lapsu significet, interdum quoque pro voce ἀναστατώσεως occurrat, quæ vox conturbationem denotat: *Hammondus* opinatur Athenienses sibi deam quandam belli, aut seditionis imaginatos esse. Alii mentem Atheniensium de dea, quæ restitutioni post morbum præficiatur, interpretantur. Sed necesse est, scribit *Bœrnerus* l. l. p. 13. ut ii, qui hoc asserunt, aut Paulum obscuritatis et ambiguitatis accusent, aut Athenienses philosophos nimis rudes et insulsos fuisse autument.

(19.) ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ κ. τ. λ.] *eumque abductum in Areopagum; interrogabant* etc. Interpretes haud pauci contenderunt Paulum vi abductum esse in Areopagum, ut ibi coram collegio Areopagitarum, quod de summis criminibus, ac nominatim de impietate cognoscebat, caussam suam peroraret. Capitali enim pœna affectos fuisse Athenis, qui privata auctoritate deos peregrinos inducerent. Sed Paulum ad senatum raptum fuisse, ut impietatis reus ageretur, idoneis argumentis probari nequit, imo philosophi illi curiositatis studio ducti et cavillandi libidine abrepti (v. infra v. extr.) Paulum deduxerunt in Areopagum, locum urbis eminentiorem, qui forum judiciale continebat, in quo plurimi peregrini et hospites, cives ac senatores, oratores, aliique homines eruditi confluebant, ut ibi ad turbam undique

Digitized by Google

γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· βουλό- 20

circumfusam verba faceret, et dogmata sua accuratius exponeret. Etenim verbum ἐπιλαβόμενοι, quod h. l. redundat, sæpius, ut ἄγειν, v. Luc. x. 34. Act. xi. 25. usurpatur de leni et amica apprehensione ac ductione, v. Marc. viii. 23. Luc. iv. 40. ix. 47. Act. ix. 27. Nec præterea in omni narratione deprehenditur vestigium e quo appareat, Paulum coram judicibus caussam dixisse. Non excitantur accusatores, non interrogantes inducuntur judices, non compellat Paulus judices, nec a se criminis quicquam sibi objecti amolitur, oratio ejus non est hominis, qui criminis accusatus est et rei, sed potius cum philosophis altercantis, dimittitur non a judicibus, sed a philosophis v. 32. Constat denique etiam, non omnino invisa fuisse Atheniensibus ξένα δαιμόνια, imo multa peregrina numina eos admisisse, vid. notata supra ad v. 16. Socrates morti damnabatur, non tam propterea, quod novos deos induceret, quam quod receptos contemneret, ac deos esse negaret, Xen. Mem. i. 1. 1. ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων. Æl. H. V. ii. 13. καὶ ἐσῆγε ξένους δαίμονας, καὶ οὐκ ᾤδει θεοὺς, οὐδ' ἐτίμα, ubi v. *Perizonius*. Ἄρειος πάγος, *Martis collis*, ab Ἄρης, *Mars*, et πάγος, *mons, collis*. Suidas: Ἄρειον πάγον, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ καὶ ἐν ὕψει τὸ δικαστήριον, *quoniam curia in colle seu loco edito est*. Isidorus Pelusiota, lib. 2. ep. 91. πάγος ὁ ὑψηλὸς τόπος, ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο, *vox πάγος locum editum significat, ea enim curia in colle erat*. Callim. h. in Del. 272. οὐ πάγος Ἑρμείη Κυλλήνιος, *non mons Mercurio Cyllenius*. Erat collis ex adverso arcis ab occasu situs Herodo. viii. 52. οἱ δὲ Πέρσαι ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν κατάντιον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον ἐπολιόρκεον *Persæ infestabant (Græcos) maxime, castris positis ex adverso arcis, in prominente colle, quem Areopagum nominant*. Collis Martius ille locus dictus est, vel quod Marti consecratus esset, ut *Martius campus* apud Romanos, vel, quod, ut Pausanias in Attic. c. 28. p. 68. refert, Mars cum interfecisset Halyrrothium, Neptuni filium, eo in loco capitis caussam, coram duodecim diis primus dixerit. In hoc colle sedebat celeberrimum illud Atheniensium judicium supremum, inde ἄρειος πάγος dictum, cujus judices Ἀρεοπαγῖται, de rebus capitalibus, aliisque majoris momenti caussis, noctu, ne conspectu rei moverentur, et sub dio cognoscebant. Hoc *sanctissimum consilium, quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquirere solebat; ut homines honestatem, vitæ rationem memores reddendam esse, sequerentur*. Valer. Max. ii. 6. 4. Quicquid in hoc judicio agebatur, alto premebant silentio, unde proverbium Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος, judicium tesseris, non voce ferebant Macrob. Saturn. vii. 1. *sicut apud Athenas Areopagitæ tacentes judicant, ita inter epulas oportet silere*. In Areopagitarum numerum cooptabantur tantum viri stemmate nobiles, vitæ morumque castitate, et justitiæ æquitatisque studio præ cæteris eminentes. Hinc cum Romani Græciam subdidissent, nonnunquam caussas difficiles eo rejiciebant judicandas Gellius N. A. xii. 7. *Dolabella rem Athenas ad Areopagitas, ut ad judices graviores, exercitatioresque rejecit*. cf. *Meursius* de Areopago, Lugd. Bat. 1624. 4. *Potteri* Archæol. Gr. T. i. p. 201. *Perizonius* ad Æl. H. V. v. 15. h. l. non judicium illud Atheniensium, non *Curia Martis* (Juvenal. Sat. ix. 101.) sed locus, collis Martius intelligi debet. δυνάμεθα γνῶναι κ. τ. λ.] *licetne nobis accuratius cognoscere, quænam sit illa nova doctrina, quæ a te traditur?* Ironia his verbis inest. Neque enim philosophi illi sibi placentes, et quæcunque ab homine Judæo proficiscerentur, in contemptum trahere consueti, veritatis cognoscendæ cupiditate incitati Paulum in Areopagum deducebant, coll. v. 18. 33. Omnino Athenienses cavillationibus in sermonibus suis dediti fuerunt, ut in aliis Anacharsis testatur apud Lucianum, τοῦτο, inquiens, ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις, *hoc illud est quod de vobis Atheniensibus ad me delatum fuit, cavillationibus vos scilicet delectari in vestris sermonibus*. Epicuræos quoque cavillationibus delectatos esse, docet locus Plutarch. de Orac. defectu 32. Ἐπικουρείων δὲ χλευασμοὺς καὶ γέλωτας οὔτι φοβητέον. Cæterum *Toupius* in Emendatt. in Suidam P. 3. p. 436. ante δυνάμεθα excidisse putat particulam οὐ, vertit: *non possumus intelligere, quæ dicis; sunt enim nova* et ξενίζοντα, *quare rogamus, ut ea nobis explices*. Sed nulla emendatione opus est, cum vulgaris lectio commodum sensum fundat.

(20.) ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις τὰς ἀκοὰς ἡμῶν] *etenim nova quædam ad aures nostras attulisti*. Ξένος indicat eum, qui peregrinans ab alio excipitur, omninoque *peregrinum*, vel eum, qui hominem alius civitatis ad se venientem comiter excipit; sed quoniam peregrinis res singulares cujusque civitatis novæ et inusitatæ videri, suique admirationem injicere solent, τὰ ξένα

Digitized by Google

21 μεθ' οὖν γνῶναι τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι. (Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ
22 λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.) Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν

tropice dicuntur etiam *mira, inusitata, nova, ignota.* Suidas: ξένα, θαυμαστά. Etym. M. ξένος—σημαίνει καὶ τὸ θαυμαστόν, ὡς τὸ ξένον, καὶ παράδοξον. v. Sapient. xvi. 16. xix. 5. *Gatackerus* Adverss. Miscell. Posthum. c. 15. Aristotel. Polit. vii. 17. δεῖ τοῖς νέοις πάντα ποιεῖν ξένα τὰ φαῦλα, *opera danda est, ut omnia turpia adolescentibus sint ignota.* Sic quoque verbum ξενίζειν non modo notat, *hospitem, peregrinum esse;* Suidas: ἐξένιζεν· ἀντὶ τοῦ ξένος ἦν· *hospitio excipere aliquem:* Etym. M. ξενίζειν—καὶ τὸ ὑποδέχεσθαι ξένον. Xen. Cyr. vi. 2. 3. οἱ μὲν Ἰνδοὶ ξενισθέντες παρὰ Κύρῳ· add. Anab. vii. 3. 4. sed etiam tropice sumitur, ut sit: *rei novitate in admirationem adducere aliquem, obstupefacere,* ξενίζεσθαι, *novitate rei alicujus insolitæ perturbari.* Thom. M. ξενίζω, οὐ μόνον τὸ ξένον ὑποδέχομαι, ἀλλὰ καὶ ἐκπλήττω. Etymol. Mag. τὸ ξενίζω σημαίνει δύο· παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ τὸ ἐξενοδόκησα, παρὰ δὲ τοῖς ῥήτορσι τὸ θαυμάζω. Jamblich. V. Pythag. c. 19. μὴ ξενισθεὶς πρὸς τοῦτο, *minime rei insolentia commotus,* v. *Elsnerus, Kypkius* et *Krebsius* ad 1 Petr. iv. 4. *Suicerus* Thes. Eccl. T. ii. p. 440. Sic h. l. ξενίζοντα sunt, *quæ in admirationem rapiunt, quoniam sunt inaudita, nova, inusitata.* Hesych. ξενίζουσα· — καινή. Sequitur v. 21. καινότερον, præcessit καινὴ διδαχή. v. 19.—ἀκοὴ, *auris.* Pollux ii. 81. τὰ δὲ ὦτα, ἀκοαί. Xen. Mem. i. 4. 6. ἡ ἀκοὴ δέχεται πάσας φωνάς. Polyb. xv. 25. ψιθυρίσας πρὸς τὴν ἀκοήν. add. Eurip. Danaë, v. 49. βουλόμεθα οὖν γνῶναι κ. τ. λ.] *itaque cognoscere cupimus, quid hæc sibi velint,* quæ tu de Christo et resurrectione dixisti, accuratius cognoscere cupimus tuam doctrinam.

(21.) In memoriam revocat Lucas Theophile Atheniensium indolem. ἐπιδημοῦντες ξένοι] *peregrini inter eos versantes.* De usu verbi ἐπιδημεῖν dictum est ad ii. 10. εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν] *nulli rei magis vacant, student:* εὐκαιρεῖν, *vacare alicui rei, tempus rei impendere.* Gloss. vett. εὐκαιρῶ, *vaco;* εὐκαιρεῖ, *vacat.* Veteres Attici hoc verbo non usi sunt, sed Polybius excc. legat. 13. p. 548. T. ii. *Ern.* excc. Peiresc. 15. p. 52. T. iii. Plutarchus, Philo in Flacc. p. 969. E. aliique recentiores, v. *Kypkius* et *Lœsnerus* ad h. l. Moeris p. 145. εὐκαιρεῖν οὐδεὶς εἶρηκε τῶν παλαιῶν Ἕλληνες δί. Phrynichus p. 50. εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν. Thom. Mag. σχολὴν ἄγω, καὶ εὖ σχολῆς ἔχω, οὐ σχολάζω· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν πάνυ ἀδόκιμον, ubi v. *Oudendorpius.* Etym. M. p. 740. 50. *Sylb.* σχολὴ—ἣν οἱ πολλοὶ ἀπύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον· ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν Ἀττικοὶ σχολάζειν. Hinc recte *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 695. hoc verbum novum, a Macedonibus fictum putat. add. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alex. p. 169. ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον] *quam ut novi quid, vel dicant, vel audiant;* καινότερον comparativus vim habet positivi, quod frequens est in hac formula Theophr. Char. viii. 1. μὴ λέγεταί τι καινότερον; *num feratur quid novi?* Eurip. Orest. 1327. τί δὲ νεώτερον λέγεις; *quid novi dicis?* Xen. Mem. i. 1. 3. οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων. vid. *Gatackerus* de stilo N. T. c. 25. p. 132. et *Kypkius* ad h. l. De Atheniensium garrulitate, et curiositate nimia, seu studio novitatis intempestivo, quo vana quadam cupiditate inquirebant omnia, etiam ea, quæ sua nihil intererant, et scire laborabant, quicquid agebatur, tam publice, quam privatim, plures scriptorum veterum loci loquuntur. Thucyd. iii. 38. μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι. Schol. ταῦτα πρὸς τοὺς Ἀθηναίους αἰνίττεται, οὐδέν τι μελετῶντες, πλὴν λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινόν. Schol. ad Aristoph. Equit. 975. δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ, ἔνθα πολλοὶ συνήγοντο ξένοι καὶ πολῖται, καὶ ἐλεγοποίουν. Schol. ad Aristoph. Plut. 338. διαβάλλει τοὺς Ἀθηναίους, ὡς διημερεύοντας ἐπὶ τῶν κουρείων ἀργῶς. Ælian. H. V. v. 13. ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἀγχιστροφοι πρὸς νεωτερισμούς. Seneca ep. 94. *Alexander—qui quod cuique optimum est, eripuit, Lacedæmona servire jubet, Athenas tacere,* cf. *Wolfius* in Curis et *Wetstenius* ad h. l. Garrulitatis Atheniensium argumentum præbent etiam λέσχαι, loca publica, in quibus homines de plebe sedere, rumores captare et serere, et confabulari de rebus levibus et inanibus solebant. CCCLX tales λέσχας Athenis fuisse, ostendit *Meursius* in Athen. Att. p. 158. honestiores cives, adolescentuli inprimis, convenire solebant ad confabulandum in ἰατρεῖα, *medicinas,* tabernas medicantium, v. Ælian. H. V. iii. 7. ibique intpp. et κουρεῖα, *tonstrinas,* v. Æl. H. V. vi. 12. Plutarch. de garrul. p. 509. T. ii.

(22.) Sequitur nunc Pauli oratio in Areopago ad Athenienses habita, cujus summam Lucas memoriæ tradidit. Disserit Paulus in hac oratione, quæ sententiarum delectu, copia, et gravitate, verborumque pondere eminet, sapienter auditorum suorum ratione habita, de Deo vero, ejusque puriorem cultum commendat, et doctrinæ Jesu veritatem

Digitized by Google

μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Διερχόμενος γὰρ καὶ 23 ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε,

adserit. Auditorum benevolentiæ captandæ caussa et quo facilius doctrinam suam de Deo vero eorum animis insinuare posset, orationis initio Atheniensium pietatis studium laudat, atque commemorat, se urbem perambulantem, inter alia pietatis monumenta reperisse aram, Deo ignoto dicatam v. 22, 23. *Video*, inquit, *vos omni modo pietatis studiosos esse.* κατὰ πάντα] omni modo, v. *Wetstenius* ad h.l. δεισιδαιμονεστέρους] comparativus vim positivi habet, ut v. 21. (καινότερον) aliisque in locis pluribus. Vocabulum autem δεισιδαίμων, ut nomen δεισιδαιμονία duplici sensu adhiberi solet. Bono sensu δεισιδαιμονία notat, *religionem, pietatis studium*; et δεισιδαίμων, *religiosum, pium erga deos.* Hesychius: δεισιδαίμων, ὁ εὐσεβής. Suidas: θεοσεβής. Ita legitur δεισιδαίμων, ap. Xen. Cyr. iii. 3. 58. ubi præcedit θεοσεβῶς. Ages. xi. 8. Aristotel. de Rep. v. 11. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως—λὰν δεισιδαίμονα νομίζουσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα, καὶ φροντίζειν τῶν θεῶν. add. Joseph. Ant. x. 3. 2. Æl. H.V. v. 17. Act. xxv. 19. Malo sensu δεισιδαιμονία indicat: *superstitionem*, ut ap. Theophrast. Char. 16. ubi explicatur δειλία περὶ τὸ δαιμόνιον et δεισιδαίμων, *eum qui superstitiosus deos metuit, et deorum metu adductus, multa facit inepta et absurda*, Pollux i. 1. 21. εὐσεβὴς, θεῶν ἐπιμελὴς, ὁ δὲ ὑπερεπῶν, δεισιδαίμων καὶ δυσέβειος. Hesychius: δεισιδαίμων· ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης, ὁ εὐσεβὴς καὶ δειλὸς παρὰ θεοῖς. vid. *Elsnerus* ad Act. xxv. 19. et *Wetstenius* ad h.l. Jam vero quæritur, quo sensu h.l. δεισιδαίμων capiendum sit? *Beza, Calovius, Wolfius*, alii putant, Paulum hac voce notare voluisse Atheniensum superstitionem. Monent interpretes illi, comparativi formam τὸ nimium in quacunque re, quod justos limites transgrediatur, innuere. Sed hoc non pro perpetuo loquendi usu habendum est. Præterea parum probabile est, aut prudentiæ Pauli conveniens videtur, eum statim orationis initio cultum vanum et ineptum Atheniensium traducendo, exacerbare maluisse auditorum animos, quam laudando eorum religionis studium, captare eorum benevolentiam, quo eum attentis et benignis auribus audirent.

(23.) ἀναθεωρῶν] significat, *contemplari, diligenter inspicere*, v. *Münthius* ad h.l. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. xviii. 74. metaphorice, *diligenter perpendere*, v. Hebr. xiii. 7. Diod. Sic. p. 452. B. *Rhod.* Longin. de Sublim. vii. 3. τὰ σεβάσματα ὑμῶν.] Vulg. *simulacra vestra.* Syr. *templa vestra. Lud. de Dieu, Boltenius* explicant, *numina vestra*, ut sit id. qd. θεοί, quo significatu σέβασμα occurrit Sap. xiv. 20. xv. 17. Hist. Drac. v. 27. Sed latiori sensu σέβασμα indicat omnia quæ religionis caussa homines venerantur, omnia quæ cultui sacro inserviunt, templa, aras, statuas deorum etc. v. *Suiceri* Thes. Eccl. h. v. et *Koppius* ad 2 Thess. ii. 4. et hoc sensu in hac verborum complexione accipiendum est, cum mox commemoretur ara. Rectius ergo exprimitur, *sacra vestra.* εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπιγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ] *reperi aram, in qua scriptum erat: Deo ignoto.* Valde exercuit interpretum industriam ara Θεῷ ἀγνώστῳ dicata, quam Paulus Athenis se reperisse ait, vid. *Fabricii* Bibliographia antiquaria p. 296. *Wolfius* in Curis ad h.l. Præcipua autem difficultas in eo est, quod in scriptoribus Græciæ, inprimis Atheniensium reipublicæ antiquitatem spectantibus, quos ad illustrandum h.l. interpretes consuluerunt, plures aræ ἀγνώστοις Θεοῖς dicatæ commemorantur. Nam loci Luciani in Philopatride, ad quos nonnulli, veluti *Grotius, Olearius* in diss. de gestis Pauli in urbe Atheniens. 1706. 4. *Witsius* Meletem. Leidens. p. 84., alii, provocarunt, ut comprobarent Athenis extitisse aram, ἀγνώστῳ Θεῷ sacratam, nihil plane ad rem faciunt. Critias ibi (p. 466. ed. Basil. c. 9. p. 122. ed. *Gesner.*) ironice jurat per ignotum Athenis, τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις· et p. 485. c. 22. p. 203. *Gesn.* alter confabulator Triepho dictus, dialogum ita concludit: ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφιερόντες καὶ προσκυνήσαντες χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείνοντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν, *nos vero ignotum, qui est Athenis, a nobis inventum adorantes, manibus in cœlum sublatis, eidem gratias agemus.* Sed ut recte monuerunt *Eichhornius* in *Allgem. Bibliothek d. Bibl. Literatur* B. 3. p. 414. *Niemeyerus* interpretat. orat. Paulinæ Athenis in Areopago habitæ Act. xvii. 22 ss. Halæ 805. 4. alii, Lucianus his in locis more suo Pauli sermonem in ludibrium vertit, et ne verbo quidem se quoque ejusmodi aram Athenis vidisse asseverat. E reliquis scriptorum Græcorum locis allatis non nisi hoc consequitur, pluribus diis ignotis ab Atheniensibus aras fuisse dicatas. Pausanias Descript. Græciæ i. 1. p. 4. edit. *Kühn.* in Phalero portu Athenarum βωμοὺς fuisse

Digitized by Google

24 τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσ-

ait, θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων καὶ ἡρώων. Philostrat. Vit. Apollon. vi. 3. scribit: σωφρονίστερον περὶ πάντων θεῶν οὗ λέγειν, καὶ ταῦτα Ἀθήνησιν, οὗ καὶ ἀγνώστων θεῶν βωμοὶ ἵδρυνται· ubi ignotis diis statuuntur aræ. Est ergo utroque loco de pluribus diis sermo, neque e verbis laudatis sat clare patet, utrum aræ ἀγνώστοις Θεοῖς an ἀγνώστῳ Θεῷ inscriptæ fuerint. Laudarunt etiam locum Diog. Laërt. lib. 1. sect. 10. p. 78. ed. *Steph.* p. 71. ed. *Meibom.* qui tamen quoque ἀπροσδιόνυσος est. Laërtius ibi refert, Epimenidem pestem Athenis ortam compescuisse hunc in modum: λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον· κἀκεῖθεν εἶασιν ἰέναι οἷ βούλοιντο, προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἵνθα ἂν κατακλίνει αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ· καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακὸν· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἐστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς ἀνωνύμους, ὑπόμνημα τῆς τότε γενομένης ἐξιλάσεως· sumpsit oves nigro et candido vellere, duxitque in Areopagum, atque inde quo vellent abire permisit, his qui illas sequebantur mandans, ubicunque illæ recubuissent, singulas mactarent τῷ προσήκοντι θεῷ, atque in hunc modum quievit lues. *Ex eo jam hodie quoque per Atheniensium pagos βωμοὺς ἀνωνύμους aras sine nomine inveniri certum est.* H. l. non legitur ἀγνώστῳ Θεῷ, sed τῷ προσήκοντι θεῷ, quod explicant: deo ad quem hæc res pertinet, quive pestem avertendi potestatem habet, quisquis is tandem sit. Si altaria illa inscriptione ornata fuissent, ea haud dubie fuisset: τῷ προσήκοντι θεῷ. Sed βωμὸς ἀνώνυμος est ara, nulla plane inscriptione notata, ut recte monuit *Olearius* l. l. v. *Wolfius* ad h. l. Jam cum scriptores veteres, Athenis plures aras ignotis diis dicatas fuisse tradant: *Erasmus* ad h. l. *Clericus* Hist. Eccl. a. 52. p. 474. *Brodæus* Miscell. ii. 20. aliique plures statuerunt, Paulum numerum pluralem pro instituto suo mutasse in singularem. Cujus quidem sententiæ auctor fuit *Hieronymus* qui in Commentar. in ep. ad Titum i. 12. inscriptionem illam ita sibi lectam testatur: Θεοῖς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεοῖς ἀγνώστοις καὶ ξένοις. Verba ejus sunt: *Inscriptio aræ non ita erat ut Paulus asseruit:* ignoto Deo, *sed ita: Diis Asiæ,* et Europæ et Africæ, Diis ignotis et peregrinis. *Verum quia Paulus non pluribus Diis ignotis indigebat, sed uno tantum ignoto Deo, singulari verbo usus est, ut doceret, illum suum Deum esse, quem Athenienses in aræ titulo prænotassent, et recte eum scientes colere deberent, quem ignorantes venerabantur et nescire non poterant.* Contra vero recte monuerunt interpretes alii, hac locum nostrum explicandi ratione admissa, verbis Pauli, quibus Athenienses convincere tentabat, omne robur et pondus detrahi, utpote quæ adversarii falsitatis arguere potuissent, atque adeo statuunt, Athenis fuisse aras in plurium numero inscriptas, et unam quoque in singulari.—*Eichhornius* l. l. conjicit: plures fuisse Athenis aras antiquissimis temporibus exstructas, quibus ars scribendi aut plane ignota, aut minus usu recepta fuisset, quæ ergo nulla inscriptione notata essent. Has aras Athenienses; seriori ætate, ne numinis alicujus iram provocarent, non destruxisse, sed cum ignorarent, cuinam deo dicatæ fuissent, inscriptione eas notasse hac: Ἀγνώστῳ Θεῷ, Deo alicui ignoto, *einem unbekannten Gott* (non: τῷ ἀγνώστῳ Θεῷ, *dem unbekannten Gott*, vid. *Heumanus* ad h. l.). Ex pluribus aris, quibus singulis hæc inscriptio esset, non nisi unam Paulum vidisse, et cum ignoraret, plures isti similes esse exstructas, commemorasse hanc aram, ut ostenderet, se nihil insoliti et inauditi proponere, sed Deum suum in numero deorum ab ipsis jam cultorum reperiri. *Eichhornii* sententiæ subscripsit *Niemeyerus* l. l. Equidem arbitror fuisse Athenis plures aras, in quibus inscriptio hæc plurali numero notata fuerit, v. Pausan. Hieronym. l. l. cum etiam Pausanias v. 14. p. 412. tradat in Elide, ubi certamina Olympica peragebantur, juxta Jovis Olympici aram ἀγνώστων θεῶν βωμὸν positam fuisse, extitisse vero etiam puto Athenis unam aram hac inscriptione insignitam: Ἀγνώστῳ Θεῷ (quæ sane facilior est verborum interpretatio), etsi hoc non disertis verbis scriptores veteres memorarint, e silentio enim scriptorum nullum argumentum peti potest. Ara illa dicata fuerat ἀγνώστῳ θεῷ, ob beneficium acceptum, similemve caussam, cf. *Torkill. Baden* Diss. aræ Deo ignoto dicatæ caussas ex antiquissima religionis natura probabiliter esse repetendas contra Diog. Laërt. Havn. 1787. ubi inscriptio derivatur ex veteris ævi superstitione, quæ omnis numinibus repleverit, neque phænomena naturalia omnia nominibus justis compellare calluerit. Cæterum oleum et operam perdiderunt interpretes, qui indagare voluerunt, quemnam Athenienses per Deum ignotum intellexerint, quorum alii statuerunt eos sub hoc nomine coluisse Panem, alii Isidem, alii Jovam etc. vid. *Olearius* l. l. *Segers* Diss. de ara ignoti Dei. Regiomonti. 1710. 4. *Wolfius* ad h. l.

(24.) Ille Deus, quem vobis ignotum colitis, et recte quidem colitis, est cœli terræque creator, universi moderator, nec necesse est, ut ei pro δεισιδαιμονίᾳ vestra, templa exstruatis, non, ut vulgo de diis creditur,

Digitized by Google

μὲν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ· Οὐδὲ ὑπὸ 25 χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς 26 αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας [1]προτεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας

26. ~ προστεταγμένους.

in templis suum domicilium habet, ita ut ibi eximia quadam ratione præsens sit, ibi facilius preces exaudiat, natura tam immensa non includi potest templorum angustiis, nec sacrificiis indiget et donariis, iis non propitius redditur, ut de diis creditur, omnia enim quibus mortalium genus perfruitur bonis, ei tanquam nutritori debet. Opposita hæc erant, quæ de creatione universi dixit, placitis Epicuræorum, quæ de provida Dei rerum omnium cura disseruit Stoicorum et Epicuræorum decretis, quæ de sacrificiis, templis, creatione hominis monuit, opinionibus plebis, v. not. ad v. 18, 26. Eadem autem descriptio veri Dei, qua sejungitur a diis fictitiis, cum sit cœli terræque creator, universi moderator, frequenter etiam in scriptis Prophetarum et Psalmis occurrit, v. Ies. xlv. 6, 12, 15. xiii. 5. Amos. v. 8, 9. Ps. xcvi. 5. cxlvi. 6. cf. etiam Act. xiv. 15. οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ] *non inhabitat templa manu fabricata*, v. not. ad vii. 48. Minucius Felix Octav. c. 32. §. 1. *templum quod ei exstruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit? et cum homo laxius maneam inter unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? hostias et victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit, ut rejiciam ei suum munus?*

(25.) Ps. L. 8 sqq. Seneca ep. 95. *non quærit ministros Deus. Quidni? ipse humano generi ministrat, ubique et omnibus præsto est.* Id. de Benef. iv. 9. *Quoniam nec ille collato eget, nec nos ei quicquam conferre possumus.* 3 Macc. ii. 9. summus sacerdos de templo: ἡγίασας τὸν τόπον τοῦτον εἰς σὸν ὄνομά σου τῷ τῶν ἁπάντων ἀπροσδεοῦς, *sanctificasti tibi hunc locum nomini tuo, qui tamen nulla re indiges.* Alia loca similia congesserunt *Weistenius* et *Kypkius* ad h. l. θεραπεύειν, *colere, venerari.* Phavorinus: θεραπεύω· τὸ τιμῶ· speciatim adhibetur de *cultu Dei externo*, ut h. l. de sacrificiis, donariis, templis Xen. Cyr. vii. 2. 6. σοὶ (h. e. ὑπὸ σου) λέγεται πάνυ τιθεραπεῦσθαι ὁ Ἀπόλλων, nempe donis et sacrificiis. ib. viii. 1. 8. ἢν θεραπεύωσι τοὺς θεούς. add. Mem. i. 4. 13. Œcon. v. 20. προσδεόμενός τινος κ. τ. λ.] *quasi ulla re indigeat is, qui cunctis vitam, halitum, et omnia alia confert.* πᾶσι referendum ad homines, quorum ministerio non indigere Deus dicitur. ζωὴν, πνοὴν, Sir. xxx. 28. (al. xxxiii. 16.) ἕως ἔτι ζῆς καὶ πνοὴ ἐν σοί. H. l. ζωὴν καὶ πνοὴν, ut jam recte judicavit *Grotius*, per Hendiadyn dictum est pro πνοὴν ζωῆς *spiritum vitalem*, נשמת חיים Gen. ii. 7. quem locum Paulus respexisse videtur. Alexandrini ibi habent: ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Per τὰ πάντα intelliguntur omnia, quibus homo indiget, ad vitam sustentandam necessaria. Sed pro τὰ πάντα in aliis libris legitur κατὰ πάντα *ubique*, v. *Griesb.* quam lectionem *Millius* et *Matthæius* temere in ordinem receperunt. Nam non satis apparet, cur hoc adjiciatur, lectione autem καὶ πάντα admissa, quam optimæ notæ codd. tuentur, gravis sententia procedit, et sæpius librarii voces καὶ atque κατὰ inter se permutarunt, v. Xen. Cyr. vi. 2. 35. vii. 1. 12. Plato Soph. v. 7. Eurip. Phœn. 1759. Orest. 301. Schweighäuserus ad Polyb. iii. 23. 3. x. 12. 4.

(26.) *Instituit, ut ex uno sanguine (parente) omnes mortalium gentes ortæ, omnes terrarum regiones incolerent.* αἷμα] hominem semen, parentem, stirpem designat, v. not. ad Joh. i. 13. In codd. nonnullis vocabulum αἵματος deest. Nempe librarii omiserunt αἵματος, vel quod ἐνὸς et αἵματος in eandem syllabam desinunt (sæpe enim librarii omiserunt vocabula, si antecedentium et sequentium similis esset sonus, aut si præcedens et sequens vocabulum in eandem syllabam desinerent) vel, ut *Wolfius* suspicatur, quod αἵματος significationem, quam h. l. obtinet, ignorabant. Adscendit autem Paulus ad generis humani origines, atque docuit, ab uno homine derivandum esse genus humanum, ut sese opponeret opinioni et vanitati Atheniensium, qui se αὐτόχθονας et γηγενεῖς dicebant, se cum ipso solo, adeoque cum rerum natura simul ortos gloriabantur Aristoph. Vesp. 1071. ἐσμὲν ἡμεῖς— Ἀττικοὶ μόνοι δικαίως εὐγενεῖς αὐτόχθονες. Eurip. Ion. 29 sq.—ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεινῶν Ἀθηνῶν. add. Plato Menex. c. 7. Lucian. Philopseud. 3. Ἀθηναῖοι φασὶ, τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι,

Digitized by Google

27 τῆς κατοικίας αὐτῶν· Ζητεῖν τὸν [1] Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καί τοι γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου

27. ~ Θεόν.

καθάπερ τὰ λέχανα. Cic. pro Flacco c. 26. *Athenarum urbs vetustate ea est, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur.* add. Justin. ii. 6. cf. *Wetstenius* qui plures hanc in rem locos attulit. *Niemeyerus* l. l. p. 12. monet, cultioribus hanc opinionem non esse affingendam, eos sese αὐτόχθονας dixisse, quod non ex aliis demum regionibus in suas delati essent, easque more multorum aliorum populorum non ita pridem invasissent, sed jam inde ab antiquissimis temporibus incoluissent. Recte. Sed Paulum dicentem audiebant etiam homines plebeii et inculti. Post ἀνθρώπων nonnulli incisi notam ponunt, ut κατοικεῖν dictum sit pro ὥστε κατοικεῖν, *fecit ex uno sanguine omnes gentes, ut habitarent;* verum sic frigida sententia procedit, et cum totus versus Hebraismum redoleat, prævalet eorum sententia, qui cum *Vorstio* de Hebraism. N. T. p. 343. *Fisch.* jungenda putant verba ἐποίησε πᾶν ἔθνος ἀνθρ. κατοικεῖν *fecit, ut omnes gentes ex uno sanguine ortæ habitarent* etc. ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς על פני הארץ id. qd. ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς Luc. xxi. 35. i. e. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Vocabulum enim πρόσωπον ex Hebraismo redundat v. *Vorstius* l. l. Respexit autem Paulus locum Gen. xi. 8. ubi οἱ ο'. habent: διέσπειρεν ἀνθρώπους ὁ Κύριος ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς· et Deut. xxxii. 8. ubi in vers. Alex. legitur: διεμέριζεν Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, καὶ ἔστησεν ὅρια αὐτῶν. — ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς κ. τ. λ.] *definiens iis certa tempora, et certos regionum, quas incolerent terminos.* προστεταγμένους tempora *constituta* i. certa. Vulgaris lectio est προστεταγμένους, sed plurimi optimæ notæ libri habent προστεταγμένους, quam lectionem probarunt *Millius* Proleg. §. 629. *Bengelius*, al. et in ordinem receperunt *Griesbachius* atque *Matthæius*. Recte. Difficilior enim lectio est προστεταγμένα prop. *jussa, præscripta*, quam προστεταγμένα *ante constituta, præfinita*. Per τοὺς καιροὺς significantur certæ periodi, ætates populorum; per τὰς ἐροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν fines regionum quas incolunt. *Lud. de Dieu, Heinrichsius*, alii, per τοὺς καιροὺς et ἐροθεσίας τῆς κατοικίας intelligunt, vitæ cujusque homines limites, cum vita humana sæpius comparetur cum habitatione, domicilio, ut Gen. xlvii. 9. Sed hac sententia admissa, tautologia oritur, et non tam de singulorum hominum ætate, quam potius de singulorum populorum periodis, eorum flore et interitu, sermo est; confirmat præterea vulgarem interpretationem locus Deut. supra laudatus, quem Paulus respexit. κατοικία est *habitatio, commoratio*, quo significatu sæpius quoque in versione septuaginta virali recurrit v. *Bielii* Thes. h. v. et *Bretschneideri* Spicileg. Lexici in intpp. Grr. V. T. h. v.

(27.) Deus hæc suæ existentiæ et providentiæ documenta extare voluit, ut omnes mortalium gentes eum orbis terrarum conditorem et rectorem agnoscerent Rom. i. 19, 20. Sap. xiii. 4 sqq. Pro Κύριον in codd. nonnullis legitur Θεόν, quam lectionem in textum recepit *Griesbachius*. Sed Θεὸν glossema redolet, quod adscripserunt grammatici, quoniam Christus quoque in libris N. T. Κύριος nominatur, et v. 24. præcessit Θεός. Ante ζητεῖν omissum est ὥστε vel εἰς τό. Male *Boltenius* Infinitivum positum putat pro Imperativo. Formula ζητεῖν τὸν Κύριον, *Dominum quærere*, notat, studere cognitioni Dei veri, existentiæ et providentiæ divinæ documenta diligenter considerando. εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν κ. τ. λ.] Sensus est: ut ad rectam atque certam Dei cognitionem perveniant. Proprie autem verba sonant: *an forte eum* veluti *palpando reperirent*, certam existentiæ et providentiæ ipsius adipiscerentur *at vero* καί τοι γε (poterant eam adipisci) *haud procul est a quolibet nostrum remotus:* facile ab unoquoque potest agnosci. ψηλαφᾶν notat: *contrectare, manibus palpare*, v. LXX. Ies. lix. 10. Gen. xxvii. 12. Luc. xxiv. 39. Aristoph. Concionatr. 314. Nec tantum dicitur de iis quæ manibus palpantur, sed etiam de iis, quæ quocunque modo attinguntur, ita ut sit, sensu percipere aliquid, aut investigare quovis modo, v. *Kypkius* ad Hebr. xii. 18. Tacit. Ann. iii. 12. *oculis contrectare*. Cic. Tusc. iii. 15. *mente contrectare;* h. l. ψηλαφᾶν metaphorice adhibitum extat, ita, ut declaret, *certo et perspicue cognoscere*, atque ψηλαφήσειαν καὶ εὕροιεν, ut jam recte animadvertit *Grotius*, est Hendiadys, pro ψηλαφήσαντες εὕροιεν. Cæterum ψηλαφήσειαν Æolice positum est pro ψηλαφήσειεν, quæ Aoristi forma apud Atticos sæpius occurrit, v. *Schleusneri* Lex. h. v. et *Fischerus* Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr. Vol. ii. p. 386 sq. καί τοι γε] plerumque vertunt *quamquam*, sed orationis seriei convenientius redditur: *at vero, sed*, ut legitur ap. Æschin. Socr. iii. 12. Xen. Cyr. ii. 2. 10. Ages. i. 5. οὐ μακρὰν,] litotes, *prope*, ut v. 4. οὐκ ὀλίγαι. v. 12. οὐκ ὀλίγοι. In nobis ipsis manifesta sunt indicia auctoris et rectoris. Hæc, ut probe annotarunt *Michaëlis* et *Niemeyerus* ad h. l. non ad dogmaticam

Digitized by Google

ἡμῶν ὑπάρχοντα. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί 28
ἐσμεν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ

de Deo omnibus rebus præsente doctrinam, sed ad facultatem referenda sunt, quam sui cognoscendi unicuique animum in se ipsum convertendi præbeat.

(28.) ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καί ἐσμεν] *per eum enim vivimus, nos movemus, et sumus.* Omnia Deo debemus. Plautus Pœnulo v. 4. 14. *Juppiter, qui genus colis alisque hominum, Per quem vivimus vitalem ævum Quem penes spes vitæ sunt hominum omnium.* Alios locos similes attulerunt *Elsnerus* et *Pricæus* ad h. l. *Gataekerus* ad Antonin. iv. 23. v. 27. ἐν αὐτῷ Hebr. ב *per eum*, ejus vi et beneficio. Ad verba ζῶμεν κ. τ. λ. *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 95. monuit hæc: "tria quæ beneficio divino debemus, gradatim, et sic proponuntur, ut a perfectiori incipiens oratio, in minus perfecto terminetur; per Deum *vivimus beate ac hilare* (v. 1 Thess. iii. 8. *Kypkius* T. i. p. 270.), per ipsum movemus nos ac sumus. Ipsius beneficio non solum omnia, quæ ad vitam feliciter agendam pertinent (τὰ πάντα v. 25. 1 Tim. vi. 17. Act. xiv. 17.) sed etiam hoc debemus, quod nostræ vires, quarum usu ipsi aliquid ad felicitatem conferimus, durant, neque exspirant (πνοὴν v. 25.), imo quod ad vitam pervenimus." Mea vero sententia, oratio, a minus perfecto incipiens, adscendit ad majus perfectum. Dei beneficio ζῶμεν, *vivimus*, ei vitam debemus, κινούμεθα, *movemur*, s. potius, *nos movemus*, est enim Medium, v. *Dresigius* de Verbis Mediis i. 71. p. 310. Deo debemus vires nos movendi, vires agendi; ἐσμὲν Deo debemus hoc ipsum quod sumus (1 Cor. xv. 10.), quod homines, quod ratione præditi sumus. Verbum εἶναι non est cum aliis explicandum, *perdurare, vitam protrahere*, ut legitur Sap. i. 14. coll. 13. nec, *salvum esse*, ut illud adhibuit Demosth. in Orat. de Pace, v. *Vigerus* de Idiotism. Gr. Ling. v. 6. 14. p. 241. ed. *Herm.* sed indicat existentiam homini convenientem, in qua usus rationis elucet. Etenim Paulum innuere quandam similitudinem inter Deum et homines, propter rationis et mentis præstantiam, quam Horatius Sat. ii. 2. 79. *divinæ particulam auræ* nominat, verba v. 29. γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ—τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον, satis superque docent. Cæterum, ut omni tempore, utor verbis *Niemeyeri* ad h. l. extitit interpretum genus, quod philosophari mallet in interpretatione literarum sacrarum, quam sensum earum ex accurata linguarum scientia et reliquis justæ interpretationis præsidiis repetere, ita non mireris, si hanc quoque Apostoli sententiam detortam esse videas in Pantheismi, quod dicunt systema, quod Deum a mundo non discernit, sed substantiam infinitam et æternam, aut τὸ πᾶν, aut animam mundi esse censet. At vero quam diserte per totam orationem Apostolus conditorem a condito orbe, opificem ab opificio, gubernatorem et præsidem a rerum universitate sejunxerit, in aprico positum est. vid. et *Deylingius* Obss. Sacrr. P. 2. p. 365 ss. ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν κ. τ. λ.] *quare nonnulli poëtarum vestrorum dixerunt: ejus progenies sumus:* τινὲς τῶν καθ' ὑμ. ποιητῶν, i. e. τῶν ὑμετέρων ποιητῶν. Sæpius enim præpositio κατὰ periphrasi inseruit, quam in rem largam exemplorum copiam congessimus ad *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 191. Hemistichion τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν extat in Arati Phænomenis v. 5. (de Arato, Solensi, e Solis Ciliciæ civitate, ex aliorum sententia Tarsensi, v. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. iv. p. 87 sqq. ed. *Harlesii*), legitur vero etiam in Cleanthis hymno in Jovem v. 5. ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν. (De Cleanthe ex Asso, Lyciæ urbe, Zenonis Citiei, Stoicorum parentis discipulo, et in στοᾷ s. porticu Atheniensi successore, v. *Fabricii* Bibl. Gr. T. iii. p. 550. 553. extat ejus hymnus in *Heerenii* edit. Stobæi eclogarr. physicarr. n. 12. p. 30. et separatim editus est a *Sturzio*, Lips. 1785. 4. et *Cludio* Gottingæ, 1786. 8.). Eadem sententia etiam expressa est a Pindaro Nem. 6. ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος. Similes veterum locos collegerunt *Gatackerus* ad Marc. Anton. v. 21. xii. 1. *Raphelius, Elsnerus, Wolfius* et *Weistenius* ad h. l. Jam vero dissentiunt interpretes, num Paulus Aratum respexerit, an hunc et Cleanthem, an hos et alios in mente habuerit (sic *Michaëlis* ad h. l. *Einleit.* p. 163. ed. 4.) in quorum scriptis hæc verba invenerit. Cum vero in Arati Phænomenis hic versus iisdem legatur verbis, quibus Paulus usus est, cum eadem fere verba in Cleanthis hymno occurrant, cum Paulus non unius poëtæ, sed plurium mentionem fecerit, cum alias v. c. Tit. i. 12. ubi unius poëtæ, Epimenidis, verba attulit, unum tantum commemorarit, cum Cleanthes Athenis vixerit: omnino arbitror, hos poëtas Apostolum respexisse. Scite autem et prudenter Paulus, literarum Græcarum haud ignarus, v. 1 Cor. xv. 33. Tit. i. 12. *Michaëlis* l. l. *Henckius* ad *Paley* Horas Paulinas, *Beweis der Glaubwürdigkeit der Geschichte u. d. Ächtheit der Schriften des Ap. Paulus* p. 449 ss. doctrinam suam cum Atheniensibus agens, poëtarum Græcorum auctoritate confirmavit, ita, ut quæ de Jove dixerant, ad verum Deum

Digitized by Google

29 καὶ γένος ἐσμέν. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης
30 καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει
31 τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν. Διότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ

transferret, quo ostenderet, se nihil ab ipsorum scriptoribus diversum affirmare. Et sensus verborum: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, ex mente Pauli est: a Deo vero ortum habemus, nos creavit, eique ob rationis et mentis præstantiam similes sumus.

(29.) *Itaque cum Dei progenies simus, non debemus putare, auro, aut argento, aut lapidi, ope artis ingeniique humani cœlato et sculpto, numen divinum simile esse*, Ies. xxxvii. Cic. de legg. i. 8. *cumque alia, quibus cohærent homines, e mortali genere sumpserint, quæ fragilia essent et caduca; animum tamen esse ingeneratum a Deo, ex quo vere agnatio nobis cum cœlestibus, vel genus, vel stirps appellari potest.* Lucret. ii. 990. *Omnibus ille idem pater est—cœlesti sumus omnes semine oriundi.* Seneca, ep. 31. *Non potest ex auro aut argento imago Dei exprimi similis.* cf. et *Wetstenius* ad h. l. χάραγμα dicitur, *quicquid sculptum est et cœlatum*, ut simulacrum, statua, v. *Schleusneri* Lex. h. v. τὸ θεῖον, *numen divinum, Deus*, Xen. Ages. ii. 13. Mem. i. 4. 18. Joseph. Ant. xi. 6. 11. v. *Wetstenius* ad h. l. Sententia Apostoli hæc est: Nos naturæ viventes et intelligentes, a Deo creati eique similes, præstantiores sumus pretiosissimis et absolutissimis artis ingeniique humani monumentis, quanto igitur præstantior iis est Deus, qui ut pater et creator noster, nos ipsos natura et dignitate antecellit, neque adeo statua inanimata, ab artifice confecta, pro Deo coli potest ac debet.

(30.) Quamquam autem Deus tot ac tanta existentiæ et providentiæ suæ documenta extare voluit, neque sub artis humanæ figuris coli potest, tamen per longum tempus homines perversas de eo opiniones foverunt, nec eum rite coluerunt. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς κ. τ. λ.] Deus quidem tempora *ignorantiæ tulit, nunc vero omnibus hominibus ubique terrarum denuntiat, ut animum emendent.* χρόνους τῆς ἀγνοίας, tempora ignorationis veri Dei, et cultus divini. Verbum ὑπεριδεῖν proprie significat: *non animadvertere, übersehen, prætermittere aliquid.* Hoc cum facere soleant ii, qui rem aliquam incurie et negligenter tractant, indicat quoque, *negligere, non curare.* Tob. iv. 3. καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν μητέρα σου, *noli negligere matrem tuam, curam illius habe.* Sir. xxxv. 14. οὐ μὴ ὑπερίδῃ ἱκετείαν ὀρφανοῦ, *non negligit preces orphani.* Deut. iii. 26. ὑπερείδε Κύριος ἐμὲ ἕνεκεν ὑμῶν, καὶ οὐκ εἰσήκουσέ μου, *neglexit me Dominus propter vos, et non exaudivit me.* Jam cum negligantur plerumque ii, qui contemnuntur: ὑπεριδεῖν significat etiam, *contemnere.* Suidas: ὑπεριδεῖν· τὸ καταφρονῆσαι. Hesychius: ὑπεριδεῖ· καταφρονεῖ. Xen. Ages. viii. 4. ὑπεριδεῖν τὴν βασιλέως ξενίαν. Antonin. v. 31. πόσων ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπεριδεῖς. Philo, lib. iii. Alleg. p. 1096. A. ὑπεριδὼν τὸν υἱὸν τὸν πρωτότοκον τῆς μισουμένης. vid. *Lœnerus* et *Wetstenius* ad h. l. Levit. xxvi. 40. παρίδωσαν καὶ ὑπερίδόν με, *transgressi sunt et contempserunt me*, ubi in textu Hebraico legitur verbum מאס. Sed ὑπεριδεῖν non tantum usurpatur de iis, qui negligentes et incurii aliquid non vident, verum etiam de iis, qui aliquid de industria videre nolunt, qui ita se gerunt, ac si aliquid non animadvertant, ut Deut. xxii. 3, 4. Lev. xx. 4. Ps. liv. 1. ubi respondet Hebraico, התעלם *occultare oculos ab aliquo, quin videas*, et התעלם *occultare se*; hinc ὑπεριδεῖν inter alia notat, *permittere, ferre, pati*, ut παρορᾶν, vid. *Fischerus* Ind. Palæph. s. v. παρορᾶν, et sic h. l. reddi debet: *tempora ignorantiæ concessit, permisit, tulit Deus*, ut Act. xiv. 16. legitur: εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. De verbo μετανοεῖν v. not. ad Matth. iii. 2. h. l. valet, errores corrigere de Deo et cultu divino, Act. xiv. 15. τανῦν opponitur τοῖς χρόνοις ἀγνοίας.

(31.) Et quia clariore luce jam Deus hominibus imbuit, nolite spernere has cohortationes, et notitiam vobis oblatam, reposcet enim Deus rationem ab iis, quibus ea contigit, usurpatæ meliofis notitiæ. *Nam constituit diem, quo juste orbem terrarum judicaturus est, per virum quem ei rei destinavit, cui concreditæ hæc potestatis fidem fecit, eo quod in vitam eundem revocavit:* ἡμέρα est tempus judicii extremi, nam diserte additum legitur: ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην, et aliis quoque in locis Christus dicitur judex mortuorum, et viventium Act. x. 42. Joh. v. 25. Rom. ii. 16. *Œrtelius* in *Christologie* T. ii. p. 699. et *Stangius* in *Theolog. Symmikt.* B. 3. n. 7. ἡμέρα explicant de tempore, quo Jesus his in terris vixit, et, ἐν δικαιοσύνῃ, vera sua doctrina, ἔκρινε, confutavit errores. Cui interpretationi et usus loquendi, et orationis se-

Digitized by Google

ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.
Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ 32
εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου. Καὶ οὕτως ὁ 33
Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν. Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες 34
αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ
γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

ΚΕΦ. ιη'.

Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν

ries, et loci supra allati, adversantur. τὴν οἰκουμένην id. qd. πάντας ἀνθρώπους πανταχοῦ v. 30. ἐν δικαιοσύνῃ pro δικαίως, *juste*. ᾧ ὥρισε pro ὃν ὥρισε, v. ad Marc. vii. 13. Verba πίστιν παρασχὼν πᾶσι haud pauci interpretati sunt: *omnibus notitiam præbens doctrinæ divinæ*, vel, *copiam faciens omnibus fiduciæ Christi*, repugnante tamen usu loquendi et orationis serie, ut accurate demonstrarunt *Raphelius* Obss. Polybb. *Kypkius*, *Krebsius*, *Læsnerus* ad h. l. et *Fischerus* Prolusc. de vitiis Lexx. N. T. p. 36 sqq. Etenim πίστιν παρέχειν denotat: *fidem facere, argumenta ad rem probandam proferre, confirmare*. Polybb. iv. 33. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν πάλαι τὰ τελευταῖα μετὰ τὸν Μεγάλης πόλεως καὶ Μεσσήνης συνοικισμὸν, ἱκανὴν ἂν παράσχῃ πίστιν τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις· *sed, ut taceamus hæc antiqua, novissima quæ contigerunt post Megalopoleos et Messenæ instaurationem, satis, quod dicebamus, confirmat*. Joseph. Ant. ii. 9. 4. τοῖς μέντοι προκατηγγελμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ πίστιν ὁ τοκετὸς τῆς γυναικὸς παρεῖχε· *his tamen, quæ pronuntiata a Deo erant, fidem fecit* (ea confirmavit) *mulieris partus*. Vocabulum πίστις sæpius de *argumento* dici, pluribus exemplis luculentis e Philone et Diodoro Siculo desumptis probarunt *Münthius* et *Raphelius* ad h. l. Sensus igitur est: Deus hominibus de judicio a Christo exercendo fidem fecit eo, quod ipsum jussit ab inferis redire, vid. Rom. i. 4.

(32—34.) *Audita autem mentione mortuorum resurrectionis*, interpellabant oratorem philosophi, *alii irridebant* (ἐχλεύαζον, vid. ad v. 19.), *alii dicebant, audiemus te alio tempore de hac re*. Verbis: ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου, ut recte, mea sententia, judicavit *Heinrichsius* ad h. l. non exprimitur plura audiendi desiderium, imo nausea et tædium, quod oratorem finem loquendi facere cupiebat, neque tamen violenter et rustice silentium imponere volebat, cf. not. ad v. 19. *Beza* tamen aliique interpretes putant, eos qui hæc dixissent, ancipiti fuisse animo, et plura audire voluisse. (34.) τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ κ. τ. λ.] *aliquot autem viri se ei adjunxerunt, et Christi doctrinam amplexi sunt, in quibus fuit Dionysius Areopagita, et fœmina Damaris nomine, et alii quidam cum ipsis*. De verbo κολλᾶσθαι vid. ad v. 13. Ἀρεοπαγίτης, vid. ad v. 19. γυνὴ nonnulli vertunt: *uxor ejus*, sed non legitur, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Pro Δάμαρις, cum hoc nomen nusquam deprehenderint in veterum scriptis, *Grotius* et *Hemsterhusius* (vid. Selecta e scholis *Valckenarii* ad h. l.) legi malebant: Δάμαλις, *juvenca*, quod nomen extat in Anthologia iii. 12. et Inscriptionibus *Gruteri* p. 935. 947. Sed omnes codd. exhibent Δάμαρις, et ut *Wolfius*, præeunte *Oleario*, ad h. l. observavit, solent Græci frequenter literas ρ et λ permutare, ut adeo δάμαρις sit id. qd. δάμαλις, vid. schol. ad Apollon. Argon. i. 308. Cæterum Damaris illa, fœmina nobilis fuisse videtur.

CAP. XVIII.

(1.) Paulus, relictis Athenis, Corinthum se contulit, ibi reperit Aquilam, qui Roma pulsus, cum uxore Priscilla, in hanc urbem secesserat. Aquilæ, qui σκηνοποιὸς erat, Paulus laboris socium se adjungit, ac domicilium in iisdem ædibus collocat, in quibus ille officinam instituerat 1—5. Adveniunt ex Macedonia Silas et Timotheus v. 5. Paulus, cum Corinthi per unum et dimidium annum commoratus esset v. 11. et doctrinam Christi, etsi ei pertinaciter repugnarent Judæi v. 6. ab Aquila et Priscilla adjutus Rom. xvi. 3. infra v. 18. felici successu gentilibus tradidisset v. 6. iter per Syriam v. 18. Cæsaream [et Hierosolymam v. 21. ubi v.] pergit v. 22. inde petit Antiochiam v. 22, peragrat deinceps Galatiam et Phrygiam v. 23. ac tandem Ephesum redit c. xix. 1. ubi Aquilam et Priscillam reliquerat, qui eum in Syriam proficiscentem comitati erant v. 18. Ephesi interea Apollos, ab Aquila et Priscilla accuratius doctrinam Christi edoctus, hanc ipsam doctrinam prædicaverat v. 25 sqq.—*Corinthus* Achaiæ metropolis, inter duo maria, Ægeum et Ionium, sita, unde *bimaris Corinthus* dicitur Horat. Carm.

Digitized by Google

2 εἰς Κόρινθον. Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης,) προσ-

i. 7. 2. Ovid. Heroidd. xii. 27. portus habebat duo, ad navium stationes aptissimos, alterum occidentalem, Lechæum, versus Italiam, alterum orientalem, Cenchræensem (v. 18.), versus regiones Asiaticas, v. Strabo lib. viii. p. 261 ss. ed. *Casaub.* Pausan. Achaic. c. 16. Celebrabantur ibi, conventu totius Græciæ (Curt. iv. 5.) ludi Isthmici, ultra Hadriani tempora, v. Pausan. Corinth. c. 1. 2. Bello Achaico a Lucio Mummio dirutam Flor. ii. 16. Plin. H. N. xxxiv. 2. xxxv. 5. centum annos post Julius Cæsar, deductis illuc libertinis quam plurimis, v. Pausan. Strabo l. l. restituit, et brevi tempore pristinum splendorem recuperavit, ita, ut propter civium opulentissimorum copiam, et artium studium, inter reliquas Græciæ civitates principatum teneret. Quam in rem luculentissima extant scriptorum veterum testimonia, nominatim Ciceronis, qui eam in Orat. pro lege Manil. c. 5. *totius Græciæ lumen;* Flori ii. 16. 1. qui, *Achaiæ caput, Græciæ decus* appellat; Strabonis, qui lib. viii. p. 263. scribit: ἡ μὲν οὖν πόλις τῶν Κορινθίων μεγάλη τε καὶ πλουσία διαπαντὸς ὑπῆρξεν, ἀνδρῶν τε ηὐτόρηκεν ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικὰ καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς· *fuit Corinthus urbs magna semperque dives, copiamque tulit virorum et ad res civiles tractandas idoneorum et ad artificia exercenda.* add. Aristides Orat. in Neptun. Opp. T. i. p. 23. ed. *Oxon.* 1722. 4.

(2.) καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει] *deprehendit ibi Judæum quendam, nomine Aquilam, patria Ponticum.* Ἀκύλας nomen Latinum, *Aquila* Cic. Fam. x. 33. Sueton. V. Cæs. 78. al. addita terminatione Græca. Solebant Judæi illorum temporum inter gentiles versantes, nomina gentilium assumere, vel nomina Judaica immutare, vid. *Grotius* ad Act. xiii. 9. *Barthius* Adversar. vii. 4. Hunc Aquilam non esse confundendum cum eo, cujus Græcæ V. T. versionis fragmenta extant, etiam Pontico genere, multo minus cum Onkeloso paraphraste Chaldæo (עקילס et אונקלוס inter se permixtis) jam *Koppius* monuit ad Rom. xvi. 3. Mercaturæ caussa Aquila se Romam contulerat, eum opulentum fuisse inde colligitur, quod Romæ et Ephesi in ædibus ipsius Christiani convenire solebant, Rom. xvi. 5. 1 Cor. xvi. 19. v. *Michaëlis* ad h. l. Utrum a Paulo, an Romæ jam ad cœtum Christianorum adductus fuerit, incertum quidem est, sed posterius probabilius videtur. Quodsi enim Aquila homo de Paulo et re Christiana præclare meritus, Paulo ipso duce ad Christi signa se contulisset, id haud dubie scriptor commemorare non omisisset, cum infra v. 7, 8. alios Judæos a Paulo ad sacra Christiana perductos diserte memorarit. Præterea formula προσῆλθεν αὐτοῖς amicum accessum magis, quam primam doctrinæ Christianæ prædicationem declarat. Extabat autem jam illo tempore Romæ cœtus Christianorum, cujus primordia ex plurimorum interpretum sententia repetenda sunt a Romanis qui festo Pentecostes inaugurationi Apostolorum interfuerant, Act. ii. 10. ex aliorum sententia a Judæis Christi asseclis, qui Romam mercaturæ faciundæ caussa profecti erant. v. *Bœhmius* Comment. in ep. ad Rom. præparat. p. 37. Ἰουδαῖον gentem, non religionem, designat. Ποντικὸν τῷ γένει natione, patria, Marc. vii. 26. infra v. 24. in Ponto multi Judæi, 1 Petr. i. 1. Act. ii. 9. πρόσφατος ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας] *qui nuper ex Italia venerat:* πρόσφατος propr. indicat *recens occisum.* Quod recentiores Græci σφάζειν, *mactare,* veteres scribebant φάειν vel φάζειν, unde φατὸς, *cæsus,* et inde compositum πρόσφατος, *recens occisus.* Etym. M. πρόσφατον· κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου εἴρηται, ἐκ τοῦ φῶ, τὸ φονεύω. Cadaver hominis *nuperrime mortui* dicitur πρόσφατος νεκρὸς ap. Phrynichum p. 164. add. Hom. Il. ω'. 757. Generatim autem notat *omne, quod est recens, novum, inusitatum,* et adverbium πρόσφατος, *nuper, recenter.* Hesychius: πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γενόμενον, νέον, νεαρόν. Suidas: πρόσφατος, ἀντὶ τοῦ νεωστί. Sic Pindar. Pyth. Od. 4. vers. ult. πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθεὶς, *Thebis nuper hospitio exceptus.* Schol. ἀρτίως ἐπιξενωθείς. Sir. ix. 10. ubi ei opponitur ἀρχαῖος. Hebr. x. 20. ὁδὸς πρόσφατος. Diod. Sic. p. 211. D. πρόσφατος ἀρχὴ, *recens initium.* Polyb. v. 64. προσφάτως ἐκ τῆς Ἑλλάδος διαβεβηκότες. Diod. Sic. p. 229. D. προσφάτως καθ' ἀνθρώπους εὑρημένον, *recens inter homines inventum.* add. 2 Macc. xiv. 36. Judith. iv. 3. vid. *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. Πρίσκιλλα, Rom. xvi. 3. 1 Cor. xvi. 19. nomen Latinum, et quidem diminutivum a *Prisca,* ut vocatur 2 Tim. iv. 19. Antiquitus enim nomina, inprimis fœminarum, modo simpliciter, modo in diminutivo enuntiabantur, ut *Terentilla, Quintilla, Primilla, Claudilla, Marullus, Catullus,* nomina vera fuere *Terentia, Quinta, Prima, Claudia, Marius, Catius*, v. *Casaubonus* ad

Digitized by Google

ἦλθεν αὐτοῖς· Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' 3
αὐτοῖς, καὶ ἠργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.

Suet. Aug. c. 69. διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον κ. τ. λ.] *quoniam Claudius omnes Judæos edicto Roma exegerat.* Hujus edicti meminit quoque Suetonius V. Claud. c. 25. verba sunt: *Judæos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.* Per *Chrestum* a Suetonio memoratum interpretes plures intelligunt Judæum quendam Græciensem, sive peregrinum, sive libertinum (cum hoc nomine frequenter libertini in inscriptionibus occurrant), qui rebellionis, qualiscunque fuerit, auctor extiterit, Judæorum credulitate et ingenio, ad res novas moliendas proclivi, in rem suam abusum, v. *Wolfius* ad h. l. et interpp. ad Sueton. l. l. Equidem tamen interpretibus iis adstipulor, qui apud Suetonium de *Christo* (quem *Chrestum* appellarit) sermonem esse statuunt, ut adeo scriptoris verba capienda sint, de dissensionibus inter Judæos atque Christianos, et turbis, quibus doctrina Christi occasionem dederit. Scilicet ex Actis Apostolorum satis constat, Judæos frequenter in urbibus Græciæ tumultus excitasse, ut Apostolis doctrinam Christi tradentibus molestias crearent. Idem illi fecere Romæ; hinc turbæ istæ assiduæ, quibus Claudius, homo suspicax, v. Sueton. V. Claud. c. 37. edicto illo finem imponere volebat. Cum Judæis expellebantur quoque Christiani, nam hos omnes Romani veteres eodem ordine diu habuerunt. Nec mirandum *Christum* a Suetonio dictum fuisse *Chrestum.* Græci enim et Romani *Chrestos* multos, inprimis servos, dici norant nomine proprio; *Christos* vero nullos, non erat hoc appellativum iis sub proprii forma usitatum, hinc pronuntiabant *Chrestus* et *Chrestianus.* Tertullian. Apolog. adv. Gentes c. 3. *Cum perperam Chrestianus pronuntiatur a vobis* (*nam nec nominis est certa notitia penes vos*) *de suavitate vel benignitate compositum est* (Nam χρηστὸς est benignus). Lactant. Instit. iv. 7. 5. *Sed exponenda hujus nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui enim immutata litera Chrestum solent dicere* etc. ubi v. interpp. "Neque est, ut Suetonium miremur, gentilem hominem, *Judæorum* nomine etiam *Christianos* complectentem, aut *Christum* ipsum (quem per errorem *Chrestum* vocat) turbarum istarum *auctorem* s. *impulsorem* perhibentem. Veram ille tumultuum caussam (nec mirum) ignorabat, incertoque obsequebatur rumori. Accidit ei, quod aliis sæpe scriptoribus, de Judæorum rebus, præsertim quæ religionem spectant, non tam loquentibus, quam balbutientibus." *Wassenberghius* ad Selecta e scholis *Valckenarii* p. 554. cf. etiam *Heumanus* ad h. l. ejusque Sylloge Dissertatt. p. 536 sqq. *Rossalius* Obss. de Christo per errorem in Chrestum commutato, Groning. 1717. 8. qui commutationem ex παυσοφωνίᾳ literarum ι et η, minus recte repetit. Cæterum non diu edictum illud auctoritatem suam servasse, docet locus Act. xxviii. 15 ss. etiam Aquila et Priscilla Romam redierunt, v. Rom. xvi. 3.

(3.) προσῆλθεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι κ. τ. λ.] *eos adiit; et quoniam idem tractabat opificium, mansit apud eos, et cum iis opus fecit.* ὁμότεχνος dicitur *is, qui eandem artem exercet, idem opificium tractat,* v. Herodo. ii. 89. Maxim. Tyr. Diss. 19. (vulgo 3.) p. 378. ed. *Reisk. Raphelius* Herodo. et *Wetstenius* ad h. l. Paulo propositum erat Corinthi diutius commorari, cum in hac urbe amplissima, quæ commerciorum caussa maxime frequentari soleret, doctrinæ salutaris quam tradebat largissimum fructum sibi polliceri posset. Ne vero cuiquam gravis ac molestus esset, et ut haberet, unde honeste viveret, artem exercebat. Erat autem etiam Judæorum magistris in more positum, ut cum studio legis, opificium aliquod conjungerent. Maimonid. in Tract. Talmud. Tora, c. 1. §. 9. *sapientes plurimi artem aliquam fecerunt, ne aliorum beneficentia indigerent,* cf. et 1 Thess. ii. 9. 2 Thess. iii. 8. ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ (κατὰ) τὴν τέχνην] *erant quippe tentoriorum opifices.* Variæ sunt interpretum sententiæ de vi ac potestate vocabuli σκηνοποιός. a) *Lutherus* vertit: *Teppichmacher; Morus,* alii, *Decken-, Matten-, Matratzenweber, die man zu Zelten gebrauchen kann;* qui conficit aulæa, stragulas. b) *Michaëlis* in *Einleitung in d. N. T.* §. 216. putat, Paulum et Aquilam instrumentorum artificiosorum fabricatores (*Kunstinstrumentenmacher*), et Aquilam etiam mercatorem ejusmodi instrumentorum fuisse, quale autem instrumentorum genus intelligendum sit, definiri non posse. Provocat ad Polluc. 7. §. 189. ubi legitur: τοὺς δὲ μηχανοποιοὺς καὶ σκηνοποιοὺς, ἡ παλαιὰ κωμῳδία ὀνόμαζε. Sed ut scienter monuit *Hugius* in *Einleitg. in d. N. T.* Th. ii. p. 213. apud Pollucem sermo est de machinis, quibus in theatris uti solebant, ejusmodi vero machinas Paulum confecisse, parum probabile est. c) Ex *Ludovici de Dieu,* aliorumque sententia, vid. *Wolfius* ad h. l. σκηνοποιὸς dicitur, qui conficit ex corio, quæ conficere solent ephippiarii, ephippiarius, *ein Sattler, Lederarbeiter,* cum in Cilicia, Pauli patria, optimæ notæ coria, ad tentoriorum inprimis usum (Cæs. B. G. iii. 29. Flor. i. 12. 8. Liv. v. 2.) præpararentur, v. *Walchii* Diss. inscripta: Antiquitates Corinthiacæ, Jen. 1761.

Digitized by Google

4 Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ
5 τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μα-
κεδονίας ὅ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι
ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

5. ~ Λόγῳ.

4. p.12. d) *Rosenmüllero, Dindorfio, Schleusnero* Lex. h. v. aliis, σκηνοποιὸς est, fabricator tabernaculorum, qui conficit tentoria minora portatilia, ex corio, aut ex alia materia, quibus utebantur viatores in terris orientalibus, solis æstui maxime expositis, ob raritatem deversoriorum. e) *Hugius* l. l. cujus sententia arrisit etiam *Eichhornio* in *Einleitung in d. N. T.* Th. iii. B. 1. p. 9. statuit, nomine σκηνοποιὸς indicari textorem, panni fabricatorem, e quo tentoria conficiebantur, *ein Gezelttuchmacher*. Ad hanc sententiam comprobandam monuit, Ciliciam, Pauli patriam, refertam fuisse hircis et capris villosis (*zottig und rauhhaarig*), eorumque villis Cilices usos esse ad conficiendum pannum, *Cilicium* inde dictum. Suidas: Κίλικος τράγος· ὁ δασύς· τοιοῦτοι γὰρ ἐν Κιλικίᾳ γίνονται τράγοι, ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντιθέμενα Κιλίκια καλοῦνται. add. Hesych. *Salmasius* in Solin. p. 347. Hoc panno usos esse milites, nautas, Nomadas, ad tentoria conficienda, v. Vegetius de re mil. iv. 6. Plin. H. N. vi. 28. *Nomades, infestatoresque Chaldæorum scenitæ—et ipsi vagi, sed a tabernaculis cognominati, quæ* ciliciis *metantur, ubi libuit.* Solin. 33. *Scenitæ caussam nominis inde ducunt, quod tentoriis succedunt, nec alias domos habeant, ipsa autem tentoria* cilicina *sunt, ita nuncupantur velamenta caprarum pilis texta.* Nititur hæc sententia eo, quod Cilicia Pauli patria fuit. *Bertholdtius* vero in *Einleitung in d. A. u. N. T.* Th. v. p. 2699. contra monuit, Paulum exercuisse artem etiam in iis oppidis, in quibus pannus ex villis non conficeretur. Simplicissima et verissima, meo judicio, vocabuli σκηνοποιὸς interpretatio est: *tentoriorum fabricator, Zeltmacher*, ut designetur is, qui e quavis materia tentoria conficit. Hæc interpretatio confirmatur auctoritate Vulgati etiam (*erant autem scenofactoriæ artis*) et Syri interpretis.

(4.) διελέγετο δὲ—καὶ Ἕλληνας] *disserebat autem singulis sabbatis in synagoga, et Judæos pariter atque Græcos edocebat.* Etiam Corinthi ea Paulo docendi ratio erat, ut a Judæis exordium faceret, v. xiii. 46. ἔπειθε, *docebat*; bene *Reichardus* sensum expressit: *eos ad religionem Christianam studebat præparare.* Etenim cum v. 6. legatur, Paulum post Silæ et Timothei adventum Jesum Messiam esse docuisse, et tum ei Judæos sese opposuisse; in promptu est, Apostolum initio hanc doctrinam in synagoga non proposuisse, sed auditores suos tantum ad religionem Christianam præparasse, ita, ut verba faceret de beneficiis a Deo populo Judaico exhibitis, de promissionibus ei datis, de oraculis Messianis etc. v. xiii. 16 sqq. ut doceret, etiam gentilibus viam ad veram felicitatem patere etc. Quæ ex Aquila audiverat Paulus de Judæorum Corinthiorum cogitandi et sentiendi ratione, eum adducebant, ut, priusquam eos Jesum Messiam esse edoceret, animos eorum sibi conciliare studeret. Potest etiam verbum ἔπειθε reddi: *eos in suas partes trahebat, sibi conciliabat*, v. not. ad Matth. xxviii. 14. Act. xii. 20. *Borgerus* ad Gal. i. 10. p. 93. Hanc explicandi rationem secutus est *Heumanus*, qui vertit: *sie hatten an seiner Rede und Lehre Gefallen.* Ἕλληνες non sunt gentiles, sed proselyti portæ xvii. 17. διελέγετο ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις. cf. infra v. 6. et not. ad xiv. 1.

(5.) ὡς δὲ κατῆλθον—Τιμόθεος, *cum e Macedonia Silas et Timotheus advenissent*, v. ad xvii. 14. συνείχετο τῷ λόγῳ ὁ Παῦλος κ.τ.λ.] Vulgaris lectio est: συνείχετο τῷ Πνεύματι. Jam cum συνέχεσθαι inter alia notet: *angi, mærore corripi*, v. Luc. xii. 50. not. ad Matth. iv. 24.: plures interpretes, tanquam *Hammondus, Millius*, Proleg. §. 804. *Wolfius*, alii, hæc verba explanant: *angebatur Paulus animo, dum docebat Judæos, Jesum esse Messiam*, cum nimirum apud eos nihil plane proficeret, coll. v. 6. Huic vero interpretationi contextus adversatur. Sed verbum συνέχειν significat etiam, *incitare, urgere*, ut 2 Cor. v. 14. ubi Chrysostomus verba: ἡ ἀγάπη συνέχει ὑμᾶς explicat: ἡ ἀγάπη οὐκ ἐφίησιν ἡσυχάζειν με, amor me urget, me non sinit quiescere. Hinc *Beza, Pricæus, Boltenius, Pfeissius* (*Uebersetzung d. N. T.*), alii, hunc verbis substituunt sensum: intus et apud se æstuabat præ zeli ardore, *er empfand einen ausserordentlichen Geistesdrang.* Act. xx. 22. de Spiritu Sancto Πνεῦμα *Rosenmüllerus* accipit, eodem fere sensu, *plenus divino Spiritu agitabatur*, omnes vires in eo intendebat, *non potuit se continere*, διαμαρτύρεσθαι κ.τ.λ. Equidem *Bezæ* ejusque sequacium formulæ συνείχετο τῷ πνεύματι interpretationem admitterem, ni optimorum codd. et versionum plurium auctoritate, cum *Griesbachio*, aliis, pro πνεύματι, quod e v. 25. in hunc locum translatum esse videtur, rescribendum esset λόγῳ, quæ lectio difficilior

Digitized by Google

Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος 6
τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
ὑμῶν· καθαρὸς ἐγώ, ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.
Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Ἰούστου, 7
σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.

est. Verum etiam interpretes ii, qui hanc lectionem præoptandam putant, in ea explicanda variant. *Morus* vertit: angebatur propter doctrinam, *sein Unterricht machte ihm veil Angst und Sorge. Heinrichsius:* incitabatur doctrina a se promulganda. Durius. Verissima et orationis seriei convenientissima interpretatio mihi videtur ea esse, quam præivit Vulgatus: *instabat verbo.* Nempe συνίχεσθαι denotat quoque, *teneri, occupari aliqua re:* Sap. xvii. 20. κόσμος ἀνεμποδίστως συνίχετο ἔργοις, *mundus sine impedimento negotiis suis erat occupatus.* Herodi. i. 17. 22. συνιχόμενος ἡδοναῖς, *tenetur voluptatibus.* Æl. H. V. xiv. 22. συνίχεσθαι ὀδυρμῷ, *lamentationibus indulgere.* Hac notione verbi admissa sensus est: cum advenissent, quos Paulus, qui vim unitam fortiorem esse sciret, in tradenda doctrina Christiana adjutores exspectaverat, quibus ei in tam ampla urbe opus erat: operam navabat l. navare incipiebat doctrinæ Christianæ, et Jesum Messiam esse, Judæis demonstrabat. Χριστὸν Ἰησοῦν Messiam, nempe, Jesum, ut v. 28. xix. 4.

(6.) ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων] *cum autem hi se opponerent, etiam convitiis additis:* ἀντιτάσσεσθαι proprie valet, *in acie stare contra hostem,* Xen. Ages. ii. 6. ἀντιτεταγμένους ἱππεῖς Θηβαίους. add. Xen. Anab. v. 4. 12. Arrian. Exped. ii. 7. Diod. Sic. p. 42 D. Eurip. Heraclid. 801. deinde omnino notat, *opponere se, resistere,* Hesych. ἀντιτάσσεται· ἀντίκειται, cf. *Elsnerus* ad h. l. etiam verbis, ut sit, *contradicere* id. qd. ἀντιλέγειν, ut ap. Diod. Sic. p. 367. D. et h. l. ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια κ. τ. λ.] *excussis vestimentis dixit: perniciei vestræ culpa in vos ipsos recidet, ego insons, ab hoc inde tempore me ad gentiles conferam:* ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια ne quid pulveris adhæresceret, quo ritu significabat se cum iis nihil amplius commercii habere velle, v. ad xiii. 51. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐστὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν] scl. τρίψεται, v. Aristoph. Nubb. 39. vel, τρίψοιτο, v. Aristoph. Acharn. 833. *Muretus* Lectt. Varr. xii. 4. *Kusterus* ad Aristoph. Plut. 526. *L. Bosius* de Ellips. sub v. τρίψεσθαι p. 658. *Schæfer.* αἷμα h. l. non est *cædes,* sed *exitium,* sive, *exitii culpa,* ut xx. 26. דם Ezech. iii. 18. vid. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 416. ed. *Fisch.* Sensus: culpa perniciei vestræ vobis imputanda est, non ego, sed vos vobismet ipsis caussa estis insecuturi mali. Erat hæc loquendi ratio Hebræis, æque ac Græcis et Romanis usitata, v. 2 Sam. i. 16. Ezech. xxxiii. 4. Matth. xxvii. 25. Aristoph. Nub. 39. εἰς τὴν κεφαλὴν ἕξουσι τὴν σὴν τρίψεται, *omnia in tuum caput redundabunt.* Phalaris ep. 128. extr. δυνησόμεθα εἰς κεφαλήν σοι καὶ τῷ σῷ γένει τρίψαι. Hinc malum alteri imprecaturi, malum abominaturi, optantes ut omen avertatur ab ipsis in alterum, dicebant εἰς κεφαλήν σοι, Aristoph. Plut. 526. Terent. Hecyr. ii. 1. 54. *Capiti illorum!* Virg. Æn. viii. 483.—*dii capiti ipsius, generique reservent.* add. Tibull. i. 2. 12. ubi v. *Broukhusius.* Originem formulæ *Elsnerus, Dindorfius* ad h. l. *Rosenmüllerus* ad Ezech. l. l. *Berglerus* ad Aristoph. Plut. 526. repetendam censent a consuetudine Hebræorum et Ægyptiorum, qua victimarum capitibus manus imponere, et mala, quæ vel sacrificii auctori vel populo eventura viderentur, imprecari solebant, v. Levit. xvi. 21. Herodo. ii. 39. de Ægyptiis: καταρώνται δὴ, τάδε λέγοντες τῇσι κεφαλῇσι· εἴ τι μέλλει ἢ σφέσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συνπάσῃ κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην τρεπέσθαι· diras autem imprecantur capitibus victimarum his verbis: *ut si quid mali aut ipsis immolantibus aut universæ Ægypto futurum sit, id in hoc caput vertatur.* εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι, v. xiii. 46. neque tamen postea Judæos, qui sponte ad ipsum venirent, rejiciebat v. 8.

(7. 8.) καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν κ. τ. λ.] *et inde digressus, concessit in ædes cujusdam, Justi nomine, cujus domus synagogæ vicina erat.* ἐκεῖθεν plerique interpretes explicant: e domo Aquilæ; alii: e synagoga. Quæ posterior ratio præplacet. Nam v. 4. legitur, Paulum singulis sabbatis in synagoga Judæos docuisse, et quæ v. 6. narrantur, ea in conventu Judæorum acta fuisse, in promptu est. Mutavit autem omnino Paulus domicilium, et commigravit in ædes Justi, proselyti, non quod eum pœniteret hospitii, quo hactenus usus erat, cf. v. 18. sed quoniam gentiles domum Judæi ingredi non solebant, v. x. 28. et quoniam Justi domus synagogæ vicina erat, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ, ut eum ii, qui synagogam frequentabant, porro audire possent. σεβομένοι τὸν Θεὸν, proselyti portæ, v. xiii. 16, 50. συνομοροῦσα, *vicina:* ap. Herodi. vi. 7. 5. tanquam synonyma junguntur (ἔθνη) ὁμοροῦντα καὶ γειτνιῶντα Ἰταλίᾳ. Hesychius: γειτνιῶσα, πλησιάζουσα. (8.) Ne autem omni

Digitized by Google

8 Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ
οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες ἐπίστευον καὶ
9 ἐβαπτίζοντο. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος ἐν νυκτὶ τῷ
10 Παύλῳ· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς· Διότι
ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε·
11 διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἐκάθισέ τε
ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ
12 Θεοῦ. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατ-

prorsus fructu inter Judæos Pauli laborem caruisse putemus, narratur Crispum, archisynagogum, Christo nomen dedisse cum omni sua familia. *Crispi* mentio quoque fit 1 Cor. i. 14. Dicitur *ὁ ἀρχισυνάγωγος*. Præerant nimirum Judæorum synagogis plures *ἀρχισυνάγωγοι*, v. xiii. 15. quorum princeps simpliciter dicebatur *ὁ ἀρχισυνάγωγος*, vid. ad Matth. ix. 18. Eadem Archisynagogi dignitas infra v. 17. tribuitur Sostheni, num uterque fuerit ex Archisynagogorum numero, an Archisynagogorum præfectus, ita, ut Sosthenes (qui tamen postea ipse ad Christi signa se contulit, v. 1 Cor. i. 1.) in locum Crispi successerit, definiri nequit.

(9—11.) Paulus, cum a Judæis se pertinaciter repudiatum videret, eorumque insidiæ ipsi metuendæ essent, de abitu cogitasse videtur, sed ut consilium mutaret, effecit *ὅραμα ἐν νυκτὶ* (v. xvi. 9.), visio nocturna. *λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς, docere perge; λαλεῖν, docere*, ut Matth. xiii. 3. Act. iv. 17. al. Verba v. 10. *Valckenarius* ita transponenda putabat: *διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι εἰμὶ μετὰ σοῦ.* Citra necessitatem. Nam ut bene monuit *Klosius* in Examine emendationum in N. T. a *Valckenario* propositarum, cohortatio: *loquere audacter*, quam verba *μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μ. σ.* exprimunt, confirmatur promissione: *διότι ἐγώ εἰμι—κακῶσαί σε*, v. 10. et hujus rei nova ratio affertur hæc: *διότι λαός ἐστί μοι κ. τ. λ. διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ—ταύτῃ*] *nam ego tibi adsum, nec quisquam erit, qui te adoriatur, ut tibi damnum inferat, numerosus enim mihi est in hac urbe populus. ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ*, vid. not. ad Matth. xxviii. 20. Verbum *ἐπιτίθεσθαι* dativo junctum respondet Hebr. שם sequente particula על Ps. iii. 7. et vel simpliciter positum, vel addito *χεῖρας* (vid. LXX. 2 Regg. xi. 17.), omnino notat: *aggredi aliquem, impetum in aliquem facere*, ut h. l. *vel aperta vi, vel clandestinis insidiis*. Hesychius: *ἐπέθεντο· ἐπέκειντο, ἀνέκειντο*. De aperta vi legitur ap. Xen. Cyr. vi. 3. 6. *ἐπιθέσθαι τοῖς ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν σκοπὴν, invadite eos, qui speculam conscenderint.* Ib. vii. 1. 11. ubi *ἐπιτίθεσθαι* et *ἐπιχειρεῖν* pro synonymis ponuntur. add. Ælian. H. V. iii. 19. Philo Leg. ad Cai. p. 1009. A. Joseph. Ant. i. 20. 1. i. 9. 9. Diod. Sic. p. 57. A. De insidiis, ut sit *insidiose adoriri* extat ap. Lysian. Orat. 12. p. 192. *πρῶτον μὲν οὖν Κλεοφῶντι ἐπέθεντο ἐκ τρόπου τοιούτου, primum igitur Cleophontem hoc modo sunt aggressi.* Joseph. Ant. ix. 7. 2. Diod. Sic. p. 104. C. v. *Valckenarius* ad Herodo. iii. 76. *Dresigius* de Verb. Med. p. 279 sq. *Raphelius* Obss. Xenophh. *Kypkius, Krebsius, Wetstenius, Münthius, Lœsnerus* ad h. l. *κακοῦν*, vid. vii. 6. xii. 1. *λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ*, numerosus mihi est in hac urbe cœtus cultorum meorum futurus, multi mea sacra suscipient. Christiani futuri nominantur *populus Christi*, per prolepsin, ut gentiles religionem Christianam suscepturi dicuntur *τρόβατα* Joh. x. 16. *ἐκάθισε, commoratus est.* Sic *καθίζειν* Hebr. ישב legitur quoque Luc. xxi. 35. ubi v. add. Luc. xxiv. 49. Cic. Fam. xvi. 2. *iis ventis isthinc navigatur, qui si essent, nos Corcyræ non sederemus.*

(12.) Cum ergo Paulus Corinthi maneret, et doctrinam Christi prædicare pergeret, Judæi, Gallione Achaiæ Proconsule facto, conjunctim Paulum adorti, ad tribunal rapuerunt. *Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας*] Romani postquam Græcos in suam potestatem redegerant, universam Græciam in duas provincias, *Macedoniam* et *Achaiam* diviserunt, singulas præside regendas. *Ista* Macedoniam, quæ proprie dicitur, cum Illyrico, Epiro, Thessalia; *hæc*, universam Græciam liberam, vel, proprie Græciam dictam, ad quam adeo etiam Achaia stricte sic dicta pertinebat, complectebatur. Pausan. 7. 16. p. 563. *καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος, ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἰσχυρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων· dicunt autem non Græciæ sed Achaiæ prætorem Romani, quod scilicet Græci subacti sunt principatum obtinentibus Achæis.* Hesychius: *Ἀχαιοί· οἱ Ἕλληνες, κυρίως δὲ καὶ οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου τὴν καλουμένην Ἀχαΐαν.* v. *Cellarius* Not. orb. ant. Rom. T. i. p. 1170. 1022. Primum Achaia a Senatu per proconsules administrata est, v. Dio Cass. 53. p. 704.

Digitized by Google

ἐπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον
αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, Λέγοντες· Ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπεί- 13
θει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν. Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύ- 14
λου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους·
Εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι,
κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν· Εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου 15
καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς
γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς 16
ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες 17

Reimar. Sed Tiberii temporibus juncta est iis provinciis, in quas a Cæsaribus præsides vel procuratores mitterentur Tacit. Annal. i. 76. *Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes levari in præsens proconsulari imperio tradique Cæsari placuit.* A Claudio Achaia Senatui reddita est, i. e. eam rursus fecit proconsularem, cf. Sueton. V. Claud. c. 25. Dio Cass. lib. 60. p. 961. ἀνθυπατεύοντος, vid. ad xiii. 7. *Gallio* h. l. memoratus, erat frater natu minor L. Annæi Senecæ, philosophi, Marci Annæi Senecæ, rhetoris filius, antea dictus Marcus Annæus Novatus, deinde vero a Gallione rhetore, adoptatus, vocatus est Junius Annæus Gallio. Ejus *comitatem et incompositam suavitatem* laudat Seneca Quæst. Natural. lib. iv. Præfat. ubi inter alia scribit: *nemo mortalium uni tam dulcis est, quam hic omnibus* etc. v. *Fabricius* ad Dio. Cass. p. 974. intpp. ad Stat. Silv. ii. 7. 32. *Lipsius* ad Senec. ep. 104. Cæterum verba Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος, cum *Heumano, Walchio* Antiquitatt. Corinthiacc. p. 33. *Reichardo, Preissio,* suadente orationis serie, explicanda puto: *cum Gallio Proconsul factus esset.* Lucas enim (*Walchii* verbis utor), cum multa de rebus in hac urbe a Paulo gestis dixisset, annum unum et sex menses ibi substitisse eum, addit, tum vero litem, a Judæis motam, a se narratis adjungere volens, incidisse eandem scribit in illud Paulinæ apud Corinthios commorationis tempus, quo proconsulatum Gallio gesserit; adeo, ut, cum Paulus in illa urbe fuit, Proconsul alter decesserit provincia, alter, isque Gallio, eandem aggressus sit.

(13—16.) λέγοντες· ὅτι παρὰ τὸν νόμον κ. τ. λ.] *dicentes: hic docet cultum divinum legi nostræ adversantem.* Hoc dicere volebant: a senatu populoque Romano, et imperatoribus nobis concessum est in Græcia ex legis Mosaicæ præscripto Deum colere, v. Joseph. Ant. xiv. 10. xvi. 2. not. ad Act. xxiv. 6. hic vero legi nostræ contraria docet, Judæos turbat. Accusatores plura adjecisse, etiam Pauli dogmata commemorasse, e Gallionis responsione perspicitur. Docebat autem Paulus, non circumcisione nec legum ritualium observatione, sed Jesu Messiæ beneficio salutem obtineri, v. Act. xv. 9, 11, 19. etiam gentiles non circumcisos felicitate per Messiam speranda potiri posse, nec iis omnem legem ritualem observandam esse, Act. xv. 25 sqq. ἀναπείθειν, *suadere, auctorem esse,* Xen. Œcon. iii. 7. Herodi. iii. 15. 10. iv. 4. 3. Palæph. fab. xiv. 1. 1 Macc. i. 11. in versione Alexandrina respondet Hebr. נשא *seduxit,* Jer. xxix. 8. μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα] cum Paulus se defendere vellet; Gallio eum interrumpebat, et Judæis declarabat: se quidem Proconsulem Achaiæ datum esse, ut quietem publicam tueretur, et maleficia quibus ea turbaretur, coercèret et puniret, cum vero rem et quæstionem de religione ad ipsum detulissent, se hanc inter eos litem componere non posse, nec ejusmodi quæstiones ad se pertinere. ἀνοίγειν τὸ στόμα, vid. viii. 34. ἀδίκημα ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, *maleficium aut mala fraus,* ut, seditio, homicidium, furtum, *ein bürgerliches Verbrechen.* κατὰ λόγον, *recte, jure meritoque,* pro muneris officiique mei ratione. Artemidor. Onirocr. v. 77. ἐρρῶς καὶ κατὰ λόγον. add. ib. ii. 26. iv. 31. Diod. Sic. p. 240. A. p. 499. C. *Rhod.* cf. *Pricæus* et *Wetstenius* ad h. l. ἀνίχεσθαι est, *aures præbere:* Æschin. ep. 7. δεηθείν ἀνίχεσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς· *vos rogatos volo, ut potius maledicos nostros audiatis:* v. *Kypkius* ad h. l. (15. 16.) *Cum vero de religionis doctrina, de nominibus,* an Jesus nominandus sit Christus, *et de lege vestra quæstio sit, vosmet ipsi videatis, equidem talium arbiter esse nolo.* ἀπήλασε, *discedere jussit:* Xen. Cyr. iii. 1. 4. τὰς γυναῖκας οὐκ ἀπήλασε ἀλλ' εἶα ἀκούειν.

(17.) Verba οἱ Ἕλληνες omittuntur a codd. A. Barb. 1. Erp. Copt. Vulg. Chrys. in comment. Beda Lat. in aliis, pauci tamen et junioribus legitur οἱ Ἰουδαῖοι. Si lectio Ἰουδαῖοι admittitur, statuendum est Sosthenem (v. ad v. 8. 1 Cor. i. 1.), jam tum ad Christi signa se contulisse, adeoque nomen ἀρχισυνάγωγος exprimendum erit: *qui fuerat any*

Digitized by Google

Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήμα-
18 τος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν. Ὁ δὲ Παῦλος
ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος,
ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν· καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας,
κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.

tea Archisynagogus. Ita vero Lucas obscurius scripsisset, cum in antecedentibus non memoratum sit, hunc hominem ad Christi castra transiisse. Parum præterea probabile est, Judæos ausos fuisse Sosthenem coram tribunali verberare. Sed utraque lectio grammaticis suam originem debet, ut recte judicarunt *Grotius, Millius* Proleg. §. 1351. *Bengelius,* alii. Gentiles erant, qui Sosthenem male mulctarent, hinc adscripsit nescio quis? *οἱ Ἕλληνες.* Alius, ut hunc locum conciliaret cum 1 Cor. i. 1. adlevit *οἱ Ἰουδαῖοι.* Nempe cum Judæos discedere jussisset Gallio, cui aliis rebus occupato legis suæ quæstiunculis obstrepuerant, quo celerius abirent, verberarunt gentiles, qui tribunali adstabant, Sosthenem, ut Judæorum antecessorem, idque fecerunt, partim Judæorum odio incitati, partim ut placerent Proconsuli. Mos enim erat provincialium, inprimis Græcorum, ut scribit ad h. l. *Grotius,* actus suos aptare ad ea quæ placerent potentibus. Cic. in ep. ad fratrem: *Græcos,* ait, *diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditos.* Inter Corinthios illos fuisse etiam ad Christum conversos, qui providere vellent, ne quid durius de Paulo statueretur, suspicatur *Wolfius.* *καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν*] *Gallio vero ea nihil curavit.* Licentiam plebis non coercuit Proconsul, invisi enim erant Judæi Romanis, utpote novarum rerum cupidi, et qui alias gentes odio persequerentur. Solebant etiam præsides, ut *Pricæus* ad h. l. apposite monuit, hujusmodi petulantias, quæ Romani nominis majestatem directe non imminuerent, libentes prætervidere, ut provincialium collo mollius jugum sederet.

(18.) *ἱκανὰς ἡμέρας, per plures dies;* de voce *ἱκανὸς* vid. ad Matth. xxviii. 12. et de verbo *ἀποτάσσεσθαι* not. ad Marc. vi. 46. *Κεγχρεαῖς, Cenchreæ* portus Corinthiacus, vid. ad v. 1. Strabo 8. p. 582. C. *Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμὴν ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα στάδια· τούτῳ μὲν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας, πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ.* vid. et Plin. H. N. iv. 4. *κειράμενος τὴν κεφαλὴν —εὐχὴν*] *qui Cenchreis caput tondendum curaverat, voto enim obstrictus erat.* Medium *κείρεσθαι* notat vel, *se tondere,* vel, *curare se tondendum,* s. *præbere alteri tondendum*: vid. *Dresigius* de V. M. i. 69. p. 307. et *Albertius* ad h. l. Participium autem *κειράμενος* haud pauci interpretes ad Paulum referendum esse putant, alii contra ad Aquilam. A) Qui *Paulum* suscepisse votum statuunt, verba: *καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας,* parentheseos nota a reliquis separanda judicant, sed hi ipsi interpretes de voto suscepto inter se dissident, atque vel cogitant de voto Nasiræatus, veluti *Morus, Rosenmüllerus,* alii, vel de voto civili, vel etiam tonsuræ illius rationem non ex voto pependisse censent. 1) Qui *Nasiræatus* votum in certum tempus conceperant, etiam comam alere debebant, exacto voti suscepti tempore tondebant sibi caput et sacrificium offerebant. Sed ex legis præscripto, v. Num. vi. 13 sq. Nasiræo capillus tondendus erat ante tabernaculum fœderis, post terram occupatam, Hierosolymis, accedente sacrificio. Jam vero cum Paulus h. l. legatur Cenchreis caput tondendum curasse, *Rosenmüllerus,* alii, ut hunc nodum expedirent, monuerunt, non esse h. l. de completo voti tempore sermonem, sed Paulum Cenchreis impuritate legali coactum fuisse votum inceptum abrumpere, et illico redintegrare, ut absolutum tandem Hierosolymis solveret. Nasiræos enim variis pollutionibus obnoxios fuisse, v. Num. vi. 9. tunc autem, cum sibi casu aliquo pollutionem contraxissent, capitis cæsariem die septimo tondendam fuisse, et tempus voti nuncupati denuo incepisse. Cum vero etiam Nasiræo polluto necesse esset, rasa die septimo coma, postridie Deo sacra facere Hierosolymis, vid. Num. vi. 9 sq. monuerunt interpretes cum *Grotio* ad h. l. et *Spencero* de legg. Hebrr. rituall. p. 862. Judæos peregre profectos tunc temporis non adeo stricte ad legis illius observationem fuisse devinctos. Hinc etiam nonnulli opinantur, Paulum, non pollutione contracta, sed ex voto Nasiræatus Cenchreis comam totondisse. Observarunt denique etiam interpretes h. l. de Paulo cogitantes, Apostolum, qui alios a [negotiis] legis ritualis diligenter avocarit, se ipsum tunc temporis voto Nasiræatus obstrinxisse, ut hac indulgentia Judæorum animos sibi conciliaret, id quoque factum esse a Paulo serius, coll. xxi. 23.— His vero ita statuentibus opposuerunt alii: a) leges Nasiræis observandas, ab iis qui extra Judæam agerent, tunc temporis non adeo diligenter observatas esse, idoneis argumentis probari non posse, vid. *Petitus* Lect. Var.

Digitized by Google

Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς 19
δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐρω- 20
τώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ
ἐπένευσεν· Ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπών· Δεῖ με πάντως 21
τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ

lib. i. c. 3. *Relandus* Antiqq. Hebrr. p. 277.— b) non esse credibile Paulum, qui alios observatione legis ritualis solveret, voto Nasiræatus se obstrinxisse, neque verisimile esse, solo hoc loco et nusquam alibi hoc nos edoceri. c) Act. xxi. 23. non esse de voto Nasiræatus sermonem, sed de voto civili, a Paulo *non sponte*, sed exhortantibus Apostolis, *Hierosolymis* in Judæorum gratiam suscepto. vid. ibi not. 2) Itaque alii censuerunt, verba εὐχὴ γὰρ εὐχὴν de *voto civili*, cui Paulus se obstrinxerit, accipienda esse, v. *Wolfius* ad h. l. Præivit hanc sententiam *Salmasius* de coma p. 710. cujus verba sunt: "civile istud votum fuisse videtur, quod sumpserat vel Paulus, vel Aquila, qualia multa faciebant Judæi: non ante capillum tondebo, quam ad illum locum pervenero. Quæ vota erant peregrinantium. Ita Paulus votum fecit tondendi capilli, ubi Cenchreæas pervenisset. Hujus generis erant et vota, sive ἐναύσματα, quæ in se suscipiebant, non cibum sumpturos, non potum, nisi illud effectum dedissent, ut illi, qui conjurati devoverunt se, non manducaturos, aut bibituros, donec Paulum interemissent, Act. xxiii." Hactenus *Salmasius*. Talia vota concipiebantur etiam ob liberationem a morbo, vel aliquo periculo et calamitate, de cujus generis voto agit locus Josephi B. I. ir. 15. 1. ubi de Berenice: ἐπιδήμει ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ· τοὺς γὰρ ἢ νόσῳ κατακονουμένους, ἢ τισιν ἄλλοις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν, ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἴνου τε ἀφέξασθαι καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας· *Hierosolymis agebat, ut vota Deo solveret. Nam iis, qui morbo laboraverant, aut in angustias quascunque conjecti fuerant, moris erat, precibus vacare* xxx *diebus, antequam victimas oblaturi essent, et vino abstinere et radere comam.* Etiam gentilibus ejusmodi vota usitata erant. Qui naufragio, vel diuturno morbo, aliove discrimine, salvi evaserant, qui bonum aliquod consequi exoptabant, diis sospitatoribus comam consecratam deponere, iisque offerre solebant. Juvenal. Sat. xii. 81. *Gaudent ubi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautæ.* Artemidor. Onirocr. i. 23. ναυαγήσαντες μὲν γὰρ ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου, ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι· *naufragi enim aut ex gravi morbo servati homines raduntur.* Censorinus de die natali, c. 1. *Quidam pro cætera bona corporis valetudine crinem deo sacrum pascebant.* 3) Cum vero etiam tale votum civile mores Judaicos et gentiles nimis sapiat: *Petitus* l. l. et *Wolfius* ad h. l. statuunt, Paulum non ex voto comam deposuisse, sed eum jam Hierosolymas profecturum, in gratiam Judæorum, sponte, ex more tamen Judaico, comam sibi totondisse, quam hactenus, dum inter Corinthios versaretur, eorum caussa, et ex Græcorum more aluisset. Verba εὐχὴ γὰρ εὐχὴν, (durius) referunt ad ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν. Aiunt nimirum Paulum in Syriam contendisse, ut Hierosolymis festum celebraret, cui celebrando voto se obstrinxisset. Sed obstat huic interpretationi particula γὰρ, ad ea quæ proxime præcesserunt referenda; præterea verba v. 21. δεῖ με—εἰς Ἱεροσόλυμα adulterina sunt, vid. not. ad v. 21. B) Rectius igitur plerique interpretes, præeuntibus Vulgato interprete (*Aquila, qui sibi totonderat caput*) et Chrysostomo, deleta interpunctione post Ἀκύλας, verba κειράμενος κ. τ. λ. ad Aquilam referunt. Huic interpretationi, qua admissa omnes difficultates evanescunt, quæ interpretibus de Paulo cogitantibus se objiciunt, ipsa verborum constructio favet, quæ facilior fluit, propiusque fidem est, ut apposite ad h. l. monuit *Heinrichsius*, notitiam hanc, quæ breviter nonnisi et quasi per transennam additur, de homine ignotiore adjunctam esse, cujus omnino brevior in hoc capite, quia occasio offerebatur, mentio fit, quam de Paulo, totius libri heroë. Neque tamen cum *Grotio*, *Hammondo*, *Schleusnero*, aliis, votum Nasiræatus intelligendum est, nam Cenchreis Aquila se tondebat, v. not. supra A) n. 1. sed, ut recte judicarunt *Albertius*, *Heumanus*, *Heinrichsius*, alii, votum civile, ab eo vel ob liberationem (a morbo) vel alio periculo, vel ob bonum quod obtinuerat, conceptum.

(19—21.) κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ] eos, Aquilam et Priscillam, *ibi*, Ephesi, *reliquit*, coll. v. 24, 26. Hesychius: αὐτοῦ· ἐκεῖ. Phavorinus: αὐτοῦ· οὐχ ἁπλῶς κεῖται ἀντὶ τοῦ ἐκεῖ, ἀλλὰ κατὰ ἔλλειψιν Ἀττικὴν, ἀντὶ τοῦ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου. v. Xen. Cyr. iv. 6. 1. διελέχθη αὐτοῖς, disserebat cum iis, v. ad xvii. 2. οὐκ ἐπένευσεν, *non annuit*; quo significatu ἐπινεύειν legitur quoque 2 Macc. iv. 10. xi. 15. Xen. Cyr. v. 5. 12. al. (21.) δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα] *omnino me oportet diem festum instantem Hierosolymis agere*: εἰς pro ἐν, eadem permu-

Digitized by Google

ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέλοντος. Καὶ ἀνήχθη
22 ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς,
23 καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν. Καὶ
ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλα-
τικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς.
24 Ἰουδαῖος δέ τις, Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ

tatio viii. 40. Matth. ii. 23. ποιεῖν ἑορτὴν, *festum celebrare*, vid. ad Matth. xxvi. 18. Notant interpretes, qui hæc verba genuina habent, quodnam festum intelligendum sit, definiri non posse, profectum autem Paulum esse Hierosolyma, ad sublevandos egenos, et afferendam stipem collectam, Rom. xv. 25. cum quo tamen loco conspirat potius locus Act. xxi. 15. coll. xx. 1 ss. xxiv. 17. Sed hæc ipsa verba δεῖ με—εἰς Ἱεροσόλυμα non leguntur in codd. AE. 13. 14. 15. 36. 69. Cod. Molshem. Barb. 1. al. Copt. Æth. Arm. Vulg. probantibus *Millio* Prol. §. 1202. *Bengelio, Heumano, Beckio* in Obss. critico-exegeticis P. 2. p. 7. Lips. 1799. 4. *Heinrichsio*, etiam particulam δὲ omittunt ADE. 13. 20. 36. 40. Barb. 1. Copt. Æth. Vulg. atque hæc brevior lectio εἰπὼν πάλιν ἀνακάμψω κ. τ. λ. omnino præferenda est. Adscripta nimirum sunt verba illa: δεῖ με πάντως κ. τ. λ. a grammaticis ex Act. xx. 16. xix. 21. qui explicare vellent, cur Paulus Ephesi non remanserit. ἀνακάμψω] factum hoc vid. xix. 1.

(22.) Καισάρεια, urbs maritima Palæstinæ, ad mare Mediterraneum sita, vid. ad viii. 40. ἀναβὰς, *adscendit*. *Beza, Grotius, Morus, Rosenmüllerus, Reichardus, Schottus, Heinrichsius*, alii, supplent εἰς Ἱεροσόλυμα, atque adeo per ἐκκλησίαν intelligunt ecclesiam Hierosolymitanam, cum ἀναβαίνειν in libris N. T. frequenter usurpetur de itinere versus Hierosolymam, et Cæsarea Hierosolymam proficiscentes dicantur ἀναβαίνειν (Act. xxv. 1, 5. v. not. ad Matth. xx. 17. *Michaëlis* de notionibus superi et inferi in S. S. quæ dissertatio inserta est Commentatt. Theologg. a *Velthuseno, Rupertio* et me editis Vol. 5. p. 559.), et cum v. 21. narratum fit, Paulum Hierosolymam proficisci voluisse. Sed *Camerarius, Lud. de Dieu, Calovius, Wolfius, Heumanus, Thalemanus* (qui vertit: *egressus est—profectus est Antiochiam*), *Beckius* l. l. ἀναβὰς ad Cæsaream referunt, cujus urbis nomen proxime præcessit, adeoque τὴν ἐκκλησίαν Cæsareensem fuisse affirmant. Ita quoque Æthiopicus interpres verba intellexit: et descendit Cæsaream, et adscendit *in domum Christianorum*. In hanc sententiam, per τὴν ἐκκλησίαν intelligendam esse ecclesiam Hierosolymitanam, non devenissent interpretes, si non præcessissent ea quæ v. 21. leguntur, sed verba illa spuria sunt, et si vel maxime genuina essent, addendum fuisset. εἰς Ἱεροσόλυμα, verum ἀναβὰς adeo accurate cohæret cum verbis εἰς Καισάρειαν, ut non nisi contorte de itinere Hierosolymitano explicari possit. Loci, quos *Grotius* attulit Joh. vii. 8, 10. xii. 20. ubi ἀναβαίνειν simpliciter positum, legitur de Hierosolymam petentibus, ut recte observavit *Heumanus*, loco nostro non sunt similes, ibi enim contextus non tam postulat, quam potius flagitat, ut de itinere Hierosolymitano lectores cogitent. Adhibitum autem est verbum ἀναβαίνειν, vel quoniam in editiori urbis loco conventus ecclesiæ habitus fuit, ut statuit *Lud. de Dieu*, vel potius, quod e navi in urbem altius sitam Paulo adscendendum fuit. κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν] *descendit s. profectus est Antiochiam*: καταβαίνειν dicebantur e Palæstina in alias regiones proficiscentes, v. *Michaëlis* l. l. p. 460. Cæsareæ non diutius moratus est Paulus, sed petiit Antiochiam Syriæ, ibique aliquamdiu commoratus, tertium iter ad gentes inde suscepit, v. xvi. 1. ποιεῖν id. qd. διατρίβειν, vid. not. ad xv. 33. ἐπιστηρίζων κ. τοὺς μαθητὰς ut Christianos confirmaret xiv. 22. xv. 41.

(24.) Ἀπολλὼς, *Apollos*, nomen contractum, ex Ἀπολλώνιος, quod legitur in cod. D. Cant. ut Epaphras ex Epaphroditus, Artemas ex Artemonius. Hujus Apollonii mentio fit etiam 1 Cor. i. 12. iii. 5 ss. ubi Paulus ejus operam in Corinthiorum institutione collocatam prædicat add. ib. iv. 6. xvi. 12. Qui Corinthi cum Apollonio, Pauli amico, faciebant, consentaneam Paulinæ doctrinæ profitebantur, sed ut Paulini Paulum, ita hi Apollonium, qui disertius et eloquentius eandem doctrinam tradebat quam Apostolus, adversariis opponebant, v. *Storrii* Notitiæ historicæ epistolar. Pauli ad Corinth. interpretationi servientes, in Opuscc. Acadd. Vol. ii. p. 242 ss. *Krausii* Commentar. in ep. 1. ad Corinth. Prolegg. p. 35 sqq. p. 69. et *Eichhornii Einleitung in das N. T.* B. 3. St. 1. p. 106. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, *patria Alexandrinus*, ut supra xviii. 2. Ποντικὸς τῷ γένει. add. iv. 36. de Judæis Alexandriam incolentibus, v. ad vi. 9. viris doctis, Judæis et gentilibus, Alexandria urbs Ægypti celeberrima abundabat. ἀνὴρ λόγιος] *homo disertus*: λόγιος, a λόγος, *historia, literæ*, At-

Digitized by Google

λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς.
Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· καὶ ζέων τῷ 25
Πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου,

ticis scriptoribus dicuntur, *historiæ, antiquitatum, legum morumque populorum periti*, qui alio nomine πολυΐστορες nuncupantur, et simpliciter, *docti;* in communi vero Græca lingua eo vocabulo notantur *eloquentes* et *facundi*. Hesychius: λόγιος, ὁ τῆς ἱστορίας ἱμείρων, πεπαιδευμένος. Mœris: λογίους τοὺς πολυΐστορας, Ἀττικῶς καὶ Ἡρόδοτος· λογίους τοὺς διαλεκτικοὺς, Ἕλληνες. Phrynichus, p. 84. λόγιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν ἐπὶ τοῦ δεινοῦ εἰπεῖν καὶ ὑψηλοῦ, οὐ σεβασιν οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ τὰ ἐκάστῳ ἔθνει ἐπιχώρια ἐξηγουμένου ἐμπείρως. Thom. Mag. λογίους τοὺς πολυΐστορας οἱ ἀρχαῖοι Ἀττικίζοντες, ὡς καὶ Ἡρόδοτος· λογίους δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς οἱ δοκιμοι. Sic λόγιοι dicuntur 1) *historici*, Herodo. ii. 3. οἱ Ἡλιουπολῖται λόγιοι εἰσι Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι, *historiarum peritissimi*. Id. vi. 137. λόγιοι Ἑκαταίου, *Hecatæi historiæ*. Dionys. Ant. l. p. 6. se ad historiam pertinentia didicisse perhibet e colloquiis τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν. Joseph. B. I. l. Procem. §. 5. οἱ Ἑλλήνων λόγιοι, *Græcorum historici*. Philo leg. ad Cai. pag. 1026. C. ἀκοὴν ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα λογίων παραδοθεῖσαν, *narrationem antiquam a Græcorum historicis traditam*. 2) *docti, eruditi*, Herodo. ii. 77. Αἰγυπτίων λογιώτατοι, *Ægyptiorum doctissimi*. Id. iv. 46. ἀνὴρ λόγιος, *homo doctus*. Æl. H. V. xvi. 20. οἱ τῶν Ἰνδῶν λόγιοι, *Indorum sapientes*. Herodi. i. 5. 4. πολλοὶ δὲ καὶ λόγιοι παρῆσαν αὐτῷ, *multi eruditi cum eo erant*. 3) *diserti, facundi*, sic a Joseph. Ant. xvii. 6. 2. Judas Sariphæi, et Matthias Margalothi filii, vocantur Ἰουδαίων λογιώτατοι, et τῶν πατρίων ἐξηγηταὶ νόμων, *homines eloquentissimi* et *legis patriæ interpretes*, ubi æque *facundia* cum *interpretandæ scripturæ sacræ facultate* conjungitur, ut h. l. λόγιος et δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς. Philo de Cher. p. 127. D. μικρὰ νόσου πρόφασις — οὐ τὸ στόμα καὶ τῶν πάνυ λογίων ἀπέβλαψεν; *levi morbo — nonne vel eloquentissimorum os consuitur?* Sic Mercurius dicitur Ἑρμῆς ὁ λόγιος (*facundus* Horat. Carm. i. 10. 1.) Philostrat. Vit. Apollon. p. 199. al. cf. omnino *Piersonus* ad Mœr. p. 249. interpp. ad Thom. Mag. p. 579. ed. *Bern. Elmerus, Raphelius* Polybb. *Kypkius, Wetstenius, Lœsnerus* ad h. l. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. ii. 4. Jam nostro quidem loco plures interpretes λόγιος explicant: *eruditus, homo subtili et erudita religionis Judaicæ cognitione præditus*, ut adeo verba δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς explicationis caussa addita sint, ne ignoraretur, quo scientiæ genere excelluerit. Equidem tamen λόγιος interpretari malim: *facundia dicendique ubertate et vi pollens*. Nam propter hanc ipsam dicendi facultatem e Corinthiis multi Apollonium anteposuerunt Paulo, Judaice quidem docto, sed eloquentiæ imperito, v. 1. Cor. ii. 4. 2 Cor. x. 10. xi. 6. *Storrius* l. l. p. 262. 268. confirmant etiam hanc vocabuli significationem, locus Josephi Ant. xvii. 6. 2. supra laudatus, et ea, quæ de Apollonio v. 25, 26, 28. leguntur δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς, *insigni sacras literas interpretandi facultate præditus*, coll. v. 28. quam Alexandriæ acquisiverat. De voce δυνατὸς vid. not. ad Luc. xxiv. 19. supra vii. 22.

(25.) οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου] *hic institutus in doctrina Messiæ*: ὁδὸς sæpius *de doctrina, religione* adhibetur, v. ad Matth. xxi. 32. h. l. significatur doctrina de Messia, neque tamen de doctrina Christiana sermo est, h. e. doctrina a Jesu tradita, quæ eum Messiam exhibebat, sed de Johannis baptistæ doctrina, qui baptizabat εἰς τὸν ἐρχόμενον, et docebat, animum esse emendandum, jamjam adfuturum Messiam, Matth. iii. 2. coll. Act. xix. 4. Nam Apollos noverat tantum Johannis baptismum, coll. v. 25. extr. ignorabat Jesum esse Messiam, et tum demum, cum ab Aquila et Priscilla accuratius institutus esset, Jesum Messiam esse docebat, coll. v. 28. Pro τοῦ Κυρίου Copt. Syr. p. Slav. 8. habent Ἰησοῦ, et pro τὰ περὶ τοῦ Κυρίου ADE. 13. 36. al. ed. Syr. Erp. Æth. Arm. Vulg. It. τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, e glossemate. Usus autem est Lucas vocabulo Κύριος, quo nomine alias Jesus insignitur, etsi Apollos Jesum Messiam esse ignoraret, quoniam Jesus Messias erat. Verba κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, *Heinrichsius* explicari posse putat, *rumore, fama audiverat*, de iis quæ Johannes de regno Messiæ instante tradiderat. Sed verbum κατηχεῖσθαι, ut ad Luc. i. 4. observavimus, de personis quidem ita occurrit, ut sit: *incerto rumore, fama edoceri, audire*, v. Act. xxi. 21, 24. sed perraro de rebus; prima et propria verbi significatio est: *edoceri, institui*, ut Gal. vi. 6. Rom. ii. 8. etc. neque ulla idonea ratio adest, cur ab ea h. l. recedendum sit, imo contextus postulat, ut ea retineatur, sequitur enim ἐπιστάμενος τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, h. e. noverat baptismum et doctrinam Johannis, docebat ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου. Edoctus et baptizatus erat Apollonius a Judæo Johannis discipulo, et veritatis propagandæ ardore inflammatus (ζέων τῷ πνεύματι, *fervens animo*) peregrinabatur. De Jesu Nazareno ei aut nihil, aut nondum quicquam certi innotue-

Digitized by Google

26 ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον 27 αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος συνεβά-

rat, nec adeo Jesum Messiam habebat. cf. et not. ad Matth. xi. 2. Act. xix. 1. ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου] disserebat de iis quæ ad Christum pertinebant, eaque accurate tradebat: ἐλάλει Heinrichsius ad facundiam hominis refert, ἐδίδασκεν, cum additum sit ἀκριβῶς, ad doctrinam et dialecticen. τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, Æschin. Dial. iii. 10. τὰ περὶ βίον, quæ spectant ad vitam; περὶ sæpius inseruit periphrasi, v. Münthius ad h. l. Fischerus Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 219. Docebat autem Apollonius Messiæ tempora prope adesse, cohortabatur ad vitæ animique emendationem, ut Judæi redderentur idonei ad rite excipiendum Messiam, v. Matth. iii. 2, 3. revocabat iis in memoriam V. T. oracula, quæ de Messia agerent, utpote δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, coll. v. 24. Verba ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου præeunte Thalemano (qui vertit: usus tantum baptismo Johannis) Nœsseltus in Exercitt. p. 55. interpretatus est: tantum Johannis baptismum expertus, quam tamen verbi ἐπίστασθαι significationem non probavit, nec vero etiam ea orationis seriei convenit. Etenim τὸ βάπτισμα τοῦ Ἰωάννου non est simpliciter Johannis baptismus, sed indicat simul Johannis doctrinam et admonitionem animum esse emendandum etc. vid. not. ad Matth. xxi. 25. et hæc ipsa verba addita sunt, ut appareret, quænam fuerit Apollonii doctrina.

(26.) ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι dictum est pro ἐπαῤῥησιάσατο, magna libertate et fiducia loquebatur in synagoga: ἤρξατο redundat, ut sæpius, vid. ad i. 1. παῤῥησιάζεσθαι, v. ad ix. 27. xiii. 46. προσελάβοντο αὐτὸν, eum sibi adjunxerunt, in numerum Christianorum receperunt, coll. v. 27. προσλαμβάνεσθαι significat socium sibi aliquem adjungere Act. xvii. 5. etiam, opem ferre alicui, adjuvare aliquem, sich eines annehmen, ut Rom. xiv. 1. ubi v. Koppius. τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν, doctrinam Christianam, cujus caput erat, Jesum in vitam revocatum esse Messiam, coll. v. 28.

(27.) Audiverat Apollonius ex Aquila et Priscilla de rebus a Paulo in Achaia, nominatim Corinthi gestis, et (ζῶν τῷ Πνεύματι v. 25.) eo proficisci constituebat, sperans, se non incassum ibi doctrinæ Christi tradendæ operam navaturum, refutando Judæos, coll. v. 28. xviii. 6. προτρέπειν notat, cohortari, impellere, Xen. Mem. iii. 3. 15. τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ταῦτα προτρέπειν. Eadem significatione poni solet etiam Medium προτρέπεσθαι, ut h. l. Sed Medium ab Activo proprie hoc modo differre docet Fischerus ad Xen. Cyrop. ii. 2. 14. ut προτρέπειν dicatur is, qui cohortatur aliquem ita, ut cohortatio utilis sit ei, quem quis cohortatur, προτρέπεσθαι vero is, qui aliquem cohortatur ita, ut cohortatio utilis sit et auctori, et ei, qui ad aliquid impellitur, v. Xen. Mem. iv. 5. 1. Sap. xiv. 18. 2 Macc. xi. 7. Hoc ipsum autem participium προτρεψάμενοι haud pauci interpretes conjungunt cum ἔγραψαν, et ad Corinthios referunt, atque verba trajecta putant, ut legitimus eorum ordo sit: οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς προτρεψάμενοι (scl. αὐτοὺς) ἀποδέξασθαι αὐτὸν, fratres scripserunt discipulis hortantes eos ut exciperent eum, nempe Apollonium. Sed hac trajectione neutiquam opus est. Simplicior et verior eorum ratio est, qui προτρεψάμενοι non ad τοὺς μαθητὰς h. e. Corinthios, v. xix. 1. sed ad Apollonium referendum esse censent. Cum nimirum Apollonius vellet in Achaiam, nominatim Corinthum, Achaiæ metropolin, proficisci; Christiani Ephesi degentes, qui viderent eum eximiis dotibus incremento ecclesiæ profuturis præditum esse, acriterque optarent, ut religio Christiana promoveretur et ecclesia ampliaretur, eum ipsi quoque ad hoc iter suscipiendum exhortati sunt, currenti calcar addiderunt, animumque ejus datis ad Corinthios literis commendatitiis confirmarunt. συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος] multum profuit credentibus per favorem divinum: συμβάλλεσθαί τινι significat, prodesse alicui, adjuvare aliquem, ut ap. Xen. Cyr. i. 2. 8. Sap. v. 8. Diod. Sic. p. 21. B. p. 51. A. Plutarch. Puer. Educ. xiii. 18. xvii. 3. Philo de migr. Abrah. p. 422. v. Raphelius Polybb. Münthius et Lœnerus ad h. l. Sturzii Lex. Xenoph. h. v. Dresigius de V. M. p. 458. Dissident autem interpretes de eo, utrum verba διὰ τῆς χάριτος copulanda sint cum συνεβάλετο, an cum τοῖς πεπιστευκόσι, variant etiam in interpretatione vocabuli χάρις. Hoc vocabulum Raphelius Polyb. Weistenius, Heinrichsius, alii, accipiunt de sermonis gratia, facundia, qua Christianis profuerit Apollonius. At enimvero χάρις non ponitur nude

Digitized by Google

λετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Εὐτόνως γὰρ 28
τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

ΚΕΦ. ιθ'.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον· καὶ εὑρών

de sermone, ut recte animadvertit *Wolfius* ad h. l. *Limborchius* χάρις interpretatur *de doctrina evangelii* Act. iii. 43. qua profuerit Apollonius. *Hammondus*, nomen χάρις, ut alias εὐαγγέλιον, positum putat, *de prædicatione evangelii*, hoc sensu: ulterius instituit, et confirmavit eos, qui prædicatione evangelii dudum ad fidem conversi erant. Eundem significatum *Boltenius* vocabulo χάρις substituit, qui tamen cum verbo συνεβάλετο copulat. *Nœselltus* in Exercitatt. p. 56. συνεβάλετο τοῖς πεπιστευκόσι explicat: *locutus est cum credentibus*, et χάρις refert ad disputandi vim, ac positum putat pro χαρίσμασι, sive σοφίᾳ et Πνεύματι, quam in rem confert locum Act. vi. 10. Sed locus ille non est nostro similis. Sermo ibi est de disputatione cum adversariis, de qua συμβάλλεσθαι legitur xvii. 18. præterea frigidam sententiam hæc interpretatio gignit, nec ei favent ea quæ v. 28. leguntur: εὐτόνως γὰρ κ. τ. λ. Alii vulgarem vocabuli χάρις significationem retinent, et verba explicant; multum profuit iis, qui per benignitatem divinam, doctrinam Christi susceperant (sic *Wolfius*, *Heumanus* etc.) vel χάρις referunt ad verbum συνεβάλετο (veluti *Morus*, al.) hoc sensu: multum profuit Christianis favore divino adjutus. Et hæc posterior ratio contexto sermoni cum maxime consentanea est. 1 Cor. iii. 6. ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.

(28.) εὐτόνως γὰρ—δημοσίᾳ] *acriter enim Judæos palam refutabat: εὐτόνως, acriter, magna cum contentione*, v. Luc. xxiii. 10. Verbum autem διακατελέγχεσθαι idem valet quod καταλέγχεσθαι, *refutare*, vid. ad Marc. ix. 25. Profuit ergo Christianis, refutando Judæos, qui acerrimo odio Christianos persequebantur, et e literis sacris demonstrando Jesum esse Messiam, ita enim ampliabat ecclesiam et Christianos confirmabat.

CAP. XIX.

(1.) Interea dum Apollos Corinthi versatur, redit Paulus Ephesum, ut promiserat v. xviii. 21. incidit ibi in nonnullos Johannis discipulos, eosque baptismi ritu in numerum Christianorum recipit, 1—7. Ultra biennium Ephesi commoratur et multos ad Christi signa adducit, 8—20. concitatur tumultus a Demetrio aurifabro, Paulus autem salvus et incolumis evadit, 23—fin. τὸν Ἀπολλὼ accusativus antiquiorum Atticorum pro Ἀπολλών, v. *Er. Schmidius* ad h. l. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. i. p. 378 sq. Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη] *Paulus superioribus regionibus peragratis*, intelliguntur Galatia et Phrygia, coll. xviii. 23. dicuntur ἀνωτερικὰ μέρη respectu Ephesi, urbis Asiæ Minoris maritimæ. Litus enim maris Ægæi et Ephesus, urbes regionesque huic mari adjacentes a Græcis κάτω, *infra*, (an der Seeküste) jacere, loca vero quælibet Asiæ mediterranea ἄνω, *superius*, sita dicuntur, v. *Sturzii* Lex. Xenoph. sub v. ἀναβαίνειν, καταβάσεις, κάτω, et *Kypkius* ad h. l. *Ephesus*, Ioniæ metropolis, inter Caistrum et Mæandrum fluvios, prope mare Ægæum sita, literarum bonarumque artium studio, mercatura, opibus florentissima, cui et Dianæ templum ornatissimum splendorem haud exiguum dedit, vid. infra v. 24. a Stephano Byz. vocatur πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, a Josepho Ant. xiv. 17. πρωτεύουσα (πόλις) τῆς Ἀσίας. add. Plin. H. N. v. 29. καὶ εὑρών τινας μαθητὰς] *et quosdam ibi Messiæ cultores nactus*. Vocabulum μαθηταὶ latiori significatu capiendum est, non Jesum pro Messia habebant, erant enim non nisi Johannis baptismo lustrati, coll. v. 3. erant tamen Christi s. Messiæ discipuli, quem brevi proditurum esse credebant, cujus doctrinam et instituta se admissuros esse profitebantur, simulac edocti essent, quinam pro Messia habendus esset, vid. ad xviii. 25. et *Nœsselti* Exercitatt. p. 51 sqq. cumque Johannes ipse, quis Christus esset, non teneret, antequam Jesus sibi baptismum conferri jussisset, non mirandum, eos quoque, qui in ipsis initiis baptismi Johannei baptizati, et Christi adventum professi essent, posthæc autem, ante Christi publicam provinciam et mortem, in alias extra Judæam regiones delati essent, ignorasse, Jesum esse hunc Messiam; quin et plures discipulorum Johannis, postquam is Jesum Messiam declararat, magistrum suum majorem prophetam quam Jesum habebant, vid. ad Joh. iii. 26. Matth. xi. 2. Hos μαθητὰς ab Apollo baptizatos fuisse, ut *Wetstenius*, *Boltenius*, *Heinrichsius* suspicantur, parum probabile est, hic enim et ipse Johannis sectator ejusque baptismo lustratus, postea ab Aquila et Priscilla meliora edoctus, haud

Digitized by Google

2 τινας μαθητὰς, Εἶπε πρὸς αὐτούς· Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἀλλ' οὐδὲ, εἰ Πνεῦμα
3 ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον· Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα.
4 Εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι,

dubie etiam his hominibus diligentius τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν, vid. xviii. 26. exposuisset. In tanta qua versabantur illi duodecim (v. 7.) ignorantia, coll. v. 2. ab alio quopiam Johannis discipulo baptizati, post Apollonii discessum Ephesum venisse et separatam societatem fecisse videntur. Paulus enim eos non in synagoga reperit, sed congregatos seorsim adiit.

(2.) Audiverat Paulus de his hominibus, eos a Judaismo usitato esse alienos, et novam quasi sectam constituere, suspicatus ergo Johannis esse sectatores, eos adiit, ut meliora edoceret. Plura autem haud dubie Paulus cum iis locutus est, quam quæ h. l. memorantur. Eum interrogasse ipsos, num baptizati essent? colligi potest e verbis v. 3. εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; cumque affirmassent se lavacrum sacrum subiisse, quo cognosceret, an haberi possent cives ejusdem regni Messiani, quod ipse ampliare studebat, eos porro interrogabat; εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες, *num Spiritus S. effectiones experti estis doctrinam divinam amplexi?* πιστεύειν, doctrinam Messiæ profiteri, doctrinam divinam suscipere, vid. not. ad xviii. 25. Πνεῦμα ἅγιον significat effectus vis divinæ in animis Christianorum, φανέρωσιν τοῦ Πνεύματος (1 Cor. xii. 7.) inprimis illum enthusiasmum sacrum, singularem illam animi commotionem, quæ divinitus injecta putabatur, qua se impulsos sentiebant, ut ea, quibus inflammatus esset animus, libere confidenterque edicerent, v. ad ii. 4, 38. iv. 31. viii. 14, 15. Ephesii illi, in quorum urbe adhuc admodum tenuiter Christus illuxerat (Act. xvi. 6.) respondebant Paulo: ἀλλ' οὐδὲ, εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν, *ne audivimus quidem esse Spiritum Sanctum.* At enimvero qui hæc dicebant, erant Judæi; Johannes enim ejusque discipuli non nisi Judæos baptizabant, Judæis formula רוח הקדש non erat ignota, Spiritu divino agitabantur prophetæ, Ezech. xi. 5. Scilicet hoc significabant isti Ephesii, nondum se audivisse, Messiam venisse, et quis ille sit, ignorare se jam adesse illud tempus, quo prædicente Joële, iii. 1. (v. not. Act. ii. 17.) effundendus sit Dei Spiritus in omnis generis homines, neque adeo se eo imbutos esse. Neque enim dubitari potest Paulum affirmasse, oraculum illud Joëlis, quod omnium Judæorum ore celebrabatur, jam eventu esse comprobatum. Ad verba εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι subintelligi debet δοθὲν, vid. not. ad Joh. vii. 39. *Glassii* Philol. S. p. 630.

(3.) εἰς τί plures interpretes positum accipiunt pro ἐν τίνι scl. βαπτίσματι, *qualenam baptisma accepistis?* et εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα pro ἐν τῷ Ἰωάννου βαπτίσματι, *Johannis baptismo usi sumus.* Ex aliorum sententia εἰς caussam finalem indicat. *Quorsum lavacrum subiistis?* quamnam professi estis doctrinam, cum sacro lavacro immergeremini? Respondent: *ut Johannis baptismum susciperemus*, ut profiteremur doctrinam quam Johannes annuntiabat, cujus doctrinæ per ejus baptismum obstricti sumus. Per Ἰωάννου βάπτισμα, ut xviii. 25. significatur Johannis doctrina et baptismus, qui v. 4. dicitur βάπτισμα μετανοίας. Hæc explicatio præferenda videtur.

(4.) *Tum Paulus: Johannes lavacro homines immersit, quo eos vitæ emendationi obstringeret, commonefaciens populum, ut nomen darent post ipsum ducturo*, h. e. *Jesu Messiæ.* Particulæ μὲν (quam codd. nonnulli omittunt, male ac perperam) non respondet sequens particula δὲ sed μὲν h. l. nude ponitur, ut sæpius, ita, ut sit particula otiosa, quæ adeo nec Latine reddenda sit, v. Act. i. 1. al. *Fischeri* Ind. Theophr. h. v. *Findeiseni* Ind. Isocr. Evag. h. v. *Glassii* Phil. S. p. 533. βάπτισμα μετανοίας est lavacrum, quo qui utuntur, vitæ animique mutationi in melius obstringuntur, vid. ad Marc. i. 4. τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν sunt verba Pauli explicantis, quis fit ille ἐρχόμενος a Johanne annuntiatus, nempe Jesus, quem pro Messia habere, et utpote talem colere deberent. Similis locus Rom. x. 6, 7. Sensus autem verborum Pauli hic est: Johannes homines, quos baptizavit, mutationi vitæ, et mox venturo Messiæ obstrinxit, eosque admonuit, ut obsequerentur iis cunctis quæ Messias præcepturus et instituturus esset, Jesus vero est Messias a Johanne annuntiatus, ergo necesse est, ut Jesu Messiæ per baptismum obstringamini, ejusque doctrinam profiteamini. Per se intelligitur, hanc brevissimam Lucæ narrationem, non omnem orationem complecti, quam Paulus habuit, sed illius tantum momenta præcipua. Uberius procul dubio doctrinam Christi Ephesiis illis exposuit, et be-

Digitized by Google

τουτέστιν, εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτί- 5
σθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς 6

nēficii magnitudinem ac certitudinem oratione sua ampliavit, et e libris sacris, ipsisque Johannis sermonibus confirmavit, ac docuit Jesum, mortuum et in vitam revocatum esse Messiam.

(5.) ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ] *audita Pauli oratione lavacro sacro obstringebantur Jesu Messiæ ejusque doctrinæ*, v. not. ad Matth. xxviii. 19. p. 831. ed. 2. Homines istos a Paulo iterum baptizatos esse, qui ante a Johanne initiati essent, quicunque nulla opinione adhuc præoccupatus ad hunc locum legendum accesserit, haud cunctanter concedet. Sed quoniam quidam ad tollendam baptismi Johannei vim hoc loco abusi sunt, et hæc lavacri sacri iteratio Anabaptistarum placitis favere videbatur, propterea in hoc loco explicando laborari cœptum est, atque haud pauci negarunt Paulum Ephesios illos lavacro sacro immersisse. Quod ut probarent, varias vias ingressi sunt. a) Ac plurimi quidem v. 5. continuatam Pauli orationem continere statuerunt, et hujus versus verba retulerunt ad Johannis baptismum, ipsius suasu susceptum. Hæc fuit sententia *Bezæ*, *Drusii*, *Er. Schmidii*, *Calixti*, *Suiceri* (Thes. Eccl. T. ii. p. 778.) *Glassii* (Phil. S. p. 531. ed. *Dath.*) *Buddei* (Instit. Dogm. p. 1048. b.) *Olearii* (Obss. 64. in Matth. §. 5.) *Wolfii*, aliorumque, qui verba ita interpretati sunt: *Johannes quidem quos baptisavit, mutationi vitæ obstrinxit, populo præcipiens, ut in venturum post se crederent* h. e. *in Christum Jesum; qui vero audiebant* (præconium Johannis de Christo) *baptizati sunt* (a Johanne) *in nomen Domini Jesu*. Innituntur hujus sententiæ defensores maxime particulis μὲν et δὲ, v. 4, 5. quas præcipiunt esse relativas, adeoque indicare continuationem sermonis ejusdem personæ, de eadem re loquentis. His ita statuentibus opposuerunt alii hæc: 1) Argumentum illud ex relatione particularum μὲν et δὲ desumptum, nihili est. Frequenter enim ponitur μὲν ut non sequatur δὲ, vid. supra notata; et quod v. 5. attinet, sæpius eodem ordine procedit Lucæ narratio, sine antecedente μὲν, ubi nullo pacto dubitari potest, esse illa Lucæ ipsius, qui narrat, verba, v. ii. 37. 2) Admissa illa sententia, frigida existit tautologia, continet v. 5. eadem quæ v. 4. præcesserunt, nempe Johannem aqua tinxisse populum *in nomen Jesu*. 3) Nusquam vero etiam legimus, Johannem homines initiasse *in nomen Jesu*. Nam id nomen Messiæ fore, tum nondum constabat: sed Apostoli demum sic fecere. Paulus ipse tantum *per interpretationem* docet, Johannem initiasse homines in nomen Jesu, *non diserte, ac nominatim*: per ἐρχόμενον, intellexisse hunc ipsum Jesum, *non* ipsum *nominasse*. 4) Necesse est, ut ii qui βαπτισθησαν sint ii, ad quos pertinet mox sequens αὐτοῖς: καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς Παύλου τὰς χεῖρας v. 6. sed hi alii, quam ἀκούσαντες illi esse non possunt. 5) A Johanne baptizatos iterum ab Apostolis aqua fuisse tinctos, colligi etiam potest ex Act. ii. 38, 41. Cum enim omnes fere Hierosolymitani et Judæi a Johanne baptizati sint, v. Matth. iii. 5.: credibile non est, nullum inter tria millia hominum, qui Act. l. l. ab Apostolis baptizati leguntur, fuisse a Johanne baptizatum. Omnes autem sine discrimine ab Apostolis baptizati leguntur. 6) Neque exinde, quod a Johanne baptizati iterum ab Apostolis aqua tincti sunt, consequitur, Johannis baptismum inutilem, et Apostolico baptismo in vituperationem adductum fuisse. Abrogatio enim rei, pro temporis ratione adhuc imperfectæ, non est ejusdem vituperatio. Ipse Lucas docet baptismum Johannis non omnino fuisse eundem ac baptismum in nomen Jesu, v. xviii. 25. Erat imperfectior pro temporum ratione Johannis baptismus. Baptizabat Johannes omnino in Messiam venturum, Apostoli in *Jesum* Messiam. Sed Johannis baptismo et doctrina præparabantur Judæorum animi, ut eo lubentius Jesum ejusque meliorem institutionem acciperent, eique se novo simili ritu dicarent. 7) Neque Anabaptistarum placitis hæc baptismi iteratio favet. Hi enim *eundem* baptismum repetunt. Qui vero in ecclesia Christiana baptizantur, Christo ejusque doctrinæ obstringuntur, nec adeo ulla baptismi repetitione, ad quamcunque sectam se applicent, opus habent. conf. omnino *Limborchius* ad h. l. *Moschius* in *Bibelfreund* Th. ii. p. 138 ss. *Ernestius* Opuscc. Theologg. p. 233 ss. ed. 2. *Semleri* Diss. rebaptizatos fuisse, de quibus agitur Act. xix. 5. confirmans. Halæ 1769. 4. b) Novam interpretationem hujus loci protulit *Carpzovius* in libello inscripto: Acta Pauli cum Ephesiis duodecim s. expositio literalis historiæ Actuum-App. xviii. 1—7. verba v. 5. ita vertenda esse putat: *agnoverunt*, didicerunt *illi*, *se baptizatos* olim *fuisse* a Johanne *in nomen Jesu*. Recte vero contra monuit *Semlerus* l. l. talem locutionem et interpretationem peccare contra omnem usum loquendi et omnes regulas narrandi. c) Alii, veluti *Jungius* (*Döderlein Christl. Religionsunterricht nach dem Lateinischen des Verf. ausgearbeitet von Junge*

Digitized by Google

τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς·
7 ἐλάλουν τε γλώσσαις, καὶ προεφήτευον. Ἦσαν δὲ οἱ πάντες
8 ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐπαρ-
ρησιάζετο, ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος, καὶ πείθων τὰ περὶ
9 τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο καὶ
ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους,

Th. xii. Abth. 2. p. 512.), *Zieglerus* (in *Theologg. Abhandll.* Th. ii. p. 162.) contenderunt, Ephesios illos a Johannis quodam discipulo fuisse baptizatos, non *in venturum Messiam*, sed *in Johannem*, ideoque Paulum iis finem et consilium baptismi Johannei, quod ignorassent, explicuisse v. 4. et baptismum repetiisse, fuisse ergo eos non ex regula, sed extra ordinem baptizatos. Nam non aliunde posse probari, a Johanne baptizatos ab Apostolis iterum lavacro sacro fuisse immersos. In numero enim eorum, quos die Pentecostes Apostoli in cœtum Christianorum per baptismum recepissent, v. Act. ii. etiam Johannis discipulos fuisse, sumi tantum, non a Luca diserte tradi; etiam Apollonium xviii. 25. accuratius edoctum fuisse Christi doctrinam, quam ante e Johannis disciplina accepisset, sed sine repetitione baptismi. Mihi sic videtur. Qui a Johanne lavacro sacro immergebantur, ii obstringebantur τῇ μετανοίᾳ ad quam cohortabatur, et præparabantur regno Messia mox venturo. Apostoli, cum Jesus his in terris viveret, eos qui baptizari volebant, baptizabant Joh. iii. 5. ubi v. not. 26. iv. 1, 2. ita, ut eos Jesu ejusque doctrinæ obstringerent, et initiarent novæ œconomiæ a Messiæ propediem constituendæ Joh. iv. 1. μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει] coll. v. 2. Jesum Messiam esse; tunc temporis nondum docebant Apostoli, v. not. ad Matth. xvi. 20. x. 7. neque adeo in Jesum *Messiam* baptizabant. Qui Johannis baptismum susceperant et Jesum ipsum audiebant ejusque doctrinam admittebant, ab Apostolis non iterum lavacro immergebantur. (Joh. iii. 26. Baptistæ discipuli ita loquentes inducuntur: magister, qui tecum versatus et a te flumine immersus est, hic ipse baptizat; non addunt: etiam a te lavacro sacro immersos.) Nec Apostoli a Jesu iterum aqua tingebantur, erant enim disciplinæ ipsius alumni, et statim ab initio edocti, Jesum esse Messiam. Cum vero post Christi in cœlum abitum ejus jussu ab Apostolis colligeretur ecclesia, cujus fundamenta ipse jecerat, in eamque per baptismum recipi deberent, qui Jesum Messiam haberent, ejusque doctrinam profiterentur, tum etiam a Johanne vel post ejus mortem a discipulis ipsius baptizati, qui Jesu his in terris viventi non nomina dederant, nec eum Messiam habuerant, v. Act. ii. 37, 41. ab Apostolis iterum lavacro sacro immergebantur, ut a Paulo duodecim illi Johannis discipuli Ephesi degentes, de quibus h. l. sermo est. Act. quidem c. ii. non diserte traditur interfuisse baptizatis Johannis discipulos, sed e silentio scriptoris nihil effici potest. De Apollonio (Act. xviii.) nuspiam dicitur eum non rursus usum esse baptismo, sed, ut recte monuit *Ernestius* l. l. p. 237. res ut nota et solennis prætermittitur.

(6—8.) Johannis discipuli, qui, utpote severiores Judæi, in precibus ab alius quam sanctæ linguæ usu abstinebant, cum Paulus iis manus imposuisset (vid. ad Matth. xix. 13.) sacro ardore correpti, peregrinis linguis precabantur, ἐλάλουν γλώσσαις, et prophetarum more res sacras, læta futurarum rerum auguria eloquebantur, προεφήτευον, vid. not. ad ii. 17. xi. 27. ἦλθε Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς] Sp. divinus, vis divina in iis operabatur, in animis eorum se efficacem præbebat, vid. ad ii. 4. πείθων] id. qd. διδάσκων, *docens*, ut xviii. 4. xxviii. 23. πείθων αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, pro quo ib. v. 31. legitur: διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ h. l. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ tradebat doctrinam de regno Messiano. περὶ, ut sæpius, periphrasi inseruit, v. ad Marc. iv. 19. Haud dubie non statim initio Paulus docebat Jesum esse Messiam, sed postquam Judæos ad religionem Christianam præparaverat, vid. not. ad xviii. 4.

(9.) *Cum vero nonnulli* (qui e primoribus Judæorum fuisse videntur) *obstinatis animis fidem denegarent*: σκληρύνεσθαι, *occallescere*, per metaphoram adhibetur de iis, qui *contumaces* sunt, qui imperio aliorum et auctoritati, monitis et præceptis, quamvis bonis et salutaribus, parere et obtemperare recusant, ut Hebr. iii. 8, 13. LXX. Ex. viii. 19. Sir. xxx. 12. vid. et Act. vii. 51. κακολογοῦντες—πλήθους] *et conviciis lacesserent doctrinam divinam coram plebe*: ὁδὸν scl. τοῦ Κυρίου, vel, τοῦ Θεοῦ, quæ verba etiam in codd. nonnullis e glossemate addita leguntur; ὁδὸς σωτηρίας xvi. 17. ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν] *ab iis discessit*, αὐτῶν referendum ad τινὲς et πλῆθος ad plebem illis conviciatoribus

Digitized by Google

ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σκολῇ Τυράννου τινός. Τοῦτο δὲ ἐγένετο 10
ἐπὶ ἔτη δύο· ὥστε πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου †Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας. Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ 11
τῶν χειρῶν Παύλου· Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπι- 12
φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ‖ἐξέρχεσθαι ‖ἀπ' αὐτῶν. Ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ 13
τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς

10. † Ἰησοῦ. 12. ∼ ἐπιφερεσθαι. ‖ † ἀπ' αὐτῶν.

obtemperantem. ἀφώρισε—τινὸς] *Christianos a Judæis separavit, eosque quotidie in schola Tyranni cujusdam instituit.* Τύραννος nomen proprium, haud infrequens, v. 2 Macc. iv. 40. Seneca de brevit. vitæ cap. extr. Joseph. Ant. xvi. 10. 3. B. I. i. 26. 3. Suidas: Τύραννος· σοφιστὴς περὶ στάσεων καὶ διαιρέσεως λόγου βιβλία δύο. Præerat haud dubie homo ille scholæ cuidam (σχολῇ) pro more istius seculi, Ephesi, ubi *Sophistam* agebat. An fuerit idem, cujus Suidas meminit, definiri nequit. Eum fuisse Judæum, et per σχολὴν intelligendam esse scholam Judaicam privatam, docendo et disputando destinatam, quam Judæi *Beth Midrasch* dicere solent, ut nonnulli opinati sunt, propterea improbabile est, ut intelligenter *Rosenmüllerus* ad h. l. monuit, quoniam in præcedentibus memoratur, Paulum propter *Judæos* e synagoga exiisse.

(10. 11.) *Quod per duo annos ab eo factum est, ita, ut omnes Asiæ incolæ, Judæi pariter atque gentiles doctrinam Domini Jesu perciperent.* Infinita peregrinorum copia ex omnibus Asiæ regionibus Ephesum (vid. ad v. 1.) commerciorum, etiam sacrorum (coll. v. 26.) caussa venire solebat. ἐπὶ] *per*, durationem temporis indicat, ut v. 8. Thucyd. ii. 35. Act. xiii. 31. xvii. 2. v. *Raphelius* Obss. Herodo. ad h. l. (11.) δυνάμεις οὐ τὰς τυχούσας] *miracula insignia.* Litotes. Τυχὼν, *obvius, quivis, vulgaris, unus ex plebe*, hinc etiam *vilis, contemptus*, Xen. Mem. i. 1. 14. ξύλα τὰ τυχόντα σίζεσθαι, *obvia, vulgaria.* Ib. i. 5. 6. τὸν παρὰ τοῦ τυχόντος χρήματα λαμβάνειν, *cujuslibet.* Ib. iii. 9. 10. τοὺς ὑπὸ τῶν τυχόντων αἱρεθέντας, *ex plebe.* Plutarch. P. E. v. 14. τοὺς τυχόντας μύθους, *fabulas quasvis.* ib. ii. 1. ταῖς τυχούσαις γυναιξὶ, *vilioris notæ mulieribus.* Philo de Opif. m. p. 31. C. οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος μέρους γῆς, *non ex quavis terræ gleba.* Diod. Sic. p. 418. A. οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀγωνίαν παρέσχε τὸ γεγενὸς, *summam consternationem.* Athen. lib. 9. p. 402. C. οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν, *voluptatem exquisitam.* Longino Sect. 9. §. 9. Moses, Judæorum legislator dicitur οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, *non vulgaris intelligentiæ homo.* add. Ælian. H. V. vi. 12. 3 Macc. iii. 7. infra xxviii. 2. οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν. Exempla alia plura congesserunt *Wetstenius, Münthius, Lœsnerus* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. i. 3. 15. διὰ τῶν χειρῶν, *per*, vid. v. 12.

(12.) ὥστε καὶ ἐπὶ ἀσθενοῦντας κ. τ. λ.] *ita, ut ad ægrotantes sudaria et semicinctia, quæ ejus cutem tetigerant, afferrentur.* cf. not. ad v. 15. σουδάριον vox origine Latina, *sudarium, linteum, quo sudor faciei abstergitur*, vid. not. ad Luc. xix. 20. σιμικίνθιον quod et σημικίνθιον scribitur, est quoque vocabulum origine Latinum, ex *semi* et *cingo*, indicat tegumentum linteum, quo anteriorem corporis partem opifices cingere solent. Quam dedit hujus vocabuli explicationem Œcumenius, ea unice convenit *sudariis.* Verba ejus sunt: σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτας, πτύελον, δάκρυον καὶ τὰ ὅμοια· *semicinctia manibus gestant ad abstergendas humiditates vultus, quales sunt sudores, saliva, lacrima et similia.* cf. *Hammondus: Wolfius* in Curis ad h. l. *Casaubonus* ad Vopisci Aurelian. c. 48. interpp. ad Petron. c. 94. χρὼς, *cutis*, Theophr. Char. x. 4. Æl. H. V. xi. 10. *corpus*, Xen. Sympos. iv. 54. h. l. vid. *Wetstenius.* καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους κ. τ. λ] *et* ad horum contactum *morbi ab iis discederent, atque genii mali ex iis egrederentur.* Omnes morbos graviores, inprimis melancholiam, epilepsiam, Judæi derivare solebant a geniis malis, qui ægrotorum corpora obsessa tenerent, vid. not. ad Matth. iv. 24.

(13.) τινὲς ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν] *quidam e circumforaneis Judæorum exorcistis.* Ἐξορκισταὶ certum quoddam hominum genus, qui dæmonia ejiciebant et morbos graviores sanabant, ita, ut varii ge-

Digitized by Google

ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ,
λέγοντες· Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει.
14 Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο
15 ποιοῦντες. Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, εἶπε· Τὸν
Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· ὑμεῖς δὲ τίνες
16 ἐστέ; Καὶ ἐφαλλόμενος ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ
πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν, ἴσχυσε κατ'
αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ

13. ∼ ὁρκίζω.

neris formulas et incantationes, et vero etiam medicamenta adhiberent, cf. not. ad iv. 7. et Matth. xii. 27. περιερχόμενοι qui regiones, urbes obibant, ut quæstum arte sua aucuparentur. ἐπεχείρησαν, *tentarunt, conati sunt*, nuncupare Jesu nomen, ejus nomine uti ad ejiciendos genios malos. Hesychius: ἐπιχειρεῖ· τολμᾷ, vid. ad Luc. i, 1. ἐπὶ, *propter, causa*, v. *Sturzii* Lex. Xen. h. v. p. 267. ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ, *eorum causa, qui a malis dæmonibus agitarentur*, i. ut sanarent homines a geniis malis agitatos. λέγοντες· ὁρκίζομεν—κηρύσσει] *hac formula: adjuramus vos per Jesum quem Paulus prædicat.* Sensus est: adjuramus vos ut exeatis, per Jesum (Ἰησοῦν scl. διὰ) qui vobis imperat, qui pœnas a vobis secus agentibus exiget, vid. ad Matth. xxvi. 63. Exorcistæ hanc adjurationis formulam efficaciorem putabant quam alias, quibus hactenus usi erant, neque tamen ea speratum eventum habebat, furibundus enim eos male tractatos domo effugere coegit.

(14.) *Erant autem Scevæ, sacerdotum principis, filii septem, qui id faciebant.* Σκευᾶς, nomen Græcum, Appian. B. C. 2. p. 762. Horat. Epist. i. 16. 1. erat aut fuerat ἀρχιερεὺς, i. e. classis sacerdotalis princeps, vid. not. ad Matth. ii. 4. Luc. i. 5. Offendit interpretes pronomen τινές. In nonnullis codd. legitur τινός. *Rosenmüllerus* cum *Pricæo* hæc verba ita intelligenda putat, ac si scriptum esset ἦσαν δὲ καὶ τινὲς, inter illos exorcistas erant etiam etc. *Heumanus* e versu priori τινὲς in textum irrepsisse putat; cui tamen conjecturæ non addicunt codices. *Heinrichsius* fine idonea ratione hunc versiculum ab aliena manu glossæ instar additum esse opinatur. Scienter autem *Valckenarius* animadvertit, a Græcis indefinitum τὶς numeralibus ita præfigi, ut abundet. Sic ἑκατόν τινας Plutarch. in Aristid. p. 326. D. δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, Act. xxiii. 23. Apuleius, lib. ii. p. 36. *introductis* quibusdam septem *testibus* ubi v. *Oudendorpius*, cf. Selecta e scholis *Valckenarii* p. 563. Septem illi Scevæ filii qui una intrarunt domum dæmoniaci, hoc ipso numero septenario, qui sanctus habebatur, confisi videntur.

(15.) ἀποκριθὲν τὸ πνεῦμα] homo qui a genio malo obsessus putabatur, coll. v. 16. ut Marc. i. 34. iii. 11. eum furiosum fuisse v. 16. planissime docet. τὸν Ἰησοῦν γινώσκω κ. τ. λ.] *Jesum novi, etiam Paulum cognosco, vos vero quinam estis?* Jam diutius Paulus Ephesi docuerat, et insignia facta patrarat, v. 8, 10, 11. audiverat ergo homo illé de Paulo et Jesu quem prædicabat. vid. ad Matth. viii. 29. ὑμεῖς δέ τινες ἐστε; vos non ad illos pertinetis, vestræ adjurationi mihi non parendum. Præclara est *Raphelii* in Annotatt. Polybb. p. 377. ad h. l. observatio: Interrogatio hæc est non ignorantis, sed partim increpantis eum, qui sibi arrogat, ad se quod nihil attinet, partim contemnentis eum, qui neque suas, neque hostis vires considerat, sed temeritate quadam actus certare audet cum valentiore, cui eum vincere ludus est. Laudat hanc in rem inter alia Arrian. Epictet. iii. 1.

(16.) *Tum homo a genio malo obsessus, insiliit in eos, et subactos male mulctavit, ut nudi et vulnerati ex ædibus illis profugerent.* ἐφαλλόμενος] Hesychius πηδήσας *insiliens*. In nonnullis codd. omissa particula καὶ legitur κατακυριεύσαν, quæ lectio originem suam debet librariis et grammaticis, qui hanc rem ad genium malum potius, quam ad hominem ab eo occupatum putarent referendam. Sed ita hiulca oratio redditur, ut recte vidit *Wolfius*, nec est verbum a quo pendeat antecedens vox ἐφαλλόμενος, quæ vicissim una cum sequente κατακυριεύσας egregie quadrat ad verbum ἴσχυσε κατ' αὐτῶν. Verbum autem ἰσχύειν κατά τινος h. l. non significat *superare, prævalere*, nam diserte distinguitur a verbo κατακυριεύειν et sequitur ὥστε γυμνοὺς κ. τ. λ. sed, *vim exercere*, viribus uti contra aliquem, et in perniciem ipsius i. violenter tractare, male mulctare Sapient. xix. 20. πῦρ ἴσχυσεν ἐν ὕδατι. Ad κατακυριεύσας αὐτῶν AD. (St. β.) 15. 18. al. Vulg. (*dominatus amborum*) cant. etc. addunt ἀμφοτέρων probante *Millio* Prolegg. §. 974. qui ἀμφο-

Digitized by Google

τοῦ οἴκου ἐκείνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις 17
τε καὶ Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον· καὶ ἐπέπεσε
φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ
Κυρίου Ἰησοῦ· Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξ- 18
ομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.
Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς 19

τέρων ad Scevam patrem et septem ejus filios refert. Sed Scevam adfuisse Lucas non tradit, memorantur tantum v. 14. septem Scevæ filii. Etiam *Bengelius* in Gnom. rescribi vult ἀμφοτέρων, et hanc lectionem ita defendit: Septem filii Scevæ id facere solebant: *duo* id fecerunt in hoc casu, quem Lucas memorat, coll. v. 13. ubi τῶν, *iis*, spectat ad septem: τινὲς *quidam*, ad duos. Sed τινὲς sunt illi ipsi septem, coll. v. 14. Equidem arbitror ἀμφοτέρων a sciolo quodam fuisse adscriptum, cui mirum videretur, furibundum septem homines subegisse. γυμνοὺς] vestibus laceris, vid. not. ad Matth. xxv. 36. Liv. iii. 11. *qui obvius fuerat mulcatus nudatusque abibat.*

(17. 18.) "Hoc non parum fecit ad confirmandam auctoritatem Pauli (v. 15.) cui, sananti dæmoniacos, nunquam tale quid accidit, et celebratum est nomen Jesu ideo, quia per eum vera fiebant miracula, non talia, qualia erant fraudatorum illorum." *Rosenmüllerus.* ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς] *omnium admirationem movit*, vid. ad ii. 43. add. Luc. vii. 16. ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, celebratus est Jesus, vid. ad v. 13. πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων] *multi autem ex iis, qui jam Christo nomen dederant, ad Paulum accesserunt, confessuri et declaraturi sua delicta.* Cohortatus erat Paulus hos Ephesios, de quibus v. 17, 18. sermo est, cum eos in societatem Christianorum reciperet, ad vitæ animique mutationem in melius, et cum Ephesi in primis florerent artes magicæ, eos etiam admonuerat, ut superstitioni valedicerent, et ab artibus istis abstinerent. Illi vero præceptis et admonitionibus Apostoli non paruerant. Jam vero cum hi Christiani Pauli legationem divinam tam insigniter confirmatam viderent, et quam male cesserit Scevæ filiis exorcismus: improbitatem suam agnoscebant et detestabantur, et qui artes magicas tractarant, ut ostenderent, se in posterum illis non esse operam daturos, libros magicos, quos habebant, comportabant et publice comburebant. ἐξομολογεῖσθαι h. l. notat, *confiteri* peccata sua, ita, ut ostendas te esse peccatorem, atque promittas, te velle posthac pietatis et probitatis studiosum esse, ut Matth. iii. 6. ubi v. πράξεις] plures interpretes ad artium magicarum exercitium referunt, sed πράξεις generatim peccata indicat id. qd. τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ut in codd. quibusdam e glossemate legitur. Erant autem in numero peccatorum illorum etiam qui artes magicas tractarant, de quibus v. 19. sermo est.

(19.) ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων] *multi etiam, qui artes curiosas* (magicas) *tractarant.* Περίεργος proprie dicitur *qui præter rem curiosus est et diligens*, qui nimis sedulus est et curiosus in rebus sciscitandis et agendis, quæ ad ipsum non pertinent id. ad. πολυπράγμων, v. *Koppius* ad 2 Thess. iii. 11. add. 1 Tim. v. 13. et inepta sedulitas quacunque in re dicitur περιεργία vid. *Casaubonus* ad Theophr. Char. 13. Hinc translatum vocabulum περίεργος ut Lat. *curiosus* ad eos, *qui magicarum artium studio tenentur*, Aristænet. 2. ep. 18. τὶς τῶν περιέργων est *magus*, qui paulo post dicitur ὑπερηνάμενος τῶν περιέργων τὸ σχῆμα, *imitari magi habitum.* add. Irenæ. adv. hær. lib. 1. c. 20. Horat. Epod. xvii. 77. *An quæ movere cereas imagines* (*Ut ipse nosti curiosus*) *et polo Deripere lunam vocibus possum meis, Possum cremato excitare mortuos.* cf. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 4. p. 277 ss. *Wetstenius, Kypkius; Wolfius* ad h. l.; *Irmischius* ad Herodi. iv. 12. 5. *Burmanus* ad Petron. 46. Ita autem περίεργος h. l. esse capiendum, cum Ephesus ipsa, ubi ejusmodi artes inprimis vigebant, tum etiam libri h. l. nominati evincunt. Ephesiorum περιεργίαν testantur etiam Ἐφέσια γράμματα, *literæ Ephesiæ*, h. e. schedulæ quibus inscriptæ erant notæ et formulæ, quæ ut amuleta, ἀλεξιφάρμακα, corpori alligabantur, ad averruncandos morbos, dæmones, et alia mala tollenda, quibus et alii homines superstitiosi in Græcia utebantur. Quævis autem amuleta, quibus inscriptæ erant aliquot voces magicæ dici solebant Ἐφέσια γράμματα. Diogenianus, Cent. 4. prov. 78. Ἐφέσια γράμματα ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἃς οἱ φορεῦντες ἐνίκων ἐν παντὶ, incantationes magicæ, quas qui gestabant in omni re victoriam reportabant. Erasmus Adagg. Centur. 2. p. 578. *Proverbium hoc dictum videtur de iis, qui mira felicitate tanquam divina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesiis notulas quasdam*

Digitized by Google

βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς
20 τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Οὕτω
21 κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν. Ὡς
δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ Πνεύματι, διελθὼν
τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ,
εἰπών· Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώμην
22 ἰδεῖν. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακο-
νούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον

et voces magicas fuisse, quibus utentes omni negotio victores evaderent. Eustath. ad Hom. Odys. τ. p. 694. 35. Ἐφέσια γράμματα—ἰπφδαὶ γάρ τινες φασὶν ἰκεῖναι ἦσαν, ἃς καὶ Κροῖσος ἐπὶ τῆς πυρᾶς εἰπὼν ὠφελήθη· καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ φασὶ Μιλησίου καὶ Ἐφεσίου παλαιόντων τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ Ἐφέσια γράμματα, ὧν γνωσθέντων καὶ λυθέντων αὐτῷ τριακοντάκις τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον· *quidam dicunt illas literas incantationes fuisse, quæ Cræso, cum in rogo usurparet, maxime profuerint. In Olympiis autem, dicunt, Milesio et Ephesio inter se pugnantibus, Milesium nequaquam potuisse vincere, quia alter in talo habebat Ephesias literas, quibus cognitis et ablatis, Ephesium ter decies e vestigio cecidisse.* vid. *Deylingius* l.l. p. 280. *Küsterus* ad Suidam T. i. p. 919. *Wetstenius* ad h.l. et Selecta e scholis *Valckenarii* p. 564. συνεξίγκαντες—ἐνώπιον πάντων] *allatos libros in conspectu omnium combusserunt:* βίβλους, libros, qui modum artes magicas exercendi exponebant, formulas magicas continebant. καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς κ. τ. λ.] *quorum pretio computato,* denariorum, *quinquaginta millia reperta sunt.* ἐπίσκιον de pretio rerum venditarum in summam redacto, extat etiam ap. Xen. Œcon. ii. 3. In explicando autem vocabulo ἀργύριον, dissentiunt inter se interpretes. Quia versionis Alexandrinæ conditores כסף vocabulo σίκλος expresserunt: *Grotius* et *Drusius* h.l. cogitant de *siclo argenteo,* quæ moneta erat Judaica, quatuor drachmas Atticas i.e. dimidium imperialis continens, vid. ad Matth. xvii. 24. Sed parum probabilis est hæc sententia, cum res hujus loci non in Judæa, sed Ephesi peractæ sint, et sic nimis magna summa prodiret, nempe 25000 imperialium. Eadem magnitudo summæ obstat etiam eorum opinioni, qui *minas* intelligunt. Etenim mina Attica continebat centum drachmas. Suidas: μνᾶ· ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν. Pollux ix. 9. 86. ejusque pretium fere tredecim imperiales æquat, v. *Gronovius* de pec. vet. iii. 3, 4, et 5. *Eisenschmidius* de Ponderibus et Mensuris p. 48. Rectius igitur plerique interpretes ad μυριάδας πέντε subintelligendum censent δραχμῶν quæ moneta in Asiæ regionibus usitatissima erat. Drachma nummus argenteus erat, ejusdem cum denario ponderis, sex obolos valens, e nostra moneta tres grossos, vid. ad Matth. xviii. 28. Luc. xv. 8. prodit sic summa sex mille, ducentorum et quinquaginta imperialium, v. *Deylingius* l.l. *Lakemacherus* Obss. Philoll. P. 2. c. 5. §. 5. p. 153.

(20.) *Sic maxime crevit religio Christiana et invaluit:* οὕτω cum nimirum tam luculenter apparuisset, quantum discrimen inter Apostolorum et veteratorum illorum insignia facta intercederet, cumque tam insignem triumphum de superstitione gentili verior Jesu Messiæ doctrina egisset. κατὰ κράτος, *vehementer, magna vi,* Hesychius: ἰσχυρῶς, σφοδρῶς, cf. *Kypkius, Wetstenius* et *Munthius* ad h.l. Significatur hac formula vel rei magnitudo, vel vehementia s. etiam vehemens quoddam studium, vid. Selecta e scholis *Valckenarii* ad h.l. p. 565. αὔξανε, ἴσχυεν sunt synonyma Diod. Sic. p. 37. D. ἐπὶ τοσοῦτο ἴσχυσε καὶ διέτεινε τοῖς χρόνοις ἡ δόξα τούτου τοῦ βασιλέως, *adeo gloria hujus regis cum temporibus prolatata invaluit s. in tantum crevit.* Potest etiam ἴσχυσε reddi, *vim suam exseruit,* vid. ad v. 16. sensu eodem manente.

(21.) *His vero gestis Paulus constituit, peragrata Macedonia et Achaia Hierosolymam proficisci.* ἔθετο ἐν τῷ Πνεύματι, id. qd. εἰς τὸ πνεῦμα et ἐν τῇ καρδίᾳ, s. εἰς τὴν καρδίαν, *apud animum constituit, consilium cepit,* Hebr. שׂוּם בלב vid. not. ad v. 4. neque hæc loquendi ratio Græcis inusitata est, v. *Kypkius* ad h.l. Revisere volebat Paulus ecclesias, quas in Achaia, i.e. Græcia, vid. not. ad xviii. 12. et Macedonia collegerat, et stipem colligere, quam afferret pauperibus ecclesiæ Hierosolymitanæ, v. Rom. xv. 25, 26.

(22.) δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ] *duo adjutorum suorum,* quorum opera in prædicatione evangelii utebatur. Ἔραστον cujus etiam mentio fit 2 Tim. iv. 20. alius Erastus memoratur Rom. xvi. 23. ubi v. *Kop-*

Digitized by Google

εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος 23
οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, 24
ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, παρείχετο

pius. αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν] ipse autem aliquamdiu in Asia (Ephesi) remansit: εἰς τὴν Ἀσίαν pro ἐν τῇ Ἀσίᾳ, qua permutatione nihil frequentius. Ἐπέχειν scil. ἑαυτὸν, se retinere, pro, morari in aliquo loco, vel simpliciter ponitur, ut ap. Xen. Cyr. v. 4. 17. ἐπισχέσω ἕως ἂν καλῶς σὺ φῇς ἔχειν, subsistam donec tibi commodum visum fuerit, vel additis vocabulis χρόνος, ἡμέρα, omissa præpositione κατὰ Herodo. vii. 123. ἐπισχὼν χρόνον. viii. 112. ἐπισχόντες ἐλίγας ἡμέρας. conf. *Raphelius*, *Wetstenius*, *Münthius* et *Læmerus* ad h. l. Sed χρόνον Græci sæpe ponunt pro πολὺν χρόνον et χρόνον τινὰ ut h. l. legitur, v. *Hemsterhusius* in Obss. Miscell. Vol. iii. p. 416.

(23. 24.) ὁδὸς] doctrina Christiana, ut supra v. 9. xxii. 4. τάραχος οὐκ ὀλίγος] *ingens tumultus*, vid. xvii. 4. xix. 11, 24. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι κ. τ. λ.] *faber quidam argentarius Demetrius nomine, qui ædiculas Dianæ argenteas conficiebat*: ἀργυροκόπος ex ἄργυρος et κόπτειν *cudere, ferire, ein Silberschläger, qui ducit argentum in laminas, argenti cusor*, hinc omnino *faber argentarius, ein Silberarbeiter*. *Beza*, *Scaliger*, *Valckenarius* (v. Selecta e Scholis *Valckenarii* p. 566.) alii (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) intelligunt *monetarium*, *Münzmeister*, atque in verbis ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος cogitant de *nummis* argenteis, quibus templi Ephesini figura incisa fuerit. Notant, *nummum* repræsentantem figuram templi recte a Luca vocari potuisse ναός, ut *nummus*, in quo *bovis* figura esset impressa, βοῦς dictus fuerit Athenis. Sed huic interpretationi, præter alia, inprimis obstat hoc, quod ejusmodi nummos, Dianæ templum repræsentantes, extitisse, probari nequit, ut recte monuit ad h. l. *Casaubonus*. Intelligi potius debent templa s. ædiculæ, ad exemplar templi Ephesini fabricatæ, portatiles, Dianæ simulacrum continentes. Scilicet extra urbem, ad portum, exstructum erat [magnificum Dianæ templum, quod ob splendorem suum, admirandam fabricam atque structuram, septem orbis miraculis annumeratum est. Universa templi longitudo erat CCCXXV pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum viginti septem, LX pedum altitudine, ex iis XXXVI cælatæ: vid. Plin. H. N. xxxvi. 14. xvi. 40. Tota ædes aurea vocatur in Aristoph. Nubb. v. 598. verba sunt: ἦν Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρυσον οἶκον ubi schol. πάγχρυσον δὲ οἶκον λέγει, τὸν πολυτελέστατον ναὸν, ὃς ἦν εἷς τῶν ἑπτὰ θεαμάτων. add. Pausan. Achaic. 9. p. 207. Pompon. Mela i. 17. Templum hoc Dianæ Ephesiæ Herostratus, ob præposteram immortalitatis libidinem, incendit ea nocte, qua Alexandrum Magnum natum fuisse, scriptores referunt, Olympiade 106. 1. die sexto Hecatombæonis ante C. N. 356. sed parte templi incendio absumpta, multo magnificentius exstructum est Strabo 14. p. 948. C. ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν, ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν, add. Valer. Max. viii. 14. 5. Cic. N. D. ii. 27. Macrob. Saturn. ii. 3. Gellius N. A. ii. 6. cf. omnino de hoc Dianæ templo *Gronovii* Thes. Antiq. Græc. T. viii. p. 2646 sqq. *Polckii* Diss. de Magna Ephesiorum Diana, Lips. 1718. 4. *Deylingii* Obss. Sacrr. P. 4. p. 283 ss. et *Wetstenius* ad v. 35. In templo Dianæ extabat Dianæ statua, cujus figura ex nummis satis cognosci potest. Ornamenta et symbola ejus accuratius descripsit *Menetreius* in Diss. inscripta: symbolica Dianæ Ephesiæ statua exposita, inserta *Gronovii* Thes. Antiqq. Grr. Vol. vii. p. 359 sqq. add. *Deylingius* l. c. p. 288 ss. Tanta autem erat Dianæ Ephesiæ gloria, tanta ejus religio, ut non modo a finitimi, sed etiam a remotissimis populis ejus effigies singulari studio coleretur, eique templa dedicarentur, cf. *Deylingius* p. 292 sq. ut undique confluerent, qui Ephesi munera sua et donaria atque sacrificia Dianæ Ephesiæ offerrent. Præterea Diana præerat venationibus, veneficiis, eamque artes magicas exercentes invocabant, præfecta etiam erat gravidis et parturientibus, atque omnino parens et præses valetudinis atque salutis habebatur, v. Callim. hymn. in Dian. 124 ss. Phurnutus de N. D. 32. Cum ergo Dianæ, et nominatim Dianæ Ephesiæ, tanta esset religio, multæ ædiculæ argenteæ portatiles illustris templi Ephesini imaginem referentes, in quas parva Dianæ simulacra recondebantur, a fabris Ephesiis conficiebantur, iisque ex hoc opificio quæstus uberrimus erat. Emebant ab iis has ædiculas exteri, qui vel ipsi iter ad templum facere et sacris interesse non poterant, vel qui fecerant, sed memoriæ et cultus caussa ejusmodi ædiculas secum asportabant, ut in lararis suis, ædicula reclusa, eandem deam, quæ in templo Ephesino apparebat, recolerent. More perantiquo et pervulgato receptum etiam fuisse, ut idolorum cultores ejusmodi ædiculas portatiles, ex ligno seu metallo confectas, quibus inclusa essent deorum dearumve simulacra, cultus et præsidii

Digitized by Google

25 τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην. Οὓς συναθροίσας, καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπί-σταασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι·
26 Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχε-δὸν πάσης τῆς Ἀσίας, ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμε-
27 νοι. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγ-μὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν

caussa in itineribus secum gestarent, eas etiam facinoris expiandi caussa in alia oppida mitterent, ut in templis ibi collocarentur, exemplis pluribus docuerunt *Hammondus*, *Wetstenius*, *Münthius* ad h. l. et *Dougtæus* in Analectis P. 2. p. 90 sq. Ἄρτεμις hoc nomen Diana nacta est ab adjectivo ἄρτιμλς, *sanus*, *incolumis*, *integer*, quia præses et parens valetudinis et salutis habebatur Liban. Opp. T. ii. p. 666. ὅτι μὲν οὖν καὶ ὑγίεια παρὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἀνθρώποις, αὐτὸ μηνύει τοὔνομα, v. Strabo 14. p. 942. A. *Almel.* et *Wolfius* ad h. l. παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην] *opificibus haud mediocrem præstabat quæstum.* Adstipulor *Michaëli*, qui statuit Demetrium magnam ejusmodi ædicularum fabricam Ephesi habuisse, nec tantum artificem, sed et mercatorem fuisse, quo præeunte et ad cujusmodum alii opifices laborarent, ut adeo per τεχνίτας intelligantur fabri argentarii, qui ejus sumptibus ædiculas fabricarentur, et per ἐργάτας v. 25. inferioris generis opifices, qui singulas templi partes conficerent. ἐργασία, *opificium*, v. 25. deinde per metonymiam, *lucrum*, *quæstus*, ex opificio, aut quacunque opera proveniens ut h. l. vid. not. ad xvi. 16.

(25. 26.) *His et aliis talium rerum opificibus convocatis dixit: nostis, amici, ex isto opificio opes nobis contingere, dass wir diesem Gewerbe unsern Wohlstand verdanken.* εὐπορία] *abundantia, copiæ, opes*, Xen. Cyr. iii. 3. 6. Diod. Sic. p. 217. D. plene Xen. H. Gr. iv. 8. 28. εὐπορία χρημάτων. Dion. Halic. ii. 8. χρήμασιν εὔπορος, *abundans opibus, locuples*, v. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l.

(26.) πάσης τῆς Ἀσίας] vid. xix. 10. πείσας μετέστησεν] *persuadendo in alias partes deducit.* μετέστησεν, *pervertit, in alias cogitationes traducit*, vid. *Kypkius* ad h. l. λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ κ. τ. λ.] *dum docet, deos non esse, qui manibus fiant.* Satis apte dicta ad homines plebeios concitandos. Simulacra enim ex auro, argento, lapide aut ligno facta, pro ipsis diis plebs habebat et colebat, unde et qui simulacra conficiebant Θεοποιοὶ et Θεοπλάστοι dicebantur, vid. Pollux. i. 1. 13. Plutarch. de Iside et Osiride p. 379. τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ γραστὰ καὶ λιθίνα μὴ μαθόντες μηδὲ ἰδόντες ἀγάλματα καὶ τιμὰς θεῶν, ἀλλὰ θεοὺς καλοῦν, πτεα, *picta, et lapidea*, (Græci) *non didicerunt neque consueverunt simulacra et honores deorum naminare, sed deos.* Prudentiores vero simulacra deos esse minime arbitrabantur, sed deos in iis latere, ac proinde θεῖα καὶ θείας μετουσίας ἀνάπλεα, divina esse et præsentia numinis referta, vid. *Spanhemius* ad Callim. h. in Pall. 52. *Elsnerus* et *Wolfius* ad h. l.

(27.) οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει κ. τ. λ.] *non solum autem periculum est, ne hoc opificium nostrum in contemptum abeat.* τοῦτο τὸ μέρος, *hæc res*, v. 2 Cor. ix. 3. Sir. xxxvii. 17. Polyb. i. 20. 8. de officio Xen. Anab. vii. 6. 25. h. l. *opificium.* Alii: hæc pars religionis nostræ, hic idolorum cultus. Sed quæ sequuntur huic interpretationi adversantur. ἡμῖν] id quod ad nos spectat, opificium nostrum. Dativus positus est pro genitivo, v. Selecta e scholis *Valckenarii* ad h. l. p. 567. *Hemsterhusius* ad Argum. Pluti Aristoph. p. 2. neque adeo necesse est, ut cum *Grotio* et *Pricæo* pro ἡμῖν legatur ἡμῶν. κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν] Philo de Jos. p. 553. D. εἰς ἀπαιδίαν κινδυνεύω περιελθεῖν, *periculum est me ad orbitatem recidere*, add. v. 40. sed εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν est id. qd. ἀπελέγχεσθαι, confutari, vinci, succumbere, contemni, ad nihilum recidere. Symmach. Ps. cxviii. 118. hoc verbo expressit Hebr. פסל. ἀλλὰ καὶ—λογισθῆναι] Pro lucro pugnabat homo, sed quo auri sacram famem occultaret, et plebem vehementius concitaret, studium religionis servandæ affectabat. Gentiles deos μεγάλους appellare solebant, non modo duodecim primi ordinis deos, sed etiam omnes, quos præclara facinora deorum vulgo exemerant, v. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 4. p. 286. *Elsnerus*, *Wolfius* ad h. l. et *Albertius* ad v. 34. ac Diana quidem μεγάλη dicebatur (Xen. Ephes. 1. p. 15. τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν τὴν μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν) sensu eminentiori, quod potestatis benignitatisque suæ specimina illustria edidisse er

Digitized by Google

μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβε-
ται. Ἀκούσαντες δὲ, καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκρα- 28
ζον, λέγοντες· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καὶ ἐπλή- 29
σθη ἡ πόλις ὅλη † συγχύσεως· ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς
τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακε-
δόνας, συνεκδήμους ‖ τοῦ Παύλου. Τοῦ δὲ Παύλου βουλο- 30
μένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταί.
Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες 31

29. † τῆς. ‖ † τοῦ.

debatur, ejusque adeo majestatem, τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, omnis terrarum orbis, ἡ οἰκουμένη, colebat. εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, pro nihil habeatur, Sap. ix. 6. μέλλειν τι [καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μ. αὐτῆς, ejusque majestas aboleatur s. despiciatur: καθαιρεῖσθαι id. qd. εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, v. *Lœsnerus* ad 2 Cor. x. 5. Pro μέλλειν τι *Castellio* rescribi volebat μᾶλλον δέ. *Toupius* Emend. in Suidam P. 3. p. 493. conjiciebat: μέλλει δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι τῆς μεγαλειότητος αὐτὴ, ἣν, privabitur et ipsa majestate sua. Temere. ἡ οἰκουμένη, *terrarum orbis;* peramplum Dianæ Ephesiæ cultum fuisse, et longe lateque per orbem, atque Asiam inprimis, et Græciam diffusum docuerunt *van Dalen* Diss. antiquitatibus et marmoribus inservientes p. 309 sq. *Spanhemius* ad Callim. h. in Dian. v. 7. *Deylingius* l. l. p. 292 sqq.

(29.) σύγχυσις] *tumultus*: Hesych. θόρυβος. Diod. Sic. p. 661. C. v. *Münthius* ad h. l. Hebr. מהומה 1 Sam. v. 11. xiv. 20. ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον] *omnes in theatrum irruerunt.* ὁμοθυμαδὸν, *simul, conjunctim, confertim*, Joseph. Ant. xv. 8. 2. ὁμοθυμαδὸν ἔθεον, *omnes una vociferabantur.* Philo de vit. Mos. p. 623. D. ἁπάντων ἀθρόως ὁμοθυμαδὸν ἐκβοησάντων, *cunctis simul repente exclamantibus*, v. *Krebsius*, *Loesnerus* ad h. l. *Deylingius* l. l. p. 294. εἰς τὸ θέατρον] Græcis et Græciensibus plerisque theatrum pro curia, foro, comitio erat, in theatro conciones habebantur, v. ad xii. 21. de rebus gravioribus ad rempublicam spectantibus agebatur, bella decernebantur et pax constituebatur, rei in præsentia totius populi pœna afficiebantur Joseph. B. I. vii. 3. 3. τοῦ δήμου τῶν Ἀντιοχέων ἐκκλησιάζοντος εἰς τὸ θέατρον, τόν τε πατέρα τὸν αὐτοῦ καὶ τοὺς ἄλλους ἐνδείκνυτο κατηγορῶν· *cum Antiochensium populus in concionem congregatus esset, in theatrum progressus, cum patrem suum, tum alios accusavit;* add. Philo contra Flaccum p. 977. Corn. Nep. Vit. Timol. 4. *veniebat autem in theatrum* (Syracus.) *cum ibi concilium populi haberetur.* Val. Max. ii. 2. 5. *legati a senatu Tarentum—missi—in theatrum, ut est consuetudo Græciæ, introducti, legationem, quibus acceperunt verbis, peregerunt.* Tacit. Hist. ii. 80. 6. de Vespasiano: *tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est.* Cic. pro Flacco c. 7. *illa vetus Græcia, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum. Cum in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes, ignarique considerant: tum bella inutilia sustinebant, tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant, tum optime meritos cives e civitate ejiciebant.* add. Liv. xxiv. 39. Justin. xxii. 2. cf. *Raphelius* Obss. Xen. *Wetstenius*, *Kypkius*, *Krebsius* ad h. l. et ad decretum Atheniens. in honor. Hyrcani p. 87 sq. συναρπάσαντες Γάϊον—Παύλου] *atque eo abripuerunt Caïum et Aristarchum, Macedones, Pauli comites*, qui in vicinja domus Demetrii, ut videtur, diverterant, quos adeo Demetrii opifices arripiebant. Γάϊος, v. xx. 4. non confundendus cum eo, qui Rom. xvi. 23. memoratur, qui erat Corinthius, v. *Koppius* ad Rom. xvi. 23. Ἀρίσταρχος, v. xx. 4. xxvii. 2. Col. iv. 10. Philem. xxiv. συνέκδημος, Hesychius: συνοδοιπόρος. v. 2 Cor. viii. 19. Palæph. xlvi. 4.

(30.) *Paulus cum vellet*, dicendi caussa, *ad populum prodire, id non permiserunt Jesu cultores.* Græcis εἰσιέναι εἰς δῆμον, προσιέναι τῷ δήμῳ dicuntur, qui in concionem prodeunt, orationem habituri, et cum populo acturi Demosth. de Coron. p. 314. *Wolf.* προσιέναι τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν. Xen. Mem. iii. 7. 1. ἐπιθυμοῦντα προσιέναι τῷ δήμῳ. Joseph. Ant. xiii. 16. 1. οἱ δ' εἰς τὸ πλῆθος παρελθόντες ἐδημηγόρουν. Id. xiv. 18. 24. εἰσελθόντες ἐπὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, παρεκάλεσαν, *ingressi ad senatum et populum rogarunt*, vid. et *Irmischius* ad Herodi. ii. 8. 5. Paulus igitur prodire volebat, caussam suam defensurus.

31. τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν] *simul quoque Asiarchæ quidam.* Asiarchæ, de nomine provinciæ cui præerant, dicti, ut Syriarchæ, Cypriarchæ etc. erant in Asia proconsulari, cujus metropolis Ephesus, summi sacrorum

Digitized by Google

πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.
32 Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγ-
κεχυμένη, καὶ οἱ πλείους οὐκ ἤδεισαν τίνος ἕνεκεν συν-
33 εληλύθεισαν. Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξαν-
δρον, προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος,
34 κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ.

præfecti, quorum munus etiam erat, in honorem deorum et imperatoris Romani, quotannis ludos theatrales, suis sumptibus (ut Romæ ædiles) edere, unde nonnisi opulentiores hanc provinciam subire poterant. Munus Asiarchæ annuum erat. Eligebantur hoc modo. Initio cujusque anni, i. e. sub æquinoctium autumnale, singulæ urbes Asiæ concionem habebant, in qua uni ex suis civibus Ἀσιαρχίας honorem deferebant. Tum unaquæque civitas legatum in certam urbem mittebat Asiæ proconsularis primariam, quales erant Ephesius, Smyrna, Sardes, aliæ) ad τὸ κοινὸν ad commune gentis concilium, qui nomen ejus, qui domi electus erat, publice renuntiaret. Ex his quos singulæ urbes Asiæ Asiarchas nominaverant, synedri nonnisi decem Asiarchas designabant, et ex horum numero Proconsul Romanus summum sacrorum præfectum eligebat. Dissentiunt autem interpretes in eo, utrum omnes, in publico Asiæ concilio designati: hoc munere simul perfuncti sint, an vero unus duntaxat fuerit Asiarcha? Mea sententia, unus a Proconsule electus et κατ' ἐξοχὴν, ὁ Ἀσιάρχης dictus est, reliqui autem ejus erant assessores, et ipsi quoque Asiarchæ dicti fiunt. Etenim Strabo 14. p. 960. A. plures Asiarchas memorat. Sed ap. Euseb. H. E. iv. 15. Polycarpus martyrium passus esse dicitur sub Philippo Asiarcha et Proconsule Asiæ Statio Quadrato; ubi unus tantummodo Asiarcha nominatur, nempe reliquorum Asiarcharum princeps. Asiarchæ porro, ut ex monumentis liquet, non semper Ephesi, ut existimarunt nonnulli, sed in aliis etiam civitatibus, sedem suam habebant ubi communia Asiæ sacra habebantur, veluti Smyrnæ, Cyzici etc. v. *Spanhemius* de Usu et Præst. Numism. p. 694. Eo autem tempore, quo Paulus Ephesi commorabatur, Asiarcha cum collegis ibi sedem habebat, ab eoque ludi editi sunt, unde tamen non consequitur, ea quæ h. l. enarrantur, inter ludorum solennia evenisse. Nihil in omni narratione de ludis Ephesinis occurrit. Cæterum etiam ii, qui Asiarchæ munere functi erant, hoc nomen retinebant, sicuti ii, qui apud Judæos pontifices maximi fuerant, ut adeo Lucas, qui tum essent Asiarchæ assessores, aut olim fuissent, Asiarcharum nomine insignire potuerit. cf. de Asiarchis *Spanhemius* l. l. *Salmasius* ad Solin. c. 40. p. 566. *van Dalen* Diss. ad Antiqq. et Marm. p. 253 ss. *Hammondus* ad h. l. *Schœttgenii* Diss. in Miscell. Lipsiens. T. v. p. 178. (qui Asiarcham magistratum non sacrum, sed civilem fuisse, argumentis parum idoneis nisus, contendit) et *Deylingius* Obss. Sacr. P. 3. p. 295 ss. ὄντες αὐτῷ φίλοι κ. τ. λ.] *Paulo faventes miserunt, qui eum mónerent, ne in theatrum se conferret*, periculum enim a plebe furore agitata ei instare metuebant, μὴ δοῦναι ἑ. ἑ. τ. λ. Joseph. Ant. xv. 11. de Herode: καὶ τίλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν διδοὺς, *tandem in solitudines se conferens*. add. Diod. Sic. v. 59. Cic. Verr. iii. 19. *populo se ac coronæ daturum*, vid. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l.

(32. 33.) ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον] *aliis aliud vociferantibus*: ἄλλοι δὲ ἄλλο τι εἰδόων, xxi. 34. ἐκκλησία] concio, prop. de populo legitime convocato dicitur, v. *Deylingius* l. c. p. 293 sq. h. l. autem non de ordinata concione sermo est, sed ἐκκλησία dr. συγκεχυμένη, *cœtus confusus*, tumultuarius, *ein wild zusammen gelaufener Haufe*, opponitur ἐκκλησία ἔννομος v. 32. ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου—Ἰουδαίων] exarserant Ephesii Dianæ cultum et honorem vindicaturi in Judæos omnes, coll. v. 34. Paulum enim, Caïum et Aristarchum, quos in Dianam peccasse putabant, pro Judæis habebant. Judæi igitur, clamore undique contra ipsos exorto, Alexandrum, qui homo disertus fuisse videtur, designabant, ut pro ipsis caussam diceret apud populum, ab ipsis furorem populi tumultuantis averteret, et in Paulum reliquosque Christianos converteret. προεβίβασαν] prodire faciebant, jubebant l. producebant, protrahebant e populo. προβάλλειν] notat, *denominare, designare, eligere, commendare, vorschlagen*, ut ap. Demosth. de Cor. c. 49. et 88. Xen. Anab. vi. 1. 16. v. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. designabant Judæi Alexandrum ad caussam ipsorum tuendam, clamabant: prodeat Alexander dicendi caussa. Alii verba interpretantur: protractus est e populo Judæis eum propellentibus. Quinam fuerit ille Alexander, definiri nequit; eum eundem fuisse, cujus 2 Tim. iv. 14. mentio fit, ubi vocatur Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, *Beza* et *Boltenius* statuunt. κατασείσας τὴν χεῖρα, *manu silentio*

Digitized by Google

Ἐπιγνόντων δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησίν· Ἄνδρες 35 Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης Θεᾶς Ἀρτέμιδος,

34. ∼ ἐπιγνόντες. 35. † θεᾶς.

indicto, vid. not. ad xii. 17. et *Kypkius* ad h. l.

(34. 35.) Cum vero cognoscerent Alexandrum esse Judæum, in apertam rabiem abibant, nec poterant induci, ut loquentem audirent. Tandem populi tumultuantis rabies et vociferatio reprimebatur auctoritate et oratione *τοῦ γραμματέως*, qui accesserat. Γραμματεὺς scriba in multis Asiæ civitatibus magistratus erat, et personam primariam in senatu agebat, leges in tabulas referebat, earumque conservator et custos erat, prælegebat etiam, quæ in concione populi prælegenda erant, ut adeo commode voc. γραμματεὺς etiam reddi possit, *præfectus tabularii, archivarius, Cansler*, cf. de scribis veterum, eorumque diversis ordinibus *Trotzius* ad calcem *Hermani Hugonis* libri, de prima scribendi origine p. 436 ss. *van Dalen* Diss. ad Antiqq. et Marmora p. 425 ss. et qui ex eo sua transcripsit *Deylingius* Obss. Sacr. P. 3. p. 299. καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον κ. τ. λ.] *tum scriba, cum populum mitigasset, dixit: quis tandem est O Ephesii, qui ignoret, Ephesum urbem esse cultricem Dianæ magnæ, ejusque simulacri cœlo delapsi?* Pro καταστείλας in nonnullis codd. legitur καταστέλας, e glossemate, repetitum nimirum est hoc verbum e v. 33. καταστέλλειν autem significat, *comprimere, coercere, sedare*, et frequenter ponitur de iis qui animos tumultuantium sedant atque componunt: Joseph. Ant. i. 1. 2. τοῦ δὲ θορύβου καταστελλόντος, *tumultu autem sedato*. Suidas: καταστέλλειν, καταστιγάζειν. Hinc καταστελλόνοι v. 36. *sedati, placati, tranquilli*, ut ap. Diod. Sic. p. 48. D. καταστολὴ, *tumultus, sedatio*, ib. p. 507. C. vid. *Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. *Kypkius, Münthius* et *Wetstenius* ad v. 36. τίς γὰρ] *quisnam, quis vero?* γὰρ est indignantis et admirantis, vid. de usu hujus particulæ *Læsnerus* ad h. l. *Fischeri* Ind. Æschin. et nos ad Matth. xxvii. 23. νεωκόρος] quod vocabulum bene Vulgatus interpres expressit *cultrix*, ex νεὼς, *templum*, et κορεῖν, *verrere, purgare*, conflatum, Græcis antiquitus significabat *ædituum*, qui templum verrebat et purgabat, deinde, *templi curatorem*, qui templum ornabat, curabat, ut ornatus suus splendorque semper constaret templo; tandem homines notare cœpit, penes quos cura esset præcipua, non solum ædium sacrarum, sed sacrorum etiam ipsorum. Etym. M. νεωκόρος παρὰ τὸ κορῶ, καθαίρω καὶ ἐπιμελείας ἀξιῶ, καὶ τὸ νεὼς Ἀττικῶς, ὁ τοῦ νεῶ ἐπιμελούμενος. Suidas: νεωκόρος· ὁ τὸν νεὼν κοσμῶν καὶ ἐυστρεπίζων, ἀλλ' οὐχ ὁ σαρῶν. Scholiast. ad Aristoph. Nub. 44. κορεῖν, καλλωπίζειν, ὅθεν καὶ νεωκόρος. Hinc quoque urbes dictæ sunt νεωκόροι, duæ peculiari ratione deo cuidam, vel deæ consecratæ erant, quæ templi deo, deæve, item imperatori Romano, ut deo (turpi adulatione) exstructi, curam peculiarem habebant, sacra publica faciebant, ludos etiam et certamina in deorum, dearumque vel imperatorum honorem edebant. Frequens est in civitatum Asiæ nummis appellatio νεωκόρου, et leguntur urbes bis, ter, et quater νεωκόροι, quod referendum ad numerum templorum, vid. *van Dalen* l. l. Diss. 4. p. 300 sqq. *Rubenius* de urbibus neocoris ad calcem libri de re vestiaria vett. qui extat in *Grævii* Thes. Antiq. T. xi. p. 1347 ss. *Seldenus* ad Marmor. Oxoniens. p. 69. 97 sq. et in Append. n. 15. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 3. p. 301. *Petitus* Lectt. Varr. iv. 10. interpp. ad Thom. Mag. p. 404 sq. et ad Xenoph. Anab. v. 3. 7. *Hemsterhusius* ad Lucian. T. i. p. 134 sq. Sic Ephesus quoque dicebatur, etiam in nummis, νεωκόρος Ἀρτέμιδος, quatenus urbs erat Dianæ consecrata, atque hæc dea, ut dea tutelaris, ibi præcipuo honore colebatur. διοπετὴς] dicitur, *qui de Jove s. de cœlo delapsus est*; ad διοπετὴς h. l. subintelligi debet ἄγαλμα, quod nomen additum legitur ap. Herodi. i. 11. 2. Simulacra antiquissima, quorumve auctores incogniti erant, ut vulgi augerent superstitionem, sacerdotes de cœlo delapsa esse dicebant. Sic simulacrum Matris Deum Pessinuntium, dicebatur διοπετὴς Herodi. l. l. τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν· οὔτε δὲ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνίτην ὅστις ἐποίησεν, ἐγγεγραμένον, οὔτε ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης· *simulacrum cœlitus delapsum dicunt; neque autem quod materiam, neque artificum quis fecerit, nosoitur, neque tangendum manu hominis*. Eurip. Iphig. in Taur. 977. de simulacro Palladis: τὸ δ' οὐρανοῦ πίσημα, τῆς Διὸς κόρης Ἄγαλμα. Pausan. Att. 26. τὸ δὲ ἁγιώτατον—ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει—φάσιν δ' ἐς αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Ovid. Fast. vi. 421. *creditur armiferæ signum ea-*

Digitized by Google

36 καὶ τοῦ Διοπετοῦς; Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον
ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς
37 πράττειν. Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε ἱερο-
38 σύλους, οὔτε βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν
Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχου-
σιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλείτωσαν

37. ~ τὴν θεὸν. 38. ~ ἔχουσι πρός τινα λόγον. ~ ἀγόραιοι.

vid. *Spanhemius* ad Callim. Lavacr. Pallad. v. 39. *Wetstenius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. l. c. Similiter Ephesi in templo Dianæ asservabatur imaguncula hujus deæ, quæ de cœlo delapsa fingebatur, et ostendebatur paucissimis, ut ex quo ligno fabricata fuerit, non constet. Mucianus tamen apud Plin. H. N. xvi. 79. tradit, ex ligno vitigineo fuisse eam fabricatam. Verba sunt: *de ipso simulacro deæ ambigitur, cæteri ex ebeno esse tradunt. Mucianus ter Consul ex his qui proxime viso eo scripsere vitigineum, et minquam mutatum septies restituto templo.*

(36. 37.) Tabularii præfectus, qui, ut ex omni narrationis tenore liquet, Paulo ejusque comitibus favebat, v. xxvi. 31. audiverat, tumultum excitatum esse a Demetrio, quod nonnulli Judæi imagines ab eo fabricatas contempsissent v. 38. alii ad eum retulerant, ortum esse tumultum, quod isti homines Dianæ majestatem læsissent, et dixissent simulacrum ejus non esse de cœlo delapsum, sed manu humana fabrefactum, plures enim propiorem tumultus caussam ignorabant v. 32. Hinc ὁ γραμματεὺς in oratione sua, artificiose composita, verba faciebat de simulacro Dianæ de cœlo delapso, ejusque cultu, et de imaginibus quas Demetrius vendebat. Quo prius autem et facilius favorem populi sibi conciliaret, et tumultum periculosum sedaret, statim orationis initio asseverabat, omnes nosse et extra omnem controversiam positum esse Ephesum assiduam esse magnæ Dianæ, ejusque simulacri de cœlo delapsi cultricem, neque hoc homines illos quos adduxissent, negasse, nec vero etiam negare potuisse, eos non esse sacrilegos, nec contumeliosos in deam fuisse v. 37. δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν] *oportet vos esse sedatos*: vid. ad v. 35. καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν, *nec quicquam præcipitanter*, cujus vos pœnitere possit, *agere*, coll. v. 40. προπετὴς, *præceps, temerarius*, non cogitans satis nec deliberans ante actionem, vid. Herodi. i. 8. 11. Aristænet. ep. i. 4. Xen. Cyr. i. 3. 7. *Albertius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. l. l. (37.) *Adduxistis enim hos viros, qui neque sacrilegi sunt, neque in deam vestram impie quicquam dixerunt.* ἱερόσυλοι] sunt *sacrilegi, qui sacro manus admoliuntur* (Plaut. Asinar. *leste Minervæ Vobis in Iliacæ desiluisse juga.* iii. 2. 24.) Hesychius: ἱερόσυλος· τὰ ἱερὰ κλίπτων. Ita legitur ap. Xenoph. H. Gr. i. 7. 10. ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις—ἐάν τις τὰ ἱερὰ κλίπτῃ—μὴ ταφῆναι. Mem. i. 2. 62. Aristoph. Plut. 30. 2 Macc. iv. 42. Pro τὴν θεὰν *Griesbachius* atque *Matthæius* recte reposuerunt τὴν θεόν. Sic ἡ θεὸς Diana Xen. Anab. iii. 2. 7. Cyneg. i. 10. Palæph. v. 5. Venus Charit. iii. 6. p. 72. Lips. Xen. Sympos. viii. 15.

(38.) Seneca Controv. iii. 8. *Quid cætu* (συστροφῆς v. 40.) *opus est? sunt scriptæ ad vindictam injuriarum omnium leges.* Quinctil. Declam. 13. *nos ideo magistratus legesque a majoribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris judex sit: et assiduæ scelerum caussæ se refellant, si ultio crimen imitabitur. si—πρός τινα λόγον ἔχουσι*] *si caussam habent adversus aliquem*, si qua fuerint injuria affecti. λόγος, *lis, caussa*, coram judice agenda, v. *Kypkius* ad h. l. add. Lycurg. adv. Leocrat. p. 226. *Tayl.* Col. iii. 13. ἀγόραιοι ἄγονται] *dies judiciales habentur*, conventus aguntur, quibus ista disceptari possunt sine seditione. Scribendum ἀγόραιοι, non ἀγοραῖοι. Nam ἀγοραῖοι dicuntur homines otiosi, qui fere omne tempus in foro consumunt, vid. not. ad xvii. 5. sed ἀγόραιοι scl. ἡμέραι v. *Bosius* de Ellips. sub v. ἡμέρα, dicuntur *dies quo lites disceptantur, dies forenses.* Suidas: προσαναξυστόνους δὲ ἀγόραιος, ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἡ ἀγορὰ τελεῖται. Joseph. Ant. xiv. 10. 21. ἄγειν τὸν ἀγόραιον· vid. *Casaubonus* ad Theophr. Char. c. 6. *Wolfius* et *Krebsius* ad h. l. *Gronovius* Obss. iii. 22. καὶ ἀνθύπατοί εἰσι] si crimen ejus generis est, ut a nobis magistratibus urbanis de eo cognosci nequeat, aut, si non acquiescat Demetrius cum suis nostra sententia, *adsunt Proconsules*, ad Proconsulis Romani forum lis deferri poterit, ab eo actionem in Paulum ejusque socios postulare poterit Demetrius. Cum nonnisi unus Proconsul uno tempore in provincia versari soleret: offendit interpretes pluralis numerus ἀνθύπατοι. Itaque alii ἀνθύπατοι intellexerunt de Proconsule et legato ei addito, qui quoque magistratum gesserit. Sed probari nequit Proconsulum legatos et ipsos dictos fuisse ἀνθυπάτους. Quare alii hanc vocem inde explicant, quod Proconsul Proconsuli successerit. Equidem arbitror, nomen ἀν-

Digitized by Google

ἀλλήλοις. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ 39
ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖ- 40
σθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος
περὶ οὗ [1]δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης.
Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

ΚΕΦ. κ'.

Μετα δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, προσκαλεσάμενος ὁ
Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀσπασάμενος, ἐξῆλθε πορευθῆ- 1
ναι εἰς τὴν Μακεδονίαν. Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ 2
παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.

40. ↑ οὗ.

θύπατοι h. l. ita positum esse, ut eo non significetur is, qui tunc Asiæ præesset, sed ut sit vocabulum generis, muneris, hoc sensu: Proconsulum est cognoscere, conventus agere: ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις] *se accusent invicem, caussam inter se disceptent*: ἐγκαλεῖν cum Dativo *disceptare, accusare*, Diod. Sic. p. 189. D. p. 332. D. Xen. Cyr. i. 2. 6. γίγνεται πᾶσι πρὸς ἀλλήλους ἐγκλήματα περὶ κλοπῆς· id. qd. παῖδες ἐγκαλοῦσι ἀλλήλοις, *accusant inter se de furto*. Isocr. Panegyr. c. 47. Theophr. Char. c. 17. v. *Münthius* ad h. l. *Irmischius* ad Herodi. i. 10. 5. et *Stœberus* ad Thom. Mag. p. 262.

(39.) εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε] *quodsi de alia re quæstio est*. Non generatim hæc verba explicanda sunt: si quid desideratis eorum, quæ ad civitatis regimen pertinent; sed, quæ ad cultum Dianæ, templi curam pertinent, clamaverant enim μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων v. 34. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται] *in legitimo conventu dirimetur*. ἐκκλησία ἔννομος, quæ alias dicitur κυρία, concio, quæ legitimo modo, diebus constitutis, in Græciæ civitatibus, quarum plures sub Romanis restrictam αὐτονομίαν habebant, singulis mensibus, ter aut quater, a magistratu cogebatur: v. *Grotius* et *Wetstenius* ad h. l. scholiast. ad Aristoph. Acharn, 19. *Potteri* Archæol. Gr. i. 17. *Dorvillius* ad Charit. i. 1. p. 212.

(40.) *Etenim periculum est, ne propter ea quæ hodie* (σήμερον scl. ἡμέρας, v. *Bosius* de Ellips. sub v. ἡμέρα p. 176. *Schæf.*) *acciderunt, seditionis accusemur*, np. apud Romanos, *cum nulla adsit caussa idonea, qua concursus hujus rationem reddere possimus* ("Erant exceptiones quædam, ut in adventu hostium, incendio, et rebus similibus." *Grotius.*) Seneca Controv. iii. 8. *Lex: qui cœtum et concursum fecerit, capitale sit — Non quotiens convenerunt in aliquem locum plures, cœtus et concursus est: sed quotiens convocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt. Non si una vicinia coit, aut si transeuntium paucorum numerus affluxit: sed ubi totus, aut ex parte magna populus, ubi divisa est in partes civitas.— Quid cœtu opus est? Sunt scriptæ ad vindictam injuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non servat.* ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν] *dimisit concionem*, jussit quemque domum ire. Aristoph. Acharn. 172. εἰ γὰρ Πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν. Eccles. 377. πόθεν ἥκεις; — ἐξ ἐκκλησίας, ἤδη λίλυται γάρ.

CAP. XX.

(1—3.) Proficiscitur Paulus in Macedoniam v. 1. (cf. xix. 21.) et in Græciam v. 2, 3. tum in Syriam tendens, per Macedoniam, cum ei Judæi insidias struerent, revertitur, et venit Troadem v. 3—6. quæ ibi evenerunt, narrantur v. 7—12. venit Miletum v. 15. ad convocatos ibi Ephesinorum presbyteros, quibus adjunxerant se etiam aliarum ecclesiarum Ioniæ presbyteri, vid. not. ad v. 18. orationem habet, iisque valedicit v. 17—fin. προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀσπασάμενος, *convocatis Christianis valedixit*. De verbo ἀσπάζεσθαι vid. not. ad Matth. v. 47. In nonnullis libris legitur καὶ παρακαλέσας ἀσπασάμενος quam lectionem *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. p. 307. (Lips. 1809.) præferendam judicat. Cod. D. habet καὶ πολλὰ παρακαλέσας ἀσπασάμενος τι. Equidem has lectiones e v. 2. in hunc irrepsisse puto. (2.) διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα] *peragrato illo tractu*, Macedoniæ urbibus. μέρη, *partes, tractus regionis*, v. *Keuchenii* Annotatt. in N. T. p. 116. καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, *multis verbis eos adhortatus*, ut constanter religionem Christi profiterentur, xi. 23. νουθετῶν ἕνα ἕκαστον infra v. 31. Ἑλλάδα, *Græcia*, cum distinguatur a Macedonia, sensu angustiori sumitur, vid. not. ad xviii. 12. Achaia dicitur quæ h. l. Græcia xix. 21. Curtius iv. 1. 10. *cum magno deinde exercitu mare trajecit,*

Digitized by Google

3 Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν
Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο
4 γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. Συνείπετο δὲ
αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεροιαῖος· Θεσσαλονι-
κέων δὲ, Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος,
5 καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ δὲ, Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Οὗ-
6 τοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύ-
σαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ
ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε,
7 οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαβ-

4. ↑ Πύῤῥου.

illato Macedoniæ et Græciæ bello. viii. 5. 7. *nec Macedonum hæc erat culpa, sed Græcorum:* v. *Ernestius* ad Sueton. Claud. 16. et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. (3.) ποιήσας τε μῆνας τρεῖς κ. τ. λ.] *commorato ibi per tres menses, et in Syriam navigaturo, cum insidiæ struerentur a Judæis.* Nominativus absolutus ποιήσας, cum sequatur αὐτῷ—μέλλοντι, positus est pro Dativo ποιήσαντι: vid. not. ad Joh. xvii. 2. *Raphelius* Polybb. et *Münthius* ad h. l. ποιεῖν id. qd. διατρίβειν v. 6. vid. ad xv. 33. γινομένης ἐπιβουλῆς] ut evitaret Judæorum insidias, qui putabant eum e Græcia discedentem, e portu proximo (ubi tum erat) mare Ægæum trajecturum, et in Syriam transiturum esse. ἀνάγεσθαι] vid. ad Luc. viii. 22.

(4.) συνείπετο] *comitati sunt:* Hesychius, ἠκολούθει explicat. Apollodor. iii. 12. συνείπετο δὲ αὐτῷ Φοίνιξ—συνείπετο δὲ καὶ Πάτροκλος. add. Thucyd. i. 60. 2 Macc. xv. 2. Pro Σώπατρος in nonnullis libris extat Σωσίπατρος. Sopatrus et Sosipatrus idem nomen, alterum, ut in his fieri solet, decurtatum. Hinc Sopatrus idem forte qui Rom. xvi. 21. Σωσίπατρος dicitur. In pluribus optimæ notæ libris additur Πύῤῥου, h. e. *Pyrrhi filius,* quod vocabulum *Griesbachius* in ordinem recepit. Opinor, recte. Πύῤῥου ob sequens Βεροιαῖος facile excidere potuit. Θεσσαλονικέων δὲ—Τιμόθεος] *e Thessalonicensibus vero Aristarchus, Secundus, Caius Derbensis, et Timotheus.* Omnium nominibus, ut verba sonant, Lucas patriam apposuit, sed *Timothei* nomini apponere neglexit. Nonnulli eum Thessalonicensem fuisse autumant. Sed cum præcedat καὶ Γάϊος Δερβαῖος, in promptu est, nomen Θεσσαλονικέων tantummodo referendum esse ad Aristarchum et Secundum, neque adeo ad Timotheum. Hic vero ipse *Caius* supra xix. 29. dicitur *Macedo,* h. l. *Derbæus,* sed Derbe erat Lycaoniæ oppidum, v. xiv. 6. *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. p. 308. Add. Selecta e scholis *Valckenarii* ad h. l. et *Ernestius* (*Joh. Aug. Ernesti Anmerkk. üb. die Bücher des N. T. Leipz.* 1786.) posito commate post nomen Caii, legendum conjecerunt Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος. Sic Thessalonicensibus annumeratur Caius, et Timotheus dicitur Derbæus. Voculæ δὲ et καὶ uno ductu a librariis scribi solebant. Atque hæc emendatio verissima videtur. cf. et not. ad xvi. 1. Ἀσιανοὶ ex Asia Proconsulari oriundi. *Tychicus* Eph. vi. 21. dicitur ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ ejus nomen occurrit etiam Col. iv. 7. 2 Tim. iv. 12. Tit. iii. 12. *Trophimus* infra xxi. 29. dicitur Ἐφέσιος, memoratur etiam 2 Tim. iv. 20.

(5. 6.) οὗτοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι] *hi prægressi Troade nos exspectabant.* Lucas his verbis significabat, se in Pauli consortium denuo venisse. Remanserat Lucas Philippis v. 16. 40. ibi et in vicinia eum arti medicæ operam dedisse, suspicatur *Heinrichsius.* ἡμᾶς, *nos,* me et Paulum. Paulus substitit Philippis, ut visitaret ecclesiam ibi fundatam, v. xvi. 12. et ecclesias in vicinia, comites Pauli ulterius profecti, eum et Lucam Troade exspectarunt. Alii ἡμᾶς de solo Luca intelligunt, vel de eo et aliis, qui inde a Philippis Apostoli sodalitio se junxerunt. Τρωὰς urbs Asiæ, xvi. 8. ἡμεῖς—Φιλίππων] *nos post sacros dies Paschatos Philippis navigavimus.* Navem conduxisse videtur Paulus, nam pro lubitu cursum sistere v. 15. Ephesum præternavigare v. 16. Assum pedestri itinere petere potuit v. 13. Pataræ demum conscendit navem mercatoriam, in Phœniciam tendentem xxi. 2. ἀζύμων] vid. ad Matth. xxvi. 17. ἄχρις ἡμερῶν πέντε] *die quinto,* s. post quinque dies; ἄχρις etiam temporis intervallum indicat, v. Rom. viii. 22. Hebr. iii. 13. Cod. Cantabr. habet πεμπταῖοι, *quintani,* e glossemate, quo ista sententia exprimitur.

(7.) ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων] *primo hebdomadis die,* qui sabbatum Judæorum excipiebat, v. not ad Matth. xxviii. 1. add.

Digitized by Google

βάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν ‖ τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον· παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ οὗ ἦσαν συνηγμένοι. Καθήμενος δέ τις 9
νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω· καὶ ἤρθη νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν αὐτῷ, καὶ 10
συμπεριλαβὼν εἶπε· Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν

7. ∼ ἡμῶν. ‖ † τοῦ. 8. ∼ ἦμεν.

1 Cor. xvi. 2. Primum hebdomadis diem, quo Christus in vitam rediit, conventibus Christianorum sacris et eucharistia celebratum fuisse ex h. l. patet, v. *Moshemius* de rebus Christ. ante Constantin. M. p. 116. *τοῦ κλάσαι ἄρτον*] indicantur hac voce epulæ communes (agapæ) cum sacræ cœnæ celebratione conjunctæ, vid. not. ad ii. 42, 46. Pro *συνηγμένων τῶν μαθητῶν* in multis libris legitur *συνηγ. ἡμῶν*, et v. 8. *ἦμεν συνηγμένοι*, quam lectionem probant *Millius* Prol. §. 880. §. 1232. *Griesbachius*, *Heinrichsius*, al. et vulgatam e lectionariis repetendam putant. Sed lectionaria, ut notavit *Matthæius*, habent *ἦμεν*, et ex hac ipsa lectione *ἦμεν* v. 8. cum *Matthæio* ortam puto correctionem *ἡμῶν* v. 7. præterea lectionem *μαθητῶν* exinde quoque patescit genuinam esse, quoniam sequitur *διελέγετο αὐτοῖς*, in qua formula, si altera lectio staret, *τὸ*, *αὐτοῖς* vel omittendum erat, vel *τὸ*, *ἡμῖν* repetendum, ut intelligenter ad h. l. monuit *Wolfius*. *διελέγετο αὐτοῖς*] *ad eos verba faciebat*, eos edocebat, finita eucharistia. *παρέτεινε — μεσονυκτίου*] *ita, ut sermonem ad mediam usque noctem produceret.* Verbum *παρατείνειν* de iis usurpatur, qui rem aliquam *producunt*, h. l. ponitur de sermone qui producitur, v. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. Pollux i. 167. *Timæus* Gloss. Plat. h. v. ibique *Ruhnkenius* p. 149.

(8.) *Multæ erant in conclavi ubi convenerant lucernæ*: *λαμπάς*, lucerna, oleo humectanda instructa, ut Matth. xxv. 3. Joh. xviii. 3. *λαμπάδες ἱκαναὶ* non tantum propter tenebras nocturnas, sed etiam propter diei solennitatem. Judæi enim pariter atque gentiles conventus sacros s. dies festos luminibus decorare solebant, v. *Fesselii* Advers. Sacr. ii. 1. p. 115. *ὑπερῷον*] conclave domus supremum, v. i. 13. ix. 37. x. 9.

(9.) *Eutychus*, quis fuerit, definiri nequit. Eum e famulitio cujusdam fuisse, *Rosenmüllerus* et *Heinrichsius* suspicantur, cum hoc nomen inter servilia nomina in Corpore Inscriptionum et ap. Artemidor. iii. 38. occurrat, v. *Pricæus* et *Wolfius* ad h. l. ap. Phædr. fab. 3. Prol. 2. est nomen libertini. *καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ*] *alto somno oppressus.* *καταφέρεσθαι* sive absolute positum, sive addito dativo *ὕπνῳ*, sives eq. præpos. *εἰς* l. *ἐπὶ* l. *πρὸς* adhibetur de iis, qui profundiori somno opprimuntur, in altum somnum deferuntur Plutarch. de discrim. amici et adulat. c. 46. p. 144. ed. *Krigel*. *τοιαῦτα ποιοῦν καὶ ἀγρυπνοῦν κατωκίχθης.* Dionys. Halic. 4. p. 207. *κατωκίχθησε ὑφ' ὕπνου.* Herodi. ii. 1. 3. *οἱ δὲ ἐγεγηρότες, κρεμάσαι εἰς ὕπνον κατεφέρετο.* add. ii. 9. 6. Diod. Sic. p. 229 .D. *εἰς ὕπνον κατωκίχθησαν.* add. Joseph. Ant. i. 6. 3. ii. 5. 6. v. *Kypkius*, *Wetstenius*, *Münthius* ad h. l. *βαθὺ* per metaphoram dicitur omne *id, quod suo in genere magnum et summum est*, Sapient. xvi. 11. *βαθεῖα λήθη, profunda oblivio.* Æl. H. V. iii. 18. *βαθὺς πλοῦτος, amplæ divitiæ*, inprimis frequenter ponitur de somno, ut Æl. H. V. xiii. 6. Zosim. i. 16. 3. Theocrit. viii. 65. al. v. et *Læmerus* ad h. l. *διαλεγομένου ἐπὶ πλεῖον*, Paulo *prolixius disserente.* Diod. Sic. p. 433. B. *κατηγορεῖν ἐπὶ πλεῖον, prolixius accusare.* *κατωκχθὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου κ. τ. λ.*] *vi somni deorsum delatus, dejectus*, (*er bekam durch den Schlaf das Uebergewicht*), *de tertia contignatione decidit*; *καταφέρειν* enim prop. notat, *deferre in locum inferiorem, dejicere, prosternere.* Æl. H. V. iii. 5. *ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ στέγους κατωκχθὶς εἰς τὴν αὐλήν.* Τριστέγου, *tertium tabulatum.* Juvenal. iii. 199. *Tabulata tibi jam tertia fumant.* Legitur hæc vox etiam ap. Artemidor. iv. 48. in Symmachi reliquiis, Gen. vi. 16. Ezech. xlii. 5. *καὶ ἤρθη νεκρὸς*] *et pro mortuo sublatus est.* Non rerum naturæ repugnare, ejusmodi casu afflictum in vivis manere, jam ab aliis observatum est. Nec juvenem illum vere mortuum, sed tantummodo animi deliquium passum esse, omnis contextus satis dilucide docet. Paulus non dicitur adolescentem excitasse, nil memoratur de preci-

Digitized by Google

11 αὐτῷ ἐστιν. Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος,
12 ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν. Ἤγαγον
13 δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως. Ἡμεῖς
δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον,
ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτω γὰρ ἦν
14 διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. Ὡς δὲ συνέβαλεν

bus a Paulo factis, ut Deus juvenem in vitam redire juberet, homines non admiratione et stupore perculsi, sed gaudio et solatio affecti fuisse leguntur, cum adolescens vivus abduceretur v. 12. Hoc tantum retulit scriptor: *Paulus descendit, incubuit juveni, cumque amplexus est,* palpavit, movit corpus delapsi, ut cognosceret, an signa vitæ superessent, et cum hoc cognovisset, *dixit: μὴ θορυβεῖσθε κ. τ. λ. nolite perturbari, vita enim ei adest.* Ipse ergo Paulus declarabat juvenem non esse mortuum. Similis ratio loci Matth. ix. 24. ubi Jesus de Jaïri filia: puella non mortua est, sed dormit, ut ostenderet eam non vere mortuam, sed animi deliquium passam esse. Enarravit Lucas hanc rem tanquam memorabilem, quæ paulo post acciderit, cum ipse denuo se Paulo adjunxisset.

(11.) ἀναβὰς—γευσάμενος] *reversus deinde in cœnaculum, cibum cepit.* Nonnulli hæc verba accipiunt de continuata eucharistiæ celebratione, fatali isto casu interrupta. Sed cum κλᾶν ἄρτον de Paulo solo dicatur, cum formulæ κλάσας ἄρτον additum legatur γευσάμενος, quod verbum nusquam adhibitum legitur, cum de epulo sacro sermo est, nec probabile sit, eucharistiæ celebrationem usque ad diluculum continuatam fuisse; verba intelligi debent, de cibo matutino, quem Paulus sumpsit ad iter se præparaturus. Nec κλᾶν ἄρτον per metonymiam de comestione ipsa accipi potest, sed, ut vulgo solet, de fractione panis et in minutas partes tributione, quoniam sequitur γευσάμενος, quod verbum notat, *cibum capere,* et de jentaculo, prandio atque cœna ponitur: vid. ad x. 10. Itaque κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος simpliciter notat, cibum, jentaculum sumpsit. Similis locus xxvii. 35. κλάσας (ἄρτον) ἤρξατο ἐσθίειν. De verbo ὁμιλεῖν, *confabulari, colloqui,* vid. not. ad Luc. xxiv. 14. ἐφ' ἱκανὸν] scl. χρόνον, diu. v. ad Luc. xxiii. 8. additum legitur istud nomen Luc. viii. 27. αὐγὴ] scl. ἡλίου, Aristoph. Thesmoph. 507. διεκνύναι τινὶ ἱμάτιον ὑπ' αὐγάς. add. Eurip. Hec. 1154. Longin. iii. 4. ἄχρις αὐγῆς, *usque ad diluculum.* οὕτως ἐξῆλθεν] *profectus est:* οὕτως vertunt, *tunc* l. *postea,* v. *Raphelius* Obss. Xenophh. *Münthius* et *Wolfius* in Curis ad h. l. sed redundat ut vii. 8. sicuti vernaculum *so* in eadem re: cf. not. ad Joh. iv. 6.

(12.) ἤγαγον—οὐ μετρίως] *adolescentem autem vivum abduxerunt, haud mediocriter recreati.* ἄγειν, *abducere,* ut Luc. xxii. 54. Homer. Il. ix. 590. Xen. Cyr. iv. 31. Herodi. vii. 3. 9. Verbis παρεκλήθησαν οὐ μετρίως inest Litotes, *vehementer gaudebant.* Diod. Sic. p. 532. D. οὐ μετρίως διεπόρησαν οἱ Καρχηδόνιοι, *maxima solicitudo Carthaginienses invasit.* Philo 2 Alleg. p. 77. B. γεγήθαμεν οὐ μετρίως, *gaudemus valde,* v. *Lœsnerus* ad h. l. Alii verba explanant: non parum illo miraculo in fide confirmati sunt Christiani.

(13.) ἡμεῖς] ego Lucas cum reliquis Pauli comitibus. προελθόντες—εἰς τὴν Ἄσσον] *progressi ad navem, Assum navigavimus.* Pro Ἄσσον in nonnullis codd. librariorum incuria legitur: Θάσσον vel Θάσσον, in aliis Νάσσον. Erat autem Assus urbs Troadis Pausan. Eliac. ii. 4. Σωδάμας δὲ ὁ ἐξ Ἄσσου, τῆς ἐν τῇ Τρωάδι, κειμένη δὲ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ, add. Plin. H. N. xxxvi. 27. v. *Cellarii* Geogr. Antiq. iii. 3. p. 43. et *Wetstenius* ad h. l. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος] *ita enim ordinaverat.* Perfectum passivum significationem activam induit, Diod. Sic. p. 244. B. τὰς νήσους προσηγμένος ἦν ὁ βασιλεὺς, *insulas sibi adjunxerat rex:* cf. *Münthius* ad h. l. Etiam a Latinis participia perf. passiva ponuntur pro partic. activis, v. *Perizonius* ad Sanctii Minerv. i. 15. 4. *Burmanus* ad Vell. Paterc. ii. 97. 4. μέλλων αὐτὸς πεζεύειν] *ipse pedibus iter facturus.* Caussam ignoramus. *Michaëlis, Stolzius* conjiciunt, eum pedibus iter fecisse ad insidias Judæorum eludendas. Sed non apparet, ut recte monuit *Heinrichsius,* quid talia conanti profuerit iter pedestre.

(14. 15.) συμβάλλειν] notat, *conjicere in unum, committere,* δεξιὰν συμβάλλειν, *dextram alterius dextræ committere;* hoc quia faciebant amici sibi invicem obviam facti, hinc factum ut συμβάλλειν τινὶ notaret etiam, *occurrere alicui, convenire, congredi cum aliquo, incidere in aliquem* ut h. l. Homer. Odys. ω'. 259. οὗτος ἀνὴρ τῶν δὴ ξυμβλημένος ἐνθάδ' ἱόντι, *hic vir, qui nunc primum obviam factus est huc venienti.* Joseph. Ant. viii. 9. 1. ii. 7. 5. v. *Elsnerus, Krebsius, Kypkius* ad h. l. εἰς τὴν Ἄσσον] *ad Assum:* εἰς, *ad, apud,*

Digitized by Google

ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυ-
λήνην. Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν 15
ἀντικρὺ Χίου· τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον· καὶ
μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον.
Ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ 16
γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἔσπευδε γάρ, εἰ
δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς
Ἱεροσόλυμα.

Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο 17

Arrian. Exped. vi. 17. καὶ ταῦτα ἐς κόσμον καταστήσαντα ξυμβάλλειν οἱ ἐς τὰ Πάτταλα, rebusque compositis, ad Pattala se cum reliquis copiis conjungat. Xen. Anab. vi. 3. 15. συμμίξει ἐς Κάλπης λιμένα. infra v. 15. εἰς Σάμον] vid. et Münthius ad h. l. Μιτυλήνη] urbs insulæ Lesbi, *et natura et descriptione ædificiorum et pulchritudine inprimis nobilis*, juxta Cic. Orat. c. Rull. c. 14. hinc eam *pulchram* vocat Horat. Ep. i. 11. 7. cf. de hac urbe Starbo 13. p. 616. Apud Steph. Byz. scribitur Μυτιλήνη, quam scripturam altera accuratiorem esse e nummis antiquis ostenderunt *Vossius* ad Melam. p. 201. *Zeibichius* in Athleta παραδόξῳ p. 176. τῇ ἐπιούσῃ scl. ἡμέρᾳ, Act. vii. 26. xvi. 12. *postridie venimus contra Chium*: ἀντικρὺ, *ex adverso*, Hesych. ἀντικρὺ, κατέναντι, ἐξ ἐναντίας. Thom. Mag. (in v. ἀπαντικρὺ) ἀντικρὺ poëtarum esse dicit, sed v. ibi interpp. ἀντικρὺ legitur etiam ap. Herodi. i. 14. 18. al. Χίος, *Chius*, insula maris Ægæi inter Samum et Lesbon, in ea urbs cognominis, v. Mela ii. 7. Stephanus: Χίος, ἐπιφανεστάτη νῆσος τῶν Ἰάνων, ἔχουσα καὶ πόλιν ὁμώνυμον. cf. *Cellarii* Geogr. Ant. iii. 2. §. 13. τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον] *tertia die appulimus ad Samum*: Diod. Sic. p. 104. D. παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, *in Ægyptum nave pervenimus*. p. 30. D. παρεβάλομεν εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, *ad illa loca appulimus*. Schol. ad Aristoph. Ran. 128. παραβαλοῦ ἀντὶ τοῦ ὅρμισον τῇ γῇ τὴν ναῦν. Joseph. Ant. xviii. 6. 4. Ἀγρίππας δὲ εἰς Ποτίολους παραβαλὰν, *Agrippa cum Puteolos appulisset*. Σάμος, *Samus*, insula maris Ægæi, e regione Cariæ in ea urbs ejusdem nominis erat Horat. Ep. i. 11. Stephanus: Σάμος ἐπιφανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος· ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Δρύουσα, καὶ Ἀθημοῦσα, καὶ Μελάμφυλος. v. *Cellarius* l. l. iii. 2. 17. *Trogyllium* urbs et promontorium Ioniæ, non longe ab insula Samo distans, v. *Cellarius* iii. 3. 19. Μίλητος] *Miletus*, urbs maritima in finibus Ioniæ et Cariæ clarissima, unde Thales, Anaximander et Hecatæus historicus. Nobilis etiam lanæ bonitate et præstantia, ita, ut etiam Romani oviculas Milesias earumque vellera existimarent optima, v. Columella R. R. vii. 2. 3. *Cerda* ad Virg. Georg. iii. 306. Plin. H. N. viii. 48. *Spanhemius* ad Aristoph. Ran. 549. *Cellarius* iii. 3. 108.

(16. 17.) Pro ἔκρινε cum *Valckenario* in Opuscc. Vol. ii. (Lips. 1809.) p. 309. præeuntibus præstantissimis codd. scribendum puto κεκρίκει, quod etiam expressit Latinus interpres, *proposuerat*. Istius ε plusquamperfecti omissi sunt in hoc quoque libro Lucæ exempla κεκρικατήκει, κεκοινωνήκεσαν: Act. xiv. 8, 23. vid. *Valckenarius* l. l. *Hemsterhusius* in Obss. Miscell. Vol. iv. p. 291. *Stephanus* in Append. Thes. Gr. p. 147. *Casaubonus* Animadvv. in Athenæ. ii. 15. Decreverat Paulus Ephesum præternavigare ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, *ne tempus tereret in Asia*, ne diutius morari cogeretur in Asia. Verbum χρονοτριβῶν rarius occurrit, extat tamen ap. Aristot. Rhet. iii. 3. οἱ δ' ἄνθρωποι τοῖς διπλοῖς χρῶνται, ὅταν ἀνώνυμον ᾖ καὶ ὁ λόγος εὐσύνθετος, οἷον τὸ χρονοτριβῶν. Usus est eo etiam Eustathius in Il. ψ. p. 1447. 11. p. 1450. 38. schol. Thucyd. iii. 38. et schol. Pindari Nem. viii. 108. ἐπεὶ δὲ οἱ παλαίοντες χρονοτριβοῦσι, καὶ τὸν πλείονα χρόνον ἐν τῇ ἠλίῳ μένουσιν. Verbum hac in re usitatum est διατρίβειν addito temporis nomine, ut ap. Xen. Mem. ii. 1. 15. ἐν ταῖς ὁδοῖς πολὺν χρόνον διατρίβων. Anab. vii. 4. 8. ἡμέραι οὐ πολλαὶ διετρίβοντο. Per *Asiam* intelligenda est Ionia, v. ii. 9. xvi. 6. ἔσπευδε γὰρ—εἰς Ἱεροσόλυμα] *properabat enim, ut, si fieri posset, festo Pentecostes Hierosolymis esset*. Hierosolymam properabat, ut eo stipem perferret xxiv. 17. ut se contra obtrectatores defenderet xxi. 20. et quoniam festo Pentecostes undique immensa hominum multitudo ibi confluebat, quæ evangelii prædicandi lætam spem faciebat. (17.) Miletum cum venisset Paulus, jussit arcessiri ecclesiæ Ephesinæ presbyteros, ut iis valediceret. πρεσβυτέρους] infra v. 28 dicuntur ἐπίσκοποι,

Digitized by Google

18 τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς
αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας
ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον
19 ἐγενόμην, Δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφρο-
σύνης, καὶ [1]πολλῶν δακρύων καὶ πειρασμῶν, τῶν συμβάντων
20 μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων· Ὡς οὐδὲν ὑπε-
στειλάμην τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ
21 διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, Διαμαρτυρόμενος

19 † πολλῶν.

ubi v. not. πίμψας scl. ἀγγέλους. Sæpius πίμπειν elliptice ponitur Matth. xiv. 10. al. μετεκαλέσατο, *arcessivit*, ut vii. 14. x. 32. Achill.Tat.4. p.243. καὶ δεῖται τὸν τοῦ στρατοπέδου ἰατρὸν μετακαλέσασθαι, *medicum, qui in exercitu erat, arcessi ut juberet, rogavit.*

(18.) Sequitur jam ipsa oratio Pauli valedictoria, de qua *Camerarius*: "est oratio hæc Pauli Apostoli sententiarum gravitate et verborum copia in solliciti amoris declaratione, et commonefactione accurata officii, admirabili industria composita, et diligentissima lectione consideratione que dignissima." In ea Apostolus presbyteris congregatis in memoriam revocat, qua ratione munere suo in Asia functus sit, nuntiat iis se Hierosolymam tendere, atque declarat se paratissimum esse ibi ob Christi doctrinæ professionem pericula et calamitates subire. Serio deinde eos cohortatur, ut diligenter ecclesiæ saluti prospiciant. Tum iis valedicit eosque Deo commendat, addita admonitione, ut a nimio proprii lucri studio sibi caveant, in qua re se ipsum quoque exemplar proponit. ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης κ. τ. λ.] *vos scitis, quomodo* (coll. v. 19.) *me erga vos gesserim, a primo inde die, quo Asiam ingressus sum.* Ex his verbis et v. 25. ὑμεῖς πάντες ἐν οἷς διῆλθον satis perspicue patet, præter Ephesinos presbyteros, alios quoque Asiæ s. Ioniæ presbyteros adfuisse. Nec potest opponi, cum Paulus diutius Ephesi commoratus sit xix.10. Ephesinos episcopos facile comperire potuisse, quomodo se in vicinia gessisset, hæc ratio valere posset, si Paulus dixisset, vos nostis, quomodo me in Asia gesserim. γίνεσθαι s. εἶναι μετά τινος, vel, societatem quandam, auxilium quoddam indicat, v. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. ii. P. 3. p. 199. vel, *se gerere erga aliquem*, ut h. l.

(19.) δουλεύων τῷ Κυρίῳ] *ministerio Domini*, munere meo, *functus sum*. Per ταπεινοφροσύνην, *Morus* et *Rosenmüllerus* intelligunt promptitudinem molestias et calamitates perferendi; cujus tamen significationis exempla desunt, est potius *modestia*, ut Eph. iv. 2. Sic ταπεινοφρονεῖν modeste sentire in vers. Alex. Ps. cxxx. 2. ταπεινὸς, *modestus, humanus*, opponitur τῷ ὑπερηφάνῳ Jac. iv. 6. add. Prov. xvi. 21. xxix. 23. καὶ πολλῶν δακρύων —Ἰουδαίων, *inter multas lacrimas et afflictiones, per Judæorum insidias mihi paratas*: δακρύων καὶ πειρασμῶν lacrimas ob vexationes obortas, indicantur afflictiones gravissimæ.

(20.) *Me nihil eorum quæ ad vestram utilitatem pertinerent dissimulasse, quo minus vobis exponerem, et vos publice privatimque docerem.* Medium ὑποστέλλεσθαι notat: *se subducere*, atque adeo *fugere*, et adhiberi solet *de iis, qui aliquid ex socordia, vel metu periculi, vel verecundia subterfugiunt*, Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 615. B. de Mose tergiversante et demandatum sibi munus liberandorum Israelitarum recusante ἅμα τὴν φύσιν εὐλαβὴς ὤν, ὑπεστέλλετο, *verecundo simul ingenio præditus se subtrahebat*. Infra v. 27. *non* præ timore periculi, hominum, *subterfugi*, l. *me subduxi, quo minus* etc. Hinc significat etiam *metuere*. Hesychius: ὑποστειλάμενος, φοβηθεὶς, it. ὑποστέλλεται, φοβεῖται, Hebr. x. 38. et *dissimulare, celare*, ut h. l. Demosth. advers. Philipp. p. 54. ed. *Reisk.* πάνθ' ἁπλῶς οὐδὲν ὑποστειλάμενος πεπαῤῥησίασμαι. Plato Apol. 10. ὑμᾶς οὔτε μίγα οὔτε σμικρὸν ἀπεκρυψάμενος ἐγὼ λέγω, οὐδὲ ὑποστειλάμενος. Isocrat. Evag. c. 7. ed. *Findeis.* εἰ δὲ δεῖ συντόμως, καὶ μηδὲν ὑποστειλάμενον, μηδὲ δείσαντα τὸν φόνον, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ χρησάμενον εἰπεῖν. Diod. Sic. p. 368. C. εἰς τὸ λοιπὸν ὁ Κῦρος ἐκέλευσεν αἰτεῖν, μηδὲν ὑποστελλόμενον. Hesychius: ὑποστειλάμενος, ἀποκρυψάμενος. It. ὑπεστειλάμην, παρῃτησάμην, ἀπεκρυψάμην, cf. *Pricæus*, *Elsnerus*, *Kypkius*, *Krebsius*, *Lœsnerus* ad h. l. et *Dresigius* de V. M. p. 485 sqq. In verbis τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι particula μὴ redundat, cum præcesserit verbum negandi, v. *Kypkius* ad h. l. et nos ad Luc. xx. 27. δημοσίᾳ, *publice*, in synagogis, καὶ κατ' οἴκους, *et in ædibus*, privatim. (21.) διαμαρτυρόμενος— Ἰησοῦν Χριστὸν, *adhortando Judæos et gentiles ut ad Deum se converterent animumque emendarent*, ut repudiato idolorum cultu, repudia-

Digitized by Google

Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ νῦν 22 ἰδοὺ, ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς· Πλὴν ὅτι 23 τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγον, ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. Ἀλλ' οὐδενὸς 24 λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ,

23. ↑ μοι.

tisve flagitiis iis, quæ idolorum cultus secum conjuncta habet, Deum colerent, v. ad Matth. iii. 2. *et fiduciam in Christo reponerent.* μετάνοια εἰς Θεὸν referri debet ad gentiles, πίστις εἰς τὸν Ἰ. Χ. ad Judæos pariter atque gentiles.

(22.) δεδεμένος τῷ πνεύματι] Vocabulum πνεῦμα alii ad Spiritum Sanctum, alii ad animum Pauli referunt. Sed qui hanc vel illam sententiam sequuntur, in exponenda formula variant. *Er. Schmidius* verba explanat: licet non actu vinctus, ex revelatione Spiritus S. (Πνεύματι) hoc habens, me Hierosolymis in vincula conjectum iri. *Camerarius* et *Beza* verbis hunc sensum subjiciunt: Spiritus S. impulsu ac mandato, tanquam vinculo quodam me illuc pertrahente. Paulus, monente *Beza*, hoc ideo dicit, ne quis ex fratribus hoc iter ipsi dissuadeat. Alii cum Theophylacto et Œcumenio post δεδεμένος interpungunt, ut sensus sit: quasi vinctus jam proficiscor Hierosolymam, afflatu Spiritus; vel, in vincula conjiciendus, afflatu Spiritus abeo; ut δεδεμένος positum sit pro δησόμενος. *Albertius* vertit: *ego Spiritu munitus, firmatus, quasi circumligatus* (Æl.H.V. vi. 12. ἐδέμαντι δεδεμένη ἀρχὴ, *regnum firmatum*, munitum maxime, et quasi *adamante vinctum*) ut hæc sententia expressa sit: quantumvis diræ mihi atque atroces minentur calamitates, Spiritu tamen cœlesti tanquam validissimo vinculo circumdatus et firmatus, proficiscar Hierosolymam. *Grotius* qui πνεῦμα de Pauli animo accipit, verba reddit: *Spiritu vincula præsentiens*, addit: nam quæ futura sunt, ea prophetis tanquam præsentia mente obversantur. *Morus:* vinctus animo proficiscor Hierosolymam; jam mente concipio mihi ista mea vincula. Hæ vero interpretationes omnes sunt duræ atque contortæ. Rectius alii, veluti *Rosenmüllerus, Dindorfius, Heinrichsius* etc. locum interpretantur: *animo me veluti cogente* (impellente) *Hierosolymam proficiscor, ich fühle mich gedrungen dahin zu reisen, fühle einen besondern unwiderstehlichen Trieb.* Scilicet verbum δεῖν, ut bene monuit ad h. l. *Kypkius* (qui tamen Πνεῦμα de Spiritu S. accipit) indicat etiam *cogere, impellere*, Pind. Pyth. iii. 96. ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δίδεται, *sed lucro etiam sapientia impelli solet*, v. *Kypkius:* cf. Matth. iv. 1. Luc. ii. 27. supra not. ad v. 16. τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς] *ignarus eorum quæ ibi mihi sint eventura.* Non repugnant hæc iis quæ v. 23. leguntur. Ignorabat quænam calamitates in vinculis ipsum ibi manerent, quemnam exitum illæ habituræ essent.

(23.) *Nisi quod singulis in oppidis oraculis moneor, vincula et calamitates mihi imminere.* In verbis τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται divino monitu in singulis oppidis mihi indicatur, cogitandum est de Christianis qui Paulo prædixerant, ipsi Hierosolymis vincula esse parata coll. xxi. 4, 11. *Pricæus, Hombergius* in Parergis p. 185. *Boltenius* trajectionem hic esse putant, ut sensus sit: λέγον ὅτι κατὰ πόλιν δεσμὰ κ. τ. λ. me nullam fere civitatem transiturum, in qua me non vincula exspectent. Temere. Obstant huic conjecturæ loci xxi. 4, 11. neque commode Paulo dici possunt vincula in singulis oppidis imminuisse, quæ Hierosolymis tantum exspectare debebat, διαμαρτύρεται, *indicat, annuntiat, docet*, הודיע Ez. xvi. 2. xx. 4. והזהיר Ex. xviii. 20. ubi LXX. μένειν ut Lat. *manere* (vid. Servius ad Virg. Georg. i. 168. Æn. vi. 71.) notat *exspectare*, ut ap. Xen. Anab. iv. 4. 12. οἱ πιλασταὶ — οὐκ ἔμενον τοὺς ὁπλίτας, ἀλλ' — ἴδιον. Theocrit. Id. xiii. 70. in versione Alexandrina respondet verbis יָחַל 2 Sam. xviii. 14. et קוה Ies. v. 2, 3. vid. et *Jensius* Lectt. Lucianin. p. 275.

(24.) ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι] *nihil tamen horum*, quæ commemoravi, *curo*, nullius calamitatis rationem habeo: λόγον ποιεῖσθαι, *rationem habere, curare*, Dionys. Halic. 9. p. 606. πολλὰ δεομένων τῶν πρεσβευτῶν — λόγον οὐδενὸς αὐτῶν ποιησάμενος, ἐκύρωσε τὴν πόλασιν, *nullius rationem habens pœnas ratas esse jussit.* Herodo. vii. 13. ἐπίρρον μὲν τούτου οὐδένα λόγον ἐποιέετο, v. *Wetstenius, Kypkius* ad h. l. et *Dresigius* de Verb. Med. p. 400. οὐδὲ ἔχω — ἐμαυτῷ] *neque vitam meam tanti facio*, v. xxi. 13. Ante ὡς subintelligi debet οὕτως, quod subinde omitti solet ante ὡς et

Digitized by Google

ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακο-
νίαν, ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι
25 τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Καὶ νῦν ἰδοὺ, ἐγὼ
οἶδα ὅτι οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες, ἐν
26 οἷς διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Διὸ μαρ-
τύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ
27 αἵματος πάντων. Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖ-
28 λαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. Προσέχετε οὖν

ὅστι vid. Bosius de Ellips. sub. v. οὕτως p. 777 sq. *Schæf.* ὡς τελειῶσαι—τοῦ Θεοῦ] *ut cursum meum læto animo absolvam, et munere defungar a Domino Jesu mihi demandato, doctrinam quam Dei beneficio debemus annuntiandi:* δρόμον, vid. not. ad xiii. 25. εὐαγγέλιον τῆς χάριτος, vid. ad xiv. 3.

(25.) *Jam vero scitote, me nosse, non esse me revisurum vos omnes inter quos doctrinam de regno divino tradens, versatus sum.* "Sapienter hoc jam inserit Paulus, sic enim vehementius cætera animos movent." *Bengelius.* Valde torserunt se in hoc versu explicando interpretes, qui Paulum e prima captivitate Romana liberatum esse (vid. Proleg. §. de Chronologia libri extr.) et in Asiam rediisse contendunt. Nonnulli statuerunt, omnes illos presbyteros tunc temporis præsentes, mortuos fuisse, cum Paulus in Asiam rediret. Alii negationem referri posse monuerunt ad πάντες, οὐ πάντες ὑμεῖς ὄψεσθε, *non vos omnes videbitis*, quidam vestrum me non videbunt rursus. Potuisse enim fieri, ut licet non omnes, aliqui tamen eum rursus vidissent. Durior interpretatio, cui nec favet v. 38. Alii denique existimarunt, Paulum post primam captivitatem in Asiam quidem, sed non Ephesum revenisse. Omnino tenendum est, Paulum de morte sua verba facientem non prophetam egisse, ut jam verissime monuit *Calovius* ad h. l. "Fac eum rediisse (verbis *Heinrichsii* utor), etiamsi de fatis Pauli post Romana vincula omnia vaga et ambigua sunt, nil inde sequitur quam illud, vanum hic et inanem timorem ab Apostolo exprimi." Iter longinquum et periculosum erat, quod susceperat; Hierosolymam et Romam tendebat v. 22, 23. xix. 21. et persuasum ei erat, se presbyteros illos non esse revisurum. Verbum autem οἶδα non semper adhibetur de absoluta rei certitudine, de explorata rei veritate, sed etiam de opinione, animi persuasione v. Matth. xxii. 16. Act. iii. 17. xxvi. 27. ὑμεῖς πάντες—Θεοῦ innuit Ephesinos et alios presbyteros præsentes.

(26 sq.) *Quare hodie vos contestor, me a pernicie omnium insontem esse.* Si qui forte in posterum perierint, mea præcepta negligendo, falsis doctoribus obediendo, nullam eorum perniciei culpam sustineo, equidem nulla in parte muneri meo defui. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος, vid. not. ad xviii. 6. καθαρὸς construitur cum ἀπὸ more Hebræorum, qui adjectivum נקי quod vocabulis ἀθῶος (Matth. xxvii. 24.) et καθαρὸς respondet, sequi jubent particulam מן, ut 2 Sam. iii, 28. v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 411. *Fisch.* Est vero etiam hæc forma loquendi haud inusitata scriptoribus Græcis, Demosth. in Neær. p. 528. ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαριούντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας· *pia et pura sum et munda a cæteris immundis, et a concubitu viri.* Sunt verba jurisjurandi ministrarum Bacchi. Joseph. Ant. iv. 8. καθαρὰς ἀναζωσάμενοι τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τοῦ φόνου, *puras se proclament a cæde habere manus*, vid. *Kypkius* ad h. l. ὑπεστειλάμην] cf. not. ad v. 20. βουλὴν τοῦ Θεοῦ, *jussa, voluntatem Dei*, intelligitur doctrina Christiana, quæ v. 25. dicitur βασιλεία τοῦ Θεοῦ (Marc. x. 29. coll. Luc. xviii. 29.) et v. 24. εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.

(28.) Antequam ad hujus loci interpretationem accedimus, vera et genuina ejus lectio constituenda est. Scilicet pro ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, quam lectionem vulgaris textus exhibet, in aliis libris legitur τοῦ Κυρίου, in aliis τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ vel Κυρίου Θεοῦ, in aliis Χριστοῦ. I.) Lectio τοῦ Θεοῦ non nisi in libris recentioribus, iisdemque vel prorsus contemnendis, vel misere, multis saltem in locis, interpolatis deprehenditur, v. *Westen.* et *Griesbachius* ad h. l. Codex quidem Vaticanus, ap. *Birchium* 1299. ap. *Griesbachium* litera B. signatus, exhibet Θεοῦ, vid. *Griesbachii* edit. sec. N. T. Addenda ad Act. App. p. 34. et *Gableri Journal für auserles. Theol. Literatur* B. 3. p. 37. sed manifesto interpolatus est, et genuinum Κυρίου correctum in Θεοῦ, cum in lectione τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου, de qua deinceps dicendi locus erit, consentiat cum codd. quibuscum aliis in locis consentit, quique lectionem Κυρίου exhibent, v. *Gableri Neues*

Digitized by Google

ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ,

28. ~ Κυρίου.

Theol. Journal Jahrg. 1799. p. 409. Ex versionibus antiquis non nisi Vulgata et Syra posterior hanc lectionem tuentur: sequuntur eam etiam Athanasius (in epistola ad Serapionem, quæ incipit τὰ γράμματα, sed ibi nonnulli codd. habent Χριστοῦ, unus Κυρίου) Basilius (moral. reg. 80. c. 16. dubitat tamen *Wetstenius* an recte editus sit, nam in breviario legitur πρόσεκτα Χριστοῦ), Epiphanius (Ancorat. c. 69. et Hæres. 74.) Chrysostomus ad h. l. ter (sed commentarius postulare videtur Κυρίου, ut acute vidit *Millius*), Œcumenius (Scholia in Act.) Ambrosius (lib. 2. de Spiritu S. extr.) Fulgentius (ad Petrum diac. de fide c. 19.) et nonnulli alii. Formula αἷμα Θεοῦ usi sunt Ignatius (epist. ad Ephes. init. μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι Θεοῦ, *cum imitatores sitis Dei, excitando vos per sanguinem Dei.* Sed in altera epist. recensione extat Χριστοῦ.) alii, v. *Wetstenius* ad h. l. Verum non defuerunt, qui non solum ipsi sollicite ab hac aut simili formula abstinerent, eamque vituperarent, sed etiam diserte dicerent, nusquam scriptores sacros de sanguine Dei esse locutos, veluti Origenes, Athanasius, vid. *Wetstenius*. Probarunt lectionem Θεοῦ, *Beza, Hwiidius, Millius, Whitby, Wolfius* in Curis ad h. l. quibus probabile videtur, ad oram codicis cujusdam adpositum esse Κυρίου, vel interpretationis caussa, vel quod absonum visum esset, si sanguis Deo tribuatur. II.) Κυρίου exhibent codd. diversarum familiarum optimi ACDE. 13, 15, 18, 36 in textu. 40, 69. versio Sahidica, Copt. Syr. post. in margine Syriace. Armen. Irenæus iii. 14. Constitut. Apost. ii. 61. Eusebius in Ies. liii. Athanasius ad Serap. 1. in MS. Ammonius in Catena, Hieronymus in Tit. i. 5. Augustinus contra Parmenianum, i. 6. Sedulius in Tit. i. 7. alii, v. *Wetstenius* et *Griesbachius*, qui posterior hanc lectionem in ordinem recepit, eamque præferendam esse judicarunt *Grotius, Clericus, Wetstenius*, omnesque nostra ætate artis criticæ peritissimi. III.) Κυρίου Θεοῦ legitur in cod. 3. et inverso ordine Θεοῦ καὶ Κυρίου in cod. 47. Κυρίου καὶ Θεοῦ (quam lectionem *Matthæius* in textum recepit) plures codd. habent ap. *Wetstenium, Birchium, Griesbachium*, in quorum tamen numero nullus ex antiquissimis reperitur; versio nulla huic lectioni favet, præter Arabicam polyglottorum et Slavonicam, nec in ullius patris sive Græci, sive Latini scriptis deprehenditur, si unum excipias Theophylactum. IV.) Χριστοῦ Syrus cum suo sequaci Arabe Erpeniano, et pauci patres, Origenes, Athanasius, Theodoretus in Philip. 1. Basilius moral. reg. 80. in breviario, habent.—Vera lectio haud dubie est τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου. Ea enim 1.) nititur auctoritate codd. antiquissimorum, versionum veterum, et patrum multorum ac vetustorum. 2.) Cœtus Christianorum in N. T. nunquam vocatur ἐκκλησία Κυρίου, sed ἐκκλησία Θεοῦ, v. 1 Cor. i. 2. x. 32. xi. 22. xv. 9. 2 Cor. i. 1. Gal. i. 13. 1 Tim. iii. 5, 15. et ποιμνίον τοῦ Θεοῦ 1 Petr. v. 2. est ergo lectio insolentior, et Κυρίου facile a librariis mutari potuit in usitatius ἐκκλησία Θεοῦ. Commode autem dici potuit ἐκκλησία Κυρίου, cum Christus ecclesiam vocarit ecclesiam suam Matth. xvi. 18. et ipse dicatur ecclesiæ caput, illa autem ipsius corpus, Eph. i. 22 sq. Col. i. 24. add. Rom. xvi. 16. Objecerunt quidem lectionem ἐκκλησίαν Θεοῦ propterea esse præferendam, quod ea sit usui loquendi Paulino convenientior. Sed ut scienter monuit *Griesbachius*, sermonis hujus summam non Paulus ipse in literas retulit, sed Lucas, qui ἐκκλησίαν simpliciter absque ullo adjuncto ponere solet. Non ergo ad stilum Paulinum provocari potest. Distinguitur præterea in hac oratione Pater a Filio semper ita, ut ille Θεὸς, hic Κύριος appelletur v. 19, 21, 24, 25, 27, 32, 35. unde non probabile est ab hac norma hoc loco Lucam recessisse. 3.) Non dici potest vocem insolentiorem et duriorem præferendam esse notiori, adeoque τοῦ Θεοῦ, cum Deo tribuatur αἷμα, præoptandum esse. Sed non semper vocabulum ignotius vera lectio, notius falsa est. vid. ad Matth. xxiii. 25. Præterea isto ævo, ut *Griesbachius* ad h. l. observavit, quo codices hodie superstites scripti fuerunt, formula αἷμα Θεοῦ nec prorsus insolens erat, neque dura et falsa esse videbatur catholicis plerisque. 4.) Facile ostendi potest, quomodo lectiones Θεοῦ, Θεοῦ καὶ Κυρίου et Χριστοῦ extiterint. Lectio Θεοῦ irrepere potuit, cum voces Θεὸς, Κύριος, Χριστὸς per compendium scriberentur ΘΟΣ, ΚΟΣ, ΧΟΣ, ΘΟΥ, ΚΟΥ, ΧΟΥ, potuit ab aliis Κυρίου mutari in usitatius Θεοῦ, vid. supra n. 2. potuit etiam ab orthodoxis in aliis libris reponi Θεοῦ. Lectio Χριστοῦ interpretamentum redolet, definiendo sensui vocabuli ambigui Κυρίου destinatum. Lectio denique Κυρίου Θεοῦ et Θεοῦ καὶ Κυρίου manifesto e duabus diversorum librorum lectionibus conflata est, et particula καὶ glossematis index est, vid. not. ad Marc. vi. 51. et cum duæ lectiones junctim exhibentur, ea quæ extat sola in pluri-

Digitized by Google

29 ἣν περιεποιήσατο διὰ ||τοῦ ἰδίου αἵματος. Ἐγὼ γὰρ οἶδα

28. || ~ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου.

bus monumentis, antiquioribus et potioribus, prior adfuisse censenda est illa, quæ sola non invenitur, nisi in monumentis paucis recentioribus et minoris pretii, ut recte præcepit *Griesbachius*.—Variant vero etiam libri veteres in verbis hujus versus ultimis. Scilicet pro διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος codices præstantissimi ACDE et novem alii apud *Wetstenium*, *Birchium* et *Griesbachium*, unus apud *Matthæium*, vers. Arm. Slav. legunt: διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου, quam lectionem etiam *Griesbachius* in contexta migrare jussit. Hæc vero ipsa lectio duplici modo explicari potest; vel, cum articulus haud raro repeti soleat vid. ad Joh. x. 12. *ecclesia Dei*, s. *Domini, quam suo sanguine sibi acquisivit*, vel, ut ad ἰδίου cum *Döderlinio* (Instit. Theol. T. i. §. 105. Obs. 4.) subintelligatur Υἱοῦ, *ecclesia Dei*, s. *Domini, quam sanguine sui ipsius Filii acquisivit*. Jam vero vocatur quidem Jesus ἴδιος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Rom. viii. 32. sed ellipsis Υἱοῦ in hac voce idoneo sacri codicis exemplo confirmari nequit. Præferenda ergo est prior verborum interpretatio: *ecclesia Domini, quam sua morte sibi acquisivit*.

Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ] *Quare vobis ipsis et toti gregi prospicite*. Prospicite saluti vestræ ita, ut officiis vestris satisfaciatis, ut de veritatis via nunquam deflectatis, et doctrinæ puritatem cum vitæ sanctitate conjungatis. Prospicite gregis saluti, ut in doctrina salutari incrementa capiat, et vitam agat hujus doctrinæ regulis atque præceptis consentaneam. ποιμνίον, *grex*, h. l. cœtus sectatorum Christi, ecclesia Christiana, v. Luc. xii. 32. Joh. x. 3 ss. 1 Petr. v. 2. etiam in libris V. T. populus Dei sæpius cum grege, doctores cum pastoribus comparantur, v. Ps. lxxvii. 21. lxxviii. 52. Ies. lxiii. 11. Jer. xxiii. 2 sq. Ezech. xxxiv. 11. ἐν ᾧ ὑμᾶς—ἐπισκόπους] *cui vos Spiritus sanctus præfecit curatores*, non sine nutu ac voluntate Dei, divina providentia dirigente ac moderante constituti estis ecclesiæ curatores. Alii explicant: per Jesu legatos Spiritu divino afflatos, quos Deus in munere administrando adjuvat v. 3. Omnia quæ faciunt ad promonendam amplificandamque religionem Christianam, ad incrementum ecclesiæ, ex usu loquendi scriptorum N. T. ad Deum et Πνεῦμα Θεοῦ sive ἅγιον referuntur. ἐπίσκοποι dicuntur omnino *ii, qui alicui rei præsunt cum auctoritate, quorum curæ rei alicujus administratio commissa est*, v. *Bosii* diss. de etymologia Græca ad calcem exercitt. in N. T. p. 23. eodem modo Hebræi adhibere solent nomen פקיד ut sit *præfectus, rector*, quod Alexandrini vertunt ἐπίσκοποι, Num. xxxi. 14. Judd. ix. 28. in N. T. ἐπίσκοποι dicuntur *præfecti ecclesiarum*, quorum erat curam agere singulorum et saluti communi quantum possent, quovis modo prospicere. Hi ἐπίσκοποι nuncupantur etiam ποιμένες Eph. iv. 11. sed ποιμὴν indicat eum, qui aliorum res curat, qui cæteris præest, eorumque saluti prospicere debet, et ποιμαίνειν notat, *regere, gubernare*, vid. not. ad Matth. ii. 6. Joh. x. 12. add. 1 Petr. v. 2. Iidem porro qui in libris N. T. vocantur ἐπίσκοποι et ποιμένες, appellantur etiam πρεσβύτεροι, quod temere nonnulli negarunt, atque de discrimine episcoporum et presbyterorum in primitiva ecclesia hallucinati sunt. Etenim quos Paulus h. l. compellavit ἐπισκόπους, ii. v. 17. dicuntur πρεσβύτεροι· add. Tit. i. 5, 7. reperiuntur etiam loci N. T. ubi episcoporum tantum et diaconorum mentio fit, omissis presbyteris, qui tamen præteriri non potuissent, si ordo episcoporum diversus fuisset ab ordine presbyterorum, vid. Phil. i. 1. add. 1 Tim. iii. 1—10. Nullum omnino in N. T. reperitur vestigium magni illius discriminis episcoporum a presbyteris, quod posteriori ævo locum habuit. Imitabantur Christiani ætate Apostolorum in constituendis sacris ritus et disciplinam synagogæ Judaicæ, atque adeo ἐπίσκοποι s. πρεσβύτεροι similes erant Archisynagogis Judæorum, qui etiam dicebantur זקנים, πρεσβύτεροι, quos Philo in libr. Resip. Noë p. 395. T. i. ἱεροφάντας *sacrorum præfectos* dicit. Præerant autem Judæorum πρεσβύτεροι s. זקנים qui etiam dicebantur פרנסים *præfecti, præpositi*, v. *Vitringa* de synagoga vet. p. 621. synagogis ita, ut quæcunque in iis ad cultum divinum pertinerent, recte componerent et moderarentur. Qui autem constituebantur præfecti synagogæ, erant doctores legum Mosaicarum periti, erat enim iis de jure respondendum, v. Vitringa l. l. p. 638 ss. *Seldenus* de synedriis vet. Hebr. lib. 1. c. 14. Sic quoque episcopi s. presbyteri Christiani, qui in locum τῶν ἀρχισυναγωγῶν et זקנים Judæorum successerunt, singulis Christianorum cœtibus præfecti erant, ita ut doctrinæ integritatem et morum sanctitatem observarent, et caverent ne quid res publica Christiana detrimenti caperet. Hoc plures loci N. F. abunde docent. Nam qui hoc in cap. v. 17. πρεσβύτεροι dicuntur, v. 28. jubentur ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν, προεστῶσιν τῷ ποιμνίῳ, et 1 Tim. v. 11. memorantur πρεσβύτεροι πρεσβύτεροι, et ἐπισκόπους Paulus 1 Tim. iii. 5. vult ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· add. 1 Petr. v. 1, 2. dicuntur ἡγούμενοι Hebr. xiii. 7, 17, 24. Quod autem attinet muneris

Digitized by Google

τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς

presbyterorum partes, variis disputationibus virorum doctorum agitata est quæstio, fuerintne etiam presbyteri s. episcopi ad tradenda religionis Christianæ præcepta constituti? Ac plures quidem statuerant, munus episcoporum totum in moderamine cultus Christianorum sacri positum fuisse, quo curarent, omnia recte in ecclesia et communi usui convenienter fieri, secus sentientes monerent et corrigerent; docuisse quidem etiam episcopos, si potuissent et voluissent, religionis tradendæ caussa lectos constitutosque non fuisse. Defenderunt hanc sententiam præter alios *Dodwellius* in Diss. 6. ad Cyprianum de presbyteris doctoribus §. 1 sqq. (qui discrimen inter presbyteros docentes et regentes obtinuisse statuit) *Vitringa* de synagoga vetere p. 493. (qui e tenui sorte et conditione primæ ecclesiæ Christianæ præter omne consilium aut culpam Apostolorum hoc mali accidisse putat, quod non omnes a singulis cœtibus Christianis electi presbyteri, apti fuerint etiam ad docendum) *Just. Henr. Bœhmerus* in diss. jur. eccles. diss. vii. (ed. 2. p. 389 sq. 395 sqq.) et in Obss. ad *Petri de Marca* dissertationes de concordia sacerdotii et imperii Obs. 5. ad lib. 1. c. 2. §. 5. ed. Bamberg. 1788. p. 128 ss. 137. *Michaëlis Anmerkk. üb. die Briefe an die Galater, Epheser* etc. ad 1 Tim. iii. 1. v. 17. et *Forbigerus* in Diss. de muneribus ecclesiasticis ætate Apostolorum. Lips. 1776. 4. Contrariam vero sententiam, nempe presbyteros Apostolorum ætate ad *docendum* populum, non minus quam ad moderandam ecclesiam *constitutos*, atque ex ipso *instituto Apostolorum* per ipsam muneris iisdem commissi rationem ad *docendum obstrictos* fuisse, post *Danovium* in Diss. de episcopis tempore Apostolorum p. 43 sqq. nuper docte et accurate defendit *Gablerus* in Diss. de episcopis primæ ecclesiæ Christianæ eorumque origine Jenæ 1805. 4. E disertis nimirum N. T. locis effici potest, presbyteros etiam ad docendum fuisse constitutos. Etenim in epp. ad Timoth. et Titum hoc inprimis urget Paulus, ut ii modo eligantur in ecclesiis presbyteri, qui præter alias virtutes memoratas, haud carerent dono bene ac recte alios docendi et adversarios redarguendi. Sic Tit. i. 9. ab eo, qui ad episcopi s. presbyteri munus admittatur, requirit Apostolus, ut sit δυνατὸς παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, et 1 Tim. iii. 2. scribit, episcopum esse debere διδακτικὸν i. e. ad alios instituendos idoneum. Porro 1 Cor. xii. 25, 29. recensentur munera ecclesiastica, in quibus omittuntur ἐπίσκοποι s. πρεσβύτεροι (qui tamen non omittendi erant) eorumque loco memorantur διδάσκαλοι. Erant igitur, ut recte monet *Gablerus* l. l. p. 23. episcopi s. presbyteri primæ ecclesiæ *doctores ordinarii* ecclesiarum, sicuti Apostoli et Prophetæ ante eos commemorati ad *doctores extraordinarios* pertinebant. Etiam Eph. iv. 11. memorantur ποιμένες (i. presbyteri s. episcopi) καὶ διδάσκαλοι presbyteri iidemque doctores. Pro iisdem enim declarari ποιμένας καὶ διδασκάλους ipsa particula καὶ docet. Quodsi enim ποιμένες alii censendi essent quam διδάσκαλοι scripsisset Apostolus τοὺς δὲ ποιμένας, τοὺς δὲ διδασκάλους, cum reliquos ministros doctrinæ et ecclesiæ hac construendi ratione distinxerit. 1 Thess. v. 12. conjunguntur προϊστάμενοι (præfecti, episcopi) et νουθετοῦντες doctores, atque iidem pronuntiantur; vox generalior ποιοῦντες accuratius explanatur verbis προϊστάμενοι et νουθετοῦντες, vid. ibi *Koppius*. add. Hebr. xiii. 7. ubi legitur: μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ sed ἡγούμενοι sunt προϊστάμενοι 1 Thess. l. l. Hierosolymis quoque, ut patet ex Act. xi. 30. xv. 22. erant presbyteri. Sed non poterat, ut præclare observavit *Gablerus* l. l. p. 29. præsentia Apostolorum, quippe qui ecclesiæ Hierosolymitanæ non essent adstricti, impedire, quo minus presbyteri Hierosolymitani *ordinarii* illi moderatores ecclesiæ et ipsi docerent. Cœtui enim Christianorum Hierosolymitano suffecisse non videtur institutio Apostolorum, qui huc illuc commearent, essentque aliis permultis districti laboribus, quare haud superflua erat institutio a doctoribus ecclesiæ ordinariis h. e. a presbyteris repetenda. Denique 1 Tim. v. 17. legitur, quicunque munere presbyteri bene fungantur, iis lautius deberi stipendium, præsertim si non doceant omnino, sed si id agant cum summa animi intentione, si studiosissime doceant ποιοῦντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, nam τὸ προΐστασθαι pertinet ad omnes muneris partes, etiam ad τὸ διδακτικὸν εἶναι coll. 1 Tim. iii. 2. cf. omnino *Gablerus* l. l. p. 29 sqq. Itaque ποιμαίνειν cum adhibetur de ecclesiarum rectoribus, referendum est tum ad doctrinam, tum ad disciplinam eccl. coll. 1 Tim. iii. 2. infra v. 30, 31. Quo acrius presbyteros illos Apostolus excitet, ut ecclesiæ saluti prospiciant, in memoriam iis revocat, Christum morte sua ecclesiam sibi acquisivisse, adeoque declarat, graviter eos in Deum qui ipsis curam ecclesiæ commiserit, et Christum peccaturos esse, si ejus mancipium negligant. ἣν περιεποιήσατο, *quam sibi acquisivit*, quæ eum colere, eum Dominum agnoscere debet. Sic 1 Petr. ii. 9. Christiani dicuntur λαὸς εἰς περιποίησιν. Tit. ii. 14. λαὸς περιούσιος. Sicut et civitas Judæorum dicebatur עם סגלה

Digitized by Google

30 εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν
31 τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. Διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δα-

Exod. xix. 5. Deut. vii. 6. al. Med. περιποιεῖσθαι notat: *sibi aliquid acquirere, vindicare*, Thucyd. i. 15. ἰσχὺν περιποιήσαντο οὐκ ἐλαχίστην, *potentiam non parvam sibi comparaverunt*. add. 1 Tim. iii. 13. v. *Dresigius* de Verb. Med. p. 378. synonymum est ἰδιοποιεῖσθαι, vid. τοὺς σ'. 2 Sam. xv. 6. coll. vii. 23 sq.

(29.) Rationem porro præceptionis suæ subjungit Apostolus desumptam a periculo quod imminebat ecclesiæ. ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο —ποιμνίου] scio enim fore ut post meum discessum lupi truces vos adoriantur, (ex aliis cœtibus coll. v. 30.) *gregi minime parcentes*. Vox λύκοι cum apud profanos tum apud sacros scriptores sæpe a propria significatione ad impropriam transfertur. Usurpatur nimirum de hostibus violentis et callidis Artemidor. Onirocr. ii. 11. λύκος—σημαίνει—καὶ ἐχθρὸν δὲ βίαιόν τινα καὶ ἁρπακτικὸν καὶ πανοῦργον, vid. *Albertius* ad h. l. Sic Matth. x. 16. Judæi doctrinæ Christianæ infensi, Apostolorum vitæ atque saluti insidiaturi comparantur cum lupis, ut falsi doctores Matth. vii. 15. Sic quoque h. l. innuuntur doctores falsi, simili ratione Christianorum cœtui et rebus eorum summam perniciem afferentes, ut lupi rapaces gregi, quam adoriuntur. Esse autem per τοὺς λύκους intelligendos doctores falsos, verba quæ v. 30. leguntur: ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, affatim docent. His enim verbis ostendit Paulus, quales lupi intelligendi sint. Neque adeo audiendus est *Grotius*, qui nomine λύκοι significari putat persecutores Christianorum, et de persecutione eorum sub Nerone cogitat. His vero Christianorum adversariis presbyteri opponere sese non poterant, nec vigilantia (v. 31.) eos removere, eorumque conatus irritos reddere. Sed falsos doctores vigilanter nervoseque defendere poterant a cœtu, erroribus invalescentibus sese opponendo, veritatemque docendo. βαρὺς, *noxius, crudelis*, Diog. Laërt. i. 7. 2. Liban. ep. 1041. v. *Kypkius* ad h. l. *Irmischius* ad Herodi. vii. 3. 1. μετὰ τὴν ἄφιξίν μου, *post meum discessum*: ἄφιξις, *profectio, discessus, abitus*, Demosth. de pace p. 60. τὴν ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποιήσατο. Plato ep. 7. iter suum in Siciliam vocat τὴν εἰς Σικελίαν ἄφιξιν. add. Herodi. iii. 1. 1. 3 Macc. vii. 18. v. *Albertius* ad Hesych. T. i. p. 645. *Kypkius* ad h. l. μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου gregi perniciosissimi.

(30.) καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν e vestris ecclesiis. Alii: e vestra ecclesia, vestræ urbis incolis, v. ad v. 18. διεστραμμένα id. qd. σκολιὰ (Act. xiii. 10.) *perversa* (Matth. xvii. 17.) h. l. explicandum est de erroribus, doctrina falsa. Nam veritas comparatur cum via recta, errores, falsum, cum via curva. Sic Arrian. diss. Epictet. i. 29. δόγματα ὀρθὰ præcepta recta opponit διεστραμμένοις perversis, v. *Kypkius* ad h. l. τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν] *ut Jesu sectatores abductos*, a vera doctrina *suos faciant*, ad se pelliciant. ἀποσπᾶν dicuntur, *qui vi abstrahunt aliquem a persona vel loco*, v. Herodi. v. 6. 3. vel *alio quocunque modo abstrahunt*, etiam persuasionibus, blanditiis etc. ap. Æl. H. V. xiii. 32. de Callisthone meretrice: ἐγὼ μὲν, ὦ Σωφρονίσκου, κρείττων εἰμί σου· σὺ μὲν γὰρ οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπᾶσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλομαι, τοὺς σοὺς πάντας· *ego quidem, o Socrates, multum tibi præsto, cum tu neminem ex meis possis abstrahere, ego vero, cum libitum est, tuos omnes*. v. *Elsnerus, Raphelius*, Polyb. p. 385. *Kypkius* ad h. l. *Dresigius* de Verb. Med. p. 202 sq. *Abreschius* in Obss. Miscell. Vol. x. p. 210. ὀπίσω αὐτῶν ita ut ipsos sequantur, eorum sectatores fiant, v. ad Matth. iv. 19.

(31.) διὸ γρηγορεῖτε, *quare vigilate*, sedulo cavete, ne decipiant Christianos, et fructus laborum meorum pereant: γρηγορεῖν adhibetur etiam de iis, qui partes suas bene agunt, cauti sunt et diligentes, vid. ad Matth. xxiv. 42. τριετίαν, *per triennium*. At xix. 10. per biennium Paulus in schola Tyranni docuisse dicitur. Neque tamen ille locus nostro repugnat. Lucas ibi tantummodo tempus designat, quo Paulus in schola Tyranni docuit, quod fuit biennium. Paulus vero omnè illud complectitur, quod Ephesi exegit. Biennio igitur annumerandi sunt tres menses, quibus in synagoga docuit, vid. xix. 8. tum etiam tempus illud, quo Ephesi docuit, cum primum illuc venisset cum Aquila et Priscilla, vid. xvii. 18. τριετία est ergo numerus rotundus, magna pars anni tertii pro anno habetur, v. *Witsii* Meletem. Leidens. p. 112. et *Wolfius* in Curis ad h. l. νύκτα καὶ ἡμέραν] assidue, Luc. ii. 37. 1 Thess. ii. 9. iii. 10. μετὰ δακρύων νουθετῶν] enixe, graviter cohortatus sum ad virtutis et veritatis studium. Fideliter singulos institui, cavete igitur ne meum laborem negligentia et socordia irritum reddatis, imitamini potius meum exemplum. ἕκαστον] in codd. et vers. nonnullis

Digitized by Google

κρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον. Καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, 32
ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυνα-
μένῳ ἐποικοδομῆσαι, καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς
ἡγιασμένοις πᾶσιν. Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδε- 33
νὸς ἐπεθύμησα. Αὐτοὶ δὲ γινώσκετε ὅτι ταῖς χρείαις μου 34
καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. Πάντα 35
ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν
ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ,
ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβά-

34. † ℵ. 35. ∼ μᾶλλον διδόναι.

additum legitur ὑμῶν, quod tamen additamentum profectum est a grammaticis.

(32.) καὶ τανῦν — τῆς χάριτος αὐτοῦ] *et jam vos fratres Deo committo et doctrinæ, quam ipsius beneficio debemus*, v. xiv. 3. xx. 24. *ich überlasse euch Gott, und der Leitung seiner Lehre*: παρατιθέναι, *committere aliquid alicujus curæ, fidei, tutelæ*, v. Luc. xxiii. 24. τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι] *quæ potest vos provehere*: τῷ δυναμένῳ præeunte interprete Vulgato, *Beza, Bengelius, Heumanus*, alii, conjungunt cum remotiori Θεῷ, sed hoc hyperbaton non est necessarium. Rectius Syrus, Arabs, *Erasmus*, alii, referunt ad λόγον, doctrina, si ei adhærebant, efficiebat, ut incrementa caperent cognitionis, fidei et pietatis. Metaphora deprompta est ab ædificio quod paulatim surgit, v. Eph. ii. 20. 1 Cor. iii. 10. καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν, *et vobis* alterius vitæ *felicitatem largiri*. Vocabulum κληρονομία Hebr. ירשה *possessio, occupatio*, κατ' ἐξοχὴν in literis sacris usurpari solet de Palæstinæ possessione secura et tranquilla. Ea, ut constat ex prophetarum Hebræorum scriptis, erat imago felicitatis summæ. Hinc κληρονομία in libris N. T. transfertur ad felicitatem in regno Messiano exspectandam, v. Eph. i. 14. 1 Petr. i. 4. *Koppius* ad Gal. iii. 18. nos ad Matth. v. 5. ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν, *cum omnibus* Deo *consecratis*, i. Christianis. ἡγιασμένοι id. qd. ἅγιοι, vid. ad ix. 13. ἐν positum est pro σὺν, ut Luc. xiv. 31. Jud. 14. ut Hebr. ב poni solet pro עם, v. Deut. x. 9. Num. xx. 20. *Noldius* Concordd. Particc. p. 145.

(33 sq.) Memorat, se non lucri caussa doctrinam Christi tradidisse, sed propriis manibus sibi victum parasse, et comitum quoque suorum necessitatibus inserviisse. Atque hoc exemplum suum presbyteris congregatis imitandum proponit v. 34. ἀργυρίου — ἐπεθύμησα] *nullius argentum, aurum, aut vestimenta concupivi*. Non inhiavi divitiis. ἱματισμὸς indicat vestimenta splendida, pretiosa, quarum apparatum divitiis annumerare solebant Hebræi, v. not. ad Matth. vi. 19. et *Hezelius* ad h. l. (34.) *Ipsimet nostis has meas manus, mihi et collegis meis necessaria suppeditasse.* ταῖς χρείαις victum et amictum mihi comparavi opera manuaria, v. Act. xviii. 3. τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ concise dictum, pro καὶ τῶν ὄντων μετ' ἐμοῦ. De formula μετά τινος εἶναι, v. ad Matth. xii. 3. Marc. v. 40. αἱ χεῖρες αὗται, *hæ manus*, διεκτικῶς, protendebat manus, cum hæc diceret. ὑπηρετεῖν, *suppeditare, subministrare*, Xen. H. Gr. v. 2. 24. ὅστε ἐκεῖθεν πάντα ὑπηρετεῖσθαι, ὅσων ἂν δέησθε. add. Mem. ii. 4. 7.

(35.) Omnino meo exemplo vobis demonstravi, nos tali modo laborando sublevare debere inopes. πάντα scl. κατὰ, id. qd. πάντως, *omnino*, Xen. Anab. i. 3. 10. v. *Schleusneri* Lex. sub h. v. Posset tamen etiam πάντα copulari cum verbo ὑπηρέτησαν v. 34. ὑπέδειξα id. qd. ὑπόδειγμα ὑμῖν ἔδωκα, Joh. xiii. 15. ἀντιλαμβάνεσθαι frequenter ponitur de iis, qui benefici sunt erga pauperes, Sir. xxix. 12. ἀντιλαβοῦ πένητος, *succurre pauperis inopiæ*: cf. de hoc verbo not. ad Luc. i. 54. Per τῶν ἀσθενούντων, *Beza, Er. Schmidius, Limborchius, Bengelius*, alii, intelligunt, infirmos, homines rudioris ingenii, qui facile offenduntur, Rom. xiv. 1. qui adeo, si Paulus mercedem, alimenta ab auditoribus suis postulasset, offendi potuissent, et existimare eum lucri caussa doctrinam evangelii prædicare, et ita offensi, labi, atque evangelii prædicationem suspectam habere potuissent. *Morus* et *Rosenmüllerus* ἀσθενοῦντες ambigue dictum putant, ut formulæ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων sententia insit hæc: opitulari inopibus (quales erant collegæ Apostoli), et se accommodare ad imbecillitatem rudiorum. Sed ἀσθενοῦντες sunt *pauperes, inopes*, qui non possunt laborando (κοπιῶντες) sibi ad vitam tuendam necessaria comparare. Hanc explicationem confirmat dictum Christi, quod statim affertur, et v. 34. ubi sermo erat de beneficiis a Paulo in pauperes collegas collatis. Scholiast. ad Aristoph. Pac. 668.

Digitized by Google

36 νειν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶσιν
37 αὐτοῖς προσηύξατο. Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου, κατεφίλουν
38 αὐτόν· Ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν. Προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.

ΚΕΦ. κα'.

Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν,

ἀσπαζόμενοι· ἀντὶ τοῦ ἐν ἀνδείᾳ ὄντας. v. *Raphelius* Obss. Herodo. p. 384. et *Bielii* Thes. h.v. μνημονεύειν — ἢ λαμβάνειν] *et memores esse dicti Domini Jesu: beatiorem esse qui det, quam qui accipiat.* Nusquam in libris Evangelistarum hæc sententia, quam Paulus Jesum protulisse ait, his iisdem verbis legitur. Quare haud pauci hoc dictum hon pro Christi, sed Pauli dicto habuerunt, qui ex pluribus Christi effatis in Evangeliis occurrentibus, veluti Luc. xiv. 12. xvi. 9. xviii. 22. Matth. xvii. 24. hoc epiphonema eruerit, atque adeo sua recitarit verba, convenientia iis, quæ a Jesu data occasione pauperum curam commendante dicta fuissent. Hanc sententiam suam frustra firmare nituntur eo, quod non τοῦ λόγου, sed τῶν λόγων μνημονεύειν Paulus præceperit. Sed jam Chrysostomus, Theophylactus, omnesque grammatici ii, qui in codd. τῶν λόγων explicuerunt glossemate τοῦ λόγου vel τὸν λόγον, recte unum tantum sermonem intellexerunt, et verba ὅτι αὐτὸς εἶπε clarissime docent, Paulum ad verba quædam Christi respexisse. Memoravit ergo Paulus h. l. sermonem Christi ἄγραφον, quem ab iis accepit, qui cum Christo versati memoria tenebant hoc dictum, ut alia multa ejus dicta, quæ Evangelistæ literis non consignarunt. Plura hujus generis J. C. dicta, quæ a primis Christianis usurpabantur, in Patrum libris occurrunt, v. *Fabricii* Cod. Apocr. N. T. P. 1. p. 321. et *Kœrnerus* de sermonibus Christi ἀγράφοις, Lips. 1776. 4. Cæterum similes sententiæ etiam in libris scriptorum exterorum occurrunt: Artemidor. Onirocr. iv. 3. δωρεῖσθαι καὶ διδόναι κρεῖττον ἢ λαμβάνειν. Æl. H. V. xiii. 13. ἄμεινόν ἐστι πλουτίζειν ἢ πλουτεῖν, *melius est alios divites reddere, quam ditescere.* Aristot. Nicom. iv. 1. μᾶλλον ἐστὶ τοῦ ἐλευθέρου τὸ διδόναι, οἷς δεῖ, ἢ λαμβάνειν ὅθεν δεῖ. add. Sir. iv. 31. cf. *Wolfius*, *Wetstenius* et *Heumanus* ad h. l. μακάριον μᾶλλον, *beatius*, vid. de hac loquendi forma *Glassius* Phil. S. p. 39 sq.

(37. 38.) Tenerrimi et suavissimi affectus hic regnant. *Bengel.* ἐπιπεσόντες—αὐτὸν] vid. ad Luc. xv. 20. Apud Orientis populos amici qui conveniunt, vel discedunt, inter se osculari solent, ita, ut manui, vel ori, vel humero oscula figant, v. *Harmari Beobacht. üb. d. Orient*, Th. ii. p. 60 sq. *Hezelius* ad h. l. et ad Exod. xviii. 7. ὀδυνώμενοι μάλιστα, *maxime dolentes*, vid. ad Luc. ii. 48. ἐπὶ τῷ λόγῳ] coll. v. 25. ᾧ εἰρήκει pro ὅ, vid. ad Marc. vii. 13. προέπεμπον] cf. not. ad xv. 3. εἰς, *usque ad*, Polyb. i. 40. συνεδίωξαν εἰς τὸν τάφρον, *persecuti sunt usque ad fossam*, Herodo. ii. 158. τῇ εἰς τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν φερούσῃ. v. *Horreus* Obss. Herodo. c. 42.

CAP. XXI.

(1.) Posteaquam Paulus presbyteris valedixerat, Mileto venit Cæsaream, ibi diversatur apud Philippum 1—8. ab Agabo de malis ipsi Hierosolymis inminentibus monetur 10 sq. sed propositi tenax iter persequitur. Venit Hierosolymam 15. benevole excipitur ab Apostolis et presbyteris 18 sqq. Judæi tumultum contra eum excitant 27. et actum fuisset de Paulo, nisi Lysias tribunus eum sævientium manibus eripuisset 28 sqq. ὡς δὲ ἐγένετο —Πάταρα] *cum ab eorum amplexibus divulsi solvissemus, vento secundo navigavimus Coum, postridie Rhodum, atque inde Patara.* Ἀποσπᾶσθαι dicuntur inprimis amici, qui sibi invicem valedicentes, vix avelli possunt et discedere, v. *Hemsterhusius* ad Lucian. T. i. p. 256. Sic Eurip. Alc. 287. οὐκ ἠθέλησά ζῆν ἀποσπασθεῖσα σου. add. not. ad xx. 30. εὐθυδρομήσαντες, v. xvi. 11. ἡ Κῶος vel Κέως, et contracte Κῶς, *Cos*, insula maris Ægæi, frugum ferax, vini optimi larga, Hippocratis et Apellis patria. Erat etiam in hac insula frequens bombyx, e cujus lanugine subtilissima vestes tenuissimæ conficiebantur, *vestes Coæ* dictæ. Propert. i. 2. 2. cf. Strabo 2. p. 186. B. 14. p. 971. A. Plin. H. N. xi. 22. *Cellarii* Geogr. Ant. lib. 3. c. 2. p. 22. In accusativo scribitur Κῶν et Κῶ, v. scholiast. ad Hom. Il. ξ'. 255. Ῥόδος, *Rhodus*, et ipsa insula maris Ægæi, Soli sacra, Colosso Solis, qui septem mundi miraculis annumeratur, mercatura, artibus, et philosophia, clara, hinc eam *claram* vocat Horat. Carm. i. 7. 1. Martial. xiv. 68. 2. *nobilem*

Digitized by Google

εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶν, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν
Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα. Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπε- 2
ρῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν. Ἀναφανέντες δὲ 3
τὴν Κύπρον, καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς
Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον
ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθη- 4
τὰς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ
ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ.

1. ∼ Κῶ. 4. ∼ Ἱεροσόλυμα.

Catull. Carm. iv. 8. cf. Strabo 14. p. 964. A. *Cellarii* Geogr. 3. c. 2. p. 29. peculiarem libellum de hac insula edidit *Meursius* Amstel. 1675. 4. Πάταρα urbs Lyciæ maritima, nobilem eam fecit delubrum Apollinis, qui ibi sex mensibus hiemalibus responsa dabat, inde dictus *Patareus Apollo*, v. Horat. Carm. iii. 4. 64. Servius ad Virg. Æn. iv. 144. Lycophr. 920. Strabo 14. p. 981. C. Mela i. 15. *Cellarius* l. l. 3. c. 3. p. 95 sq.

(3.) ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον] *sed ubi Cyprus nobis apparuerat:* ἀναφαίνειν τὴν γῆν (*ostendere terram*) dicitur nauta, qui terram e longinquo detegit, detectam annuntiat, terra ipsa autem quæ a nautis detegitur, ἀναφαίνεται, apparet. Jam h. l. ἀναφανέντες τὴν Κύπρον, prop. significat, *cum apparuissemus Cypro*, quod dictum est pro, ἀναφανέντος τῆς Κύπρου, *cum Cyprus nobis apparuisset.* Est quidem hæc locutio paulo insolentior, sed occurrunt ei similes, Gal. ii. 7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον. Rom. iii. 2. ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, v. *Albertius, Wolfius, Kypkius* ad h. l. *Glassius* Phil. S. p. 654. Cæt. Latini hac in re usi sunt verbo *aperire* Virg. Æn. iii. 205. *Quarto terra die primum se attollere tandem Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum.* Oppositum verbum est *abscondere*, Virg. Æn. iii. 291. *Protenus aërias Phæacum abscondimus arces.* Id. ib. v. 701. *Apparet Camarina procul.* κατάγεσθαι] verbum nauticum, quod dicitur de nautis, qui appellunt et in portum navem ducunt. Polyæn. Strateg. v. 36. Δωρόθεος Λευκάδιος ναυμαχίαν ἔχων κατῆγεν εἰς λιμένα, *Derotheus Leucadius inter navale praelium in portum se recepit.* Diod. Sic. p. 423. B. κατήχθη ἐπὶ τὴν τῶν Σελινουντίων χώραν, *oræ Seluntinorum appulit.* καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον] elegans loquendi genus, quale ap. Philostrat. Apollon. vi. 23. ἐπορεύοντο ἀριστερὸν τοῦ Νείλου. Virgil. Æn. v. 162. *Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige gressum.* Verte h. l. *hac ad sinistram relicta.* Quod autem attinet vocabulum ipsum εὐώνυμος, *Valakenarius* in Scholis ad h. l. notavit hæc. Proprie ἀριστερὸς est *sinister:* sed cum *dextræ partes* apud veteres boni habebantur ominis, *sinistræ* autem infelicis, inde factum, ut Græci ipsius nominis mentionem formidarent, et pro ἀριστερὸς, frequenter dicerent εὐώνυμον, quasi dicas *bene nominatum.* Ita εἰρωνικὸν δίξιν et εὐώνυμοι opponuntur ap. Æschyl. Prom. v. 487. ob eandem rationem, ne nomen mali ominis usurparent, Athenienses Furias appellarunt Εὐμενίδας et σεμνὰς θεάς. v. Animadvv. ad Ammon. iii. 4. ἐκεῖσε γὰρ—τὸν γόμον] *Tyrum appulimus, ubi navis merces expositura erat.* Præsens ἀποφορτιζόμενον pro futuro positum est, verbum autem ἀποφορτίζεσθαι notat, vel, *merces exponere*, ut h. l. vel, *abjicere in mare*, tempestatis caussa. Athen. 2. p. 37. C. ναῦν διὰ τὸν χειμῶνα ἀποφορτίζεσθαι. Philo de Exsecr. p. 915. C. κυβερνήτης χειμώνων ἐπιγενομένων ἀποφορτίζεται. Pollux i. 99. τὰ δὲ ἐνεπιβίμενα ταῖς ναυσὶ, φόρτος (Act. xxvii. 10.) φορτίον, γόμος, ἀφ' ὧν ῥήματα ἐπιφορτίσασθαι καὶ γεμίσασθαι—ἀποφορτίσασθαι, κουφίσαι τὴν ναῦν, ἐκβολὴν ποιήσασθαι τῶν φορτίων. Erat ergo navis mercatoria, quæ novum onus recipiebat.

(4.) καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς] pro τοὺς ἐκεῖ μαθητὰς, *repertis Christianis ibi degentibus.* ἀνευρίσκειν, perquirendo invenire, v. *Raphelius* Obss. Polyb. ad h. l. not. ad Luc. ii. 17. Prima semina doctrinæ Christianæ ibi sparsa erant orta post Stephani necem cœtus Hierosolymitani vexatione, viii. 1. a Christianis qui Tyrum aufugerant, vid. xi. 19. Christianos ibi degentes jam alio tempore salutarat Paulus, vid. xv. 3. eorum tamen numerus non admodum magnus fuisse videtur. οἵτινες—Ἱερουσαλὴμ] *qui a Spiritu Sancto moniti, Paulo dissuadebant, ne Hierosolymam proficisceretur.* Lucas, ut constat, haud raro perquam concise scribit, et omittit, quæ ex omni narratione, aliisque locis facile suppleri possunt. v. Prolegg. §. de Lucæ scribendi indole. Jam c. xx. 23. legitur, in singulis oppidis moneor, vincula et calamitates mihi imminere Hierosolymis; infra v. 12. narratur, Cæsareæ, audita præ-

Digitized by Google

5 Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ 6 τὸν αἰγιαλὸν, προσηυξάμεθα. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς 7 τὰ ἴδια. Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες, ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς 8 ἀδελφοὺς, ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἤλθομεν εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελι-

8. † οἱ περὶ τὸν Παῦλον. ‖ † τοῦ.

dictione Agabi, Paulum Hierosolymis in vincula conjectum iri, comites et indigenas eum rogasse ne Hierosolymam se conferret. Itaque verba quæ h.l. leguntur, interpretanda sunt hunc in modum: *qui a Spiritu moniti, Paulo vincula Hierosolymis imminere, eum dehortabantur, ne eo se conferret.* *Michaëlis*, *Stolzius* et *Preissius* vertunt: *sie gaben ihm als Propheten, gaben ihm die prophetische Warnung, nicht nach Jerusalem zu reisen.* Paulum vincula in urbe manere, ut bene ad h.l. notavit *Rosenmüllerus*, facile prævidere poterant, cum ingenium Judæorum nossent (vid. not. ad xx. 23.), sed hanc firmam animi sui persuasionem Spiritus S. afflatui tribuebant. Hac interpretatione admissa, quæ omnes partes ac numeros veritatis habet, facile intelligitur, cur Paulus Christianis illis a Spiritu S. monitis, non paruerit. vid. v. 13.

(5. 6.) ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας] *illis* septem *diebus exactis.* Perquam probabilis est *Heinrichsii* conjectura, tamdiu navem illam ad negotia peragenda Tyri substitisse, et deinde iter continuasse. ἐξαρτίζειν notat, *perficere, absolvere, peragere* (ἄρτιος, *perfectus, integer*). De tempore, ita ut sit, *tempus transigere*, apud veteres scriptores non occurrit. Sed in sermone illius ætatis communi et quotidiano, hoc significatu usitatum fuisse videtur. Œcumenius explicat, πληρῶσαι. Hesychius: ἐξαρτίζει, πληροῖ, τελειοῖ. Idem: ἐξαρτῆσαι, ἐκπερῶσαι, τελειῶσαι, ubi *Sopingius* et *Ernestius* in Glossis Sacris Hesychii p. 115. recte admonuerunt, τελειῶσαι non pertinere ad primum illud ἐξαρτῆσαι, sed ad vocem omissam, eique simillimam ἐξαρτίσαι, ex more Glossatoris, qui voces similes, vel una litera discrepantes non diserte addit. (6.) καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους] *cum nobis invicem valedixissemus.* Quoniam in nonnullis codd. est ἀπησπάσμεθα et ἀπησπασάμεθα ἀλλήλους καὶ ἐπέβημεν, *Valckenarius* in Opuscc. Vol. ii. p. 311. suspicatur, lectum: καὶ ἀπεσπάσμεθα ἀλλήλων καὶ ἐπέβ. ab amicorum Tyriorum complexu, quippe iter Paulo Hierosolymitanum dissuaserant, vix poterant avelli. Sed propter plurium et optimorum codd. et verss. auctoritatem vulgaris lectio retinenda est, omnes codd. habent ἀλλήλους, et hoc ipsum ἀλλήλους, ut intelligenter monuit *Klosius* in examine emendationum a *Valckenario* propositarum, ostendit, in antiquissimis codd. lectum esse. ἀσπασάμενοι. Lectionis varietas glossema redolet, coll. v. 1. τὰ ἴδια scl. οἰκήματα vel δώματα, vid. ad Ioh. i. 11.

(7.) ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες] non reddi potest: *absoluta navigatione*, neque enim absolverunt navigationem prius, quam pervenissent Ptolemaïdem, unde pedibus iverunt Cæsaream. *Hammondus* pro διανύσαντες temere legendum conjecit διαναύσαντες πλοῦν, *cum trajecissemus navigationem, vela dedissemus Tyro*, quæ formula plane insolens est, v. *Clericus* ad h. l. Sed τὸν πλοῦν διανύσαντες reddi debet, *navigationem perficientes, absolventes, endigend unsre schiffahrt, am ende unsrer schiffahrt.* Aoristus enim haud raro vim præsentis habet, cf. *Vigerus* de Idiotismm. Grr. v. 3. 11. p. 208 sqq. *Herm. Glassius* Phil. S. p. 305 sq. διανύειν, *perficere, absolvere.* Schol. Soph. Aj. 611. ἀνύω τὴν ὁδὸν, ἀντὶ τοῦ τελειῶ. Electr. 1478. scholiast.: ἤνυσα τὴν ὁδὸν ἀπλῶς, ἀντὶ τοῦ ἐπλήρωσα. Hesychius: διανυσθῆναι, τελειωθῆναι.

(8 sq.) ἐξελθόντες — Καισάρειαν] *inde egressi*, terrestri itinere, *venimus Cæsaream.* οἱ περὶ τὸν Παῦλον, *Paulus cum comitibus*, vid. ad xiii. 13. sed hæc ipsa verba plures optimæ notæ codd. et verss. omittunt, irrepserunt e lectionariis, quæ novam hinc pericopam incipiebant, unde et ea expunxerunt *Bengelius*, *Matthæius*, et *Griesbachius*. Cæsa-

Digitized by Google

στοῦ (‖τοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ), ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ. Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι. 9
Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς 10
Ἰουδαίας προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος· Καὶ ἐλθὼν πρὸς 11
ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, εἶπε· Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν.
Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ 12
ἐντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἀπεκρίθη 13
δὲ ὁ Παῦλος· Τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες· Τὸ 14

8. ‖† τοῦ.

ros Stratonis, v. ad viii. 40. *Philippus*, qui fuerat in numero septem diaconorum, de quibus vid. vi. 5. vocatur h. l. εὐαγγελιστής, Evangelistæ autem ætate Apostolorum dicebantur, qui non perpetui unius cœtus Christiani doctores, certo quodam loco habitabant, sed ab Apostolis in varias urbes mittebantur, ut vel elementa religionis Christianæ traderent, vel institutionem Apostolorum continuarent, v. Euseb. H. E. v. 9. Act. viii. 5. *Koppius* ad Eph. iv. 11. προφητεύουσαι] afflatu divino loquentes, vid. ad xi. 27.

(10—12.) Ἄγαβος idem fuisse videtur cujus mentio fit xi. 28. ἄρας τὴν ζώνην κ. τ. λ.] *sumpto Pauli cingulo manus ac pedes suos ligavit.* Mos fuit prophetarum V. T. ut rem, quam verbis prænuntiarent, signo quoque simul externo denotarent: cf. Ies. xx. 2, 3. Jer. xiii. 1 sqq. xxvii. 2 sq. Ez. iv. 1—13. xii. 3, 7. Hos. i. 2 sqq. † αὐτοῦ, *suas ipsius manus*, in aliis codd. legitur ἑαυτοῦ e glossemate, in aliis αὐτοῦ, ut ideo Agabus Pauli manus et pedes ligasse dicatur, quam posteriorem lectionem probarunt *Grotius*, *Hammondus*, *Boltenius*, alii. Sed vel ipsa vatis illius oratio docet, ut scienter animadvertit *Michaëlis*, non esse de Paulo cogitandum, nam ille non dixit: homo quem vincio, sed, cujus est cingulum. τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, bene *Schottus*: Spiritus divinus me interprete hoc prænuntiat, vid. ad xx. 23. sententiæ summa autem hæc est: quam certum quod nunc manus et pedes meos vincio, tam certum est, Paulum Hierosolymis vinctum et gentilibus traditum iri. (12.) ἐντόπιοι indigenæ, incolæ, Sophocl. Œd. Col. 834. v. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. intelliguntur Christiani qui Cæsareæ vivebant, qui Paulo ejusque comitibus opponuntur.

(13 sq.) συνθρύπτειν proprie significat, *frangere, contundere*, deinde ad animum transfertur, ut sit *debilitare, et ad mala atque pericula subeunda tardiorem reddere*, qua eadem ratione etiam συγκλᾶν adhibetur, ut ap. Platon. Polit. 6. p. 495. E. ubi homines, qui artes sordidas et illiberales tractant, dicuntur τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι καὶ ἀποτεθρυμμένοι animis esse debilitatis et fractis, ut ad ingenuas cogitationes erigi nequeant: cf. *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. Sic Latini utuntur verbo *frangere*, Val. Flacc. Argon. vi. 284. *fregitque animos atque abstulit iras.* Horat. Carm. ii. 17. 1. *Cur me querelis examinas tuis?* Sed τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντες positum est pro τί κλαίετε καὶ συνθρύπτετε, *quid fletis s. flendo animum meum debilitatis et frangitis s. frangere conamini?* Verba enim actionem declarantia, haud raro non ipsum actionis effectum, sed tantummodo conatum, intentionem, voluntatem indicant, v. Ind. Marci. Verbum autem ποιεῖν alterius participio junctum, interdum ita abundat, ut participium eodem tempore exprimi simpliciter debeat, ut 2 Petr. i. 19. καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, *præclare animum advertitis*: add. Marc. xi. 5. coll. Luc. xix. 33. Xen. Cyr. i. 4. 13. καλῶς ἐποίησας πρεσβεύσας. cf. *Elsnerus* ad 2 Petr. i. 19. et ad Marc. ii. 23. εἰς Ἱερουσαλὴμ pro ἐν Ἱερουσ. vid. xviii. 21. προθύμως ἔχω, *paratus sum*, Æl. H. V. iv. 13. Joseph. Ant. xii. 4. 2. xiii. 1. 1. 2 Cor. xii. 14. 1 Petr. iv. 5. vid. *Raphelius* Obss. Xenophh. et Polybb. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ] ob religionem Jesu, vid. xxvi. 9. Cum Paulus per-

Digitized by Google

15 θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας
16 ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Συνῆλθον δὲ
καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες παρ'
17 ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ. Γενο-
μένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ

suaderi non posset, visa hac ejus constantia acquieverunt, pia modestia providæ divini numinis curæ rem omnem reliquerunt, dicentes, fiat, quod Deus de te decrevit.

(15.) Pro ἀποσκευασάμενοι, quæ est vulgaris lectio, *Griesbachius*, ABE et plures alii codd. ap. *Wetsten. Birch. Griesb.* legunt ἐπισκευασάμενοι, item Chrysost. Theophyl. probantibus *Grotio, Pricæo, Millio* Prol. §. 881. *Bengelio, Matthæio, Krebsio, Moro, Valckenario* al. παρασκευασάμενοι, *præparati*, legerunt Vulg. Syr. utr. Erp. Copt. Æth. ἀποσαξάμενοι habet D. Scilicet ἀποσκευάζεσθαι notat, *aliquid amovere, a se deponere, egerere*; atque de iis dicitur, qui *sarcinas deponunt*, vel ex itinere redeuntes, in hospitio vel alio loco mansuri, vel ut sint expeditiores, v. *Raphelius* Obss. Polyb. *Krebsius, Læsnerus* ad h. l. *Irmischius* de V. M. p. 201. et *Irmischius* ad Herodi. i. 9. 1. p. 328. Itaque h. l. ἀποσκευασάμενοι esset: *cum vasa nostra deposuissemus.* Qui hanc lectionem et verbi notionem tuentur, observant, illo tempore, propter immensam hominum multitudinem, quæ undique festo Pentecostes confluerat, non multum spatii Hierosolymis fuisse, quare Paulum ejusque comites, vasa quæ secum habuissent, Cæsareæ, in eorum qui cum iis Hierosolymam proficiscerentur ædibus reliquisse, aut saltem nonnulla eorum, quæ in longo itinere hinc inde collegissent, tanquam sibi nunc, Hierosolymis quippe vicinioribus, non admodum necessaria deposuisse, v. *Wolfius* et *Heumanus* ad h. l. Durior vero et nimis quæsita est hæc interpretatio. Hoc si dicere voluisset Lucas, aliter mentem suam expressisset. Alii, veluti *Lud. de Dieu*, ἀποσκευάζεσθαι interpretati sunt: *sarcinas colligere, sibi sumere res ad iter faciendum necessarias, præparare se*, neque tamen hanc verbi significationem idoneo scriptoris loco munire potuerunt. Nam locus Dionys. Halic. ix. 23. p. 557. ἀπροσδιόνυσος est. Verba ibi sunt: οὐδὲ γὰρ ἀποσκευάσασθαι δύναμιν εἶχον, h. e. *qui fugerant, ne sarcinas quidem deponere potuerunt*, np. propter instantem acrius hostem et persequentem v. *Dresigius* l. l. Levit. xiv. 36. ἀποσκευάσαι τὴν οἰκίαν est, *evacuare domum.* Quare omnino lectio ἐπισκευασάμενοι, quam optimi codd. tuentur, cum de Paulo ejusque sociis Hierosolymam proficiscentibus sermo sit, præferenda est. Medium ἐπισκευάζεσθαι est proficiscentium, et significat, *sarcinas colligere, sibi imponere, iter instruere*; unde et Hesychius ad h. l. respiciens, ἐπισκευασάμενοι interpretatus est, εὐτρεπισθέντες. Œcumenius: τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες. v. *Wetstenius* et *Læsnerus* ad h. l. Lectio ἀποσκευασάμενοι librariis suam originem debet, παρασκευασάμενοι grammaticis, quibus hæc vox videretur clarior, lectio denique ἀποσαξάμενοι iis, qui ἀποσκευασάμενοι pro lectione incongrua haberent.

(16.) *Comitati sunt nos nonnulli Christiani Cæsarea, qui nos duxerunt* (l. ducturi, præs. pro futuro) *ad Mnasonem quendam, Cyprium, dudum ad Christi sacra conversum, cujus hospitio uteremur.* μαθητῶν scl. τινὲς, ut Matth. xxiii. 34. Luc. xxi. 16. Ioh. xvi. 17. v. *Raphelius* Obss. Herodo. ad h. l. ἄγοντες κ. τ. λ. contracte et ex Hebraismo dictum, pro, ἄγοντες ἡμᾶς πρὸς Μνάσωνά τινα, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, jungitur ἄγειν dativo, cujus index esse solet particula Hebraica ל pro accusativo interveniente præpositione πρὸς Gen. xxiv. 54. Alii, præeunte *Beza*, vertunt: *adducentes secum apud quem hospitaremur Mnasonem.* Attici nimirum moris est, ut nomen sequatur casum relativi, ut ap. Soph. Trachin. 687. ᾧ γὰρ ἔχριον—πόπῳ. Τοῦτ' ἠφάνισται, *vellus illud, quo peplum inunxeram, evanuit*, alias dicendum fuisset ὁ πόπος οὗτος ἠφάνισται, ᾧ ἔχριον, v. Selecta e scholis *Valckenarii* T. i. p. 586. Qui hanc interpretationem sequuntur, conjiciunt, convenisse inter Christianos Cæsareenses et Mnasonem, qui tunc Cæsareæ præsens fuisset, ut Paulus, dum Hierosolymis esset, apud eum diverteret. Sed priorem interpretationem, utpote simpliciorem, qua admissa omnia plana sunt, cum plerisque interpretibus præferendam duco. Μνάσων nomen Græcum Athen. 6. p. 264. D. Μνάσωνα τὸν τοῦ Ἀριστοτίλους ἰσαῖρον, v. *Wetstenius* ad h. l. ex Cypro Hierosolymam concessisse, ibique sedem suam fixisse videtur. Eum a Paulo aut Barnaba ad Christi signa conversum esse, cum hi in insula Cypro fuissent, v. Act. xiii. 4. *Grotius* et *Hammondus* ad h. l. *Witsius* Meletem. Leidens. p. 145. suspicantur. Videtur tamen potius e numero sectatorum Jesu fuisse, cum Jesus adhuc his in terris viveret, ac propterea a Luca dictus esse ἀρχαῖος μαθητής.

(17—19.) ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοὶ

Digitized by Google

ἀδελφοί. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς 18
Ἰάκωβον· πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ ἀσπα- 19
σάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς
ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες 20
ἐδόξαζον τὸν Κύριον· εἶπόν τε αὐτῷ· Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι
μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων· καὶ πάντες
ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, 21
ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη
πάντας Ἰουδαίους, λέγων, μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα,
μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος 22

lubenter et cum gaudio nos exceperunt fratres. ἀσμένως Hesychius explicat: μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, προθύμως. *Fratres* sunt Apostoli et presbyteri, nam cœtus, τὸ πλῆθος, non favebat Paulo v. 20 sqq. πρὸς Ἰάκωβον intelligitur Jacobus Alphæi filius, de quo etiam xv. 13. sermo. Coegerat Jacobus collegium presbyterorum, ut in synodo agerent de Pauli negotiis, a quo plurimos Christianorum de Judæis alienos esse scirent. ἐξηγεῖτο—ἔθνεσι pro ἕκαστον ἐκείνων ἃ (ut xxii. 15.) ἐποίησεν exposuit, sigillatim, quæ Deus ipsius opera inter gentiles effecisset.

(20.) Christiani antea Judæi, inprimis Palæstinenses, usque ad civitatis Judæorum et templi eversionem, quacum cultus ritualis, qui templo maximam partem alligatus erat, interiit, diligenter leges rituales observabant, et Apostoli, etsi neutiquam putarent, cum horum rituum observatione salutem esse conjunctam, v. xv. 11. tamen quo offensionem vitarent, quo feliciori successu doctrinam Christi propagarent, ritus Mosaicos a Judæo-Christianis observandos censebant, quin et in concilio illo Hierosolymis habito, de quo Act. xv. sermo est, decreverant, Christianis e gentilibus abstinendum esse ab idolothytis, suffocato et sanguine, eos vero circumcidendos, ab iisque reliquam legem ritualem servandam esse, negarant. Paulus quoque proselytorum et gentilium libertatem vindicare contenderat, v. ep. ad Rom. et Gal. docuerat quidem, circumcisionem et rituum observationem nullam habere vim ad salutem adipiscendam, sed emendatam animi conditionem Gal. vi. 15. idem tamen præceperat, eos qui minus firma gauderent de rebus licitis persuasione, non esse contemnendos, sed comiter humaniterque ferendos et tractandos Rom. xiv. 1 sqq. al. ipse inter Judæos se Judæum gesserat, quo plures eorum lucraretur, cf. 1 Cor. ix. 20. Act. xvi. 3. vbi v. not. Sed Christiani Palæstinenses antea Judæi, audiverant, Paulum Judæos inter gentiles versantes ad defectionem a doctrina Mosis sollicitare, vetando pueros circumcidere ac reliquos ritus Mosaicos observare v. 21. adeoque offensa eorum erat in ipsum voluntas. Hinc Apostoli et presbyteri Paulo, ne in pericula se demitteret, ut rumorem contra ipsum late dispersum extingueret, et ulterius prodesse posset doctrina sua hominibus, quorum animi adversus eum irritati essent, prudenter suadebant, ut se adjungeret quatuor viris, qui votum susceperant, ceremoniasque lege Judæis præscriptas cum iis observaret v. 24 sq. et Paulus consilio Apostolorum et presbyterorum paruit. Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι κ. τ. λ.] *vides, frater, quot Judæorum millia doctrinam divinam receperint, qui omnes legis ritualis servandæ studio tenentur acerrimo.* μυριάδες Ἰουδαίων significantur Judæi Palæstinenses, quos Apostoli eorumque adjutores ad Christi signa adduxerant; nam opponuntur iis v. 21. Judæi inter gentiles versantes. ζηλωταὶ τοῦ νόμου legis ritualis studiosi, ejus defensores acerrimi 2 Macc. iv. 2. ζηλωταὶ τῶν νόμων. Diod. Sic. p. 47. B. ζηλωταὶ τῶν πολεμικῶν ἔργων, *rerum bellicarum studiosi.*

(21.) κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι κ. τ. λ.] *fama acceperunt, te defectionem a lege rituali docere Judæos omnes, qui inter gentiles versantur, prohibendo, ne pueros circumcidant, neve ritus observent.* κατηχήθησαν, vid. not. ad xviii. 25. sparserant hunc rumorem Judæi, qui in Asia tot molestias Paulo crearant, et ad festa celebranda Hierosolymam venerant. Falsa autem illa criminatio erat. Nam ut jam supra notavimus, strenuus quidem hactenus fuerat Paulus libertatis Christianæ vindex, contra inconsideratos legis ritualis propugnatores, qui Christianis e gentilibus jugum illius legis imponere volebant, et circumcisionem ab iis necessario suscipiendam docebant, sed non docuerat Paulus illicitum esse Judæis legem ritualem observare, vérum solummodo hoc, circumcisionem nihil ad salutem conferre, neque adeo eam abrogasse dici poterat, vid. et *Limborchius*

Digitized by Google

23 συνελθεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας. Τοῦτο οὖν ποίη-
σον ὅ σοι λέγομεν· Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν
24 ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν
αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφα-
λήν· καὶ γνῶσι πάντες ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν
25 ἐστιν, ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων. Περὶ
δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες
μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς
τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορ-

24. ∼ γνώσονται.

ad h. l. περιστίμενον scl. δεῖν, vid. not. ad xv. 24. ἴθεσι, np. Μωσίως, vid. xv. 1.

(22.) τί οὖν ἐστι; *quid ergo est faciendum?* 1 Cor. xiv. 15. respondet h. l. verbis τοῦτο οὖν ποιήσον, v. 23. πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν, optime *Schottus: nequit evitari, quin multitudo confluat.* Alii vertunt: *omnino convocandus est cœtus*, ut nempe audiat, quid Deus per te fecerit, ut te defendas. Sed rectius hæc verba de concursu multitudinis accipiuntur. Audient te advenisse, ergo concurrent ad te, ad ædes tuas, partim curiositate ducti, ut tuam doctrinam audiant, partim a malevolis excitati et incitati, ut te accusent, metuendus est tumultus. Apposite monuit *Heinrichsius* ad h. l. si de cœtu ab Apostolis convocando sermo esset, Apostoli sic Hierosolymitanorum animos magis irritassent. Sequitur etiam caussa concursus. δεῖ ut ἀνάγκη ἐστὶ, Matt. xviii. 7. exprimit, quod necessario ex aliqua re consequitur.

(24.) εἰσὶν ἡμῖν—ἑαυτῶν] *sunt inter nos viri quatuor, qui voto se obstrinxerunt.* De voto Nasiræatus cogitarunt *Beza, Grotius, Petitus* Lect. Var. i. 2. *Morus, Rosenmüllerus*, alii vero, tanquam *Capellus, Krebsius, Heinrichsius* de voto civili h. l. sermonem esse putarunt, suscepto ob liberationem a morbo, vel alia calamitate, cujusmodi vota Judæis perquam usitata erant, vid. not. ad xviii. 18. ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς—κεφαλὴν] *his te adjungens, castimoniam cum iis suscipe, et fac sumptum propter illos*, sumptum sacrificiorum præsta, *ut* voto soluti, *comam tondere possint.* Qui ejusmodi voto obstricti erant, comam alebant, precibus vacabant per plures dies aut hebdomadas, ante quam victimas oblaturi essent, vino abstinebant, et castimonia peracta comam radebant, atque in templo sacrificium offerebant, v. Joseph. B. I. ii. 15. 1. Erat præterea apud Judæos more receptum, et pro insigni pietatis documento habebatur, ut alii cum iis, qui ejusmodi votum susceperant, in castimonia viverent, et sumptus in victimas facerent, quas offerre debebant, qui voto se obstrinxerant, v. Joseph. Ant. xix. 6. 1. B. I. ii. 15. 1. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. Paulum partem stipis collectæ in hæc sacrificia dispendisse, ut nonnulli suspicantur, parum probabile est, cum, ut aliunde constat, Paulus opera manuaria sibi victum parare soleret. καὶ γνῶσι πάντες—φυλάσσων] *et omnes intelligant falsa esse quæ de te fando acceperunt, imo te ipsum quoque leges rituales observare:* οὐδέν ἐστι, *nihil*, i. e. falsum est, v. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 386. Sic et formula οὐδὲν λέγειν de iis usurpatur, qui vana dicunt et falsa vel certe supervacanea, neque ad rem pertinentia, v. *Casaubonus* ad Theophr. Char. vii. 1. στοιχεῖν, *incedere, cursum instituere ad normam aliquam*, ut περιπατεῖν v. 21. de *vitæ ratione*, quam Hebræi cum via, cursu, comparare solent, adhibetur ut Gal. v. 25. στοιχεῖν τῷ πνεύματι· ib. vi. 16. τῷ κανόνι στοιχεῖν. add. Phil. iii. 16. Itaque στοιχεῖς τὸν νόμον φυλάσσων est, *vivis ita, ut legem observes*, quod dictum est pro, στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τῷ νόμῳ, *tu ipse legi convenienter vivis.*

(25.) Alia est ratio Christianorum e gentilibus, his non imponendum legis ritualis jugum, quod ad eos attinet, nosti decretum a nobis datum, v. xv. 20 sqq. ubi v. not. noli ergo existimare, nos cum tibi ritus Judaicos suademus, sententiam nostram mutasse. περὶ, *quod attinet*, ut Matth. xxii. 31. xxiv. 36. Isocrat. Evag. c. 4. περὶ τῆς φύσεως τῆς Εὐαγόρου, *quod attinet natales Evagoræ.* Verba μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ, in nonnullis codd. et verss. desunt, eaque *Millius* Proleg. §. 1203. et *Bengelius* in Gnom. pro scholio habent; male ac perperam; respiciuntur enim verba decreti, xv. 28. μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν κ. τ. λ. tuetur etiam hæc verba plurium et optimorum codd. ac verss. veterum auctoritas. Med. φυλάσσεσθαι, *sibi prospicere adversus alterum, cavere*, ut 2 Tim. iv. 15. Theocrit. Idyl. xv. 71. v. *Dresigius* de Verb. Med. p. 499.

Digitized by Google

νείαν. Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ 26
ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσήει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλ-
λων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσ-
ηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά. Ὡς δὲ ἔμελλον 27
αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι,
θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον,
καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, Κράζοντες· Ἄνδρες 28
Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ κατὰ τοῦ
λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου πάντας πανταχοῦ
διδάσκων· ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ
κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον. (Ἦσαν γὰρ προεωρακό- 29
τες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον
ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος.) Ἐκινήθη τε ἡ πόλις 30
ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ

(26. 27.) τῇ ἐχομένῃ—ἁγισθεὶς] *die sequenti cum illis castimonia suscepta*; ritus religiosos observare cœpit, quos illi, qui voto obnoxii erant, observabant. διαγγέλλων, *indicans*, nempe sacerdotibus, in templo versantibus, quoniam peracta castimonia sacrificium offerendum erat: τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγισμοῦ, *castimoniæ dies consummandos*, spatium constitutum, quot dies castimoniam suscepisset, erant dies septem: coll. v. 27. Indicavit Paulus se castimoniam suscipere in dies septem, ita, ut dies ipsius pariter exirent cum diebus hominum illorum, qui aliquanto ante, aut in longius tempus castimoniam susceperant. v. *Grotius* ad h. l. Minus recte *Thalemanus* διαγγέλλων κ. τ. λ. vertit: *annuntiavit esse completos dies*, repudiant hanc interpretationem verba v. 27. add. xxiv. 18. προσφορὰ Hebr. מִנְחָה Ps. xl. 9. *sacrificium*, commutatur cum θυσία Eph. v. 2. ἕως δὲ—συντελεῖσθαι] *cum ad finem vergerent septem illi dies*, absolutis fere illis diebus. Articulus αἱ, ut *Bengelius* animadvertit, vim habet relativam ad dies illos, de quibus v. 26. sermo est. οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, Judæi, doctrinæ Christianæ adversarii, qui ad festum Pentecostes celebrandum Hierosolymam venerant. συνέχυν πάντα τὸν ὄχλον, *concitarunt omnem populum*, qui in templo precandi caussa aderat. καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, injecerunt ipsi manus, Matth. xxvi. 50. שָׂלַח יָד אֶל אִישׁ Gen. xxii. 12. ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου, v. 30.

(28.) βοηθεῖτε, *succurrite*, accurrite opis ferendæ caussa, Aristoph. Vesp. 431. ne evadat, ut pœnam luat. οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος διδάσκων] *hic est ille homo, qui omnes ubique docet, quæ populo nostro, legi et huic loco adverantur*. κατὰ τοῦ λαοῦ, Judæos, Abrahami posteros excludi posse felicitate regni Messiani, ejus participes fieri posse gentiles æque ac Judæos. καὶ τοῦ νόμου, a lege avertit Judæos, coll. v. 21. καὶ τοῦ τόπου τούτου, contra hunc locum sacrum, templum, Deum mente potius colendum, quam ritibus externis et sacrificiis. ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν κ. τ. λ.] *præterea gentilibus in templum introductis, hunc locum sacrum profanavit*. Erat in templo atrium gentilium; sed ἱερὸν h. l. significat, atrium Israelitarum, quod intrare gentilibus non licebat. Hinc et atrium illud lorica lapidea, quæ tres cubitos eminebat, cinctum erat, et in lorica illa paribus intervallis dispositæ erant columnæ quædam, quibus Græcis Latinisque literis inscriptum erat: μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παρείναι. vid. Joseph. B. I. v. 5. 2; et si quis alienigena, etiam Romanus, id septum transgrederetur, occidi poterat. Philo Leg. p. 791. θάνατος ἀπαραίτητος ὥρισται κατὰ τῶν εἰς τοὺς ἐντὸς περιβόλους παριβόντων· — Ἕλληνας sed unus tantum memoratur. Est vero hoc populariter dictum, v. ad Matth. xxvii. 44.

(29. 30.) Falsa erat criminatio, ut Lucas docet: ἦσαν γὰρ — ὁ Παῦλος] *viderant antea Trophimum Ephesium in urbe cum Paulo versantem* s. deambulantem, *hunc putabant ab eo in templum introductum esse*. Τρόφιμος, v. xx. 4. ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη] *omnis tum urbs commota est*; de qua verbi κινεῖσθαι vi cf. *Irmischius* ad Herodi. i. 3. 15. et *Wetstenius* ad h. l. καὶ — ἱεροῦ] *et concursus factus populi, Paulumque comprehensum e templo protraxerunt*, ne templum profanaretur, occidere enim eum volebant: coll. v. 31. v. 2 Regg. xi. 15 sq. καὶ — θύραι] *et statim portæ*

Digitized by Google

Παύλου, εἵλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν
31 αἱ θύραι. Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ
χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἱερουσαλήμ.
32 Ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν στρατιώτας, καὶ ἑκατοντάρχους,
κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς· οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ
33 τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον. Τότε
ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι
ἁλύσεσι δυσί· καὶ ἐπυνθάνετο, τις ἂν εἴη, καὶ τί ἐστι
34 πεποιηκώς. Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ· μὴ
δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν
35 ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ
τοὺς ἀναβαθμούς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατι-
36 ωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου. Ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος
37 τοῦ λαοῦ, κράζον· Αἶρε αὐτόν. Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς

templi claudebantur, ab Levitis templi janitoribus, ne seditione in templo orta, aliis Paulo forte opitulari volentibus, templum cædibus profanaretur, aut, ut *Bengelius* suspicatur, ne Paulus forte ad aram confugeret, et tutela templi uteretur 1 Regg. i. 50. ii. 29.

(31.) ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης] *indicium pervenit* in turrim Antoniam *ad tribunum cohortis*, Claudium Lysian v. xxiii. 26. φάσις, *rumor, nuntius, indicium*, inprimis *indicatio criminis* et quidem *latentis*, Susan. v. 55. ἄγγελος Θεοῦ λαβὼν φάσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Pollux iii. 38. ἔνδειξις· γραφή, κατηγορία, φάσις. Id. viii. 47. κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων. v. *Wettenius* ad h. l. σπεῖρα cohors Romana, quæ in arce Antonia, templo contigua, præsidium habebat; temporibus festis milites illius cohortis templi portas servabant. Arx Antonia in monte Moria sita, ab Hyrcano condita, antea nomen habuit Baris, postea ab Herode renovata et exornata, turribus et propugnaculis munita, et in honorem Antonii, Antonia nominata est, v. Joseph. B. I. v. 5. 8. Ant. xx. 4. 3. not. ad Matth. xxvii. 27.

(33 sq.) ἐπελάβετο — δυσὶ] *eum comprehensum, duabus catenis vinciri jussit*, ut turbam compesceret, ut videret, se fore judicem strenuum, eumque diligenter servaturum. Pauli manus et pedes vincti erant, ita tamen, ut ire et ambulare posset vid. v. xxxiv. 40. xxi. 11. Plin. ep. vii. 27. cf. et *Heumanus* ad h. l. ἐπυνθάνετο, *interrogabat*, non Paulum ipsum, sed homines per tumultum congregatos, coll. v. 37, 38. xxii. 27. ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολὴν] *in castellum eum duci jussit*. Per τὴν παρεμβολὴν, quod vocabulum, *aciem, exercitum, tentorium, castra*, indicat, Suidas: παρεμβολὴ, σκηνὴ, πάστρον, στρατόπεδον, v. *Münthius* ad h. l. et *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 30. plerique interpretes intelligunt *castra stativa*, militum domicilia in arce Antonia, *Casernen*. Rectius vero *Lud. de Dieu, Beza, Heumanus*, al. explicant, *castrum, arx*, ut adeo ipsa arx Antonia intelligatur, ad quam per ἀναβαθμοὺς, *gradus*, ascendendum erat, ut v. 37. xxii. 24. xxiii. 10, 16. Sic urbs Hierosolyma dicitur παρεμβολὴ, ut locus munitus Hebr. xiii. 13. Apoc. xx. 9. et Alexandrini interpretes Ies. xxi. 8. מִשְׁמֶרֶת *specula, turris, arx*, expresserunt Græco vocabulo παρεμβολή.

(35.) ὅτι δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς] *cum vero ad gradus*, qui ab arce Antonia ad templum ducebant, *perventum esset*. ἀναβαθμὸς, *gradus, Treppen* Philo Leg. ad Cai. p. 1003. A. οἷα δι' ἀναβαθμῶν ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον εἰς τὸ ἄνω προσήει, *quasi per gradus a minori ad altiorem progrediebatur* insaniam. Joseph. B. I. v. 5. 3. συνῆπτο ὁ ἐπὶ τῇ μεσημβρινῇ καὶ κατ' ἀνατολὴν γωνίᾳ κείμενος πύργος (τῆς Ἀντωνίας) ταῖς τοῦ ἱεροῦ στοαῖς, εἰς ἀμφοτέρας εἴχε καταβάσεις.— συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν] pro simplici ἐβαστάζετο, *a militibus portabatur*, propter turbam urgentem, ob vim insequentis et urgentis multitudinis. Verbum συμβαίνειν infinitivo junctum, redundat. Diod. Sic. p. 2. C. συμβαίνει τὴν ποιητικὴν τέρψιν μᾶλλον ἢ πρὸς ὠφελίαν, *poetica delectat magis, quam prodest*. 2 Macc. iii. 2. συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμῶν τὸν τόπον, *ipsi reges locum honorabant*. Exempla plura hujus redundantiæ v. ap. *Raphelium* Obss. Polybb. p. 387. *Münthium* ad h. l. et *Weiskium* de Pleonasmis Græcis p. 119.

Digitized by Google

τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ· Εἰ ἔξεστί
μοι εἰπεῖν τι πρός σε; Ὁ δὲ ἔφη· Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;
Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνα- 38
στατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους
ἄνδρας τῶν σικαρίων; Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐγὼ ἄνθρωπος 39
μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πό-

(36. 37.) Cum Paulus tribunum, quem Syro-chaldaicæ linguæ ignarum esse, recte suspicabatur, lingua Græca allocutus esset, hic eum interrogabat: Ἑλληνιστὶ γινώσκεις; *callesne linguam Græcam?* num es Hellenista? γινώσκεις, scl. λαλεῖν· plena locutio Neh. xiii. 24. καὶ οὐκ εἶεν ἐπιγινώσκοντες λαλεῖν Ἰουδαϊστί. Sic quoque elliptice legitur ap. Xen. Cyr. vii. 5. 11. τοὺς Συριστὶ ἐπιστάμενους, vid. *Kypkius* ad h. l. (37.) οὐκ ἄρα σὺ εἶ κ. τ. λ.] *nonne tu es ille Ægyptius, qui haud ita pridem excitata seditione, quatuor millia sicariorum in desertum eduxit?* De hoc Ægyptio, populi Judaici concitatore narrat Josephus Ant. xx. 8. 6. B. I. ii. 13. 5. Eorum, quæ Josephus de eo tradidit, hæc est summa: Ægyptium quendam pseudoprophetam, *triginta* fere *millia* hominum congregasse in deserto, et in montem Olivarum deduxisse, ut viderent suo jussu mœnia Hierosolymorum corruere, ac illis quasi aditum ad urbem occupandam patefacere. Sed Felicem, Judææ procuratorem, accepto de hac re nuntio, coegisse milites multos, quos etiam reliqui Judæi adjuvissent, et cum Ægyptio pugnam iniisse, ac plerosque sectatorum illius, nempe sexcentos, partim captos, partim trucidatos, reliquos dissipatos esse, ipsum seditionis auctorem fuga salutem petiisse. Discrepat igitur Josephus a Luca, nam Josephus refert, τριακοσίους, *triginta millia* hominum impostorem illum esse secuta, Lucas vero τετρακισχιλίους, *quatuor millia* sicariorum. Hac difficultate ut sese exsolverent interpretes, varias inierunt vias. *Grotius* opinatur, ab initio sectatorum Ægyptii fuisse non nisi *quatuor millia*, postea autem eorum numerum crevisse ad *triginta millia*. Quæ tamen conciliatio merito coacta visa est *Dindorfio*. *Valesius* Annotatt. in Euseb. p. 38. putat, Lucam de sicariis tantum loqui, Josephum vero de omnibus qui Ægyptio studia sua addixerint. Cum *Valesio* fere consentiunt *Walchius* in Diss. de Felice Judææ procuratore, Jen. 1737. 4. et *Michaëlis*, qui statuunt, Lucæ verba non de omnibus Ægyptii asseclis interpretanda esse, sed de sicariis ab Ægyptio in desertum eductis. His quatuor millibus, cum in cæteras provinciæ partes ac desertum venirent, sese tantam multitudinem adjunxisse, ut triginta millia essent. Quum vero Romanos iis resistere, nec præsidium et auxilium a Judæis aliis exspectandum esse, cognoscerent, maximam partem Ægyptium deseruisse, ac paucos impetum Romanorum sustinuisse; ex his quadringentos occisos, ducentos captos esse. Quæ quidem sententia est sane reliquis probabilior. Fortassis tamen apud Josephum, qui sibi ipse repugnat, error scribendi irrepsit, ut jam suspicati sunt *Aldrichius* in notis ad Joseph. et *Bernardus*: v. *Krebsius* et *Schœttgenius* ad h. l. Etenim de Bel. Jud. ii. 13. 5. tradit, sectatorum Ægyptii fuisse *triginta millia*, quorum πλείονες, *plerique*, fuerint partim capti, partim trucidati. Sed Antiq. xx. 8. 6. refert, interiisse *quadringentos*, captos *ducentos*, διακοσίους. Quid vero isti *sexcenti* ad *triginta millia*, quorum *maxima pars illi sexcenti* fuisse dicuntur? Quare *Aldrichius* conjicit, Josephum Ant. l. l. pro διακοσίους, *ducentos*, scripsisse δισχιλίους, quod propius ad τετρακισχιλίους Lucæ, accedat. In commentario autem de Bel. Jud. l. l. ex Luca rescribendum esse τετρακισχιλίους, *quatuor millia*. Σικάριοι vox origine Latina, orta a *sica*, h.e. gladio breviori, cultro curvo, acinaci simili, qui sub veste facile occultari potest; hoc cum uterentur, qui alios insidiose et clam interficere studerent, factum est ut sicariorum nomen de clancularis homicidis (*Meuchelmördern*, *Banditen*), cædem fraudulentam telo quocunque committentibus usurparetur. Hesychius: σικάριοι· λῃστῶν γένος· σίκας δὲ τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οἷς οἱ χρώμενοι, λέγονται σικάριοι. Quinctil. Inst. x. 1. *per abusionem sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocunque commiserint.* Ingens illo tempore, auctore Josepho, erat sicariorum in Judæa numerus, et multus sanguis sub iis fusus. Ab ipso Felice subornati interfecerant Jonathanem, pontificem maximum, qui crebris admonitionibus, ut Felix partibus suis satisfaceret, ejus odium sibi contraxerat. Hoc scelus, cum inultum mansisset, crevit eorum audacia, ita, ut cuncti cædes impunitas ac liberas esse existimarent, et quotidie in plateis, imo et in templo multi occiderentur, v. Joseph. Ant. xx. 6. 7. *Hammondus* et *Michaëlis* ad h. l. Non ergo mirandum, tribunum habuisse Paulum pro Ægyptio illo, qui aufugerat, aut sicario saltem, qui in re ipsa esset deprehensus.

(39. 40.) Ταρσεὺς—πολίτης] pro Κίλιξ,

Digitized by Google

λέως πολίτης· δέομαι δέ σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν
40 λαόν. Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀνα-
βαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενο-
μένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων·

ΚΕΦ. κβ'.

Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς
2 νῦν ἀπολογίας· (Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ
προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν· καί φησιν·)
3 Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς
Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς
πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πα-
τρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, καθὼς πάντες

1. ∼ νυνὶ.

Τάρσου οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης, vid. not. ad ix. 11. ἄσημος, *obscurus, ignobilis*, de personis et rebus frequentatur. Sed verbis πόλεως οὐκ ἀσήμου inest litotes, *urbis haud ignobilis*, dictum est pro, urbis nobilissimæ. Eurip. Ion. 8. ἐστι γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις. add. Achill. Tat. 8. p. 465. et p. 501. *Salm*. Quinctil. i. 12. 18. *non ignobilis tragicus*, i. e. nobilissimus. vid. *Pricæus*, *Palatretus*, *Weistenius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. i. 9. 12. κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ] *populo manu silentium indixit*, vid. ad xii. 17. πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, *facto magno silentio;* cum vidissent eum cum tribuno locutum, curiositate ducti silebant, et ipsa tribuni præsentia et auctoritas efficiebat, ut silerent. τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ] *lingua Syro-chaldaica*, illa ætate Hierosolymis recepta, v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Joh. v. 2. Non Græca lingua Paulus utebatur, sed Syro-chaldaica, ut auditorum benevolentiam captaret, quoniam Judæi Hierosolymitani linguam patriam, Syro-chaldaicam, Græcæ linguæ præferebant, v. xxii. 2. not. ad vi. 1. et Commentar. in Joh. Prolegg. §. 3. p. 35 sq.

CAP. XXII.

Paulus in oratione ad populum habita, quam hoc caput continet, contra adversariorum criminationes, vid. xxi. 28. se ita defendit, ut ostendat, se non esse legis Mosaicæ sacrorumque patriorum contemptorem, nec temere, sed gravissimis de caussis ad Jesu Messiæ signa se contulisse. Quod ut demonstret, primo memorat, se esse Judæum natum, institutum disciplina patriæ legis severissima v. 3. odio vehementi Christianos persecutum esse, et magno impetu doctrinam Christi opprimere studuisse. Narrat deinde miros illos eventus, quibus permotus fuerit ut Christi doctrinam amplecteretur v. 5—16. Addit tum, se postea, cum in templo Hierosolymitano preces faceret, in ἐκστάσει Jesum vidisse ab eoque jussum esse, relicta Hierosolyma, gentilibus doctrinam Christianam tradere. His vero dictis, Judæi, qui hactenus patienter oratorem audiverant, in furorem acti, eum interrumpebant, uno ore clamantes, eum e medio esse tollendum v. 17—23. Jam tribunus Paulum, quem maleficii reum esse crederet, abductum flagris examinari jubebat, a quo tamen supplicio, civem Romanum se esse declarans, liberatus est. Cum vero certo rescire vellet tribunus, cujus criminis Paulo a Judæis accusaretur, postero die eum e vinculis solvit, et coacto synedrio Paulum coram eo statuit v. 24—fin.

(1—3.) ἄνδρες—πατέρες] vid. ad vii. 2. ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας] scilicet πόλει, Xen. Exped. ii. 2. 3. ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας. Antonin. Lib. c. 17. ἐν Φαίστῳ τῆς Κρήτης. add. Matth. ii. 5. Act. xxvii. 5. v. *Bostius* de Ellips. sub v. πόλις, et *Raphelius* Obss. Xenoph. ad h. l. Plerique interpretes conjungunt verba: ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, et cum verbum τρέφεσθαι, ut Lat. *educare*, non tantum de nutritione, sed etiam de universa educatione, et de institutione ponatur (Plat. Polit. 3. p. 434. παρὰ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος, *a Chirone educatus s. institutus*. Etymol. M. τροφὴ λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας· καὶ τραφὲν ἀντὶ τοῦ ἀχθὲν καὶ παιδευθὲν—καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος ἀντὶ τοῦ πεπαιδευμένος): enarratores plures verba illa explicant: *educatus s. institutus ad pedes i. in schola Gamalielus*. Ita vero tautologia oritur, cum sequatur πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρ. κ. τ. λ. Alii, quos laudavit *Wolfius* ad h. l. vertunt: nu-

Digitized by Google

ὑμεῖς ἐστε σήμερον· Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι 4
θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε
καὶ γυναῖκας· Ὡς καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ 5
πᾶν τὸ Πρεσβυτέριον· παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος
πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ

tritus in *hac civitate juxta pedes Gamalielis*, et παρὰ τοὺς πόδας eo referunt, quod Paulus puer, ad lecta triclinaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra i. ad pedes consederit. Coacta sane, omnique auctoritate destituta interpretatio, v. et *Heumanus* ad h. l. Equidem adstipulor *Albertio*, *Wolfii*, *Griesbachio*, *Boltenio*, qui post ταύτῃ interpungunt, ut adeo verba: παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ referantur ad πεπαιδευμένος, *ad pedes Gamalielis institutus*, et verbum ἀνατρέφεσθαι de *educatione* proprie sic dicta accipiatur, ut ap. Appian. (quem locum *Kypkius* attulit) Bel. Civ. 4. p. 1008. ubi Cassius in Rhodo educatus, de Rhodiis conquerens, auxilium sibi dicit denegatum esse ὑπὸ τῶν πεπαιδευκότων καὶ θρεψάντων ab iis *qui ipsum erudiverint et educarint*, ab iisdem vero prælatum sibi dolet Dolabellam, ὃν οὐκ ἐπαιδεύσαν οὐδὲ ἀνέθρεψαν, *quem neque erudiverint, neque educarint*. Sic satis convenienter primo Paulus indicat *gentem suam*, se nimirum esse *Judæum*, deinde *locum natalem*, qui fuerit *Tarsus*, Ciliciæ metropolis, tum *locum educationis*, nempe *Hierosolymam*, denique *præceptorem*, nempe celebrem illum *Gamalielem*, de quo v. not. ad v. 34. Facit etiam ad hanc interpretationem confirmandam, quod discipuli ad pedes præceptorum sedere solebant, unde et Hebræi, cum de præceptoribus loquuntur, pedes eorum et pulverem commemorant Pirke Aboth. i. 4. *Domus tua sit congregatio sapientum, et consperge te pulvere pedum ipsorum, et bibe in siti verba eorum*, i. assiduus et attentus esto ad pedes ipsorum auditor: v. *Schattgenius* Hor. Hebr. ad h. l. Contenderunt quidem nonnulli, mortuo Gamaliele, discipulos *sedentes*, antea *stantes*, magistros audire solitos esse. Sed sine omni idonea ratione, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Witsius* Meletem. Leidens. p. 14. et nos ad Luc. ii. 46. Neque adeo audiendi sunt *Kypkius* et *Læmerus*, qui παρὰ τοὺς πόδας Γαμ. vertunt: *apud Gamalielem*, sed exempla quæ hanc in rem attulerunt, sunt ab h. l. aliena; nec ferenda est alia quam *Kypkius* proposuit explicatio verborum παρὰ τοὺς πόδας Γαμ. *sub ductu Gamalielis*, ad imitationem formulæ Hebraicæ תחת 2 Sam. xv. 16. Ex. xi. 8. nam hi loci quoque ἀκριβοδιδάσκοι sunt. πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου] *institutus disciplina patriæ legis severissima*, *Morus*: institutus ad severitatem patriæ legis, ut severissime explicarem et observarem illam legem. *Stolzius*: *nach den strengsten Grundsätzen des väterlichen Gesetzes unterrichtet.* Paulus erat Pharisæus, et Pharisæi filius, v. xxiii. 6. xxvi. 5. Itaque per νόμον non patria lex simpliciter intelligi debet, sed una cum traditionibus, πατρικαῖς παραδόσεσι (Gal. i. 14.) ceremonias maxime spectantibus, et explicationibus, in quibus commendandis et exponendis Pharisæi operam locabant. ἀκρίβεια h. l. est, *rigor*, *severitas*, ut Act. xxvi. 5. ubi Paulus: κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν ἔζησα. Joseph. de Vita sua c. 38. sectam Pharisæorum esse dicit αἵρεσιν τῶν ἄλλων τῇ ἀκριβείᾳ διαφέρουσαν. Sap. xii. 21. μετὰ πάσης ἀκριβείας ἔφεισας τοῦ υἱοῦ σου. Male *Erasmus*, alii, verba explicant: *institutus accurate in paterna lege*, ac si scriptum esset: πεπαιδ. κατ' ἀκρ. ἐν τῷ πατρῴῳ νόμῳ. Vulgatus verba expressit: *eruditus juxta veritatem paternæ legis*. Hinc *Beza* suspicatur, eum legisse ἀλήθειαν. Sed ut scienter animadvertit *Lud. de Dieu*, Vulgatus interpres ἀκρίβειαν eodem sensu accepit, quo hoc vocabulo usi sunt Alexandrini Judæi, Dan. vii. 16. καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ. Chaldaice: וְיַצִּיבָא מִנֵּהּ בְּעֵי *et veritatem quærebam ex eo*; יַצִּיב enim indicat *verum*, *certum*, *firmum*, quod alias Alexandrini expresserunt nomine ἀλήθειας, v. Dan. ii. 8. 45. ζηλωτὴς—σήμερον] *ita ut acer cultus divini defensor evaderem, quales vos omnes hodie apparetis.* ζηλωτὴς τοῦ Θεοῦ] i. τοῦ νόμου legis Mosaicæ, quam non sine Dei ipsius contemptu a Christianis negligi existimabant Judæi. Cum ergo quovis modo religionem Christianam opprimere studeret, coll. v. 4. quam contrariam caussæ Dei, legi Mosaicæ arbitrabantur, videbatur sibi pro caussa Dei pugnare, sicuti Judæi, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν non sapienter et intelligenter, Rom. x. 2.

(4. 5.) Conf. not. ad ix. 2. ἐδίωξα ἄχρι θανάτου] *ad necem usque*, internecino odio eos persecutus sum, graviter eos afflixi, ix. 1. ἱματίων ἀπυλῆς καὶ φόνου, vid. et not. ad Matth. xxvi. 38. ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς—πρεσβυτέριον] *cujus rei testimonium mihi perhibebit s. perhibere potest* (xxvi. 5.) *pontifex maximus et totus senatus.* Per pontificem, ad quem Paulus provocat, et a quo se literas accepisse memorat, intelligendus est Theophilus, qui illo tempore pontificatum gesserat, vid.

Digitized by Google

τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, δεδεμένους εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.
6 Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι
7 φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ. Ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;
8 Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην· Τίς εἶ, Κύριε; Εἶπέ τε πρός με·
9 Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις. Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν
10 δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Εἶπον δέ· Τί ποιήσω, Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με· Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκόν· κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάν-
11 των ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι. Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν
12 συνόντων μοι, ἦλθον εἰς Δαμασκόν. Ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν
13 κατοικούντων Ἰουδαίων, Ἐλθὼν πρός με, καὶ ἐπιστὰς, εἶπέ μοι· Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. Κἀγὼ αὐτῇ τῇ
14 ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος
15 αὐτοῦ· Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν

not. ad ix. 2. qui adhuc in vivis erat, et ἀρχιερεὺς vocatur, quoniam pontifex summus fuerat. Alii cogitant de Anania, qui xxiii. 2. pontifex dicitur (vid. not. ad xxiii. 2, 5.) qui illo tempore fuerit synedrii assessor, cui ex actis synedrii constaret Pauli fervor. Sed huic conjecturæ non favent verba παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὴν δεξάμενος. Synedrium vocatur περισυνέδριον, ut Luc. xxii. 66. δεξάμενος —ἐπορευόμην] *acceptis ad fratres Damascenos literis, profectus sum.* Interpungendum post Δαμασκὸν, et incisi nota post ἀδελφοὺς delenda. Sed per ἀδελφοὺς intelliguntur Judæi Damasceni, quos ob communem originem fratres vocat. ἐκεῖσε ὄντας] ibi versantes, np. Christi cultores.

(6—11.) Conf. not. ad ix. 3 sqq. περὶ μεσημβρίαν] *circa meridiem,* ἡμέρας μέσης infra xxvi. 13. περιαστράψαι περὶ ἐμὲ] *me circumfulsit.* Præpositio περὶ h. l. pleonastice addita est. Exempla hujus loquendi rationis attulit *Abreschius* ad Æschyl. p. 621. (9.) Verba καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο in codicibus nonnullis et verss. antiquis desunt, probante *Millio* Prolegg. §. 976. et *Heinrichsio.* Sed ea retinenda esse recte judicavit *Haselaarius* in Diss. de nonnullis Actuum Apostolicorum—locis (Lugd. Bat. 1806.) p. 45. cum plerique codd. ea tueantur, nec a stilo Lucæ aliena sint, vid. xxiv. 25. Ev. xxiv. 5. A librario male sedulo, quem cæteri hæc verba omittentes secuti sunt, ea de caussa V. D. prætermissa suspicatur, quod priora illa τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, cum sequentibus τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν, arcte cohærere, atque adeo cætera alieno loco interposita censeret, sicuti loco parallelo ix. 7. similia arctius copulata sunt. (10.) ὃν τέτακταί σοι ποιῆσαι] *quæ facienda tibi* a me *decreta sunt:* τάσσειν, *decernere, constituere,* ut xxviii. 23. Ælian. H. V. xi. 9. xiii. 24. ubi v. *Perizonius.* Supra ix. 6. τί σὲ δεῖ ποιῆν. Sed τέτακται positum est pro ἔταξα.

(12—16.) ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον] *vir ad normam legis religiosus.* De industria hæc adjecit Paulus, quoniam Judæi eum contemptorem legis esse criminati erant, hinc memorat, se a viro legis Mosaicæ studiosissimo, Judæis Damascum inhabitantibus probato, ad Christi signa esse traductum. (14.) προεχειρίσατο, vid. not. ad iii. 20. τὸν δίκαιον, vid. ad iii. 14. vii. 52. ὅτι ἔσῃ μάρτυς κ. τ. λ.] *nam inter omnes homines testis eris eorum quæ vidisti et audivisti;* te eum vi-

Digitized by Google

ἑώρακας καὶ ἤκουσας. Καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀναστὰς βάπ- 16
τισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος
τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς 17
Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μοῦ ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι
με ἐν ἐκστάσει, Καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι· Σπεῦσον, 18
καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλὴμ· διότι οὐ παραδέξονταί
σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. Κἀγὼ εἶπον· Κύριε, αὐτοὶ 19
ἐπίστανται ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς
συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπί σε. Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ 20
αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς,
καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια

16. ∼ αὐτοῦ. 20. † τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ.

disse, eum te constituisse doctrinæ suæ præconem xxvi. 16 sqq. eris testis ipsius resurrectionis, *μάρτυς τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ*, vid. i. 22. *ὃν* referendum ad *μάρτυς* coll. xxvi. 16. et subintelligendum est *ἐκείνων* l. *αὐτῶν*, v. ad Luc. xxiii. 41. *καὶ νῦν τί μέλλεις;*] *et jam cunctaris? μέλλειν, cunctari*, Aristoph. Plut. 256. *ἐς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, neque est morandi tempus.* Æschyl. Prom. 36. *μελλόντων καὶ ὀκνούντων.* Plutarch. E.PP. c. 14. §. 32. *μελλήσας διείλεγμαι, cunctanter disserui.* Schol. ad Eurip. Hec. 726. *μέλλειν, τὸ βραδύνειν, τὸ ἐκκῶσθαι.* Gloss. vett. *μέλλω, postero, cunctor.* vid. *Spanhemius* ad Aristoph l. l. et *Wolfius* ad Liban. epp. p. 104. *βάπτισαι —σου*] *baptismum suscipe et peccata tua ablue*, peccatorum veniam consequere, ea remitti patere. Qui baptizabantur, in aquam immergebantur, inde metaphora deducta. *ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου*] *nomen Jesu invocans*, i. ejus cultui te addicens, id. qd. *βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα Κυρίου*: cf. omnino ii. 38. Male alii vertunt: preces ad Deum fundens. Quod peccata attinet, cogitandum inprimis de contemptu Jesu Messiæ, et persecutione cultorum ipsius. Pro *Κυρίου* cum *Griesbachio* legendum est *αὐτοῦ*.

(17. 18.) *ὑποστρέψαντι εἰς Ἱερουσαλὴμ*] vid. ix. 26. *Hierosolymam* deinde *reversus, eum in templo preces facerem, extra me raptus sum.* De industria commemorat se in templo esse precatum, ut ostenderet, se quamvis sit Christianus, tamen non contemnere templum et cultum Judaicum, coll. xxi. 28, *προσευχομένου* pro *προσευχομένῳ*, v. *Vorstius* de Hebraismm. N. T. p. 604 sq. *ἐν ἐκστάσει*] cf. not. ad x. 10. dum piis meditationibus et precibus ardentissimis vacabat, subito offerebat ei sese species quædam, et Jesum se videre putabat; cogitationes quæ in animo Pauli suboriebantur, Jesu voces esse putabat v. Luc. i. 11. *οὐ παραδέξονται—ἐμοῦ*] apposite monuit *Haselaarius* p. 59. hac formula per litoten plus intelligi, quam verbis efferatur, inesse nimirum verbis sententiam hanc: adversarii tui disciplinam tuam vi adhibita supprimere conabuntur; mandato enim antecedenti v. 18. *σπεῦσον*, et, *ἔξελθε ἐν τάχει*, haud ambiguam de periculo moræ contineri admonitionem.

(19. 20.) *ὅτι ἐγὼ ἤμην κ. τ. λ.*] *me custodiæ tradidisse, et in synagogis verberasse tuos cultores.* Flagellandi pœna in synagogis infligebatur, vid. ad Matth. x. 17. Synagogæ tunc temporis frequentari solebant etiam ab iis, qui ad Christi signa transierant, neque adeo necesse est, ut a vulgari vocis *συναγωγὴ* significatu recedamus, et cum nonnullis interpretibus intelligamus Christianorum ad cultum sacrum congregatorum conventus. Etiam infra xxvi. 11. hoc vocabulo synagogæ Judaicæ notantur. *Στεφάνου*] in codd. A. 68. deest, et glossam sapere videtur *Millio* Prolegg. §. 1351. atque *Heinrichsio*. Sed reliqui codd. omnes et verss. hoc nomen retinent, nec potuit illud omittere Paulus, cui persuasum esse non posset, omnes auditores suos facta martyris mentione, cujus cædem approbasset, de Stephani cæde cogitaturos esse. Scilicet omisit librarius hoc vocabulum, quoniam oculos nimis festinantes conjecerat in sequentem voculam *τοῦ* easdem literas continentem, in quas præcedens *Στεφάνου* desinebat. *καὶ συνευδοκῶν*] *et rem approbavi*, vid. not. ad viii. 1. Verba *τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ* omittunt ABDE al. ea ex Act. viii. 1. in hunc locum translata esse recte judicavit *Millius* l. l. quare etiam ea ex ordine ejicere haud gravatus est *Griesbachius*. Sensus autem verborum Pauli hic est: probe norunt Judæi Hierosolymitani, quam graviter Christianos persecutus sim, ubi ergo me viderint ad Christi signa transiise, hunc meum ad Christi sacra accessum

Digitized by Google

21 τῶν ἀναιρούντων αὐτόν. Καὶ εἶπε πρός με· Πορεύου· ὅτι
22 ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. Ἤκουον δὲ αὐτοῦ
ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, λέγον-
τες· Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκον αὐ-
23 τὸν ζῆν. Κραυγαζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια,
24 καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα, Ἐκέλευσεν αὐτὸν

22. καθῆκεν.

gravi et veræ caussæ attribuent, verbis meis fidem habebunt, et feliciori successu Hierosolymis doctrinam Christi prædicabo, quam extra urbem. cf. not. ad ix. 23, 26. xx. 24. Sermonem esse h. l. tantummodo de Judæis Hierosolymitanis, docent verba v. 18. ἔξελθε — ἐξ Ἱερουσαλὴμ — οὐ παραδέξονται nempe Hierosolymitani, et v. 19. ἐπίστανται κ. τ. λ. v. 20. καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστὼς κ. τ. λ. Paulum Christianos persecutum esse, Stephani cædem approbasse, vestimenta ejus servasse, Hierosolymitanis quidem Judæis notum erat, non autem Judæis extra Palæstinam, et in regionibus remotissimis habitantibus v. 21. Quare vel propterea improbanda est *Heinrichsii* sententia, ex qua αὐτοῦ v. 19. accipiendum est de Judæis aliis, per omnem Palæstinam et extra Palæstinam quoque degentibus, ut adeo Paulus, qui non respuerit exire ex urbe, sed exire ad evangelium prædicandum abnuerit, hoc propterea fecerit, quod undique odio petitum se iri præviderit, Hierosolymis autem in Apostolorum collegio delitescere se posse opinatus sit. Alii statuunt, Paulum Jesu mandato cedere, et verbis quæ v. 19, 20. leguntur, justam ejus rationem afferre voluisse. Sensum igitur ita constituunt: mihi quoque persuasum est, Judæos Hierosolymitanos me esse repudiaturos et interfecturos, quia nemini eorum ignotum est, quam vehementer Christianos persecutus sim. Sed si Paulo illud mandatum placuisset, eam responsionem dedisset, qua ostendisset animum ad obsequium promptum atque paratum. Ei vero mandatum displicuisse, vel ipsa ejus repetitio docet v. 21. *Barkeyus* in Biblioth. Brem. Class. 2. p. 468. putat, Paulum metu perculsum, vel si mavis, mirabundum respondisse, nec ignotum esse ulli Judæo *extra* Hierosolymam, quam acris fuerit Christianorum adversarius, hinc *nullibi* Judæos testimonium suum esse excepturos, sed se *ubique* expositum fore eorum odio et insidiis. Expertum id se jam fuisse Damasci, et procul dubio ubique idem ipsum manere triste fatum, quamobrem se paratum esse ad mandato divino obtemperandum, et scire velle tantum, quorsum Jesus ipsum missurus esset. Quam conorta hæc sit interpretatio, quilibet vel me non monente sponte intelliget. Cæterum hic locus non repugnat iis, quæ ix. 29. leguntur, sed ibi narratio ex h. l. supplenda est. Ibi nimirum Lucas refert, Apostolos, cum ad eorum aures pervenisset, Paulo ab Hellenistis insidias strui, eum in locum tutiorem abduxisse, atque ita vitæ periculo eripuisse. Sed ἔκστασις illa h. l. commemorata, in qua Paulus Jesum vidit, ab eoque consilium abeundi accepit, admonitionibus Apostolorum majorem vim addidit, et Paulus se ab iis abduci passus est.

(21. 22.) εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε] *ad gentes remotas te ablegabo*, h. e. in regionibus remotis meam doctrinam trades gentilibus. Sed cum Paulus in ἐπιστάσει verba Christi perciperet, iis hunc substituebat sensum: prædicanda tibi est mea doctrina Judæis extra Palæstinam, in regionibus remotissimis viventibus. Nam post Cornelii demum conversionem c. 10. Barnabas et Paulus gentiles in cœtum Christianorum receperunt, vid. not. ad x. 17, 28, 34. xi. 19 sqq. 26 sq. c. 15. init. ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου] *hactenus loquentem tulerunt*. Judæi se unice populum Dei habebant, adeoque indignissime ferebant gentiles sibi æquari. Putabant quidem, gentiles quoque fieri posse participes felicitatis in regno Messiano exspectandæ, sed sub ea conditione, si Judaicam religionem susciperent: vid. ad Matth. xix. 28. extr. viii. 11. De Paulo autem audiverat multitudo, ad quam hactenus verba fecerat, eum omnes ubique edocere quæ templo et legi adversentur, eum docere, gentiles sine legis Mosaicæ observatione fieri posse salvos et felicitatis regni Messiani participes, v. xxi. 21, 28. Jam cum dixisset Paulus, se a Jesu Messia ad gentiles esse missum, Judæis Hierosolymitanis dociliores, multitudo in furorem acta clamitabat: αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς—αὐτὸν ζῆν] *tolle de terra istum hominem, non fas est eum vivere.* οὐ καθῆκον αὐτὸν ζῆν atrocis odii et detestationis significatio. Seneca Controv. ix. 2. *curabo sciant non deesse sceleratum, quem videre lucem ultra non oportet.* vid. *Pricæus* ad h. l.

(23.) ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα] *pallia jactantibus et pulverem in aërem jacientibus.* ῥιπτούντων τὰ

Digitized by Google

ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν· ἵνα ἐπιγνῷ, δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ. Ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ 25

24. ∾ ἰσάγεσθαι. 25. ∾ προέτεινεν.

ἱμάσιν· qui remotius stabant hoc signo declarabant, se facere cum iis, qui, propius adstantes, clamabant αἶρε κ. τ. λ. Etenim pallii vel togæ jactatio olim signum erat approbationis, delectationis, et admirationis. Eunapius in Juliano, de Proconsule: ἐνεδίδοσαν ὁ ἀνθύπατος ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα ἀνασείων — ἐκρότει τὸν Πρεσβύτερον. Lucian. de saltat. 83. τὸ θέατρον ἅπαν συνεμειδίασε, καὶ ἐπήνουν, καὶ ἐζέων, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπεβρίπτουν. Aristænet. i. 26. ὁ δὲ δῆμος ἀνέστησε τε ἐρῶν ὑπὸ θαύματος, καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίεσαν ἐμμελῶς, καὶ τὸν χεῖρε κινοῦν, καὶ τὴν ἐσθῆτα σείειν. Ovid. Amorr. iii. 2. 74. *Et date jactatis undique signa togis—at ne turbet toga mota capillos:* v. *Wetstenius* ad h. l. *Turnebus* Advers. xxv. 28. et *Ferrarius* de Re Vestiar. i. 34. καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα] pulveris jactatio erat olim et etiamnum est in Orientis regionibus signum tumultus: vid. *Eskuchii Erläuter.* Th. i. p. 516, 679. *Schweigeri Reisebeschr.* p. 286. volebant Paulum manibus militum eripere, eumque interficere coll. 24.

(24.) Tribunus, linguæ Hebrææ ignarus, qui adeo Pauli orationem non intellexerat, atque in tanta concitatione et rabie populi Paulum scelus gravissimum fecisse putabat, ut eum furibundis eriperet, in castellum abduci, et quo cognosceret, quid commisisset, flagris torqueri jubebat. Flagra in habendis quæstionibus apud Romanos usitata erant. Tacitus Hist. iv. 27. 4. de Herennio Gallo: *protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum, dicere jubent.* μάστιξ flagellum, v. ad Marc. iii. 10. Matth. xxvii. 26. ἀνετάζειν] ut ἐτάζειν proprie significat, *inquirere, percontari*, quocunque modo hoc fiat Hist. Susan. v. 14. ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν· in versione Alexandrina respondet Hebr. דון Judd. vi. 29. deinde notat, *per tormenta habere quæstionem de aliquo*, ut h. l.; hinc *torquere*, ut Sap. ii. 19. ubi impii de pio: ὕβρει καὶ βασάνῳ ἐτάσωμεν αὐτὸν, ἵνα γνῶμεν τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ, *contumeliis et cruciatibus torqueamus eum.* vi. 6. δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐξετασθήσονται. add. Gen. xii. 17.

(25 sqq.) ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν] *cum autem eum loris tradidisset.* Diversissimi sunt in hac formula explicanda interpretes. Scilicet verbum προτείνειν inter alia declarat, *extendere, expandere*, 2 Macc. xv. 12. προτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. add. 2 Macc. ii. 30. Plutarch. de Puer. Educ. c. 7. προτείνειν τὴν ἀμφιεράν. Hinc *Boisius* in Collat. p. 465. quem secutus est *Bolteniuss*, hypallagen verbis inesse putat, ut προετ. αὐτὸν τ. ἱμ. positum sit pro, προέτεινεν αὐτῷ τοὺς ἱμάντας, vertit: *cum exportrecta illi lora extenderent*, i. e. cum loris jam eum cæsuri essent. Durius. *Scaliger*, lib. 2. ep. 146. respici notat consuetudinem Romanorum, ex qua flagro cædendi palo aut columnæ vinciebantur et pendentes flagellabantur, atque adeo ἱμᾶσι προτείνεσθαι explicat: *funibus terra levari*, ut nimirum Paulus posset rectius et gravius cædi. Etiam *Lud. de Dieu, Hammondus, Michaëlis*, per τοὺς ἱμάντας intelligunt, vincula quibus adstringeretur verberandus, sed verbo προτείνειν subjiciunt notionem *adstringendi, vinciendi.* His vero interpretationibus adversatur usus loquendi. Rectius *H. Stephanus* in Schediasmatibus Critt. lib. 2. c. 28. T. v. Thesaur. Crit. Grüteriani in Supplemento p. 79. *Læsnerus*, alii (v. *Wolfius* in Curis ad h. l.) προτείνειν explanarunt *tradere, porrigere, objicere.* Quæ quidem interpretatio simplicior est et commodior reliquis, et usu loquendi confirmatur. Philo de Agric. p. 202. A. ἐγκράτειαν ὑγιείαν καὶ σωτηρίαν προτείνει βίου, *temperantia sanitatem et salutem vitæ porrigit.* Lib. 1. de Vit. Mos. p. 643. E. διλασθεὶς τοῖς ἤδη προτεινομένοις, *delectatus donis quæ sibi jam tradita essent*, v. *Læsnerus.* Itaque verba reddenda sunt: cum eum loris s. flagellis cædendum tradidisset, objecisset. ἱμὰς id. qd. μάστιξ, *scutica, flagellum.* Demosth. f. leg. p. 402. ἱμάντα τις φερέτω. add. Athen. iv. 13. p. 153. Pro προέτεινεν in aliis libris legitur προέτειναν, quam lectionem *Griesbachius* in textum recepit. Ea admissa προέτειναν ad milites debet referri, hoc sensu: cum eum objecissent loris, i. cum ei verbera intentarent. Sed lectio προέτεινεν, utpote difficilior illi præoptanda est, et facile ostendi potest, quomodo ortum sit προέτειναν, nempe ita rescripserunt grammatici, quoniam v. 29. legitur: ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν. Neque tamen cum *Matthæio* ad προέτεινεν subintelligendum est ὁ δήμος, *lictor*, neque cum *Wolfio*, ὁ ἑκατόν-

Digitized by Google

26 ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν; Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκα-
τόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων·
Ὅρα, τί μέλλεις ποιεῖν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥωμαῖός
27 ἐστι. Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος, εἶπεν αὐτῷ· Λέγε μοι, εἰ
28 σὺ Ῥωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη· Ναί. Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλί-
αρχος· Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτη-
σάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι.
29 Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετά-
ζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός
30 ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς. Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμε-
νος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ, τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰου-

26. ϒ Ὅρα. 27. ϒ εἰ.

ταρχος, quæ rationes duræ sunt atque contortæ, sed verbum illud est referendum ad tribunum, qui Paulum loris tradiderat, eum verberari jusserat. ὁ ἑκατόνταρχος] *centurio*, qui flagellationi præerat. Ipsis enim pœnis, si sumendæ erant, præerat centurio, v. Hirtius B. Afric. xxviii. 4. Matth. xxvii. 54. Quod reliqua verba attinet, vid. not. ad xvi. 37.

(28.) κεφάλαιον] *pecuniæ summa*, Theophrast. Char. xiv. 1. xxiv. 3. κεφάλαιον ποιεῖν, *summam facere*. Æschin. c. Ctesiph. p. 387. T. ii. ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ. Lysias Orat. 18. p. 310. de pecunia quam Conon testamento legaverat: τούτων δὲ κεφαλαίόν τι γίγνεται περὶ τετταράκοντα τάλαντα, *horum summa est quadraginta circiter talentorum*: add. Joseph. Ant. xii. 2. 2. vid. *Salmasius* de Usuris c. 7. extr. *Rigaltius* ad Artemidor. Onirocr. c. 18. p. 21. *Elsnerus*, *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. πολλοῦ] scl. διὰ, ut v. 8. v. *Bosius* Ellips. Tribuni mens et sententia hæc erat: ego magna pecuniæ summa civitatem hanc mihi paravi, quomodo tu, Tarsensis, eam adeptus es?

(29. 30.) καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη κ. τ. λ.] *tribunus sibi metuit, certior factus, quod esset civis Romanus, quem vinciri jussisset.* Civis Romanus liber erat a verberibus, omnique tortura, nec indicta caussa, Act. xxv. 16. nec ante confessionem reus vinciri in vincula publica (ut fere servitia et capita viliora) conjici, ac puniri poterat. v. not. ad xvi. 37. Cic. in Verrem v. 66. *facinus est, vinciri civem Romanum: scelus, verberari: prope parricidium, necari, quid dicam in crucem tolli?* add. c. 62. Sermo ibi est de Gavio, quem Verres insontem, et quamquam ad civitatem Romanam provocarat, verberari et in crucem tolli jusserat. Si vero civis Romanus sceleris obnoxius, illudque confessus erat, in vincula publica conjici, vinciri et capite plecti poterat. Rei ante confessionem in custodia libera habebantur, vel in custodia militari. Libera custodia vocabatur quando ipse magistratus reum domi asservabat, vel fideijussores ejus custodiam suscipiebant: v. intpp. ad Catil. iii. 6. 14. Sallust. B. C. c. 48. Custodia militaris (quod genus custodiæ imperatorum temporibus inprimis usitatum et frequens erat) dicebatur, si reus, seorsim a reliquis captivis, militi custodiendus tradebatur, ita, ut militi alligatus per catenam prolixiorem esset, quæ rei dextram cum militis sinistra copularet. Seneca de tranquill. animi c. 10. *omnes cum fortuna copulati sumus; aliorum aurea catena est, et laxa: aliorum arcta et sordida. Sed quid refert? eadem custodia universos circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligaverunt; nisi tu forte leviorem in sinistra catenam putas.* Alluditur ad custodiam militarem. De Domitiano tradit Suetonius V. Domit. c. 14. eum, *non nisi secreto atque solum plerasque custodias, receptis in manu catenis audivisse*, h. e. eum reos, ut remotis custodibus militibus solus audire posset, ab his solvendos curasse, et catenam, qua militi alligati fuerant, in manu tenuisse. Joseph. Ant. xviii. 6. 7. ubi de Agrippa militi Prætoriano catena alligato dicitur: ἠξίωσε τὸν συνδεδεμένον αὐτῷ στρατιώτην, *rogavit militem, qui ei una eademque catena alligatus erat*, et paulo post mentio fit ἑκατοντάρχου συνδεῖτον ἱστρίνου, *centurionis, qui catena Agrippæ copularetur.* Paulus igitur, ut vel ex hactenus dictis clarum et manifestum est, utpote civis Romanus, ex legibus Romanorum, neque vinciri (xxi. 33.), neque flagris adhibitis examinari poterat. Sed tribunus eum in custodia militari asservare, et rem ad procuratorem deferre debebat, a quo caussa cognoscenda erat. Procurator civem Romanum, si res ita ferebat, capitis damnare pote-

Digitized by Google

δαίων, ἔλυσεν αὐτὸν [I]ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσεν [II]ἐλθεῖν τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ [III]ὅλον τὸ συνέδριον [IIII]αὐτῶν· καὶ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς.

ΚΕΦ. κγ'.

Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ, εἶπεν· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ

30. † ἀπὸ τῶν δεσμῶν. II ~ συνελθεῖν. III ~ πᾶν. IIII † αὐτῶν.

rat, utpote ipsius Cæsaris personam sustinens xxv. 19. licebat tamen reo ad Cæsarem provocare, ad quem tum ablegandus erat xxv. 11, 21. Cum ergo Paulus se civem Romanum dixisset, tribunus sibi metuebat, quod eum vinciri jussisset coll. xxi. 33. τῇ δὲ ἐπαύριον—ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν] *postridie vero*, cognoscere cupiens, cujus caussa Paulus a Judæis accusaretur, *eum vinculis solvi jussit*. Sed cur non statim Paulum vinculis solvit tribunus, qui sibi metuebat, quod ausus fuisset civem Romanum duabus catenis constringere? Solvit Paulum vinculis, qui tamen infra xxiii. 18. vocatur δέσμιος, add. xxiii. 29. Interpretes tantum non omnes hunc locum silentio præterierunt. *Bowyerus (Konjecturen üb. das N. T.)* ut se ex hoc loco expediret, præeunte *Millio*, verba v. 29. ὅτι ἦν αὐτὸν διδικᾶς, quæ versio Æthiopica omittit, a sciolo quodam adscripta fuisse putat, et ἐφόβηθη eo refert, quod tribunus Paulum flagris examinari jusserat. Sed omnium codd. et reliquarum versionum auctoritas ea tuetur. Nec verbis illis omissis, omnis difficultas tollitur. Nam adhuc quæri potest, cur postridie demum Paulum, civem Romanum, tribunus vinculis liberarit? et quomodo Paulus dici possit vinctus xxiii. 18. Dicam quod sentio. Cum audivisset tribunus, Paulum esse civem Romanum, non modo ab eo flagris ipsum examinaturos recedere, sed eum etiam catenis liberari, et in custodia militari asservari jussit, ita, ut militi per catenam alligatus esset, et vt Paulum placaret, eumque utpote civem Romanum liberalius tractaret, postero die, eum catena, qua militi alligatus erat, solvi, eumque liberum in synedrium producebat, e quo cum rediisset Paulus, iterum in custodia militari asservabatur. Verba ἀπὸ τῶν δεσμῶν omittunt ACE et nonnulli alii, v. *Griesb.* Syr. utr. Erp. Copt. Æth. Arm. Vulg. expunxit ea *Griesbachius*, probante *Heinrichsio*, qui allata esse existimat ab eo, qui cavere voluerit, ne ἔλυσε de omni Apostoli liberatione intelligeretur, ut c. xxiv. 26. Equidem verba genuina esse existimo, et omissa ab iis, quibus ea repugnare viderentur verbis v. 29. ultimis; hinc etiam in vers. Syr. p. v. 29. extr. καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν διδικᾶς, additum legitur: καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἔλυσεν αὐτόν.—καὶ ἐκέλευσεν—αὐτῶν] *jussit convenire sacerdotum principes, et reliquos synedros*, loco consueto, in ea templi parte, in qua synedrium convenire solebat: v. ad Matth. xxvii. 5. Pro ἐλθεῖν in aliis libris legitur συνελθεῖν, quam lectionem probarunt *Grotius, Bengelius, Heinrichsius*, et in ordinem recepit *Griesbachius*, quoniam tribunus non ad se vocavit synedrium, sed in loco majorum convenire jussit. Sed ut hoc ipsum lectores monerent grammatici, ideo ἐλθεῖν explicuerunt συνελθεῖν. Nil mutandum; ἐλθεῖν positum est pro συνελθεῖν, ut ap. τοὺς ὁ'. Job. i. 6. ii. 1. tribunum non ad se vocasse synedrium, satis perspicue docent verba: καταγαγὼν τὸν Παῦλον, *deduxit* Paulum ex arce coll. xxiii. 10. ἔστησεν εἰς αὐτοὺς] *statuit coram illis*; εἰς pro ἐν, vid. v 27.

CAP. XXIII.

(1.) Paulus caussam suam agit apud synedros. Contentio oritur inter Pharisæos et Sadducæos. Tribunus veritus, ne Paulus a rabiosis istis hominibus interficeretur, milites eum in arcem abducere jubet. Paulus noctu visione confirmatur. Insidiæ ei paratæ, a sororis filio detectæ, tribuno indicantur, qui captivum cum armatis Cæsaream mittit, addita epistola ad Felicem tunc temporis Judææ procuratorem. ἀτενίσας τῷ συνεδρίῳ] *oculis in synedros intentis*, intrepido vultu circumspiciens: ἀτενίζειν, vid. Act. i. 10. iii. 4. Luc. xxii. 56. ἄνδρες ἀδελφοὶ] populares, v. ii. 29. i. 11. ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ κ.τ.λ.] *ego optima gaudens conscientia, voluntati divinæ ad hunc usque diem convenienter vivere studui*. Activum πολιτεύειν et Medium πολιτεύεσθαι notat, *rempublicam administrare, publicum in civitate munus administrare*, Thucyd. viii. 97. καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες, *atque initio quidem Athenienses rempublicam non parum commode administrasse*. add. ib. viii. 53. Diog. Laërt. x. 119. οὐδὲ πολιτεύεσθαι, οὐδὲ συραννεύειν, *neque accessurum ad rempublicam, neque tyrannidem quæsiturum*. Plutarch. Puer. Educ. x. 10. πολιτευόμενοι. §. 12. οὕτως ἐπολιτεύσατο Περικλῆς. add. Æl. H. V. iii. 17. Philo in Flacc. p. 976. E. εἰ ὀρθῶς πολιτευόμενοι τῶν ἀρχόν-

Digitized by Google

2 ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε
3 τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ, τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα. Τότε ὁ
Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε

των, boni præsides. Passivum autem usurpatur de republica, quæ bene administratur, de iis, qui aliqua civitatis forma utuntur, v. Xen. Cyr. i. 1. 1. Deinde πολιτεύειν ut Med. πολιτεύεσθαι ad varias significationes transfertur, et ponitur etiam ita, ut sit: *vitæ genus sequi, vivere, se gerere*, id. qd. ζῆν Hesychius: πολιτεύεται, πράττει, ἀναστρέφεται. It. πολιτεία—βίος—καὶ ἡ ἀναστροφὴ καὶ πρᾶξις. Xen. Hist. Gr. ii. 4. 13. ἐν εἰρήνῃ πολιτεύεσθαι. Joseph. de Maccab. §. 4. πολιτεύεσθαι νόμῳ πατρίῳ, *patriis legibus* (Mosaicis) *convenienter vivere.* Arrian. Exped. Alex. vii. 20. ἐπιτρέψειν αὐτοῖς καθάπερ Ἰνδοῖς πολιτεύειν κατὰ τὰ σφῶν νόμιμα, *suis legibus vivendi ut Indis potestatem fecisset.* 2 Macc. vi. 1. καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι, *Dei præceptis non convenienter vivere.* 3 Macc. iii. 4. καὶ τῷ τούτου νόμῳ πολιτευόμενοι, *secundum ejus leges vitam instituentes*, cf. *Taylor* ad Lys. p. 119. *Wetstenius* ad Phil. i. 27. *Dresigius* V. M. p. 429 sq. *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. Jam vero h. l. πολιτεύεσθαι τῷ Θεῷ est *vivere Dei voluntati convenienter, ita vivere ut vitam tuam Deo probare studeas*, τῷ Κυρίῳ ζῆν, Rom. xiv. 8. ἀξίως τοῦ Θεοῦ, Phil. i. 27. τοῦ Θεοῦ νόμοις, 2 Macc. vi. 1. Loquitur autem Paulus non tantum de ea vitæ suæ parte, quæ ipsius ad Christi sacra transitum antecessit, sed etiam de ea, quæ illum secuta erat, nam simpliciter ait ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. Versatus quidem antea in errore persecutus erat Christianos, attamen conscientiæ erat obsecutus, se pro Dei caussa pugnare, voluntati divinæ convenienter agere, ipsi persuasum fuerat, v. Act. xxii. 3. xxvi. 9. Phil. iii. 6. 1 Tim. i. 13. Pluribus haud dubie mentem suam explicuisset, et ostendisset quomodo ad meliorem cognitionem pervenisset, coll. c. 22. ni a pontifice interpellatus esset.

(2.) *Tum Ananias pontifex præcepit apparitoribus, ut faciem ejus cederent.* Bilem movebat pontificis, hominis fastuosi, Pauli vultus constantia, offendebat eum Pauli alloquium, quod synedros non appellarat πατέρας xxii. 1. vii. 2. aut ἄρχοντας τοῦ λαοῦ καὶ πρεσβυτέρους τοῦ Ἰσραὴλ iv. 8. quod non captarat synedrorum benevolentiam, sed statim orationis initio innocentiam suam ingenue professus erat; ægre ferebat, quod Paulus sub tutela tribuni militum, et ut civis Romanus vinculis liberatus erat; quare hominis adeo præfrictæ frontis os ferire jubebat apparitores. τοῖς παρεστῶσι αὐτῷ] *apparitoribus*, v. ad Luc. i 19. ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας] intelligendus est haud dubie Ananias Nebedeni filius, v. Joseph. Ant. xx. 5. 3. qui Quadrato Syriæ præside, antecessore Felicis, pontificatu functus erat. A Quadrato Romam vinctus mittebatur, una cum Anano templi præfecto, ut Cæsari Claudio factorum rationem redderent, v. Joseph. Ant. xx. 6. 2. Sed Agrippa juniore pro iis intercedente, absoluti et Hierosolymam reversi sunt. Neque tamen Ananias iterum pontificatum accepit. Nam Felice procuratore Judææ, pontificatum gessit Jonathan, qui Ananiæ successit Joseph. Ant. xx. 10. Jonathan per Felicis fraudem in ipso templo a sicariis subornatis interfectus est, Joseph. Ant. xx. 8. 5. not. ad Act. xxii. 4. Vacuus tum locus mansit, usque dum Agrippa rex Ismaelem Phabei filium muneri præficeret, Joseph. Ant. xx. 8. 8. Eo tempore quo locus vacuus erat, evenerunt ea, quæ h. l. leguntur. Ananias ergo tunc temporis non pontificatum gerebat, sed hanc dignitatem usurpabat, v. *Krebsius*, *Michaëlis* ad h. l. et *Eichhornius* in *Einleit. in d. N. T.* Th. ii. p. 68. Eum tanquam hominem ambitiosum, avarum, crudelem, describit Joseph. Ant. xx. 8 sq. Sectæ Sadducæorum addictus fuisse videtur, vid. ad v. 12. coll. v. 6.

(3.) Paulus ob indignum illud facinus asperius in pontificem invehitur. τύπτειν σὲ μέλλει κ. τ. λ.] *te Deus tundet, dealbate paries, tune cum hic assideas, ut de me ex lege judices, me contra legem verberari jubes?* Lex Mosaica jubebat reum audire, caussam accurate cognoscere, eaque bene cognita sententiam ferre, Joh. vii. 51. τοῖχε κεκονιαμένε] *paries dealbate.* Proverbialis loquendi formula, de omnibus adhibita, quæ intus sordeant, sicut parietes, qui intus e luto confecti, extrinsecus calce oblinuntur. Seneca de provident. c. 6. *miseri sunt sordidi, turpes, ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti.* epist. 115. *Et* cum auro tecta perfundimus, *quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue prætenditur: omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est: inspice, et disces, sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali lateat.* Nostro loco denotatur hac voce virtutis et pietatis simulator pessimus. Noverat Paulus hominis indolem. Verbum κονιᾶν significat, *calce vel gypso parietes obducere et dealbare:* derivatur a κονία, quo vocabulo non solum *pulvis* indicatur, quo

Digitized by Google

κεκονιαμένε· καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι; Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον· Τὸν Ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς; Ἔφη τε ὁ Παῦλος· 5

tantum significatu apud Homerum legitur, sed etiam *calx, gypsus*, v. Eustath. ad Il. γ'. p. 389. 38. Thomas Mag. p. 521. ed. *Bern.* et Selecta e scholis *Valckenarii* T. i. p. 589. *Boltenius*, qui statuit Paulum Syrochaldaice esse locutum (quod tamen parum probabile, v. ad xxi. 37. xxii. 24.) eum usum fuisse suspicatur voce ܫܝܕܐ ܕܣܝܕ ܫܘܪܐ qua non modo *paries dealbatus* significetur, sed etiam si comparetur cum Arab. ܫܘܪ *veterator canus, homo scelestus senectutis canæ*, ut adeo sit id. qd. in hist. Susan. v. 52. πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, du grauer Bösewicht. Sed vox τοῖχε κεκονιαμένε *paries dealbate*, commodum sensum præbet, et ut observavit censor libri *Boltenii* in *Gableri Journal für Theol. Lit.* Th. vi. p. 521. ܫܘܪ in lingua Syriaca nusquam eam significationem obtinet, quam ex Arabica ei *Boltenius* substituit. τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεός] *feriet* i. e. puniet (LXX. Ezech. vii. 9. Ex. viii. 2. Hebr. נכה) *te Deus*. Hæc verba non pro imprecatione, sed secuturæ pœnæ prædictione *Beza* habet. Sed ea pro imprecatione esse habenda, et verba apparitoris docent v. 4. et ipsa Pauli v. 5. Sic ea intellexit etiam *Boltenius*, qui vertit, *dafür strafe dich Gott!* Inopinata injuria Paulum excanduisse, et æstuantis animi impetu abreptum, liberius locutum esse, quam oportuerit, non eadem patientia injuriam pertulisse, qua Christus pertulerit, *Hieronymus* c. Pelag. 3. init. *Augustinus* ep. 5. p. 23. *Limborchius, Heumanus, Wetstenius*, aliique observarunt. Cæterum monuerunt interpp. non irritam fuisse Pauli imprecationem s. prædictionem, Ananiam enim, cum sicarii duce Menachemo Hierosolymis potirentur, in aquæductu latitantem, ab iis esse captum, et una cum fratre Hiskia interfectum, v. Joseph. B. I. ii. 17. 9. et *Michaëlis* ad h. l. καὶ σὺ κάθῃ, *itane tu sedes?* καὶ interrogationibus quæ cum admiratione moventur, præmitti solet, v. *Bosius* Exercitt. p. 84 sq. *Glassius* Phil. S. et not. ad Marc. x. 26. Pro κρίνων *H. Stephanus* in diss. de stilo N. T. et *Priceus*, probante *Valckenario* legendum conjecerunt κρινῶν. Sed hac conjectura facile supersedere possumus, cum præsens haud raro obtineat vim futuri, vid. ad Marc. iii. 21. Matth. iii. 10. xxvi. 29.

(4.5.) Ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ] *pontificem qui jussu et auctoritate Dei agit, vicem Dei gerit.* λοιδορεῖν] conviciis proscindere, v. ad Joh. ix. 29. Ad hanc apparitorum admonitionem Paulus respondebat: οὐκ ἤδειν, ἀδελφοὶ κ.τ.λ. *nesciebam, fratres, pontificem esse.* In diversissimas partes in hisce verbis interpretandis viri docti abierunt. a) *Camerarius, Marnixius* a *Wolfio* laudatus, *Thiessius, Heinrichsius*, per ironiam hæc verba prolata putant, hoc fere sensu: se non pro pontifice gerit. b) Alii hunc verbis substituunt sensum: non agnosco eum pontificem, qui hanc dignitatem usurpavit. Verum, ut recte observarunt alii, si hoc innuere voluisset Apostolus, non dixisset οὐκ ἤδειν, sed potius, οὐκ οἶδα τοῦτον Ἀρχιερέα, præterea hac responsione synedrorum iram in se magis provocasset. c) *Clericus, Witsius* Meletem. Leidens. p. 156. alii, v. *Wolfius* ad h. l. autumant, Paulum tunc temporis alio convertisse oculos, ita, ut audivisset quidem vocem ab aliquo emissam, sed non animadvertisset, quis jussisset ipsum cædi, adeoque ex superioribus supplendum esse, ὃς ἐπέταξε τύπτεσθαι αὐτοῦ τὸ στόμα, quis jusserat os ejus cædi. Merito hanc ellipsin insolentiorem vocat *Wolfius*, adversatur vero etiam huic explicationi orationis series, nam v. 3. legitur, Paulum defixis in Ananiam oculis hæc verba esse prolocutum. d) Ex *Gataceri* Miscell. Sacrr. i. 6. *Wolfii, Michaëlis*, aliorumque sententia, quæ etiam *Witsio* l. l. probabilis visa est, Paulus vere ignoravit, Ananiam esse pontificem maximum, cum diu Hierosolymis abfuisset Apostolus, cum eum nullo notabili indicio ab aliis distinctum conspicaretur (nam vestibus sacris in templo tantum utebantur pontifices, extra templum communibus v. not. ad Matth. xxvi. 65.) cum etiam consessus fuerit tumultuarius, nec adeo ordinis ratio habita. Sed consessum jam tunc temporis tumultuarium fuisse, sumitur tantum, nec ex ipsa narratione probari potest. Parum probabile est, Paulum, Judæum, ignorasse, eum quem allocutus erat, esse pontificem maximum, nosse cum etiam poterat ex ipso loco quo sedebat, et Paulum probe cognovisse Ananiam ipsa ejus allocutio docet v. 3. τοῖχε κεκονιαμένε. e) *Limborchius, Bengelius, Wetstenius, Morus, Schottus* etc. putant, Paulum his verbis lapsum suum excusare voluisse, vertunt: *non reputabam, hunc esse pontificem.* Hac significatione verbum οἶδα sæpius recurrit, v. Eph. vi. 8. Col. iii. 24. al. quare et Act. vii. 18. pro ἤδει in nonnullis codd. e glossemate legitur ἐμνήσθη. Atque hæc quidem interpretatio reliquis præferenda vide-

Digitized by Google

Οὐκ ἤδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν Ἀρχιερεύς· γέγραπται γάρ,
6 Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Γνοὺς δὲ ὁ Παῦ-
λος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρι-
σαίων, ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ Φαρι-
σαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως
7 νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο
στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων· καὶ ἐσχίσθη τὸ
8 πλῆθος. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστα-
σιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι

tur. Ut enim solent homines ingenii fervidioris facile excandescere, sed ita ut ira brevi defervescat, sic etiam Paulus injuria accepta exardescebat, mox tamen ad se redibat, recordabatur interdicti de non maledicendo principibus populi, et reprehendentibus eum apparitoribus (quos ut mitigaret ἀδελφοὺς appellabat), sedato corde respondebat: οὐκ ἤδειν κ. τ. λ. h. e. fateor, me æstuantis animi impetu abreptum, (quamvis injuria mihi sit facta) paulo liberius esse locutum, nec ad animum revocavi mihi cum pontifice rem esse, scio scriptum legi: (Exod. xxii. 27.) principi populi tui ne maledicas. (Mischna Schebuot, c. 4. §. 13. *Si quis dixerit, percutiat te Deus,* יכה אלהים *et, sic percutiat te Deus, hæc est maledictio scripta in lege.*) Etiam in epistolis suis Paulus, cum paulo liberius scripsit, dicta mitigat v. c. Rom. xv. 15. al. Est ergo hæc interpretatio moribus Pauli convenientissima. Cæterum verba: γέγραπται γὰρ κ. τ. λ. *Boltenius,* non pro Pauli verbis sed pro additamento Lucæ habet; verum sine omni idonea ratione.

(6.) Non plane retractaverat Paulus, quæ in pontificem dixerat, nec synedri excusationem Pauli admittebant, sed iram suam omnem in eum evomebant. Quare Paulus, cum videret, se nihil proficere, sed judices cæco odio præcipites ferri, ut ex his injuriis se expediret, et tribuno præsenti se nullius criminis esse reum probaret, prudenter dissensione inter Pharisæos et Sadducæos in rem suam utebatur, ut Pharisæos judices sibi faventes nancisceretur. Quod ex animi sententia cessit. γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος κ. τ. λ.] *cum Paulus bene sciret, alteram partem esse Sadducæorum, alteram Pharisæorum, alta voce synedrio acclamabat: ego, populares, Pharisæus sum, Pharisæi filius, et propter spem futuri in vitam reditus, in judicium vocor.* Act. xxiv. 21. κρίνεσθαι] dr. de eo, cujus caussa cognoscitur, v. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad Act. xxv. 9. Doctrinæ quam Paulus prædicabat, et ob cujus prædicationem eum Judæi persequebantur, dogma præcipuum erat, v. 1 Cor. xv. 13 sqq. (v. et not. ad i. 22.) Jesum in vitam rediisse, ejusque exemplo mortuos in vitam redire posse, et vere redituros esse. Atque de hoc Christi et mortuorum in vitam reditu, Paulus, si eum audissent synedri, haud dubie quoque verba fecisset, ut fecit alio tempore, cum Christi doctrinam traderet, vel eam defenderet v. xiii. 34 sqq. xvii. 31. xxvi. 6, 7, 23. xxv. 19. xxiv. 15. Sadducæi animi immortalitatem et corporis resurrectionem non admittebant, Pharisæi defendebant, coll. v. 8. v. et not. ad Matth. iii. 7. ac propterea, quod Christiani quoque Christi et mortuorum in vitam reditum docebant, inprimis odiosi erant Sadducæis, vid. not. ad iv. 1. v. 17. Hinc Paulus, ut sibi Pharisæorum conciliaret animos, missis aliis quæ ipsi invidiam conflabant, unice memorabat mortuorum in vitam reditum, ut ostenderet, hoc dogma Pharisæis cum Christianis esse commune. Φαρισαῖός εἰμι erat ex disciplina pristina xxii. 3. Phil. iii. 5. et etiamnum cum Pharisæis defendebat τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, *spem resurrectionis.* υἱὸς Φαρισαίου, *Pharisæi filius.* Sed pro Φαρισαίου in aliis libris legitur Φαρισαίων, hanc lectionem comprobarunt *Grotius, Millius, Bengelius, Griesbachius, Valckenarius,* eamque utpote difficiliorem, e qua vulgaris facile enasci potuerit, unice veram et genuinam esse censeo. Hac ipsa autem voce Φαρισαίων *Grotius* respici putat ad Pauli patrem et matrem, tanquam ejusdem sectæ homines. Verum in talibus, ut intelligenter monuit *Valckenarius,* mulierum nulla ratio habetur, sed υἱὸς τῶν Φαρισαίων dicitur is, cujus pater et avus, aut etiam majores, isti sectae addicti fuerunt. περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως] *propter spem resurrectionis.* Hendiadys, v. *Glassius* Phil. S. p. 126. *Storrii* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 241.

(7. 8.) *Hæc cum dixisset, altercatio orta est Pharisæorum et Sadducæorum:* στάσις, vid. xv. 2. καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος] *et in partes divisa est concio,* vid. ad xiv. 4. πνεῦμα] anima a corpore seorsim existens, anima defuncti,

Digitized by Google

τὰ ἀμφότερα. Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναστάν- 9
τες οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων διεμάχοντο,
λέγοντες· Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ·
εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

9. † μὴ θεομαχῶμεν.

ut v. 9. Hebr. xii. 23. ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα] *statuunt utrumque.* Vocabulum ἀμφότερα de duobus usurpari solet, sed tria nominata sunt, quæ Sadducaei infitiati esse dicuntur. Tenendum igitur est ἀμφότερον etiam de pluribus dici. Chrysostomus: οὐ μόνον ὁ λέξις περὶ δύο, ἀλλὰ καὶ περὶ τριῶν λαμβάνεται, καταχρηστικῶς οὖν οὕτως εἴπεν καὶ ἀνυμνολογῶν. add. Ammonius. Hom. Odys. xv. 78. ἀμφότερον, κύδος τε καὶ ἀγλαΐη καὶ ὄνειαρ.

(9.) οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων κ. τ. λ.] *legisperiti e secta Pharisæorum pugnarunt pro Paulo his verbis: nil mali in hoc homine reperimus, si spiritus, aut angelus cum eo locutus est, non licet cum Deo pugnare.* μέρος, factio, pars, secta, v. *Kypkius* ad h. l. οὐδὲν κακὸν nullum crimen, omnis quæstio est dogmatica, Joh. xviii. 38. οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. Luc. xxiii. 4. οὐδὲν αἴτιον. add. Luc. xxiii. 22. εἰ δὲ πνεῦμα—ἢ ἄγγελος] recordabantur nonnulli Pharisæorum ea quæ Paulus pridie in oratione ad populum habita dixerat, vid. xxii. 6, 8, 18. neque tamen Paulus genium cœlestem sibi apparuisse dixerat, sed Pharisæi adversus Sadducæos, qui dæmonologiam eorum rejiciebant, disputantes, hoc addebant. Verba μὴ θεομαχῶμεν absunt a codd. ABCE et nonnullis aliis, vers. Copt. Æth. Arm. Syr. p. Vulg. ea expungenda esse et ex Act. v. 39. in hunc locum venisse, censuerunt *Erasmus, Millius* Prol. §. 918. *Bengelius, Morus, Heinrichsius;* ad calcem paginæ rejecit *Griesbachius. Michaëlis* in Curis in vers. Syriac. Act. App. p. 144. observat: Arabibus quoque frequentissimum esse hoc ellipsis genus, in Corano iterum iterumque recurrens. Graviter autem et eleganter apodosin, gestu ac vultus compositione et nutu significanda, subticeri, ubi infausti quid et inoptabilis rei contineat, ut: *integrum synedrium cum Deo pugnare.* Cæterum orationem abruptam alii aliter supplent. Syrus interpres pro μὴ θεομαχῶμεν habet: *quid est in hoc?* Theophylactus, subintelligit, ἄδηλόν ἐστι, i. e. an sit spiritus an angelus cum eo locutus incertum est. Alii: esto, vel τοῦτον ἔγκλημα; num potest hoc ei esse crimini? Mea quidem sententia vulgaris lectio genuina est, cum multorum librorum præsidio munita sit, sensum commodum fundat, narrationis seriei consentanea sit, et facile ostendi possit, qui factum, ut verba μὴ θεομαχῶμεν omissa sint. Nempe grammatici, cum viderent, verbis μὴ θεομαχῶμεν inesse notionem hanc: doctrina Pauli divina est, neque sibi explicare possent, quomodo Pharisæi, doctrinæ Christianæ, et Pauli, hujus doctrinæ præconis, adversarii acerrimi, hoc declarare potuerint; verba μὴ θεομαχῶμεν, tanquam spuria et adulterina expungenda putabant. Neque ex Act. v. 39. verba illa in hunc locum venerunt, non enim idem verbum ibi usurpatum legitur. Si quis ex illo loco supplevisset ellipsin, eadem potius formula usus fuisset, quæ ibi extat, μὴ θεόμαχοι εὑρεθῶμεν. Sed ut intelligatur, qui fieri potuerit, ut in hanc vocem Pharisæi erumpere potuerint, tenenda sunt hæc. Non omnes legis periti e secta Pharisæorum, ea quæ v. 9. leguntur proferebant, sed nonnulli tantum eorum, vid. ad v. 12. coll. v. 21. Ita jam verba οἱ Γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων interpretati sunt grammatici ii, qui ad ea in marginibus codicum suorum notarunt τινὲς, quod interpretamentum librarii in ordinem receperunt, unde in pluribus libris legitur: τινὲς Γραμματεῖς τοῦ μερ. τ. Φ. vel τινὲς τῶν Φαρισ. l. τινὲς τῶν Γραμματέων τοῦ μ. τ. Φ. Mens et sententia eorum qui a Luca loquentes inducuntur, hæc erat: nihil mali in isto homine deprehendimus, si cum eo spiritus aut angelus locutus est, divina est ejus doctrina, et nos non ii sumus, qui cum Deo pugnare audeant. Eandem fere sententiam protulit Gamaliel, Act. v. 38 sq. *suadeo ut istos homines* (Apostolos) *dimittatis, si cœptum eorum divinæ originis est, non poteritis illud impedire, cavete vobis, ne contra Deum pugnetis.* Non mirandum autem, Pharisæos illos, hoc de Paulo, homine, etiam Pharisæorum sectæ hactenus maxime exoso, judicium tulisse. Erant aut clandestini Christi asseclæ, adeoque Paulo favebant, aut, cum hoc minus probabile sit, erant Pauli quidem adversarii, sed nunc temporis, odio in Sadducæos abrepti a Pauli potius, quam ab horum partibus stare volebant, et illud de Paulo ejusque caussa judicium ferebant, ut vehementius morderent Sadducæos, qui etiam eo ita in rabiem acti sunt, ut ingens exoriretur tumultus, et Paulus in præsentissimum vitæ periculum incurreret. θεομαχεῖν notat, *aliquid adversus Dei voluntatem moliri.* Arrian.

Digitized by Google

10 Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ
διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα
καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν
11 παρεμβολήν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος
εἶπε· Θάρσει, [1]Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ
εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι.
12 Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές [1]τινες τῶν Ἰουδαίων συσ-
τροφὴν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, λέγοντες μήτε φαγεῖν μήτε
13 πιεῖν ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον. Ἦσαν δὲ πλείους
14 τεσσαράκοντα οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες. Οἵτινες
προσελθόντες τοῖς Ἀρχιερεύσι καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις, εἶπον·

11. † Παῦλε. 12. ∾ συστροφὴν οἱ Ἰουδαῖοι.

Epictet. iii. 24. θεομαχοῦντες ὡς μόνον οἷόν τε τοῖς δόγμασι τοῖς ἑαυτοῦ, *opinionibus saltem suis, quoad potest, Deum oppugnans.* add. Eurip. Iphig. in Aul. v. 1409. Xen. Œcon. xvi. 3. 2 Macc. vii. 19. Soph. Trachin. 499. θεοῖσι δυσμαχεῖν, *male cum diis pugnare*, ubi v. schol. add. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 388. et *Kypkius* ad h. l. Per πνεῦμα h. l. ut v. 8. *Er. Schmidius* et *Marklandus* ad Eurip. Suppl. p. 282. *spiritum malum* intelligendum esse putant, cui oppositus sit ἄγγελος, *spiritus bonus.* Sed pugnabant homines isti pro Paulo, nec admittunt hanc interpretationem verba μὴ θεομαχῶμεν.

(10.) εὐλαβεῖσθαι] *vereri, metuere,* Plato Phæd. 39. Xen. Hier. vi. 16. Æschin. Socr. ii. 16. Hesychius: εὐλαβεῖσθαι, φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι. Pro εὐλαβηθεὶς libri nonnulli habent φοβηθεὶς e glossemate. Verbum διασπᾶσθαι proprie de iis dicitur, qui furore hominum iratorum discerpuntur, ita usurpatum legitur de Orpheo a Mænadibus discerpto ap. Apollodor. 1. p. 7. Plutarch. Cæs. p. 740. C. ἄλλοι δὲ ἰφοίτων πανταχόσε τῆς πόλεως, συλλαβεῖν καὶ διασπάσασθαι τοὺς ἄνδρας ζητοῦντας. vid. et Selecta e scholis *Valckenarii* ad h. l. deinde διασπᾶν etiam notat, excruciare aliquem verberibus aut vulneribus et mutilationibus; item, occidere, v. *Kypkius* ad h. l. in hac orationis serie depingitur hoc verbo ira fervidissima, veritus tribunus, ne Paulus a rabiosis occideretur coll. v. 27. τὸ στράτευμα] agmen militum, v. ad Luc. xxiii. 11. τὸ στράτευμα καταβὰν, *milites qui* ex arce *descenderant*, jussit intrare in conclave, in quo senatus habebatur. Alii: jussit milites ex arce descendere.

(11—13.) Jampridem Paulus Romam proficisci ibique doctrinam Christi prædicare constituerat, v. xix. 21. hoc consilium se assecuturum, et simul insidias Judæorum se effugiturum sperabat, si ad Cæsarem provocaret, synedrii auctoritatem agnoscere nolebat, cum caussa sua, utpote civis Romani ad judicem Romanum delata esset xxv. 9 sq. quo in proposito eum confirmabat visio nocturna. τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ] *nocte sequenti*, ut ap. Diod. Sic. p. 654. D. vid. *Münthius* ad h. l. ἐφιστάναι] verbum de apparitione deorum, geniorumque cœlestium frequens, vid. not. ad Luc. ii. 9. *Elsnerus* ad h. l. εἰς Ῥώμην pro ἐν Ῥώμῃ. (12.) ποιήσαντες συστροφὴν] *conspiraverunt*: συστροφὴ, *conspiratio*, 4 Regg. xv. 15. Suidas: συστροφὴ, ἡ ἑμόνοια, καὶ ἡ ἐπὶ κακῷ συμφωνία. Ita quoque verbum συστρέφειν legitur 2 Sam. xv. 31. Diod. Sic. p. 413. B. vid. *Raphelius* Polyb. et *Münthius* ad h. l. τινὲς τῶν Ἰουδαίων] *quidam Judæi*, plures quam quadraginta, coll. v. 21. erant zelotæ, vid. ad Matth. x. 4. not. ad Joh. viii. 1. p. 389. et sicarii, v. ad xxi. 38. subornati fortassis ab Anania ipso, qui Sadducæus fuisse videtur, id quod vel hominis severitas docet, vid. ad v. 17. et in sicariorum flagitiis connivebat, Joseph. Ant. xx. 9. Pro τινὲς τῶν Ἰουδαίων in pluribus libris legitur ποιήσαντες συστροφὴν οἱ Ἰουδαῖοι, quam lectionem recte *Griesbachius* in ordinem recepit; vulgata grammaticis originem suam debet. ἀναθεμάτισαν—Παῦλον] *exsecrationibus interpositis se obstrinxerunt, ne cibum potumve caperent prius, quam Paulum occidissent.* Irrita facta eorum conspiratione, a Rabbinis votum solvi poterat, v. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmudd. ad h. l. *Basnagius* ad a 56. §. 27. συνωμοσία id. qd. συστροφὴ, *conspiratio*, Diod. Sic. p. 41. D. ἐποιήσαντο συνωμοσίαν οἱ μίγιστοι τῶν ἡγεμόνων. Apollodor. 3. p. 202. ἐπιτοίηντο γὰρ—συνωμοσίαν ἀλλήλοις συναπολέσθαι, add. Plutarch. Cæs. p. 710. E. Herodi. vii. 1. 11. Scholiast. ad Aristoph. Equit. 236. ξυνωμοσίαν ἐποιήσατο τουτέστιν ὅρκους καὶ πίστεις ἀλλήλοις διδόναι. vid. *Kypkius*, *Münthius*, et *Wetstenius*, ad h. l.

(14—16.) τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις] non omne synedrium intelligendum,

Digitized by Google

Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, μηδενὸς γεύσασθαι
ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον. Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφα- 15
νίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν κα-
ταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον
τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί
ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν. Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς 16
Παύλου τὴν ἐνέδραν, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρ-
εμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ 17
Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη· Τὸν νεανίαν τοῦτον
ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι ἀπαγγεῖλαι
αὐτῷ. Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τὸν χι- 18
λίαρχον, καί φησιν· Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός
με, ἠρώτησε τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρός σε, ἔχοντά τι
λαλῆσαί σοι. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλί- 19
αρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο· Τί ἐστιν ὃ
ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι; Εἶπε δέ· Ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συν- 20
έθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον καταγά-
γῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι
περὶ αὐτοῦ. Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύουσι γὰρ 21
αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθε-
μάτισαν ἑαυτοὺς μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀνέλωσιν
αὐτόν· καὶ νῦν ἕτοιμοί εἰσι, προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ

nam v. 15. seorsim memoratur synedrium, sed *sacerdotum principes et seniores populi*, Sadducæorum sectæ addicti. ἀναθέματι ἀναθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, vid. ad iv. 17. ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ] *significate una cum synedrii tribuno*. ἐμφανίζειν, *indicare, significare*, Diod. Sic. p. 400. D. ἐμφανίσαι τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ. Joseph. Ant. xiv. 10. 8. τινὲς τῶν παρείναι Ἰουδαίων—ἐπιφάνησαν. Esth. ii. 22. καὶ αὐτὰ ἐπιφάνεις τῷ βασιλεῖ. v. *Münthius* et *Wettenius* ad h. l. σὺν τῷ συνεδρίῳ senatu ita fieri petente, nempe ne privato quodam studio tribunus id a se peti existimet. *Beza*. καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς ex arce Antonia, in conclave in quo senatus conveniebat. ὡς μέλλοντας—αὐτοῦ] *quasi velitis caussam ejus accuratius cognoscere*; διαγινώσκειν sensu forensi, *indicare, caussam alicujus examinare*, Philo de Agric. p. 204. C. καὶ δικαστὰς τοὺς περὶ ἑκάστων διαγιγνωσκόντας ἀπεκλήρωσαν, *et judices qui de singulis caussis decernerent constituerunt*, v. *Lætnerus* ad h. l. πρὸ τοῦ ἐγγίσαι—αὐτὸν] *parati sumus eum interficere priusquam eo pervenerit*, procul ab œco in quo senatus habebatur, ne scilicet senatus particeps criminis haberetur. (16.) ἀκούσας—τὴν ἐνέδραν] *has insidias cum rescisset Pauli sororis filius*: ἐνέδρα, *insidiæ*, 1 Macc. i. 38. infra xxv. 3. Xen. Cyr. i. 4. 23. Anab. iv. 7. 16. παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν] *accessit et ingressus est*; παραγενόμενος ex Hebraismo redundat.

(17—19.) Misit Paulus juvenem ad tribunum, ut, quæ Judæi moliebantur, ei nuntiaret. ὁ δέσμιος] *vinctus, captivus*, erat in custodia militari, v. not. ad xxii. 29. ἐπιλαβόμενος—ἰδίαν] *tribunus eum manu prehendens, seorsim cum eo secedit*. Manu prehendit tribunus adolescentem, ut mos est alios e turba abducentium et secreto colloqui cupientium, coll. v. 22. declaratur vero etiam his verbis comiter a tribuno Pauli nepotem fuisse exceptum. Curtius vii. 11. 24. *at is prehensum manu barbarum rogat, ut secum extra specum prodeat*. Herodi. iii. 12. 18. καὶ δῆθεν συνήθως λαβόμενος τῆς χειρὸς, εἰς τὸ δωμάτιον εἰσήγαγε, *et quasi more solito, familiariter, prehensum manu in cubiculum introduxit*.

(21.) προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν] *promissum tuum exspectantes*. Pro ἐπαγ-

Digitized by Google

22 ἐπαγγελίαν. Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός
23 με. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν· Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους

γιλίαν *Stephanus* de stilo N. T. legi malebat ἀπαγγιλίαν, *nuntium*. Sine idonea ratione, nam etiam nomen ἐπαγγιλία *nuntium* significat. Arrian. Exped. Alex. i. 19. καὶ τοὺς Ἕλληνας ναυτικῶν πρὸς τοῦ ναυτικοῦ πταίσματος τὴν ἐπαγγιλίαν ἐπαρθέντας, *et Græcos navalis cladis nuntio excitatos, novas res molituros*. add. Esth. iv. 7. Ez. vii. 26. atque hoc significatu *Grotius, Beza, Wolfius*, nomen ἐπαγγιλία h. l. accipiendum existimant, ut sensus sit: *exspectant nuntium te Paulum esse missurum*. Alii, veluti *Münthius, Thalemanus, Rosenmüllerus*, vertunt, *jussum, mandatum*. Hesychius: ἐπαγγίλλωσιν, κελεύουσιν. It. ἐπαγγίλλη, κελεύις. Diod. Sic. p. 262. C. τελευτήσαντος αὐτοῦ τὴν ἐκφορὰν κατὰ τὴν ἐπαγγιλίαν αὐτοῦ συνετέλεσεν ὁ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, *eo mortuo successor in regno* (Hiero) *pompam funeris, sicuti jusserat* (Gelo) *peregit*. Equidem tamen non video cur a vulgari significatione vocabuli ἐπαγγιλία, *promissum, die Zusage*, etiam in libris N. T. satis obvia, quam Syrus quoque et Vulgatus interpres expresserunt, recedamus, præsertim cum v. 20. præcesserit, συνίθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε. Ita ἐπαγγιλία legitur Act. xiii. 23, 32. Eph. vi. 2. al. Polyb. iii. 100. διὰ λόγων τοὺς ἐπιποιοῦντας εἰς φιλίαν προυκαλεῖτο, καὶ πίστεως εἶδον τῶν ἐπαγγιλιῶν, *verbis* ad suam amicitiam incolas conatus est pellicere, paratus fidem dare, *facturum se, quæ pollicitus esset*: v. *Elmerus* ad h. l. Sensus est: exspectant, ut promittas, te Paulum in synedrium esse deducturum. τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγιλίαν] pro τὴν σοῦ ἐπαγγιλίαν, Diod. Sic. p. 119. A. ἡ ἀπὸ τοῦ βασιλέως χάρις καὶ δωρεὰ, *regis gratia et munificentia*. ib. D. ὁ ἀπὸ σῶν ὀδόντων σπαραγμὸς, *morsus dentium*. add. Soph. Antig. 199. Œd. Col. 285. v. *Münthius* ad h. l.

(22 sq.) ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με] ab oratione indirecta transit scriptor ad directam, vid. ad. i. 4. δύο τινὰς] cf. not. ad xix. 14. Tribunus qui probe nosset Judæorum mores, vid. et v. 10. de veritate eorum quæ ipsi ab adolescente nuntiabantur persuasus, ne sibi molestia crearetur, statim constituebat Paulum militum satellitio stipatum transmittere ad Felicem, Judææ procuratorem, qui Cæsareæ commorabatur, ad cujus forum omnino tota res pertinebat, cum Paulus esset civis Romanus, et Judæi eum capitis accusarent.— ἑτοιμάσατε στρατιώτας—διακοσίους] *parate milites ducentos, qui Cæsaream proficiscantur, equites septuaginta et ducentos satellites*. Re-

nuntiatum erat tribuno plures quam quadraginta sicarios contra Paulum conjurasse, his vero facile se longe plures adjungere poterant, prudenter ergo tribunus, ne Pauli vitæ in ipso itinere insidiæ struerentur, eum tanta militum copia stipatum ad procuratorem ablegabat. Quodnam militum genus per τοὺς δεξιολάβους significetur non constat. Neque enim hæc vox in libris scriptorum Græcorum veterum reperitur. Suidas, Phavorinus δεξιολάβος explicant, παραφύλαξ, *custos, satelles*. E sententia *Meursii*, in Glossario Græcobarbaro, quæ pluribus arrisit, fuit τῶν δεξιολάβων munus in militia, quod lictorum in urbibus. Maleficos et sontes prehendebant, captivos et ad supplicium ducendos custodiebant, δεξιολάβοι dicti, παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ δεσμίου δεξιὰν, quoniam vincti per catenam adstringebantur manu dextra ad manum custodis sinistram. Sed huic conjecturæ, quæ vocabuli etymologia nititur, vel hoc obstat, quod parum probabile est, tantum lictorum militarium numerum in copiis tribuni fuisse, ut ducenti eorum cum uno captivo ad aliquod tempus abire potuerint. Alii, tanquam *Drusius, Beza* etc. per δεξιολάβους, i. e. παραφύλακας, ipsos tribuni *stipatores* intelligunt, *die Leibgarde*. Quæ conjectura præplacet. Dicitur autem δεξιολάβος, *qui alicui dextrum latus*, s. omnino *latus munit, tegit*; nam ut *Beza* observat, sæpissime dextra in hujusmodi genere loquendi non opponitur sinistræ, sed in genere latus declarat, hinc *stipator, satelles*. Cum tribunus vellet, ut Paulus salvus Cæsaream perveniret, in copiis ipsum deducentibus, ducentos satellites, lectissimos milites, esse jubebat. Præterea etiam Romæ rei, coram Cæsare sistendi, a militibus prætorianis custodiebantur, vid. ad Act. xxviii. 16. Neque adeo iis, qui h. l. de tribuni satellitibus cogitant, opponi potest, non esse verisimile milites ex satellitum numero, qui cæteros dignitate antecedere sibi viderentur, ad custodiendum Paulum fuisse adhibitos. *Erasmus, Grotius, Valckenarius*, pro δεξιολάβους rescribi voluerunt δεξιοβόλους, ut legitur in cod. Alex. quam lectionem etiam tuentur. Syrus interpres vertit, *jaculatores*, Arab. *sagittarios*, Æth. Sahid. Vulg. *lanceariis*. Et *Grotius* quidem observat, legionibus Romanis adfuisse auxilia e milite externo, armata levius, in iis præter funditores, fuisse, qui tela manu mitterent, et hos putat dictos esse δεξιοβόλους. Sed hæc lectio pro-

Digitized by Google

διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός· Κτήνη τε παρα- 24
στῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα
τὸν ἡγεμόνα· Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον 25
τοῦτον· Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι 26

fecta videtur ab iis, qui nomen δεξιολάβους sibi explicare non possent. ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς] *ad horam noctis tertiam*, ut deductio lateret conjuratos. τρίτη est nostra hora nona, postquam vespera cœpit.

(24.) κτήνη] *jumenta*. Suidas: κτῆνος, τὸ ζῶον. Etymol. M. κτήνη κυρίως ἐπὶ τῶν σφαζομένων εἰς βρῶσιν — καταχρηστικῶς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ita dicuntur *equi* et *cameli*, Herodi. iv. 15. 13. coll. §. 8. *asini* Luc. x. 34. Syrus et Arabs pluralem positum putarunt pro singulari, reddiderunt enim nomen κτήνη, *jumentum*; sed κτήνη sunt jumenta in usum Pauli et militis, ipsius custodis, vid. ad xxii. 29. paranda. παραστῆσαι] *præsto sistere*. Diod. Sic. p. 710. A. supplendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, e versu superiore εἶπε, transit Lucas ab oratione recta ad obliquam, Xen. Anab. vii. 1. 39. ἰδὼν δὲ Κλέανδρος, μέλα μόλις, ἔφη, διαπραξάμενος ἄπιθι· λέγειν γὰρ Ἀναξίβιον, ὅτι οὐκ ἐστιν ἄξιον εἶναι· *Cleander, ubi rediisset: vix, inquit, impetrata re ad te venio. Nam dicere Anaxibium, non esse ex re.* Vulgares versionis vulgatæ codd. ad ἡγεμόνα addunt: *timuit enim, ne forte raperent eum Judæi et occiderent, et ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam.* Quod tamen scioli nescio cujus, additamentum omnes codd. Græci repudiant διασώσωσι, *ut salvum deducant*: διασώζειν verbum prægnans, Xen. Anab. ii. 3. 11. ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς, *vos salvos in Græciam reducere*. Polyb. viii. 11. διασώζουσι πρὸς τὴν πόλιν. Joseph. Ant. ii. 6. 9. οὔσης πρὸς τὸν πατέρα μὴ ἔξεστι ἀναστρέφειν μόνοις, *nobis solis non licet redire ad patrem incolumes*. v. *Raphelius* et *Krebsius* ad h. l. ἡγεμόνι] *procurator*. cf. not. ad Matth. x. 18. Apud Philon. in Flacc. init. Flaccus dicitur τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς χώρας ἐπίτροπος, idem vero p. 969. D. dicitur ὁ τῆς χώρας ἡγεμών. vid. *Lœsnerus* ad h. l. πρὸς Φήλικα] Antonius Felix erat libertus Antoniæ matris Claudii imperatoris, frater Pallantis, ejusdem Antoniæ liberti, Plin. H. N. xxxiii. 10. qui maxima auctoritate apud Claudium valebat Tacit. Annal. xi. 29. 1. *flagrantissimaque eo in tempore gratia Pallas.* De Felice Tacit. Hist. v. 9. 6. *Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis aut libertis permisit e quibus Antonius Felix, per omnem sævitiam ac libidinem, jus regium servili ingenio exercuit.* Id. Annal. xii. 54. 1. *At non frater ejus* (Pallantis) *cognomento Felix pari moderatione agebat, jampridem Judææ impositus, et cuncta malefacta sibi impune ratus, tanta potentia subnixo* etc. vid. et not. ad Act. xxi. 37. extr. Suetonius in V. Claud. c. 28. §. 2. *eum trium reginarum maritum* vocat. *Reginas* dicit Suetonius regum filias et neptes, quomodo. Antigone et Electra ἄνασσαι apud Tragicos, ut scienter monuit *Grotius* ad h. l. Duas habuit Drusillas, alteram Cleopatræ Ægyptiacæ et Antonii, triumviri, neptem, filiam Jubæ Mauritaniæ regis, e Cleopatra Selene, Antonii filia, sororem Ptolomæi, v. Tacit. Hist. v. 9. 7. alteram Agrippæ majoris regis, Herodis magni, nepotis filiam, vid. not. infra ad xxiv. 24. tertia ignoratur, nec constat quonam tempore singulas sibi adjunxerit, v. intpp. ad Sueton. l. l. et *Walchii* Commentatio, de Felice, Judææ procuratore, J. en 1747. 4.

(25.) γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον] *conscripsit epistolam cujus hoc erat argumentum.* Quæ gesta erant, et quæ de Paulo scire Felicis interesset, in hac epistola Lysias breviter ei perscribit, et in eo inprimis elaborat, ut partim iniquitatis suspicionem a se amoveat, suam prudentiam, fidem, diligentiam probet, partim ut Pauli saluti prospiciat, ne criminationibus et calumniis Judæorum procuratoris animus ab eo abalienetur. Talis epistola, quam magistratus minores mittere solebant majoribus sive præsidibus provinciarum, cum reos sibi oblatos iis mitterent, vocatur in legibus *elogium*, atque hinc frequenter rei dicuntur *missi sub elogio*: v. Cod. Theod. lib. 13. tit. 5. de navicularii s l. 38. Vocabulo τύπος usus est Lucas, ut ostenderet, se non accurate verba, sed argumentum tantum epistolæ memoriæ mandasse. Ipsam epistolam in Pauli manus incidisse, parum probabile est, sed argumentum Paulus cognoscere potuit, et ab eo Lucas. Vocabulum τύπος indicat *rudem operis delineationem*, hinc ἐν τύπῳ opponi solet τῷ ἀκριβεῖ, Plato Polit. 3. p. 414. A. ὡς ἐν τύπῳ καὶ μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι, v. Selecta e scholis *Valckenarii* p. 595 sq. de epistola adhibitum, notat *epistolæ argumentum*, s. *exemplum*, ut Cic. loquitur ad Div. iv. 4. ad Attic. ix. 6. sic legitur h. l. 3 Macc. iii. 30. de epistola Ptolomæi, cujus etiam argumentum ibi affertur, καὶ ὁ μὲν ἐπιστολῆς τύπος οὕτως ἐγέγραπτο, *et hoc erat epistolæ argumentum.* Verbum autem περιέχειν, *continere*, v. *Lœsnerus* ad h. l. de scriptis epistolisque et earum argumentis frequenter usurpari solet, v. 1 Macc. xv. 2. 2 Macc. xi. 16, 22. ix. 18. et *Kypkius* ad h. l.

(26.) Κλαύδιος Λυσίας] eum natione Græ-

Digitized by Google

27 χαίρειν. Τὸν ἄνδρα τοῦτον, συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρα-
28 τεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι. Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατ-
29 ήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν· Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἄξιον
30 θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο.

31 Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται, κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν
32 Ἀντιπατρίδα. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πο-
33 ρεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν. Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν

cum fuisse, nomen ejus docet, quod frequens Græcis erat: v. *Taylor.* in not. ad Lysiæ orat. prim. init. Dio Cass. Hist. Rom. lib. 60. refert, a Claudio civitatem Romanam confertim et sine discrimine fuisse donatam, et alios quidem jus civitatis ab eo petiisse, alios redemisse a Messalina et libertis ejus, et ab his non modo jus civitatis, procurationes et præfecturas venditas, sed etiam reliquarum omnium nundinationem exercitam. cf. et Sueton. V. Claud. c. 29. Hinc probabile est, etiam Lysiam in ista libertorum mercatura jus civitatis emisse, v. xxii. 28. κρατίστῳ] *optimo* i. illustri; *optimus*, vox honorifica et magistratibus propria apud vett. Romanos: v. *Wolfius* ad Luc. i. 3. Senec. ep. ii. 3. not. in Proleg. ad Ev. Luc. §. 4. Biblioth. Brem. Class. 4. p. 348 sq. χαίρειν] vid. ad Act. xv. 23.

(27—29.) *Hunc hominem a Judæis captum et jamjam interficiendum, ego cum militibus superveniens iis eripui, certior factus eum esse civem Romanum.* Bis capitis periculum subierat Paulus, v. xxi. 30. xxiii. 10. et bis eum tribunus liberarat. Paulum civem Romanum esse, non prius cognoverat, quam cum prima vice ereptum quæstioni subjecerat, id vero, de quo jure reprehendi potuisset, prudenter reticet. αὐτὸν] ex Hebraismo redundat, neque tamen hæc pronominis redundantia scriptoribus Græcis inusitata: v. ad Matth. viii. 1. Marc. v. 2. βουλόμενος δὲ γνῶναι κ. τ. λ.] adduxi eum in synedrium, ut ibi caussam diceret, et comperi eum accusari de quæstionibus ad legem Judæorum pertinentibus, nihil autem commisisse, e legibus Romanorum morte puniendum aut vinculis coercendum, nec vero etiam e legibus Judæorum supplicio dignum, cum eum pars synedrorum defenderit. vid. not. ad xxiv. 5, 6. ἔγκλημα ἔχειν] id. qd. ἐγκαλεῖσθαι *accusari*, vid. *Kypkius* ad h. l.

(30.) *Indicatis autem mihi insidiis, quæ a Judæis ei struerentur, statim eum ad te misi, et accusatoribus ejus præcepi, ut accusationes suas coram te proferrent.* μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς—μέλλειν ἔσεσθαι anacoluthon; scribi debebat aut μηνυθείσης—μελλούσης ἔσεσθαι aut μηνυθέντος δέ μοι—ἐπιβουλὴν μέλλειν ἔσεσθαι, vid. ad Joh. i. 14. extr. *Davisius* ad Cæs. B. G. i. 17. Hirt. b. Afr. c. 25. *Krebsius* ad Decret. Atheniens. in honor. Hyrcani p. 82. not. ad Act. xv. 25. μέλλειν, *futurum esse*, ab optimæ notæ scriptoribus etiam conjungitur cum futuro, v. ad xi. 28. ἔρρωσο] cf. not. ad xv. 29.

(31—33.) Παῦλον—Ἀντιπατρίδα] *Paulum receptum noctu duxerunt Antipatridem.* Antipatris urbs sita inter Hierosolymam et Cæsaream, olim dicta Καφαρσαλαμᾶ· vid. 1 Macc. vii. 31. et auctore Josepho Ant. xiii. 15. 1. Χαζαρζαδᾶ, eam Herodes M. amplificavit, et in honorem patris sui Antipatri, Ἀντιπατρίδα nominavit: v. Joseph. Ant. xvi. 5. 2. B. I. i. 21. 9. *Lightfootus* in Chorogr. Matthæo præmissa p. 107. *Relandi* Palæstina p. 409. et *Wettenius* ad h. l. Antipatris ab Hierosolymis octo milliariis distabat, Cæsarea ab Hierosolymis xv s. stadiis DC. vid. Joseph. Ant. xiii. 11. B. I. 1. 3. Prima nocte milites cum Paulo venerunt Nicopolin (quod oppidum IV milliariis ab Hierosolymis aberat), altera nocte (διὰ τῆς νυκτὸς) inde profecti sunt Antipatridem: v. *Meyeri* Versuch einer Vertheidigung und Erläuterung des N. T. aus Griech. u. Römisch. Profanschriften-

Digitized by Google

τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ. Ἀναγνοὺς 34
δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ
πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας· Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν 35
καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται. Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν
ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι.

ΚΕΦ. κδ'.

Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας, κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ

34. ὁ ἡγεμὼν.

ten p. 461. ἱάσκοντες np. στρατιῶται διακόσιοι et δεξιολάβοι διακόσιοι, coll. v. 23. τοὺς ἑπτά] numero septuaginta. Etenim jam longius ab Hierosolymis abierant, nec amplius metuendæ conjuratorum insidiæ, et ut captivi securitati consuleretur, equestre præsidium sufficiebat. Καισάρειαν] vid. ad viii. 40.

(34. 35.) ἀναγνοὺς] scl. τὴν ἐπιστολὴν epistola lecta. καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ] *percontatus e quanam provincia esset.* Paulum civem Romanum esse, ex Lysiæ epistola cognoverat, sciscitabatur ergo è quanam provincia imperii Romani esset. πυθόμενος] *cognoscere, audire,* Xen. Cyr. i. 1. 6. vii. 3. 2. Diod. Sic. p. 80. A. Hesychius et Suidas, πυθόμενος, ἀκούων. (35.) διακούσομαι σου] *cognoscam de te:* διακούειν sæpius ponitur pro simplici ἀκούειν, ut ap. Polyb. i. 32. ἐν διακούσας τὸ γιγνόμενον ἐλάττωμα, *audita clade.* Xen. Cyr. iv. 4. 1. δίκην πάντα ἠδίκει. H. l. sensu forensi legitur, ita, ut sit, *cognoscere, causam alicujus examinare:* v. LXX. Deut. i. 16. πραιτώριον] proprie dicebatur tabernaculum summi ducis s. imperatoris, qui lingua veteri Latina *prætor* appellabatur, vid. not. ad xvi. 20. in castris Cic. Div. i. 33. deinde vero, quia prætoris nomen etiam ad præsides provinciarum transferebatur, ita dicebatur ædes in provinciis, in quibus magistratus habitabat. Sic Cic. Verrem, qui Siciliæ præfuerat, accusans, ejus habitationem in urbe Syracusarum, modo *domum prætoriam, quæ regis Hieronis fuerat,* seu, *domum regiam, quæ regis Hieronis fuit, qua Prætores uti solent,* modo simpliciter *Prætorium* vocat, vid. Cic. in Verr. Act. ii. l. 5. c. 12, 31, 35. denique etiam πραιτώριον dicebatur omne ædificium splendidum et magnificum, v. Sueton. Vit. Calig. 37. cf. omnino de hac voce *Perizonius* in disquisitione de Prætorio L. B. 1696. *Bynæus* de morte J. C. lib. 2. p. 407. *Pitisci* Lex. Antiq. Rom. T. iii. p. 175. et not. ad Matth. xxvii. 27. H. l. non ipsum procuratoris domicilium, quod olim Herodis palatium fuerat, hac voce significare videtur, sed palatium regium Herodis. Conclavia ad custodiendos captivos adaptata, ejusmodi palatiis adstructa fuisse, vel hic locus docet.

CAP. XXIV.

(1.) Quinque diebus elapsis, Judæorum proceres Cæsaream profecti, Paulum apud procuratorem, per oratorem Tertullum, seditionis, corruptæ doctrinæ, et templi profanati accusant. Paulus caussam dicit. Procurator Paulum ampliandum censet, et accuratiorem caussæ cognitionem ad Lysiæ adventum differt. Biennio elapso Felix, Porcium Festum successorem nactus, Paulum captivum relinquit. μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κ. τ. λ.] *post quinque dies* advenit *Ananias pontifex cum senioribus, et Tertullo quodam, oratore, qui Paulum apud procuratorem accusarent.* μετὰ πέντε ἡμέρας, *post quinque dies,* s. potius, *die quinto,* vid. ad Matth. xvi, 21, quinque dies numerandi sunt ab eo die quo Hierosolyma Cæsaream deductus erat. *Michaëlis, Dindorfius, Rosenmüllerus,* hos dies a captivitate Pauli Hierosolymitana numerant: cf. v. 11. ubi v. not. Venerunt ergo ex horum interpretum sententia accusatores Pauli Cæsaream sequenti die post Pauli adventum. Nempe dies ita computant: α) Paulus in vincula conjicitur (xxi. 26, 27.) dies I. β) sistitur coram synedrio (xxi. 30.) dies II. γ) insidias Paulo structas tribunus comperit (xxiii. 11, 12.) dies III. δ) nocte ejusdem diei Paulus abducitur, postero die Cæsaream venit (xxiii. 32, 33.) eodem die Lysias synedris nuntiat Paulum deductum esse Cæsaream, synedrii legati abeunt dies IV. ε) accusatores Cæsareæ adveniunt dies V. Verum, ut recte monuit *Heinrichsius,* non est probabile, Ananiam ejusque comites, ipso die post Pauli abitum, Cæsaream esse secutos, quia rem prius cum caussidico communicare, omniaque ad caussam rite peragendam instruere debebant, et intra tam breve temporis spatium, ut illi interpretes constituunt, neque Paulus, neque synedri Cæsaream pervenire poterant, vid. not. ad xxiii. 31. κατέβη] vid. ad xviii. 22. Τέρτυλλος, *Tertullus,* nomen contractum ex Tertius (Rom. xvi. 22.) ut *Catullus* ex Catius, v. *Casaubonus* ad Sueton. V. Aug. c. 69. Frequens hoc nomen in Romanorum familiis, v. Sueton. V. Tit. c. 4. Plin. epist. ix. 13, v. 15. Panegyr. c. 90. add. *Wetste-*

Digitized by Google

τῶν Πρεσβυτέρων, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινὸς, οἵτινες ἐνε-
2 φάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου. Κληθέντος δὲ αὐ-
τοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων· Πολλῆς εἰ-
ρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ
3 ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, Πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ

nius ad h. l. Judæi Romano imperio subjecti, Romano etiam more in foro agere debebant, sed legum Romanarum formularumque juris Romani expertes, in caussa apud magistratum Romanum dicenda, utebantur opera oratoris sive caussidici Romani, qui linguæ Latinæ et Græcæ et juris Romani peritus esset: v. *Ottii* Spicilegium s. excerpta ex Josepho ad N. T. illustrationem p. 325. Quare et synedri Paulum coram procuratore accusantes, Tertullo oratore utebantur. Vocabulo ῥήτωρ significatur *magister dicendi*, et *orator, qui apud judicem caussam agit, caussidicus*, ut h. l. Æl. H. V. ix. 19. Æschin. Dial. iii. 18. ubi v. Ind. *Fischeri*. Cic. Fin. ii. 6. Nepos Epam. 6. Juvenal. i. 44. In omnibus provinciis Romanis reperiebantur ejusmodi rhetores, qui caussis agendis et judiciis provincialibus quæstus caussa operam darent. Lampridius V. Alex. Severi, c. 44. *In provinciis oratoribus forensibus multum detulit, plerisque etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere.* Multi etiam adolescentes Romani, qui se foro dederant, cum magistratibus in provincias se conferebant, ut caussis provincialium agendis se exercerent et majoribus in urbe actionibus præpararent: v. Cic. pro Cœlio c. 30. οἵτινες ἐνεφάνισαν κ. τ. λ.] *qui adierunt procuratorem, ut Paulum deferrent, sie erschienen vor Gericht um ihn anzuklagen*, coll. xxiii. 30 extr. ἐμφανίζειν alcui τινὰ, v. Joh. xiv. 22. Ex. xxxiii. 13. notat, *comparere, adire aliquem*, et sensu forensi de iis adhibetur, qui comparent coram judice, eum adeunt, ut caussam ad eum deferant, eamque agant, ut infra xxv. 2, 15.— καλοῦντες δὲ αὐτοῦ] Paulo e custodia adducto.

(3.) Profusis laudibus et adulationibus actor mercede conductus orationis initio procuratoris benevolentiam captat. πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ] *alta pace per te fruimur*. Vocabulum εἰρήνη *Vorstius* de Hebraismm. N. T. *Boltenius*, alii, eo significatu accipiunt, ut sit, *salus, felicitas*, quo significatu etiam Hebr. שלום haud raro positum legitur; sed huic significationi h. l. non favet contextus, qui potius propriam nominis notionem ut retineamus suadet. Scilicet orator Felicem pacis auctorem prædicabat, quod Paulum ut seditionis turbarumque inter Judæos auctorem deferre volebat, adeoque gravissimæ accusationi statim initio præludebat; neque incongruo elogio Tertullus Felicem aucupabatur, cum pacata provincia præsidi bono inprimis laudi duceretur: vid. *Pricæus* et *Wetstenius* ad h. l. καὶ—σῆς προνοίας] *et quod tua providentia multa bona huic genti contigerunt.* κατόρθωμα] *quodvis præclare factum* indicat, *rem feliciter et prospero successu gestam*, inprimis ponitur de *rebus bello præclare et feliciter gestis*: v. *Raphelius* Obss. Polybb. *Elmerus*, *Münthius* et *Wetstenius* ad h. l. Sensu morali hoc nomen occurrit ap. Cic. de fin. iii. 7. *quæ autem nos aut recta aut recte facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.—rectum factum est κατόρθωμα ad mentem Stoicorum.* Sunt ergo κατορθ. γιν. τῷ ἔθνει τούτῳ res præclare et feliciter geatæ in gratiam, commodum, gentis Judaicæ, atque sensus est: huic genti te duce res felicissime successerunt, multa bona contigerunt. In nonnullis libris legitur διορθωμάτων, quam lectionem etiam *Grotius*, *Griesbachius*, *Valckenarius* probarunt. Ea vero originem suam debet grammaticis, qui quoniam κατόρθωμα inprimis de rebus bello præclare gestis adhibetur, pro κατορθωμάτων rescribendum esse putarunt διορθωμάτων, quo significaretur, multa a Felice in rebus ad Judæos pertinentibus fuisse in melius restituta. Sed nulla mutatione opus est. Cæterum dum Tertullus Felici provinciæ pacationem, et facinorum egregiorum ac præclarorum laudem tribuit, omnino plus nimio ei adulatus est. Nam multos quidem latrones et prædones qui Judæam perturbarent, cepit et suppliciis affecit, in his Eleazarum, scelestorum hominum ducem, semper armatis septum, dolo et fraude cepit, ac vinctum Romam misit: v. Joseph. Ant. xx. 8 ss. Ægyptium illum pseudoprophetam, ejusque asseclas vi et armis repressit, vid. Joseph. l. l. etiam seditionem quæ inter Judæos Cæsareenses et Syros exarserat, sedavit, v. Joseph. B. I. ii. 13. 2. Ant. l. l. sed idem etiam ope sicariorum Jonathanem pontificem interemit, v. not. ad xxi. 38. et multa injuste ac crudeliter in provincia egit, testibus Josepho l. l. Tacito Ann. xii. 54. Hist. v. 9. quare et cum Romam rediisset, Judæorum proceres eo profecti sunt, ejusque nomen imperatori detulerunt, et scelerum pœnas dedisset, nisi precibus Pallantis fratris, cujus magna apud Neronem auctoritas erat, liberatus fuisset, v. Joseph. Ant. xx. 8. 9. πάντῃ—διαδιεχόμεθα] *semper et ubique prædicamus animo gra-*

Digitized by Google

ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας.
Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν 4
συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον 5
λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ
τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως·

tissimo. πάντῃ, *semper*, ut ap. Longin. de Sublim. xvi. 4. ubi opponitur οὐδαμοῦ. add. xxx. 2. πάντῃ καὶ παντάχοῦ "quod nunc facimus, præsenti tibi, id etiam te absente prædicamus; non in os solum laudamus." *Wetsten.* ἀποδέχισθαι dicuntur non tantum ii qui aliquid probant, qui eo delectantur, adeoque id libenter et benevole accipiunt, v. Herodi. v. 2. 11. Isocr. Evag. c. 1. vid. not. ad ii. 41. sed etiam ii qui aliquid laudant et laude dignum indicant, Joseph. Ant. vi. 14. 4. δίκαιον δὲ ἀποδέχεσθαι τῆς φιλοτιμίας τὴν γυναῖκα] *convenit autem laudare mulierem ob prolixam liberalitatem*, Philo in Flacc. p. 979. C. ἀποδέχομαι πάντα ὑμᾶς, ἔφη, τῆς εὐσεβείας, *laudo vos omnino, inquit, propter pietatem.* Exempla plura e Josepho et Philone congesserunt *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. add. Isocr. Panath. p. 660. med. ubi opp. τῇ ἀτιμίᾳ] ib. p. 646. ubi ei respondent verba ἐγκωμιάζειν et ἐπαινεῖν. cf. etiam *Taylor* ad Lysiam p. 423. et *Leopardus* Emendatt. xiii. 22. κράτιστε Φῆλιξ] *optime Felix*, solitum dignitatis titulum ei tribuit: vid. ad xxiii. 26.

(4.) Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω] *ne longa oratione tibi sim molestus*, ne diutius te a negotiis tuis detineam. ἐγκόπτειν, *impedire*, Rom. xv. 22. Hesychius: ἐνεκοπτόμην· ἐνεποδιζόμην. Id. ἐγκοπὴ, ἐμπόδιον, *impedimentum.* Id. ἔγκοποι, δυσχερεῖς, *molesti interpellatores*, qui sermone nimio aliorum negotia impediunt et remorantur. Sic κόπτειν legitur ap. Athen. lib. 7. p. 290. B. et Lat. *obtundere*, Terent. Heaut. v. 1. 6. dicitur de eo, qui alicui oratione longiori molestus est: vid. Selecta e scholis *Valckenarii* p. 600 ss. συντόμως, scl. λεξόντων, Hesychius interpretatur διὰ βραχέων· cf. et Pollux. iv. 24. Xen. Œcon. xii. 19. ὡς δὲ συντόμως εἰπεῖν.

(5.) εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν] *nos enim hunc virum deprehendimus pestiferum.* εὑρόντες, scl. ἐσμὲν pro εὕρομεν, qui participiorum usus non tantum Hebræis, sed etiam scriptoribus Græcis usitatus est Homer. Il. Ψ. 307. de μήκωνι sive papavere, ἥ τ' ἐν κήπῳ παρεπῇ βριθομένη (scl. ἐστὶ) i. e. βρίθεται) νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν, ubi v. Eustathius. add. Act. xxvi. 20. not. ad Marc. vii. 19. *Glassii* Phil. S. p. 349. *Raphelius* Obss. Xenophh. ad h. l. γὰρ initio orationis notat, *nempe, scilicet*: v. ad Matth. i. 18. λοιμὸς pro λοιμώδης vel λοιμικὸς, ut Lat. *pestis* pro pestifer, adhibetur de hominibus scelestis, qui mores aliorum corrumpunt, inprimis etiam de hominibus seditiosis, turbulentis, qui communicandis consiliis perniciosis alios corrumpunt, et quasi contagione aliqua rempublicam evertunt, Æl. H. V. xiv. 11. ad Alexandrum Philiseus: δέξῃς φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἔσο λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη νόσος, ἀλλὰ εἰρήνη καὶ ὑγεία, *ad gloriam incumbe, at ne sis pestis, aut gravis aliquis morbus, sed pax et sanitas.* add. 1 Macc. x. 61. xv. 3, 21. In versione Alexandrina respondet Hebr. מְלִיעַל 1 Sam. ii. 12. οἱ υἱοὶ Ἠλὶ υἱοὶ λοιμοὶ, sed 2 Sam. xvi. 7. hi iidem interpretes vertunt ἀνὴρ ὁ παράνομος et 1 Regg. xxx. 22. ubi οἱ ὁ. habent ἀνὴρ λοιμὸς apud Symmachum legitur παράνομος, e quo satis evidenter patet, etiam ex usu loquendi interpretum Græcorum V. T. idem esse quod παράνομος, *scelestus, improbus.* Cic. pro Rabir. I. *pestem ac perditorem civitatis.* pro Sextio 14. *ab illa furia ac peste patriæ.* Sallust, Jug. xiv. 10. *postquam illa pestis ex Africa ejecta est.* Suidas: λοιμοὶ, οἱ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τοῖς λύμης μεταδιδόντες· vid. intpp. ad Thom. Mag. p. 588. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. καὶ κινοῦντα—οἰκουμένην] *et seditiones concitantem inter omnes, Romanum imperium incolentes.* Seditiones excitasse contendit Paulum, eo quod contraria legibus et institutis Judæorum ubique docuisset. Ordo igitur videbatur exigere, ut recte animadvertit *Limborchius*, ut Tertullus primo de doctrina ipsa Paulum accusaret, ac deinde seditionis, per doctrinam excitatæ. Verum quia Paulus aliquid legi suæ contrarium docendo proprie non peccabat contra leges Romanorum, aut imperii Romani tranquillitatem, et magistratus Romani quæstiones ac controversias de religione Judæorum ad se non pertinere putabant, v. xviii. 15. xxiii. 29. xxv. 18. seditio autem legibus Romanis severe vetita erat, v. xix. 40. ideo, ut procuratorem Paulo iniquiorem redderet, a seditione accusationis initium fecit. Seditiones autem non a Paulo, neque ab ipsius asseclis, sed a Judæis ipsis contra Paulum concitatæ erant. οἰκουμένην, *imperium Romanum*, vid. ad Luc. ii. 1. πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως] *principemque sectæ Nazaræorum*: πρωτοστάτης proprie dicitur miles, primam in fronte aciei stationem obtinens, primum ordinem ducens. Hesychius: πρωτοστάτης· ὁ πρῶτος κυρὰ τὸ

Digitized by Google

6 Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν,
7 καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν. Παρελ-
θὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χει-
8 ρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε. Κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρ-
χεσθαι ἐπί σε· παρ᾽ οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων

κίρας τῆς παρατάξεως τεταγμένος. add. Pollux. i. 127. hinc ponitur de duce exercitus στρατηγὸς τρωτοστάτης Job. xv. 24. hinc metaphorice ita vocatur princeps, auctor alicujus rei, *dux et signifer* (Cic. Div. i. 77. Mil. 33.) ut h. l. v. *Morus* ad Xen. Hist. Gr. ii. 4. 10. *Wetstenius* et *Münthius* ad h. l. *Suiceri* Thes. Eccl. T. ii. p. 707. Ναζωραίων ita per contemptum dicebantur Jesu sectatores, vid. ad Act. ii. 22. coll. infrà v. 14.

(6.) ὃς—ἐκρατήσαμεν] *quem templum nostrum profanare ausum, comprehendimus.* Judæi nonnulli Asiatici suspicati erant, Paulum gentilem in templum introduxisse, vid. xxi. 28. quod illi suspicati erant, pro certo ponit in accusatione actor. Apposite *Wetstenius* ad h. l. notavit: "non minus impudenter Paulo conviciatur et Lysiam accusat, quam adulatus fuerat Felici." ἐκρατήσαμεν vid. xxi. 30 ss. καὶ κατὰ—κρίνειν] *et ex lege nostra judicare eum voluimus.* A Romanis concessum erat Judæis secundum Mosis legem vivere, interdicta erat templi profanatio, et in criminibus quæ ad religionem spectabant jus supplicium capitale sumendi iis relictum, sententia tamen lata a procuratore confirmanda erat: vid. not. ad Matth. xxvi. 66. Joh. xix. 7. Act. xxi. 28. add. Joseph. Ant. xx. 4. qui ibi refert a Cumano procuratore militem Romanum, legis Mosaicæ irrisorem, securi percussum esse, verba sunt: συμβουλευσάντων τῶν φίλων τὸν ἐνυβρίσαντα τοῖς νόμοις στρατιώτην πελεκίσαι. Cæterum omnem particulam καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον—ἔρχεσθαι ἐπί σε omittunt AC. alii, Copt. Sahid. Slav. in aliis legitur: ἐβουλήθημεν κρῖναι κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον· ἐλθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος Λυσίας, βίᾳ πολλῇ ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀφείλετο, καὶ πρός σε ἀπέστειλε, κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἐλθεῖν πρός σε. Quare vulgarem lectionem adulterinam judicarunt *Millius, Bengelius, Morus, Heinrichsius*, qui præterea monuerunt, orationem sic quidem existere mutilam, et impediri sensum, si παρ᾽ οὗ referatur ad Paulum ipsum, cum nemo accusator provocet ad testimonium rei, reus ut plurimum neget, sed id ipsum contra hæc verba pugnare, præferendam enim esse lectionem difficiliorem. Equidem tamen verba textus genuina existimanda puto. Scilicet deleta sunt ab iis, quibus improbabile videretur Tertullum nomine Judæorum dicere potuisse κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν, coll. xxi. 31 sq. xxii. 30. xxiii. 2, 10. et Judæos adeo impudentes et audaces esse potuisse, ut ipsum Lysiam accusarent, et vero etiam ad eum provocarent.

(7. 8.) ἀπήγαγε] verbum prægnans, ut supra xxiii. 24. διασώζειν] verte: manibus nostris ereptum abduxit, ut plena locutio sit: ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀφείλετο, ut etiam in codd. nonnullis e glossemate legitur. His autem verbis παριλθὼν Λυσίας κ. τ. λ. conquestus quidem est Tertullus Judæorum nomine, de vi sibi facta a Lysia, neque tamen Felix verba eam in partem accipere poterat, quasi animus ipsis fuisset Lysiam accusare, et Felicis auctoritatem implorare. παρ᾽ οὗ] ad Paulum referunt, non tantum ii interpretes, qui verba καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον—ἔρχεσθαι ἐπί σε v. 6—8. pro adventitiis et insitivis habent, sed etiam plures eorum qui verba illa genuina esse censent, veluti *Grotius, Limborchius, Rosenmüllerus, Matthæius.* Verbum ἀνακρίνας de quæstione per tormenta accipiunt, atque adeo statuunt, a Tertullo tormenta et quæstionem in Paulum deposci, ut hæc omnia plenius ab ipso judice cognoscantur. Verum Tertullus non ignorare poterat, de cive Romano, qualem Paulum cognoverat Lysias, quæstionem per tormenta haberi non posse, vid. not. ad xxii. 25. Sunt ergo hæc verba ad Lysiam referenda, de quo ante sermo fuit, et Felicem ipsum oratoris verba de Lysia intellexisse, docet v. 22. ubi Felix dixisse perhibetur: ὅταν Λυσίας καταβῇ διαγνώσομαι τὰ καθ᾽ ὑμᾶς. Dum autem Tertullus ad Lysiam provocabat, caussæ suæ fiduciam simulare volebat. Cæterum non omnem orationem Tertulli, sed post exordium, quod fere integrum redditum videtur, summam tantum orationis Lucas exhibuit. "Vix credendum, inquit *Heinrichsius*, oratorem Romanum, dicendi arte, quæ tunc temporis florebat, vel maxime imbutum et perpolitum tam breviter locutum esse, argumentaque tam lacera, tam omni ornatu orbata protulisse, licet brevitati studere se fateatur, id quod aucupandæ gratiæ caussa et rabulas multos profiteri et tamen longissimos fieri nemo ignorat. Et qui potuisset ad verbum usque memoria tenere Paulus orationem eo temporis momento habitam, quo de vita servanda agebatur? Sed rei argumentique summam utique animo

Digitized by Google

τούτων ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγορεῦμεν αὐτοῦ. Συνέθεντο 9
δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν. Ἀπε- 10
κρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν·
Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος,
εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι. Δυναμένου 11
σου γνῶναι ὅτι οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι ἢ δεκαδύο, ἀφ'

9. ∿ Συνεπέθεντο. 11. † ἢ.

impresserat, forte et passim verba ipsa: deinde ea tradidit Lucæ, qui ex suo ingenio orationem ita formavit, ut nunc eam legimus."

(9.) *συνέθεντο*] *assensi sunt: συντίθεσθαι, assentiri*, quasi, una cum altero ponere calculum suum: v. *Palairetus* Obss. p.337. *Dresigius* de Verb. Med. p.475. Sed pro *συνέθεντο* in aliis libris legitur *συνεπέθεντο*, quam lectionem utpote difficiliorem merito probarunt *Millius, Bengelius, Morus, Rosenmülleros*, et *Griesbachius*, in ordinem recepit. Notat autem *συνεπιτίθεμαι, una aggredior aliquem*, sive verbis hoc fiat, sive re ipsa: vid. Xen. Cyrop. iv. 2. 2. LXX. Ps. iii. 6. Diod. Sic. 1. p. 18. Sensus ergo est: Judæi una cum Tertullo Paulum aggressi sunt (accusando) affirmantes, hæc ita se habere, h. e. omnino consenserunt rem sic se habere.

(10.) Paulus, cum procurator nutu ei loquendi facultatem dedisset, ad singulas accusationes respondet, et orationis quidem initio profitetur, se alacri animo et confidenter caussam suam dicere, cum Felix per plures annos genti Judaicæ magistratus præfuerit, adeoque hujus gentis inprimisque primorum ejus, mores, improbitatem, simulationem, superstitionem, animum ad seditiones turbasque movendas proclivem, probe norit, nec audierit Paulum in Judæa turbas movisse. *ἐκ πολλῶν ἐτῶν*] rexerat Felix sex annos Judæam, v. Joseph. xx. 6. 3. sed jam antea (ante A. C. 52.) cum *Cumano*, regnum Judææ, quod antea Agrippa pater obtinuerat, administraverat, ita, ut *Cumanus* Judææ, *Felix* autem Galilææ Transamnanæ præesset. Cum vero Cumanus ob male administratam provinciam in exilium esset ejectus, Felix Judææ quoque administrationem obtinuit, v. Joseph. Ant. l. l. B. I. ii. 12. 8. Tacit. Annal. xii. 54. *Krebsius* ad xxiii. 24. Paulus hanc orationem habuit a. 57. vid. Proleg. §. de Chronologia libri n. 9. *ὄντα*] pro *εἶναι*, vid. viii. 23. 3 Joh. 4. *κριτὴς*] Hebr. שופט magistratus, h. l. procurator, ut Act. xiii. 20. *τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι*] Diod. Sic. p. 351. D. Alcibiades *τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπολογησάμενος* cum caussam suam apud milites ageret, criminaque sibi objecta delere conaretur, v. *Münthius* ad h. l.—In codd. nonnullis scriptum legitur *κριτὴν δίκαιον*, male ac perperam. Paulus enim ab omni adulatione alienus erat, et probe sciebat, Felicem indignum esse laudibus, quibus eum Tertullus prædicarat; præterea *κριτὴς* h. l. non judicem, sed magistratum indicat. Hæc non reputarunt grammatici, qui *δίκαιον* adscripserunt. Pro *εὐθυμότερον* in aliis libris extat *εὐθύμως*, quam lectionem *Bengelius, Millius* Prolegg. §. 977. et *Griesbachius*, alteri illi recte præferendam judicarunt.

(11.) Jam primam accusationem Paulus a se amolitur, atque testatur, se non seditionem Hierosolymis movisse. Criminationem Tertulli, Paulum non Hierosolymis tantum, sed jam antea *κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* inter Judæos turbas movisse, non accuratius refellit, (nam procuratoris Judææ non erat cognoscere de iis, quæ Paulus in aliis provinciis commiserat,) neque tamen eam prorsus silentio præterit. Jam tacite provocarat ad Felicem ipsum, qui per plures annos Judææ præfuerit, neque audierit de seditione a Paulo in Judæa mota, addit v. 13. non convinci se posse a Judæis eorum, quorum ipsum accusarent, provocat etiam v. 18, 19. ad Judæos Asiaticos, quos oporteret coram Felice apparere, et accusare, si quid adversus ipsum haberent. *δυναμένου σου γνῶναι κ. τ. λ.*] *cum et facile cognoscere possis* (nempe per inquisitionem et testimonia) *non plures esse quam duodecim dies, ex quo Hierosolymam ad sacra facienda venerim.* "An Felix potuit singula Hierosolymis gesta, et quot ante diebus Paulus in urbem venisset, nosse, quoniam aliquot jam annos Judææ præfuerat? Itaque non colligitur istud a Paulo ex præcedente oratione, neque *δυναμένου* est præterito tempore accipiendum, sed altera est ratio qua fretus Paulus testatur se confidenter adversariis respondere." *Beza*. *δεκαδύο*] dies sunt ita computandi: 1) primus dies est ille quo Paulus Hierosolymam venit, v. Act. xxi. 15. 2) die secundo convenit Apostolos Act. xxi. 18. 3) in castimonia vixit dies VI. vid. xxi. 26 s. 4) die castimoniæ septimo oritur tumultus, a Lysia Judæis eripitur, vid. xxi. 27. xxii. 29. 5) die postquam Hierosolymis advenit X. coram synedrio comparet, v. xxii. 30. xxiii. 10. 6) insidiæ ei struuntur die XI. v. xxiii. 11—15. eodem die Cæsaream deducitur, vid. xxiii.

Digitized by Google

12 ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ
εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχ-
13 λου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ τὴν πόλιν· Οὔτε
14 παραστῆσαί με δύνανται περὶ ὧν νῦν κατηγοροῦσί μου. Ὁμο-
λογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν,

31 ss. Dies quibus Paulus jam Cæsareæ fuerat non numerantur, ibi enim in custodia tumultum movere non poterat. vid. et ad v. 1. ἀφ' ἧς] elliptice positum pro ἀφ' ἡμέρας ἧς ἀνέβην· et ἐν Ἱερουσ. positum est pro εἰς Ἱερουσαλήμ.

(12.) Intra illud vero tempus, *me neque in templo deprehenderunt cum quoquam disputantem, aut populi seditionem sive in synagogis, sive in urbe moventem.* διαλεγόμενον] disputantem nempe de rebus ad religionem pertinentibus (vid. not. ad Matth. xxiii. 28. Luc. ii. 46. Act. xiii. 15.), multo minus seditiosa disserui. ἐπισύστασις] vox rarior, occurrit ap. Joseph. c. Apion. i. 20. ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως, *qui in eadem seditione fuerat.* Esr. v. 70. καὶ ἐπιβουλὰς καὶ δημαγωγίας καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι. Verbum ἐπισυνίστασθαι, *concursum facere*, legitur ap. Joseph. Ant. xiv. 1. 3. B. I. ii. 3. 4. Philon. de Jos. p. 531. D. vid. *Krebsius* et *Lœsnerus* ad h. l. *Bosius* Animadvv. ad Scriptt. Grr. p. 117. ταῖς συναγωγαῖς] np. Hierosolymitanis, vid. Act. vi. 10. κατὰ τὴν πόλιν] pro ἐν τῇ πόλει, cf. not. ad Luc. xv. 14. Act. xiii. 1.

(13.) οὔτε παραστῆσαι—μου] *neque me convincere possunt eorum quorum me accusant*, seditionis motæ, cujus me reum faciunt. Post παραστῆσαι codd. nonnulli inserunt με, quam lectionem probarunt *Millius* et *Matthæius*, ita, ut eam etiam in textum receperint. Sed recte eam repudiarunt *Wolfius*, *Krebsius*, *Lœsnerus*, alii, profecta est ab iis qui vim verbi παραστῆσαι non perspicerent. Nempe οὔτε παραστῆσαί με δύνανται notat, *non possunt me sistere*; vid. xxiii. 33. quæ sententia ab hoc loco aliena est. Sed παραστῆσαι significat, *demonstrare, certis rerum documentis probare, planum facere*, et idem est quod ἀποδεῖξαι, xxv. 7. Joseph. Ant. viii. 2. 5. βουλόμενος δὲ στῆσαι καὶ παραστῆσαι τοῖς παρατυγχάνουσιν ὁ Ἐλεάζαρος, ὅτι ταύτην ἔχει ἰσχύν· *Eleazarus cum vellet illis, qui aderant persuadere, et luculentis rerum documentis ostendere, se hanc vim habuisse.* Philo de Abrah. p. 370. B. οὐχ ἕνεκα τοῦ δηλῶσαί με τὰς μεγαλουργηθείσας συμφορὰς καινὰς καινῶν διεξῆλθον, ἀλλ' ἐκεῖνο βουλόμενος παραστῆσαι· *non eo dicta sunt, ut magnitudinem ejus novæ mirandæque calamitatis ostenderem, sed ut illud docerem.* Arrian. Epictet. ii. 2. 26. σαφῶς παραστῆσαι, πῶς ὁ Θέλει οὐ ποιεῖ, καὶ ὁ μὴ Θέλει ποιεῖ, *perspicue demonstrare, eum non facere quod velit, sed id quod nolit.* Artemidor. ii. 33. σαφῶς τὰς ἀποδείξεις παραστῆσαι. Xen. Œcon. xiii. 1. ὅταν παραστήσῃς τινὶ τοῦτο καὶ πάνυ ἰσχυρῶς, ὅτι δεῖ ἐπιμελεῖσθαι. add. Diod. Sic. p. 2. C. Hesychius: παριστῶ· ἀποδείκνυμι. vid. *Albertius*, *Kypkius*, *Wetstenius*, *Krebsius*, *Münthius*, *Lœsnerus*, ad h. l. Ante περὶ subaudiendum τὰ l. ταῦτα.

(14.) Secundam criminationem, quod peregrinæ et novæ religioni adhæreat, Paulus ita retundit, ut profiteatur, se esse quidem doctrinæ Christi addictum, ejusque placita tueri, hanc vero ipsam religionis doctrinam non esse novam, non sectam dicendam, se enim colere Deum Judæorum patrium, et fidem habere omnibus, quæ in libris Judæorum sacris scripta legantur, se spem collocare in Deo fore resurrectionem mortuorum, quam ipsi accusatores sui alant et foveant, ac præterea se in eo elaborare, ut præceptis doctrinæ Christi convenienter servet animum nullius malefacti erga Deum hominesque sibi conscium v. 14—16. ὁδὸς] religio, religionis doctrina, ut ix. 2. xxii. 4. ἣν λέγουσιν αἵρεσιν] *quam sectam vocant*: αἵρεσις notat, familiam eorum, qui certam disciplinam, definitam sentiendi vivendique rationem sequuntur, ut xv. 5. xxvi. 5. v. 17. Joseph. Ant. xviii. 2. Prudent. hymn. x. 125. *generosa Christi secta*; h. l. autem hoc vocabulum in deteriorem sensum sumitur, ut Gal. v. 23. id quod addita verba: ἣν λέγουσι, et Tertulli verba v. 5. affatim docent. Sensus: profiteor, me eam religionis doctrinam sequi, quam isti invidioso nomine sectam s. hæresin, doctrinam falsam, appellant. πατρῷος Θεὸς id. qd. ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, v. 30. πατρῷον proprie dicitur *paternum, quod a parentibus relictum cessit liberis*, πάτριον autem, *patrium, quod universæ patriæ commune atque usitatum est.* Ammonius: πατρῷα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα—πάτρια δὲ τὰ τῆς πόλεως ἤθη, sed sæpius hæc vocabula inter se permutantur, vid. *Jensius* Lectt. Lucian. p. 381. *Sturzii* Lex. Xenoph. sub v. πατρῷος. Frequens autem est mentio πατρῴων Θεῶν apud veteres; dicebantur ita vel *dii domestici, penates privati*, Xen. de Venat. i. 15. Αἰνίας σώσας τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς· vel *dii patrii, dii tutelares gentis, regionis, urbis, qui ab universa aliqua civitate coluntur ex institutis majorum.* Servius ad Virg. Georg. i. 498.

Digitized by Google

οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ
τὸν νόμον, καὶ ἐν τοῖς προφήταις, γεγραμμένοις· Ἐλπίδα 15
ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστα-
σιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Ἐν 16
τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν
Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων 17
παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου, καὶ προσ-
φοράς. Ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ 18

14. ↑ τοῖς.

patrii dii sunt, qui præsunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthaginis. Joseph. Ant. ii. 13. 1. Ἐλεάζαρος δὲ—συμμάχῳ τῷ πατρῴῳ χρησάμενον αὐτὸν Αἰγυπτίους διαφυγεῖν, *Eleazarus* Mosis filius eam ob caussam dictus est, *quod Dei patrii auxilio Ægyptios effugerit.* Id. ix. 12. 3. de rege Ahaso, πάντας ἰέναι μᾶλλον τιμήσων, ἢ τὸν πατρῷον καὶ ἀληθῶς Θεὸν, *cæteros Deos omnes magis videbatur cultu prosequi, quam patrium et verum Deum:* v. Harpocrat. Lex. s. v. Ἀπόλλων πατρῷος et *Valesius* in notis ad Harpocrat. interpp. ad Hesych. sub v. πατρῷος, *Albertius, Elsnerus,* et *Kypkius* ad h. l. Sapienti vero consilio, ut apposite ad h. l. animadvertit *Kypkius,* agebat Apostolus, dum contra objectam sibi haeresin v. 5. se patrii Dei cultu et legis atque prophetarum obsequio tuebatur. Invisum quippe erat gentibus, nominatim etiam Romanis, si quis se peregrinis aut diis aut deorum cultibus addiceret, v. Dionys. Halic. Ant. lib. 2. p. 91. et not. ad Act. xvi. 21. xvii. 18. præterea Judæis per multa imperatorum et magistratuum decreta et senatus consulta sancita erat potestas, Deum patrium colendi, patriis ritibus et sacris utendi, v. Joseph. Ant. xiv. 17. xvi. 4. hinc ergo Paulus, quo sibi Romanum magistratum conciliaret, profitebatur, se etsi Christi doctrinam amplectatur, minime tamen alium Deum colere, quam adhuc colerent Judæi. οὕτω] referendum ad ea quæ sequuntur, quibus explicatur summa religionis, cujus se sectatorem profitetur. Pro καὶ ἐν τοῖς προφήταις recte *Griesbachius,* auctoritate plurium librorum reposuit, καὶ τοῖς ἐν τοῖς προφήταις.

(15.) ἣν] scilicet ἐλπίδα· formula προσδέχεσθαι ἐλπίδα legitur etiam Tit. ii. 13. αὐτοὶ οὗτοι] digito monstrat præsentes Pharisæos, qui cum Sadducæis advenerant. Male nonnulli ex his verbis collegerunt, nullum adfuisse Sadducæum, quod vel ob ea, quæ xxiii. 7 sqq. narrantur, non probabile est vid. et not. ad xxiii. 12. infra v. 21. καὶ ἀδίκων] Joseph. Ant. xviii. 2. B. I. ii. 7. tradit, Pharisæos futuram corporum restaurationem probis tantum hominibus contingere censuisse. Sed inferioris ætatis hoc inventum fuisse videtur *Knappio* Opuscc. p. 353 sq. certe Pauli tempore Pharisæos saltem maximam eorum partem, in defendenda ἀναστάσει δικαίων καὶ ἀδίκων cum Christianis consensisse, hic locus noster satis perspicue docet.

(16.) ἐν τούτῳ] Hebr. בזאת *propterea,* quoniam hanc spem foveo resurrectionis et remunerationis Xen. Cyr. i. 3. 14. ἐν δὲ τούτῳ με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος, *propterea me verberavit magister,* v. *Raphelius* Obss. Xenoph. ad h. l. *Sturzii* Lex. Xenoph. s. ἐν n. 3. *Beza* subintelligit χρόνῳ *interea,* interea temporis dum resurrectionem exspecto. *Pricæus* conjecit ἐν τοῦτο, qua conjectura admissa legendum ἐν δὲ τοῦτο, ut 2 Petr. iii. 8. arrisit hæc conjectura *Valckenario*: v. Selecta e scholis *Valcken.* ad h. l. sed nulla mutatione opus est. ἀσκῶ] scl. ἐμαυτὸν, *me exerceo, in eo elaboro*; ἀσκεῖν intransitive, vel pro medio sæpius ponitur, omisso pronomine vel nomine, ut h. l. Xen. Œcon. xi. 13. ἀσκοῦντα (scl. ἑαυτὸν)—συγχάνειν τῶν ἀγαθῶν. Rep. Laced. iv. 5. ἀσκοῦσι ὅπως κράτιστοι ἔσονται, vid. *Raphelius* ad h. l. ἀπρόσκοπος συνείδησις] conscientia recta, vitæ bene actæ, ut semper servem animum, qui sibi conscius sit, quod nec Deum nec homines offenderit, 2 Cor. iv. 2. viii. 21.

(17.) Ad tertiam accusationem, quod templum profanare conatus sit, respondet. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην] *post plures annos Hierosolymam redii.* διὰ, *post,* v. ad Marc. ii. 1. παραγίνεσθαι, *reverti,* ut Luc. xiv. 21. respondet Hebr. שוב in vers. Alex. Num. xiv. 36. Jos. xviii. 8. ἐλεημοσύνας ποιήσων] *ut stipem popularibus meis collectam afferrem,* v. xix. 21. xx. 16. καὶ προσφορὰς] *et sacra facerem,* non ergo nocere, sed prodesse, multo minus templum profanare volvi. Quod rem attinet, vid. not. ad xxi. 24, 26.

(18—20.) ἐν οἷς] in his dum occupor, dum ejusmodi pietatis officia exsequor. Captus fuit Paulus rebus sacris vacans, v. xxi. 27. Ad ἐν οἷς subintelligendum est πράγμασι, ut

Digitized by Google

ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι,
19 Οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι, καὶ κατηγορεῖν εἴ τι ἔχοιεν πρός
20 με. Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν εἴ τι εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα,
21 σταντος μου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου· Ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς,
ἧς ἔκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς· Ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν
22 ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ
Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ,

18. ↑ δι. 20. † εἰ. 22. ~ Ἀνεβάλετο δὲ αὐτοὺς ὁ Φῆλιξ.

xxvi. 12. Curt. iii. 1. *Inter hæc* (scl. negotia) *Alexander*. vid. *Bosius* de Ellips. sub v. πρᾶγμα, p. 412. ed. *Schæfer*. Pro ἐν οἷς in nonnullis libris legitur ἐν αἷς scl. πρεσφορᾶις, e glossemate. ἠγνημένον] voto obstrictum, l. voto me exsolventem, xxi. 26. οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου] a turba et tumultu remotissimum: θόρυβος ut Matth. xxvi. 5. Act. xx. 1. τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι] *Judæi quidam Asiatici*, vid. xxi. 27. referenda sunt hæc verba ad οὗτον, quod præcessit. In codd. ACE et nonnullis aliis, vers. Syr. Copt. Vulg. legitur, τινὲς δὲ: *Millius* et *Griesbachius* hanc lectionem in ordinem receperunt, et verba τινὲς δὲ κ. τ. λ. per plenam interpunctionem ab antecedentibus separarunt, atque incisi nota posita post Ἰουδαῖοι, hæc verba cum sequentibus copularunt. Jam Syrus et Arabs cum sensum hiare viderent, suppleverunt ἐθορύβησαν, *tumultum concitarunt contra Paulum*, probante *Erasmo* in notis ad h. l. *Lud. de Dieu* subintelligit εἰσὶ, *quidam autem ex Asia Judæi* sunt, *quos oportebat apud te adesse. Bengelius* subaudiendum putat ἴδοσαν, *viderunt*. Quæ quidem interpretationes omnes duræ sunt atque contortæ. *Millius*, Prolegg. §. 978. verba τινὲς ἀπὸ τ. Ἀ. Ἰουδ. explicationis caussa a quopiam ex Act. xxi. 26, 27. ad marginem adscripta fuisse, et sic in textum irrepsisse putat. Temere, v. *Wolfius* in Curis ad h. l. Locus sanus est, sed expungenda particula δὲ, sæpius a librariis textis indita, ut ap. Plat. Phædo. 14. extr. σκιψώμεθα αὐτὸ τῇ δίκῃ, ubi cod. Tub. habet, σκιψώμεθα δὲ αὐτὸ. al. (19.) οὓς ἔδει ἐπὶ σου κ. τ. λ.] *hos oportebat coram te apparere, et accusare, si quid haberent adversus me*. Judæi illi erant testes αὐτόπται; hinc Paulus eos abesse queritur; caussæ nimirum suæ diffisos, et convictos flagitii. πρός με] vid. ad Matth. v. 23. Pro ἔδει in libris haud paucis legitur δεῖ, quam lectionem probant *Wetstenius*, *Griesbachius*, alii, et in ordinem receperunt *Bengelius* et *Matthæius*. *Ernestius* Opuscc. Philol. et Crit. p. 345. ἔδει ex Græcismo præfert et defendit, cum linguæ Græcæ ratio, si δεῖ genuinum sit, desideret ut sequatur ἔχωσιν, non ἔχοιεν. Recte vero contra monuit *Hwiidius*, scriptores N. T. non ut Platonem, Xenophontem et Demosthenem ad ingenium linguæ Græcæ judicandos esse. Facile autem ex hactenus dictis apparet, quomodo δεῖ mutari potuerit in ἔδει. (20.) αὐτοὶ οὗτοι—συνεδρίου] cum illi non comparuerint, *vel hi ipsi dicant, nam in me deprehenderint crimen, cum coram synedrio starem*. αὐτοὶ οὗτοι digito monstrabat Sadducæos, qui aderant, hos enim Paulum respexisse, docent ea quæ versu seq. leguntur. cf. et xxiii. 9. εἰ ante τι plures optimæ notæ codd. omittunt, et legunt interrogative τί· recte particulam illam omittendam judicarunt *Grotius*, *Millius*, *Wetstenius*, et in editionibus suis omiserunt *Bengelius*, *Griesbachius*, *Matthæius*.

(21 sq.) Certe nihil habent aliud quod proferre possint, nisi hoc unum, quod palam professus sum, me in judicium vocari, quod mortuorum resurrectionem affirmem. Dixit autem hæc Paulus, non quasi crimen hoc fateatur, sed εἰρωνικῶς, ut recte ad h. l. notavit *Beza*. ἢ] *nisi*, ut Joh. xiii. 10. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς] *his auditis Felix eos ampliavit*, caussam in aliud tempus distulit. In pluribus libris legitur, ἀνεβάλετο δὲ αὐτοὺς ὁ Φῆλιξ, omissis verbis ἀκούσας ταῦτα, quæ lectio, utpote brevior, cum *Griesbachio* præferenda videtur. Verbum ἀναβάλλεσθαι denotat *ampliare* (Cic. Verr. i. 9.), *differre* (Cic. ad Div. v. 12. Orat. ii. 90.), *procrastinare*. Eustath. ad Hom. Odys. α'. p. 1406. 8. ἀναβάλλεσθαι, καὶ τὸ ἀνατιθέναι τὸ ἔργον, ἀντὶ τοῦ ἀνεῖν. Xenoph. Anab. vi. 1. 5. τότε μὲν ἀνεβάλλετο τὴν ἀπόκρισιν, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ etc. Hesiod. Ἔργ. 410. μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς σ' αὔριον. Diod. Sic. p. 448. A. τὴν παρ' ἐκείνου κοινὴν στρατείαν εἰς ἕτερον καιρὸν ἀνεβάλετο. add. Thucyd. v. 46. Herodo. iii. 85. v. interpp. ad Thom. Mag. sub v. ἀνεβαλέμην· *Raphelius* Obss. Herodo. et *Kypkius* ad h. l. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών· κ. τ. λ.] in explicatione horum verborum dissentiunt interpretes. *Erasmus*, *Lutherus*, *Er. Schmidius*, *Wolfius*, *Heumanus*, *Michaëlis*, *Morus*, vertunt: *quamquam accuratius norat, quam accusatores retulerant, quæ ad doctrinam Christi-*

Digitized by Google

εἰπών· Ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς. Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν 23
Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ,
ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ. Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς 24
παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ,
οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ,
περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ 25

23. ∼ αὐτὸν. 24. † αὐτοῦ.

tianam pertinerent. Putant ergo, hæc verba a Luca addita esse ea de caussa, ut Felicem iniquitatis insimularet, quod recte quidem cognoverit doctrinæ Christianæ indolem, et Paulum culpa vacuum esse intellexerit, neque tamen absolverit, sive ut Judæis gratificaretur, sive ut pecuniam a Paulo acciperet. Observant, Felicem potuisse doctrinæ Christianæ rationem nosse tum ex fama publica, cum Cæsareæ a pluribus annis nota esset doctrina Christiana x. 36 sqq. tum ex uxore Judæa, vid. ad v. 24. nec eum latuisse, Paulum innocentem esse, et a primoribus Judæorum per invidiam et calumniam accusari (coll. v. 23.), cum Felix optime nosset eorum mores et ingenia, et Lysias in epistola testatus esset, Paulum non esse crimini morte aut vinculis digno obnoxium v. xxiii. 29. Contra vero *Beza, Grotius, Rosenmüllerus, Heinrichsius,* post αὐτὸν punctum ponunt, atque adeo hæc verba a Lucæ narratione separant, et cum oratione Felicis conjungunt, atque εἰπὼν per trajectionem explicant, *quando, inquit, accuratius cognovero, quæ ad religionem Christianam pertineant,* (*et*) *Lysias huc venerit, tum* etc. Notant, decernendum fuisse de secta Nazaræorum, an ea sit legi Mosaicæ contraria v. 14. atque adeo Paulus impietatis condemnandus, hac de re audiendos fuisse præter accusatores plures viros eruditos, deinde an Paulus tumultum concitasset, de hoc audiendum fuisse Lysiam, qui omnibus Hierosolymæ gestis interfuisset, Felicem non habuisse accuratiorem doctrinæ Christianæ notitiam, inde apparere, quod eam sibi comparare studuerit coll. v. 24 sqq. Huic vero interpretationi vel hoc obstat, quod nimis violenta est verbi εἰπὼν trajectio, cum ea in medio aliquo membro inveniri soleat, hoc loco autem inter duo membra usurpetur. Longe simplicior est eorum interpretandi ratio, qui verba reddunt: *accuratius scire cupiens, quæ ad hanc doctrinam pertinerent.* Præteritum εἰδὼς vim præsentis habet, ut xx. 22. διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς] *de vobis cognoscam,* vid. ad xxiii. 15. Lysias aut Cæsaream non venit, aut, si venit, Felix promissis non stetit: coll. v. 29 sq.

(23.) Participium διαταξάμενος positum est pro verbo finito, ut v. 5. ἔχειν τε ἄνεσιν] *et remissius eum haberet.* Quo sensu hæc verba capienda sint, ea quæ sequuntur docent. Erat Paulus in custodia militari, vid. ad xxii. 29. licebat Paulo et conspectu et liberalitate amicorum frui. ἴδιοι] sunt *populares, Pauli doctrinæ addicti,* Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 630. A. Μωϋσῆς—ἐδίδουν τοὺς ἴδιους, *Moses suis addebat animum.* ὑπηρετεῖν] mittere et afferre Paulo necessaria, idem fere quod διακονεῖν, Luc. viii. 3. ubi v.

(24.) Drusilla erat filia Herodis Agrippæ majoris, cujus mors supra descripta est xii. 23. desponsata fuerat Antiocho Epiphani, ea conditione, si ad sacra Judæorum transiret, v. Joseph. Ant. xix. 9. 1. Sed ille mutata sententia, circumcisionem noluit, ideoque Drusillæ nuptias recusavit. Tum Agrippa minor, frater ejus, eam Azizo, Emesenorum regi, circumciso, collocavit Joseph. Ant. xx. 7. 1. Ἀγρίππας ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ἀζίζῳ τῷ Ἐμισῶν βασιλεῖ, περιτέμνεσθαι βουλόμενοι, Δρουσίλλαν τὴν ἀδελφήν· Ἐπιφανὴς γὰρ ὁ τοῦ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως (τῆς Κομμαγηνῆς; Joseph. Ant. xix. 9. 1.) παῖς παρῃτήσατο τὸν γάμον, μὴ βουληθεὶς εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη μεταβαλεῖν, καίπερ τοῦτο ποιήσειν προσυποσχόμενος αὐτῇ τῷ πατρί. Cum vero Felix, Judææ præses, eam vidisset, pulchritudine ejus captus, per Simonem quendam, Judæum Cyprium, eam sollicitavit, ut, relicto Azizo, sibi nuberet. Quæ persuaderi sibi passa (contra legem Israelitarum, observante Josepho, παραβῆναι τά τε πάτρια νόμιμα πείθεται), relicto marito, ad Felicem transiit, ex quo Agrippam filium genuit v. Joseph. Ant. xx. 7. 2. Drusillam, Antonii neptem, quam antea Felix uxorem habuit, v. not. ad xxiii. 24. *Grævius* ad Sueton. Vit. Claud. c. 28. suspicatur, diem obiisse, antequam Felix in Judæam venisset. Quo autem anno Drusillam Agrippæ, Felix in matrimonium duxerit, non constat, probabilis tamen est *Grotii, Heumani,* et *Michaëlis* conjectura, factum id esse tum, cum Paulus Cæsareæ in custodia teneretur, atque ea, quæ h. l. v. 24. leguntur, evenisse, cum rediisset Felix, qui exiisset ad arcessendam Drusillam. Jam cum rediisset,

Digitized by Google

δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος
ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη· Τὸ νῦν ἔχον
26 πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν, μεταπαλέσομαί σε· Ἅμα
δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύ-
λου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπό-
27 μενος, ὡμίλει αὐτῷ. Διετίας δὲ πληρωθείσης ἔλαβε διάδο-
χον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων τε χάριτας καταθέσθαι
τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

25. † ἔστιν. 26. † δὴ. | † ὅπως λύσῃ αὐτόν.

παραγενόμενος v. 17. Felix, *σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, cum Drusilla, uxore sua,* Paulum audiendi cupida. Pro *αὐτοῦ* in nonnullis libris legitur *ἰδίᾳ*, in aliis *ἰδίᾳ αὐτοῦ*, in pluribus *αὐτοῦ* omissum est, et recte ex ordine ejecit *Griesbachius*, sunt enim *ἰδίᾳ* et *αὐτοῦ* glossemata. *περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως* de fiducia in Christo, Messia, ponenda, de religione Christiana.

(25.) Disserit Paulus de Jesu salutis auctore, de ejus doctrina, virtutibus et officiis hominis Christiani, inter alia de *δικαιοσύνῃ, justitia,* suum cuique esse tribuendum, neminem lædendum; de *ἐγκρατείᾳ*, quo vocabulo indicatur *temperantia*, i. rationis in libidinem atque in alios non rectos animi impetus firma et moderata dominatio (Cic. Invent. ii. 54.) h. l. inprimis *abstinentia a libidine, castitas*, v. Gal. v. 19 ss. Col. iii. 4 ss. Xen. Ages. v. 4. *περὶ τῶν ἀφροδισίων ἐγκρατείας αὐτοῦ* de Christi et mortuorum resurrectione, atque judicio extremo, Act. xvii. 31. Qui quidem Apostoli sermo, cum Felicem vitæ flagitiosæ sibi conscium maxime perturbaret, Paulum abire jubebat opportuniore tempore rursus audiendum. *τὸ νῦν ἔχον πορεύου*] *nunc quidem abi*: *τὸ νῦν ἔχον* scl. *κατὰ, ut nunc se res habet, nunc* formula scriptoribus Græcis perquam usitata; exempla hanc in rem collegerunt *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. *καιρὸν δὲ μεταλαβὼν*] *tempus opportunum nactus*, uno verbo, *προσυπαιρέσας*, Philo de leg. ad Cai. p. 1018. B. *αὐτὸς, ἔφη, τῆς ὑμετέρας ὑποθέσεως ἀκούσας προσυπαιρήσας, pollicitus est se cognituru nostram caussam per otium.* Polyb. ii. 16. *μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἀφικόντουα.* Joseph. Ant. xviii. 8. *καιρὸν προσλαβοῦσα τοιοῦτον.* Frequentius occurrunt formulæ *λαμβάνειν καιρὸν* vel *καιροῦ*, v. *Wetstenius* ad h. l. unde in pluribus codd. legitur *λαβὼν*, male ac perperam.

(26.) *ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων κ. τ. λ.*] *simul vero etiam sperabat; sibi pecuniam a Paulo pro redimenda libertate datum iri.* Dixerat Tertullus Paulum *πρωτοστάτην τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως* v. 5. Paulus ipse professus erat, se popularibus suis stipem attulisse v. 17. credebat ergo Pauli sectatores ad eum redimendum libenter esse sumptus facturos, et quamquam lege Julia, de repetundis, prohibitum erat, *ne quis ob hominem in vincula publica conjiciendum—neve vinculis dimittendum aliquid acciperet*, Dig. lib. 48. 11. 7. hanc tamen legem magistratus Romanorum in provinciis, avari et rapaces, qualis Felix erat, non magnopere curabant, sed dimittebant captivos, ob leviores præsertim caussas in vincula conjectos, accepta pecunia: v. *Kypkius* ad h. l. Verba *ὅπως λύσῃ αὐτὸν* a pluribus codd. et verss. absunt, ea adulterina judicavit, *Millius* Proleg. §. 977. et *Griesbachius* expunxit. Recte, glossema enim redolent. *διὸ καὶ πυκνότερον κ. τ. λ.*] *quare sæpius cum eo ad se vocato colloquebatur*; comis erat erga Paulum, ut hic facile intelligere posset, procuratorem ipsum libenter dimissurum esse, accepta pecunia, eaque de re cum Paulo, non quidem ipse, attamen per alios secreto tractasse putandus est.

(27.) Cum Paulus Felici gratificari nollet, nec largitione, sed judicis sententia in libertatem vindicari vellet, nec eum Felix absolvit, sed per biennium in custodia militari detinuit, et captivum reliquit Festo, successori suo, gratiam a Judæis initurus (sed v. not. ad v. 3.) more magistratuum Romanorum, qui e provinciis discedentes, provinciales beneficiis sibi devincire studebant. *χάριν* l. *χάριτα* l. *χάριτας καταθέσθαι τινὶ* denotat, *gratiam inire apud aliquem, ut suo tempore vicissim res grata expectari vel etiam posci possit.* Gratiæ in hac formula loquendi tanquam depositum considerantur. Demosth. de falsa legat. extr. *ἀφανῆ χάριτα καταθέσθαι.* Plato Cratyl. 11. *χρήματα τιθοῦντα καὶ χάριτας καταστήσαντα.* Diod. Sic. p. 505. B. *χάριν βουλόμενος καταθέσθαι (τῷ βασιλεῖ) ἀπήλαυν πρὸς τοὺς πολεμίους.* Exempla alia plura, vid. ap. *Kypkium, Elsnerum, Westenium* ad h. l. add. *Dorvillius* ad Charit. p. 409.

Digitized by Google

ΚΕΦ. κε'.

Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας. Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ 2
Ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, καὶ
παρεκάλουν αὐτὸν, Αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μετα- 3
πέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ· ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνε-
λεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν. Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη, 4
τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐκ Καισαρείας, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν
τάχει ἐκπορεύεσθαι. Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶ, συγκατα- 5

CAP. XXV.

(1.) Paulus apud Festum, Felicis successorem, accusatur; se defendit et Cæsarem appellat. Agrippa rex et Berenice Cæsaream veniunt, Festum salutaturi v. 13. qui regi Pauli caussam dijudicandam proponit v. 14 sq. rex Paulum audire cupit v. 22. caussa perorata, omnis fere consessus eum nihil morte aut vinculis dignum commisisse pronuntiat, et Agrippa Festo affirmat, dimitti potuisse Paulum, nisi ad Cæsarem provocasset v. 23 — c. 26. fin. Φῆστος οὖν ἐπιβὰς κ. τ. λ.] *Festus cum in provinciam ingressus esset, post triduum Cæsarea relicta, Hierosolymam petiit.* ἐπιβὰς h. e. suscepto provinciæ regimine; ἐπιβαίνειν dicuntur ii, qui regionem aliquam ingrediuntur, et construitur hoc verbum cum præpositione εἰς, ut Act. xx. 18. ἐπὶ Demosth. de Coron. p. 278. ed. *Reisk.* ἐπιβαίνουσι ἐπὶ τὴν ἱερὰν χώραν, et cum Dativo Arrian. Exped. Alex. lib. 5. init. ὡς δ' ἐπέβη τῇ Νύσῃ Ἀλέξανδρος· v. *Kypkius* ad h. l. ἐπαρχία dicebantur provinciæ majores, in quas mittebantur, *proprætores*, qui et *legati Cæsaris* appellabantur, ἀντιστρατηγοὶ, πρεσβευταὶ, et *proconsules*, ἀνθύπατοι. Ab his provinciarum præsidibus diversi erant *procuratores*, ἐπίτροποι, qui reditus Cæsarum in provinciis curabant, ita tamen, ut nonnulli eorum etiam judicia facerent et jus vitæ ac necis haberent. Talis provincia etiam Judæa erat, unde Joseph. Ant. xx. 11. 1. præfecturam et administrationem Judeæ dixit ἐπιτροπὴν, voce propria, et Fadum Judeæ procuratorem ἐπίτροπον vocavit Ant. xx. I. p. 955. ed. *Havercamp.* Φάδος δὲ ὡς εἰς τὴν Ἰουδαίων ἐπίτροπος ἀφίκετο. add. c. 5. §. 1. 6. §. 2. Sed ut apud Latinos vox præsidis, omnes omnium provinciarum rectores indicat, v. *Krebsius* de usu et præstant. Romanæ hist. in interpret. N. T. p. 61 sqq. ita scriptores Græci quoque, ἐπάρχους et ἐπαρχίαν de cujuscunque provinciæ præsidibus et gubernatione usurpant. Sic Joseph. Ant. xx. 8. 11. Festum cujus h. l. mentio fit, ἔπαρχον vocavit, et Fadum, quem l. l. ἐπίτροπον dixit Ant. xix. 9. ἔπαρχον appellavit. Hunc usum loquendi etiam Lucas h. l. secutus est, et Judæa vel propterea etiam nomine ἐπαρχίας insigniri poterat, quoniam procuratores in hanc provinciam missi, jus vitæ et necis in provinciales habebant. vid. Joseph. B. I. ii. 8. 1. *Krebsius* ad h. l. et in Opuscc. Acadd. p. 139 ss. nos ad Matth. x. 18. εἰς Ἱεροσολύμα] ut urbem provinciæ primariam inviseret, conveniret cum populi primoribus etc.

(2—4.) ἐνεφάνισαν—κατὰ τοῦ Παύλου] vid. ad xxiv. 1. περὶ τοῦ Παύλου infra v. 15. ὁ Ἀρχιερεὺς] Ismael tunc temporis pontificatum gerebat, v. not. ad xxiii. 2. Joseph. Ant. xx. 8. 8.; videtur tamen h. l. intelligendus esse Ananias supra xxiii. 2. et xxiv. 1. memoratus. In aliis libris legitur Ἀρχιερεῖς, quam lectionem probarunt *Millius* Prolegg. §. 881. et *Griesbachius*; sed eam e v. 15. in hunc locum venisse puto. καὶ παρεκάλουν αὐτὸν—κατ' αὐτοῦ] *eumque precibus adierunt, hoc sibi expetentes beneficium contra Paulum*, s. *Paulo noxium*. Ut e v. 15, 16. patet, primo Judæi a Festo petierunt, ut Paulum capitis damnaret. Cum vero Festus respondisset, e legibus Romanis neminem posse indicta caussa damnari; procuratorem rogabant, ut Paulus Hierosolymam a synedrio judicandus mitteretur. ἐνέδραν ποιοῦντες] pro ποιήσοντες, *per insidias eum in itinere occisuri*, sicariorum usuri opera xxiii. 12. Hoc Judæorum consilium latuisse Festum e v. 9. patescit. (4.) Paulus, civis Romanus, cujus caussa jam ad Romanum forum delata erat, non poterat invitus synedrio tradi, vid. ad v. 9. quare Festus Judæis respondebat: Cæsareæ captivus tenetur, caussa ejus ad forum Romanum delata est, ibi ejus caussa cognoscenda, et ad eam cognoscendam eo propediem redibo. ἐν τάχει] *mox*, ut Apoc. i. 1, xxii. 6. sic τάχιον Sap. vi. 15. ἐκπορεύεσθαι] scilicet εἰς τὴν Καισάρειαν.

(5.) Verba οἱ δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, *Erasmus*, *Grotius*, alii, explicant: *quibus commodum est*, Cæsaream venire. Sed ut *Pricæus* recte monuit, hoc si Lucas voluisset, scripsisset: οἱ οὖν εὐκαιροῦντες, vel, οἷς οὖν ἐν ὑμῖν εὔκαιρόν

Digitized by Google

βάντες, εἴ τι ἐστὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ.
6 Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας [1]πλείους ||ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος,
7 ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι. Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα [1]αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου,
8 ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι· Ἀπολογουμένου αὐτοῦ· Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά
9 τι ἥμαρτον. Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, Ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ εἶπε· Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα

6. ↑ οὐ. || ↑ ἐκτὸ. 7. ∼ αἰτιώματα.

ἐστι. *Er*, *Schmidius* vertit: *qui possunt* scl. κατηγορῆσαι, qui de caussa satis instructi sunt. Alii: *qui volunt*. Has interpretationes contortas esse, et linguæ legibus contrarias abunde docuerunt *Pricæus* et *Krebsius* ad h.l. Simplicissima et verissima verborum interpretatio haud dubie hæc est: qui auctoritate et dignitate cæteris præstant, *die vornehmsten, die angesehensten unter euch;* qui v. 15. dicuntur: οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ Πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων. Vulgat. *qui in vobis potentes sunt.* Hac notione nomen δυνατὸς frequenter occurrit, ut Joseph. Ant. xiv. 13. 1. Ἰουδαίων ἑκατὸν οἱ δυνατώτατοι παραγίνονται πρὸς αὐτὸν, κατηγορεῦντες Ἡρώδου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, centum Judæorum viri potentissimi Antonium iterum conveniunt, ut Herodem cum suis accusarent. add. B. I. i. 12. 4. ἦσαν καὶ Ἰουδαίων οἱ δυνατοὶ, κατηγορεῦντες Φασαήλου καὶ Ἡρώδου. Thucyd. i. 89. οἱ δυνατοὶ τῶν Περσῶν. Xen. Cyr. v. 2. 13. ἀνδρὸς πολὺ δυνατωτέρου ἢ ἐγώ. Philo lib. 1. de vit. Mos. p. 616. B. πάντων οὖν τῶν δυνατῶν συῤῥυέντων εἰς τὰ βασίλεια, confluente omni potentum multitudine ad regiam. add. 1 Cor. i. 26. v. *Wetstenius*, *Krebsius*, atque *Læsnerus* ad h. l. Verbis εἴ τι ἐστιν in codd. nonnullis additum legitur, ἄτοπον, quod additamentum grammaticis originem suam debet. Subaudiendum ἔγκλημα l. αἴτιον l. αἰτίαμα v. 7.

(6. 7.) διατρίψας ἡμέρας—πλείους ἢ δέκα] *cum inter eos commoratus esset, plus quam decem dies.* Codd. AC. 13. 15. 27. 29. 31. al. Copt. Arm. Vulg. Theophyl. Lucif. habent, οὐ πλείους ἐκτὸ ἢ δέκα. In aliis libris legitur, οὐ πλείους ἢ δέκα· in aliis, πλείους ἐκτὸ ἢ δέκα· in aliis, πλείους ἢ ἐκτό. Vera lectio quam etiam *Grotius*, *Bengelius*, *Millius* Prolegg. §. 919. (qui tamen οὐ pro additamento habet) *Wetstenius* probarunt, et *Griesbachius* in contexta migrare jussit, est: οὐ πλείους ἐκτὸ ἢ δέκα, *non plures quam octo aut decem dies.* Scilicet voces ἐκτὸ et δέκα cum in codd. literis expressæ essent, ἡμέρας οὐ πλείους ἢ ἢ ἱ καταβὰς, librariorum incuria τὸ η bis occurrens, omissum est. Negatio autem οὐ abesse nequit, cum sic accurate respondeant verba pollicitationi Festi, qui v. 4. ἐν τάχει sese ἐκπορεύεσθαι μέλλειν dixerat. Negavit quidem *Wolfius* lectionem ἡμέρας πλείους ἐκτὸ ἢ δέκα conciliari posse cum Græca loquendi ratione, scribendum tunc fuisse πλείους ἢ ἐκτὸ ἢ δέκα, sed solet ἢ in hac forma loquendi omitti a Luca et scriptoribus Græcis optimis. Act. iv. 22. ἐτῶν πλειόνων τεσσαράκοντα. xxiii. 13, 21. ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα. Plato Apol. 1. ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα. Isocrat. Panath. p. 288. (ed. 1749.) ἐνταῦθα κατοικεῖν οὐ πλείω φήσουσιν ἐτῶν ἑκατοσίων. *Pricæus* legendum conjecit: ἡμέρας πλείους ἤδη καὶ καταβὰς, ut πλείους sit idem quod τινὰς, ut Joh. x. 17. Act. xiii. 31. xxi. 20. infra v. 14. Hæc vero conjectura, ut recte animadvertit *Albertius* in Peric. Crit. p. 26. est contra omnium codd. fidem, neque nenecessaria. (7.) περιέστησαν] *circumstetetunt*, np. tribunal. αἰτιάματα, *crimina*, Thucyd. v. 72. Plutarch. Coriol. p. 228. C. pro hac voce, quæ rarius occurrit, infra v. 18. legitur αἰτία. Hesychius: αἰτιαμάτων· ἐγκλημάτων. Criminationes, quibus Judæi utebantur, Lucas non singulatim recenset; erant nimirum, ut ex Pauli defensione patet, eædem, quas coram Felice protulerant, vid. xxiv. 5, 6.

(9.) Ex Judæorum accusatione et Pauli defensione perspiciebat Festus, esse Judæis cum Paulo controversiam de quæstionibus ad religionem pertinentibus, coll. v. 19. cumque Judæis gratificari vellet (χάριν καταθέσθαι, vid. ad xxiv. 27.), ut initia regiminis sui commendaret, Paulum interrogabat: visne Hierosolymam abire, ut ibi, me præsente, tua caussa (περὶ τούτων) disceptetur? Paulus, civis Romanus, cujus caussa jam ad forum Romanum delata erat, ut jam supra

Digitized by Google

ἀναβὰς, ἐπεὶ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ; Εἶπε δὲ ὁ 10
Παῦλος· Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ
κρίνεσθαι· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπι-
γινώσκεις. Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά 11
τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι
κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι.
Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ 12
τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη· Καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ Καί-
σαρα πορεύσῃ. Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας 13

ad v. 4. annotavimus, non poterat cogi auctoritatem synedrii agnoscere, hinc eum Festus interrogabat, an a Judæis judicari vellet? Probabile est Festum ipsum non credidisse Paulum conditionem accepturum esse coll. v. 7, 8, 11, 18. Cæterum præsides non Cæsareæ tantum, sed etiam Hierosolymis, prætorium habebant et jus dicebant: v. Matth. xxvii. 2. Joh. xviii. 28. ἐπ' ἐμοῦ] me præsente et judice xxvi. 2. synedrii enim sententia a procuratore confirmanda erat. κρίνεσθαι] v. xxiii. 6.

(10.) Paulus vero probe memor insidiarum sibi a Judæis structarum, cum et Festum videret faciliorem sese erga Judæos gerere, et Romæ doctrinam Christi prædicare cuperet, v. xxiii. 11. judicio hominum, qui internecino odio ipsum persequerentur, submittere sese nolebat. Sed respondebat procuratori: *Coram Cæsaris tribunali constitutus sum, ubi me oportet judicari, Judæis nullam injuriam feci, quod tu quoque melius nosti.* ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι] cum enim procuratores Judææ potestatem juris dicundi a Cæsare accepissent, atque adeo ipsius Cæsaris nomine et auctoritate cognoscerent et judicarent, recte is poterat dici ἐπὶ τοῦ βήμ. Καίσ. ἑστώς, qui coram hujus provinciæ procuratore, criminum postulatus, causæ suæ defensionem suscipiebat: vid. *Krebsius* in diss. de provocatione Pauli ad Cæsarem, inserta ejusd. Opuscc. Academ. et Scholasticis p. 143. Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα] falsæ sunt eorum criminationes, neque adeo tuum judicium reformido. ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις] *sicut tu optime nosti*, ex actu præsente, in quo nihil τῶν αἰτιαμάτων ἀποδεῖξαι Judæi potuerunt: vid. v. 18, 19. Comparativus κάλλιον vim superlativi habet, ut sæpius. Alii explicant: melius nosti, quam ut opus sit ea de re te pluribus edocere.

(11.) εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ κ. τ. λ.] *nam si delictum commisi, et crimen morte dignum, non recuso mori*; modo feratur sententia a judice justo. Verbum ἀδικεῖν h. l. declarat, *delictum committere*: v. τοὺς ο'. 2 Paralip. xxvi. 16. sic ἀδίκημα Act. xxiv. 20. παραιτεῖσθαι] *recusare, fugere*, Joseph. Ant. iii. 8. 8. Μωϋσῆς δὲ πᾶσαν τιμὴν παραιτησάμενος. Philo de Creat. princ. p. 728. παραιτείσθω τὰς κρίσεις, *recuset munus judicis*. Diog. Laërt. 8. p. 532. βασιλείαν παραιτεῖσθαι· vid. *Raphelius* Obss. Herodo. *Krebsius*, *Wetstenius*, et *Loesnerus* ad h. l. *Dresigius* de Verb. Med. p. 362 sqq. add. Herodi. iv. 14. 3. vii. 5. 18. εἰ δὲ οὐδέν ἐστι] *si autem vana, falsa sunt*, vid. xxi. 24. οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι] vid. ad iii. 14. nemo me potest eorum libidini condonare, et in eorum gratiam condemnare, np. salvo jure, salva justitia. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι, *Cæsarem* (qui tunc erat Nero) *appello*, si scilicet me vis synedrio judicandum tradere. Lege Valeria, Porcia et Sempronia cautum erat, ut si quis magistratus civem Romanum verberare et necare vellet, accusatus ad populi judicium provocare posset, intereaque nihil ab illo magistratu pateretur, nisi quando populus judicasset: v. intpp. ad Flor. i. 9. 4. not. ad Act. xvi. 37. Quod vero antea juris populi erat, id deinceps factum est Cæsaris, ut nimirum ad eum provocaretur; hinc etiam Plinius Christianos, qui cives Romani erant, et ad Cæsarem provocarant, in urbem mittebat. Ep. x. 97. *quos, quia cives Romani erant, annotavi, in urbem remittendos*: vid. et *Krebsius* l. l. p. 148.

(12.) Provocatio erat sub conditione facta, Festus igitur, deliberatione cum consiliariis instituta, respondebat: ad Cæsarem provocasti, ad Cæsarem ibis. Lubenter arripiebat Festus occasionem se ab hac caussa molesta et invidiæ plena liberandi. μετὰ τοῦ συμβουλίου] habebant provinciarum præsides suos assessores (ut vocantur a Lamprid. Vit. Alex. Severi c. 46.) consiliarios (Sueton. Tib. 33.) qui a Josepho B. I. ii. 16. dicuntur φίλοι ἡγεμόνος, a Dio. Cass. p. 505. E. πάρεδροι] quibuscum, antequam sententiam dicerent, deliberarent, v. Cic. Verr. ii. 13. *Perizonius* de Prætorio p. 718. *Casaubonus* Exercitt. Antibaron. p. 137. Post ἐπικέκλησαι nota interrogationis delenda est.

Digitized by Google

ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασό-
14 μενοι τὸν Φῆστον. Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ
Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων·

(13.) ἡμερῶν δὲ διαγινομένων τινῶν] *post aliquot dies;* infra xxvii. 9. ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγινομένου. Æl. H. V. iii. 19. τριῶν μηνῶν διαγινομένων, *tribus mensibus elapsis.* Herodi. i. 10. 1. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγινομένου, ubi v. *Irmischius.* Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς] Agrippa minor, Herodis magni abnepos, Agrippæ majoris (v. not. ad xxiv. 24.) filius, ultimus Judæorum rex, qui annos LVI. regnavit, et multum auctoritate apud Claudium imperatorem valuit. Mortuo parente, cum adolescenti septendecim annorum, v. Joseph. Ant. xx. 8. 5. in aula imperatoris educato, et tum Romæ præsenti, Claudius tantum regnum committere nollet: patri in regno Judææ successor non datus est, sed Cuspius Fadus procurator in Judæam missus, Joseph. Ant. 19. extr. et Agrippa, octavo Claudii anno, ab eo accepit tetrarchiam Chalcidenam, mortuo Herode, Chalcidis Syriacæ rege, patruo suo; cui tetrarchiæ cum quatuor præfuisset annos, Chalcidem ei Claudius abstulit, eumque tetrarchia, quam primo Philippus, et post Agrippæ I. mortem procurator Romanus imperio tenuerat, Batanæa, Auranitide, Trachonitide (v. ad Matth. ii. 22.) et Lysaniæ tetrarchia (v. ad Luc. iii. 1.) donavit. v. Joseph. Ant. xix. 7 ss. lib. 20. 5 ss. B. I. ii. 21. iii. 2. Cæterum diu superfuit hic Agrippa II. Hierosolymorum excidio, regno incolumi, et aliquot urbium accessione Vespasiani beneficio ampliato, v. *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 265 ss. *Noldius* de vita et gestis Herodum, ad calcem Opp. Joseph. ed. Haverc. T. ii. p. 333. Βερνίκη] quæ scriptoribus exteris Βερενίκη (ut Juvenal. Sat. vi. 156.) et Βερενίκη dicitur, erat Agrippæ II. soror, Herodis Agrippæ I. filia natu major, primum Herodi, patruo suo, Chalcidis regi nupta fuit, quo mortuo, Polemoni Ciliciæ regi, postquam hic ad Judæorum sacra transierat, nupsit; id tamen conjugium non diuturnum fuit, sed Bernice eum deseruit (qui tum et ipse desertor religionis Judaicæ factus) et ad fratrem Agrippam rediit, quem incestus cum ea commissi suspectum fuisse, memorat Joseph. Ant. xx. 7. 3. Βερνίκη δὲ μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν, ὃς αὐτῆς ἀνὴρ καὶ θεῖος (patruus) ἐγεγόνει, πολὺν χρόνον ἐπιχηρεύσασα φήμης ἐπεσχόσης, ὅτι τ' ἀδελφῷ συνῴκει, πείθει Πολέμωνα, Κιλικίας δὲ ἦν οὗτος βασιλεύς, περιτεμνόμενον ἄγεσθαι πρὸς γάμον αὐτὴν, οὕτως γὰρ ἐλίγξειν ἔφατο ψευδεῖς τὰς διαβολάς. Καὶ ὁ Πολέμων ἐπείσθη μάλιστα διὰ τὸν πλοῦτον αὐτῆς· οὐ μὴν ἐπὶ πολὺ συνέμεινεν ὁ γάμος, ἀλλὰ Βερνίκη δι' ἀπολασίαν, ὡς ἔφασαν, καταλείπει τὸν Πολέμωνα· ὁ δὲ ἅμα τοῦ γάμου καὶ τοῦ τοῖς ἔθεσι τῶν Ἰουδαίων ἐμμένειν ἀπήλλακτο. Juvenal. Sat. vi. 156 ss. *Adamas notissimus, et Berenices In digito factus pretiosior, hunc dedit olim Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippæ sorori, Observant ubi festa mero pede sabbata reges, Et vetus indulget senibus clementia porcis.* Tanta fuisse fertur pulchritudine, ut et Titum Cæsarem amore inflammaret Sueton. V. Tit. 7. *suspecta in eo etiam luxuria erga— nec minus libido propter exoletorum et spadonum greges, propterque insignem reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur—Berenicen statim ab urbe dimisit, invitus invitam.* Tacit. Hist. ii. 81. *regina Berenice — florens ætate formaque, et feni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata.* ἀσπασόμενοι] *Festum salutaturi,* eique susceptam provinciam gratulaturi.

(14.) ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον] *Festus regi Pauli caussam narravit:* ἀνατίθεσθαι valet *conferre, communicare, exponere,* Artemidor. Onirocr. ii. 64. καὶ ἀνατιθέμενός τινα τῶν ἐπιστημόνων τὸ ὄναρ, ἔμαθον ὡς ἄφρακτος ὑπεστρέφει αὐτοῦ υἱὸς, cum id somnium exposuisset interpreti, didicit, re infecta filium rediturum. Herodi. iii. 9. 21. τὰς μάχας τε καὶ νίκας δημοσίας ἀνέθηκε γραφαῖς, *pugnas et victorias publicatis exposuit picturis.* Diog. Lært. ii. 18. 16. ἀκούω περί σε ἀνατεθῆναι περὶ ἡμῶν, *audio tibi de nobis plurima fuisse narrata,* add. Gal. ii. 2. 2 Macc. iii. 19. Cic. Orat. i. 17. *hæc, cum Rhodum venissem, et cum Apollonio ea, quæ a Panætio acceperam, contulissem.* v. et *Kypkius* ad h. l. Cum Agrippa, Judæus, Judaicarum legum et quæstionum non ignarus esset, cum ei etiam cura et inspectio templi, ut et jus summos pontifices denominandi et abdicandi, hæreditatis lege, a patruo Herode, Chalcidis rege, qui illud jus ab imperatore Claudio obtinuerat, obtigisset, v. *Deylingius* l. l. p. 265. cum et Paulus accusaretur, quod templum profanare ausus esset, v. xxi. 28. xxiv. 6.: Festus Pauli caussam Agrippæ retulit, ut ejus consiliis in re ei notiori juvaretur coll. v. 20. 26, 27. τὰ κατὰ τὸν Παῦλον] *res Pauli, caussa Pauli,* Demosth. epist. 3. init. περὶ μὲν τῶν κατ' ἐμαυτὸν, *de iis rebus, quæ ad me pertinent.* Polyb. v. 56. init. ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν, *de rebus suis.* Thucyd. iii. 68. τὰ κατὰ Πλάταιαν, *res ad Plataeam gestæ.* Diod. Sic. p. 169. D. τὰ καθ' ἑαυτὸν, *res suæ.* Id. p. 690. D. τὰ

Digitized by Google

Ἀνήρ τις ἐστὶ καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος· Περὶ 15
οὗ, γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ
οἱ Πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην.
Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, χαρίζεσθαί 16
τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ
πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι
περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, 17
ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ
βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα. Περὶ οὗ σταθέντες 18
οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον, ὧν ὑπενόουν ἐγώ·
Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς 19

κατ' Ὀλυμπιάδα, res Olympiadis. Eph. v. 21. *τὰ κατ' ἐμέ, res meæ,* v. *Kypkius* ad Eph. l. c. *Münthius* ad h. l. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 190.

(15.) *ἀρχιερεῖς*] sacerdotum principes, v. Act. xxii. 30. xxiii. 14. Sic et olim synedri rogarunt Pilatum, ut Jesum, omissa omni cognitione caussæ, capitis damnaret, v. ad Matth. xxvii. 11. Joh. xviii. 29. *δίκη*] de cujus vocabuli significationibus copiosius disputavit *Er. Schmidius* ad h. l. inter alia significat, *pœnam, supplicium,* ut 2 Thess. i. 9. Suidas: *δίκη, ὅτι μὲν τὸ ἔγκλημα, ὅτι δὲ ἡ κόλασις.* Ammonius: *δίκη, ἢ τε κρίσις, καὶ ἡ τιμωρία.* Xen. Anab. i. 3. 10. *δίκην ἐπιτιθέναι, pœnam irrogare.* Hist. Gr. iii. 3. 11. *δίκης τυχεῖν, puniri.* add. Plutarch. de Educ. Puer. xiv. 26. et 30. Herodo. i. 3. et *sententiam condemnatoriam,* ut adeo sit id. qd. *καταδίκη,* prouti etiam in codd. nonnullis ex interpretamento legitur, atque hoc significatu voc. *δίκη* h. l. accipiendum est.

(16.) *πρὸς οὓς ἀπεκρίθην κ. τ. λ.*] *quibus respondi, non esse Romanis hunc morem, ut quemquam in gratiam aliorum condemnent,* indicta scl. caussa, sicut mox explicat, vid. ad xxi. 37. Seneca de Benef. vi. 8. *judices quem damnaturi erant caussa, damnare gratia noluerunt.* Idem asserit Philo in Flacc. p. 759. *ἴσου καὶ τῶν κατηγόρων καὶ τῶν ἀπολογουμένων, μηδένας ἀπρίτους προκαταγιγνώσκειν ἀξιοῦντες.* Verba *εἰς ἀπώλειαν* desunt in ACE. al. Copt. Sahid. Vulg. ea pro insitivis habent *Millius* Prol. §. 806. et *Bengelius,* sed omissa esse videntur, quoniam verbum *χαρίζεσθαι* v. 11. simpliciter positum legitur. *πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος—τοῦ ἐγκλήματος*] *antequam reus præsentes habuerit accusatores, et locum nactus fuerit, se contra criminationem defendendi. κατὰ πρόσωπον ἔχοι,* v. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Xen. Hier. i. 14. *τυράννῳ κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν, tyrannum præsentem,* s. *in os reprehendere.* Aristoph. Ran. 639. *ἵνα σοι κατ' ὀφθαλμοὺς λίγῃ.* Formula *τόπον λαμβάνειν* notat, *locum* i. potestatem, occasionem nanciscí, Sir. iv. 5. *μὴ δῶς τόπον ἀνδρώπῳ καταφάσκειν σε.* add. 1 Macc. ix. 45. Cic. de Orat. c. 42. *quem habebant instituendi aut docendi locum*: cf. et *Bielii* Thes. sub v. *τόπος.*

(17—19.) *συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε*] cum in hac urbe convenissent: v. 5, 7. *ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος*] *sine mora; ἀναβολὴν ποιεῖσθαι* est id. qd. *ἀναβάλλεσθαι, differre,* supra xxiv. 22. ut ap. Demosth. de Cor. p. 317. A. Thucyd. ii. 42. v. *Wetstenius* ad h. l. et *Dresigius* de V. M. p. 423. *ἀχθῆναι*] id. qd. *πραχθῆναι* xii. 6. *οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον*] *nullum crimen intulerunt,* ei objecerunt: *ἐπιφέρειν αἰτίαν* est Lat. *crimen inferre.* Cic. Verr. v. 41. *aliis proditionis crimen inferret.* Ad Herenn. iv. 35. *accusatoris officium est inferre crimen; defensoris diluere et propulsare.* Herodo. iv. 167. *αἰτίην οἱ ἄλλην ἐπενείκας.* Herodi. iii. 8. 13. *ἄλλοις ἄλλας ἐπιφέρων αἰτίας, aliis alia objiciens crimina.* Diod. Sic. p. 270. B. *ἀπολογήσασθαι περὶ τῆς ἐπιφερομένης αἰτίας, crimen objectum refellens.* Joseph. Ant. ii. 6. 7. de Josephi fratribus: *οἱ δὲ τῆς κουφολογίας τὸν οἰκέτην ἐθαύμαζον, τολμῶντα αἰτίαν ἐπιφέρειν ἀνδράσιν, illi vero servum ob sermonis levitatem mirabantur, utpote qui crimen inferre viris ausus esset.* cf. *Raphel.* Obss. Polybb. *Kypkius, Wetstenius, Lœsnerus, Münthius* ad h. l. *Burmanus* ad Phædr. i. 1. 4. *ὧν ὑπενόουν ἐγώ*] *ejusmodi, quale ego suspicabar.* Suspicatus erat Festus, Paulum seditionem adversus Cæsarem in Judæa movere voluisse, aut latrociniis provinciam infestasse, sed audita Judæorum accusatione, et Pauli defensione, perspiciebat, esse Judæis controversiam cum Paulo de quæstionibus ad religionem ipsorum pertinentibus, et de Jesu, quem Paulus affirmaret in vitam rediisse. *ὧν*] pro *ἐκείνου ἃ,* ut sæpius. *περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας*] *de ipsorum religione: δεισιδαιμονία* et *superstitionem* et *religionem* indicat, vid. not. ad xvii.

Digitized by Google

αὐτὸν, καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος
20 ζῆν. Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, ἔλε-
γον, εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ κρίνεσθαι
21 περὶ τούτων. Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι
αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι
22 αὐτὸν ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα. Ἀγρίππας δὲ
πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη· Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου
23 ἀκοῦσαι. Ὁ δὲ Αὔριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτοῦ. Τῇ οὖν
ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολ-
λῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον, σύν τε
τοῖς χιλιάρχοις, καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πό-
24 λεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ Παῦλος. Καί
φησιν ὁ Φῆστος· Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπα-
ρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν

22. recte autem monuerunt interpretes tantum non omnes, h.l. vocabulum δεισιδαιμονία bono sensu accipiendum esse, cum non credibile sit, Festum, hominem haud inurbanum, religionem Judaicam exagitasse præsente Agrippa, rege, huic religioni addicto.

(20—22.) "Hic vero Festus peccatum suum tegit, et se ipsum coarguit. Cur enim reum non absolvebat, in quem nihil probaretur? Itaque si quod res erat dixisset, fassus esset, se idcirco Cæsarea Hierosolymam transferri voluisse Paulum, ut Judæis gratificaretur." *Beza.* ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν] *dubius hærens de hujus rei quæstione*, ignorans quid de tali controversia religionem Judaicam spectante decernerem. Verba περὶ τούτου nonnulli referunt ad Jesum, et de quæstione ad Jesum spectante explicant; quasi Festus dubius hæsisset, num Jesus in vitam rediisset, an non? sed haud dubie Paulus non tantum de Jesu in vitam reditu sed omnino etiam de resurrectione mortuorum verba fecerat, ut coram Felice; præcessit v. 19. ζητήματα δέ τινα, sequitur v. 20. extr. κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων] velletne Paulus ut ibi hæc caussa disceptaretur: coll. v. 9. Itaque ad περὶ τούτου subaudiendum est πράγματος, et referenda sunt hæc verba ad ea quæ v. 19. præcesserunt. Hinc etiam in pluribus libris pro περὶ τούτου e glossemate legitur περὶ τούτων. (21.) τηρηθῆναι] pro εἰς τὸ τηρηθῆναι· bene *Schottus: cum Paulus ad Cæsarem provocasset, ut hujus cognitioni asseveraretur.* Σεβαστὸς, *Augustus;* inde a Cæsare Octaviano, qui primus hoc cognomen assumpsit, sequentes imperatores illud retinuerunt, vid. Philo Leg. ad Cai. p. 1012. D. *Spanhemius* de Usu et Præst. Numism. Diss. 12. p. 371. *Püttmani* Diatribe de titulo semper Augustus, Lips. 1791. 4. Pro πέμψω in aliis libris extat ἀναπέμψω, quod cum *Griesbachio* præfero. (22.) Agrippa, ad cujus aures plura de Jesu et Christianorum secta pervenerant, vid. xxvi. 26, 28. cupidum se ostendebat Paulum audiendi, et lubenter ipsius desiderio satisfaciebat procurator, coll. v. 26, 27.

(23.) *Itaque postridie Agrippa et Berenice magna cum ambitione veniunt, atque cum tribunis et civitatis principibus ingrediuntur auditorium, et Paulus Festi jussu adducitur.* μετὰ πολλῆς φαντασίας] *cum ingenti pompa* (Eutrop. iv. 4.), Vulgatus eleganter: *cum multa ambitione*, quibus verbis idem interpres expressit etiam formulam: μετὰ παραπομπῆς μεγάλης, 1 Macc. ix. 37. Corn. Nep. V. Dion. ii. 2. *magnaque eum* (Platonem) *ambitione Syracusas perduxit.* φαντασία speciosus regiæ magnificentiæ splendor, magnus apparatus vestitus, comitantium, pedissequorum. vid. de hac voce *Wesselingius* ad Diod. Sic. xii. 83. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Wetstenius* ad h.l. ἀκροατήριον] locus, in quo judices ad cognoscendam caussam conveniunt, *der Gerichtssaal*, Lat. *auditorium*, quo sensu frequens est hæc vox in jure Romano. vid. *Schleusneri* Lex. h.v. χιλιάρχοις] quinque cohortes Cæsareæ erant, Joseph. B. I. iii. 4. 2. singulis præerat χιλίαρχος, tribunus. ἄνδρεις οἱ κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πόλεως] *civitatis primores*, id. qd. ἔξοχοι. Similiter dicitur ὁ λόγος ὁ κατ' ἀλήθειαν pro ἀληθὴς, et ἡ ζωὴ ἡ κατ' εὐσέβειαν pro εὐσεβής.

(24. 25.) περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος—ἐνθάδε] *propter quem omnis Judæorum multitudo me convenit* (s. *mecum egit*) *cum Hierosolymis,*

Digitized by Google

Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπι-
βοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι. Ἐγὼ δὲ καταλαβόμε- 25
νος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, καὶ αὐτοῦ δὲ
τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.
Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ οὐκ ἔχω· διὸ προ- 26
ήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ
Ἀγρίππα, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης, σχῶ τι γράψαι.
Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ' 27
αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι.

ΚΕΦ. κϛ'.

Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ
σεαυτοῦ λέγειν. Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν
χεῖρα· Περὶ πάντων, ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ 2
Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσ-
θαι ἐπὶ σοῦ σήμερον· Μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν 3
κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων· διὸ δέομαί σου,

2. ~ ἐπὶ σοῦ μέλλων σήμερον ἀπολογεῖσθαι.

tum in hac urbe: ἐντυγχάνειν τινὶ inter alia notat, apparere coram aliquo, adire aliquem, ut tibi ab eo aliquid expetas etc. Hesychius: ἐντυγχάνει, προσέρχεται. Theophr. Char. i. 2. τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προστάξας ἐκκαλεῖν, qui volunt ipsum convenire, confestim eos jubet redire. Polyb. Hist. iv. 76. ἐντυχόντων δὲ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων. Herodi. i. 2. 5. ἀπεσταλεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. 3 Macc. vi. 37. ἐντυχεῖν δὲ τῷ βασιλεῖ, τὴν ἀπόλυσιν αὐτῶν εἰς τὰ ἴδια αἰτούμενοι. add. Ælian. H. V. i. 21. cf. etiam *Elsnerus*, *Münthius* et *Lœsnerus* ad h. l.

(26. 27.) τῷ κυρίῳ] *Domino*, i. e. Cæsari. Domini nomen, Augustus et Tiberius repudiaverant, cum hoc nomen Latinis antiquis eandem quam regis et tyranni vim haberet. Sueton. Vit. Aug. 53. *Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in mimo: O dominum æquum et bonum! et universi quasi de ipso dictum, exsultantes comprobassent; et statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, et insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio, vel joco, passus est.* Sueton. V. Tiber. 27. *Dominus appellatus a quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliæ caussa nominaret.* Insecuti vero imperatores hanc appellationem admiserunt. Trajanum Plinius in epp. et Panegyr. sæpius ita appellat. cf. *Spanhemius* ad Julian. Orat. p. 221. de Usu et Præst. Numism. p. 729 sq. *Wetstenius* ad h. l. et ques laudavit *Wolfius*. ἐπὶ σοῦ] legum quæstionumque Judaicarum haud ignaro coll. xxvi. 3. ἀνακρίσεως γενομένης] *inquisitione facta, nach gegenwärtigem Verhör*, vid. ad xxiv. 8. Pro γράψαι in aliis libris legitur γράψω, fortassis vere, cum præcesserit γράψαι. (27.) τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας] *crimina ipsi illata*, Diod. Sic. p. 688. D. κολάζειν τὰς αἰτίας τῶν κακῶν, *pravorum crimina plectere*, v. et *Raphelius* Obss. Xenoph. ad h. l.

CAP. XXVI.

(1. 2.) ἐκτείνας τὴν χεῖρα] more antiquo orationem habituri manum extendere solebant. Apuleius Metamorph. 2. p. 54. *porrigit dextram, et ad instar oratorum conformat articulum; duobusque infimis conclusis digitis, cæteros eminentes porrigit.* Polyæn. 4. p. 317. ἀνέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς δημηγορήσων, v. *Elsnerus* ad h. l. scribere potuisset Lucas λέγων ut xxiv. 2. sed elegantius scripsit ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Male *Er. Schmidius* aliique putant, Paulum silentii imponendi caussa manum extendisse xii. 17. xiii. 16. ἐπὶ σοῦ] *coram te, te præsente et judice*, v. xxv. 9. præcessit xxv. 26. ἀνακρίσεως γενομένης.] Cæterum iis quæ v. 2, 3. leguntur, volebat quidem Paulus Agrippæ benevolentiam captare, sed vera erant quæ proloquebatur.

(3.) μάλιστα — καὶ ζητημάτων] *cum tibi inprimis cognita sint omnia instituta et dogmata Judæorum.* γνωστὴν ὄντα σε] accusativi absoluti positi sunt pro genitivis consequen-

Digitized by Google

4 μακροθύμως ἀκοῦσαί μου. Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνεί μου ἐν Ἱεροσολύ-
5 μοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι· Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν,) ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν
6 τῆς ἡμετέρας θρησκείας, ἔζησα Φαρισαῖος. Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ
7 Θεοῦ, ἕστηκα κρινόμενος· Εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ἐν

6. ↑ ἡμῶν.

tiæ, γνωστοῦ ὄντος σου, fit hoc inprimis particula ὡς præmissa, ea tamen etiam omissa. Ælian. H. V. ii. 13. οὕτω δὲ καὶ φύσει φθονεροὺς ὄντας, καὶ τοῖς ἀρίστοις βασκαίνειν προαιρουμένους, deinde quoniam natura invidi erant Athenienses, et optimis quibusque obtrectare malebant. ubi v. Perizonius. Soph. Aj. 136. εἰ μὲν, εἴ τι πράσσοντ' ἐπιχαίρω· ubi schol. ἀντὶ τοῦ συγχαίρω σοῦ εἴ τι πράσσοντος. Antocides Orat. c. Alcibiad. p. 303. Hanov. ἔστι δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν, φυλάττεσθαι πολιτῶν τοὺς ὑπερευχομένους, ἐνθυμουμένους ὑπὸ τῶν τοιούτων τὰς συμφορὰς παθισταμένας, pro ἐνθυμουμένων αὐτῶν. Thucyd. ii. 52. ἐπισκευὴν οὐκ οὖσαν τῶν νεῶν. Xen. Cyr. vi. 2. 8: καὶ ὁ μὲν πολεῖ-σσος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην, ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων, maxima vero pars exercitus hoc erat animo, quasi qui omnino jam vicissent, atque hostium res nullius momenti forent. Exempla plura hanc in rem collegerunt *Albertius*, *Raphelius* Xenophh. et Polybb. atque *Kypkius* ad h. l. Post μάλιστα in nonnullis codd. adjectum legitur ἱστάμενος, in aliis post ὄντα σε, partic. εἰδὼς, sed utrumque additamentum profectum est a grammaticis, elegantiam hujus constructionis ignorantibus, ut recte observavit *Albertius* ad h. l. ἔθη] instituta Judæorum, leges, ritus. ζητήματα] quæstiones de religionis Judaicæ placitis. μακροθύμως] æquo animo; xxiv. 4. τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

(4. 5.) τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου κ. τ. λ.] quod vitam quidem meam attinet a puero inde actam, qualis, nimirum, ab initio Hierosolymis inter populares meos fuerit, omnes Judæi norunt, quibus olim notus fui, si modo velint fateri, me severissimæ religionis nostræ disciplinæ accommodate vixisse, Pharisæum. vid. Argum. cap. 23. βίωσις, ut Lat. *vita*, notat, *vivendi rationem*: Sirac. Prolog. διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως. Sic βίου, Sap. xii. 23. Plin. ep. iii. 20. 5. *dicebat ipse pro se, vitam suam explicabat.* ἀπ' ἀρχῆς ab eo inde tempore quo Hierosolymam veni. ἄνωθεν] olim id. qd. ἀπ' ἀρχῆς et ἐκ νεότητος, vid. ad Luc. i. 3. προγινώσκοντες] id. qd. simplex γινώσκοντες, ut Sap. vi. 14. Male nonnulli ἄνωθεν copulant cum ἔζησα, vertunt: probe sciunt me, olim secundum severissimam sectam vixisse. κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν] vid. ad xxii. 3. xxiv. 14. θρησκείας] religio, Jac. i. 27.

(6.) Per τὴν ἐλπίδα, interpretes nonnulli, præeunte *Grotio*, intelligunt spem resurrectionis mortuorum, quæ resurrectione Jesu certior facta est, ut xxiii. 6. xxix. 15. Verum, ut scite observavit *Michaëlis*, adversantur huic sententiæ verba v. 7. εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον κ. τ. λ.] Etenim resurrectionem mortuorum non omnes Judæi exspectabant, negabant eam Sadducæi, sed Messiam tunc temporis omnes exspectabant, et hanc promissionem de Messia venturo, Deum νύκτα καὶ ἡμέραν colendo v. 7. se assecuturos sperabant. Præterea ubi alias promissio populo Judaico a Deo data simpliciter commemoratur, ibi plerumque promissio de futuro Messia intelligitur, ut xiii. 32. al. v. *Eckermani Theolog. Beyträge*, B. 1. St. 2. p. 193 ss. Dicit ergo Paulus: in judicium adductus adsto, propter spem venturi Messiæ majoribus nostris a Deo promissi, cujus adventum populus Judaicus avide exspectat, quem ego venisse doceo, dum Jesum Messiam esse profiteor, v. xxviii. 20. Dogma doctrinæ Christianæ præcipuum Agrippæ haud ignotum, v. xxv. 19. xxvi. 26, 29. erat, Jesus, qui se Messiam declaravit, a Deo in vitam revocatus, adeoque pro Messia habendus est, vid. not. ad xxiii. 6. xxiv. 21. xxv. 19. Cum ergo Paulus ostendere vellet Jesum esse Messiam, verba etiam faciebat, et facere debebat de Jesu resurrectione coll. v. 8. Brevis et concisa est Pauli oratio, atque eo majorem vim habebat ad feriendum et permovendum Agrippæ animum, qui rationes quidem Sadducæorum politicas probabat, non vero reliqua eorum dogmata et placita, vid. not. ad Matth. xiv. 2. et *Michaëlis* ad h. l. (*Harduini* sententiam de paganismo Agrippæ explosit *Deylingius* Obss. Sacr. P. 2. p. 264.) ἐπ' ἐλπίδι τῆς κ. τ. λ.] nonnulli vertunt: accusor ob spem collocatam in promissiones a Deo majoribus factas, vel, in judicium vocor, quod rata fore speravi promissa majoribus nostris de Messia venturo data. Erat autem Paulus a Judæis in jus vocatus, quod hanc spem non fovebat, quoniam Messiam venisse docebat. εἰς ἣν] scl. ἐλπίδα, *cujus spei potiundæ causa*. τὸ δωδε-

Digitized by Google

ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον, ἐλπίζει καταντῆσαι· περὶ
ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ τῶν Ἰου-
δαίων. Τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς 8
ἐγείρει; Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ 9
τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. Ὃ καὶ ἐποίησα 10
ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατ-
έκλεισα, τὴν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρου-
μένων τε αὐτῶν, κατήνεγκα ψῆφον· Καὶ κατὰ πάσας τὰς 11
συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς, ἠνάγκαζον βλασφη-
μεῖν, περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς

7. † τῶν. 10. ↑ ἰν.

πάφυλον] periphrasis gentis Judaicæ; hoc nomen non alias occurrit, sed δώδεκα φυλαὶ Jac. i. 1. al. ἐν ἐκτενείᾳ] pro ἐκτενῶς intente, xii. 5. Judith. iv. 9. νύκτα καὶ ἡμέραν] indefesso studio, Luc. ii. 37. καταντῆσαι εἴς τι] notat, *pervenire ad aliquid, consequi aliquid*, ut Eph. iv. 13. Hesychius: καταντήσας, λαχὼν, πληρώσας. vid. *Wesselingius* ad Diod. Sic. iv. 53.

(8.) τί; ἄπιστον κρίνεται κ. τ. λ.] *quid? judicaturne apud vos incredibile, Deum mortuos in vitam revocare posse? Grotius, Er. Schmidius, Matthæius*, interrogationis notam post τί delendam, eamque in fine versus ponendam censuerunt, ut adeo τί idem sit quod διατί, *cur?* ut i. 11. iii. 12. xiv. 15. sed vulgari interpungendi ratione admissa fortior existit oratio. Similis locus Rom. iii. 9. vi. 15. In verbis νεκροὺς ἐγείρει non est cogitandum de omnium mortuorum resurrectione, nam nec legitur τοὺς νεκροὺς, est ergo νεκροὺς indefinite dictum, et sententia verbis inest hæc: Deum mortuos in vitam revocare posse, vos Judæi conceditis, cur ergo fidem denegatis nobis testantibus Jesum a Deo in vitam revocatum, adeoque Messiam esse?

(9.) ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ—δεῖν] *equidem mei officii esse putabam.* Magnam locorum farraginem, in quibus legitur δοκῶ μοι, attulit ad h. l. *Wetstenius.* πρὸς τὸ ὄνομα—πρᾶξαι] *multis modis Jesu Nazareno adversari*; πρὸς τὸ ὄνομα id. qd. πρὸς τὸν Ἰησοῦν. vid. Matth. x. 22. xix. 29. Marc. x. 29. Act. v. 41. Sed impugnare Jesum est, religioni ipsius adversari, sectatores ipsius persequi. Formula ἐναντία πράττειν, *adversa agere*, etiam a Demosth. et Thucyd. adhibetur, et plerumque cum dativo construitur, ut illis Demosth. et Thucyd. locis, quos *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. attulerunt, ut infra xxviii. 17.

(10.) φυλακαῖς κατέκλεισα] non nimis premendum, id. qd. παραδοῦναι εἰς φυλακὴν, viii. 3. xxii. 4. τὴν ἐξουσίαν] pro ταύτην ἐξουσίαν, *hanc potestatem*, ut infra v. 17. τοῦ pro τούτου, et v. 19. τῇ pro ταύτῃ. Joh. vii. 17. τῆς διδαχῆς pro ταύτης, add. ib. v. 40. ἀναιρουμένων—ψῆφον] *eorumque supplicia probavi.* Præter Stephanum plures Christianos, ante Pauli ad Christi signa transitum, religionis caussa, a synedris fuisse interemptos, non constat. Quare plerique interpretes Paulum plurali oratorie usum esse putant pro singulari, et hæc verba ad Stephanum referunt. Frequens est hæc enallage numerorum scriptoribus sacris pariter atque profanis, v. Matth. ii. 20. ix. 8. al. cf. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 300 sq. *Glassius*, Phil. S. p. 319. 1250. Etiam c. xxii. 20. Paulus tantum Stephani necem memorat. Formula καταφέρειν ψῆφον proprie adhibetur de judice, qui *suffragium, sententiam feri*, et hoc sensu *Elsnerus* et *Kypkius* hanc vocem h. l. accipiunt, et αὐτῶν positum putant pro κατ' αὐτῶν, cum vero Paulus pars senatus Judaici non fuerit, sumunt, Paulum ut sanguinolentorum synedrii consiliorum ministrum, ad multas privatas et clandestinas membrorum synedrii deliberationes vocatum, omnino sententiam de interimendis Christianis, zelotarum et sicariorum ope, dicere potuisse. Sed hac conjectura non opus est. Rectius *Grotius, Beza, Erasmus, Schmidius*, alii, καταφέρειν (id. qd. φέρειν) ψῆφον simpliciter accipiunt pro *assentiri, probare*, ut adeo κατένεγκα ψῆφον idem valeat quod συνευδόκησα xxii. 20. Rom. i. 32. Probavit Paulus verbis, vultu, factis (xxii. 20.) necem Stephani, voluptatem summam ex ea cepit, laudavit flagitii reos.

(11.) καὶ—τιμωρῶν αὐτοὺς] *per omnes synagogas sæpe eos castigavi*, i. e. flagris cædi jussi, vid. Matth. x. 17. τιμωρεῖν, *castigare, punire*, Act. xxii. 5. Xen. Ages. i. 21. Cyr. i. 2. 6. ubi in seq. est κολάζειν. Hiero. i. 12. Hesychius: τιμωρεῖσθαι, κολάζεσθαι. Suidas: τιμωρῶ σοι· βοηθῶ σοι, τιμωρῶ σι δὲ ἀντὶ τοῦ βασανίζω. ἠνάγκαζον βλασφημεῖν] *eosque Christo maledicere coegi.* Adeo crudeliter ani

Digitized by Google

12 τὰς ἔξω πόλεις. Ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀρχιερέων,
13 Ἡμέρας ἡμέσης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, περιλάμψαν με φῶς καὶ
14 τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσαν πρός με, καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;
15 σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Τίς εἶ, Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις.
16 Ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα, ὧν
17 τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι· Ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ

madvertebat in Christi cultores, ut non simplici abnegatione religionis Christianæ contentus esset, sed eos etiam cogeret, verba in Christum contumeliosa effundere. Plin. Epp. x. 95. *cum præeunte me, deos appellarent, et imagini tuæ, quam propter hoc jusseram cum simulacris numinum afferri, thure ac vino supplicarent, præterea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera Christiani.* εἰς τὰς ἔξω πόλεις] vid. c. 9.

(12.) ἐν οἷς] scl. ἔργοις, l. πράγμασι, his dum occupor, his negotiis vacans. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων] potestate et mandato sacerdotum summorum instructus. (13.) ἡμέρας μέσης] *meridie*, subintell. διά· supra xxii. 6. περὶ μεσημβρίαν. Pro ἡμέρα μέση Homerus, Xenophon, et alii Attici vulgo dicunt μέσον ἡμέρας, vel, μεσοῦσα ἡμέρα. Thom. Mag. μέσον ἡμέρας, καὶ μεσημβρία, καὶ μεσοῦσα ἡμέρα· μέση δὲ ἡμέρα, κοινόν. Herodian. p. 210. μέσον ἡμέρας καὶ μεσημβρία, οὐχ ἡ μέση ἡμέρα. Atticos tamen etiam formula ἡμέρα μέση, usos esse, exemplis pluribus comprobavit *Abreschius* in annotatt. ad quædam loca N.T. p. 622. οὐρανόθεν—με φῶς] *lumen cœlitus delapsum, sole splendidius me circumfulsit.* ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου] ad rem augendam et illustrandam adjectum, significatur fulgor ingens. Similis locus Matth. xvii. 2.

(14.) Vid. not. ad ix. 5 sqq. Paulus qui h. l. Jesum loquentem inducit, quædam hic affert, quæ in præcedentibus, ubi eadem historia narratur, non leguntur. Scilicet Paulus, qui h. l. oratorem agit, neque articulatam vocem Jesu audivit, ea quæ illo tempore, cum evenirent quæ c. ix. 5. enarrantur, cogitavit, et quæ ei Ananias jussu Jesu dixit, v. ix. 15. conjunctim h. l. commemoravit. Ἑβραΐδι διαλέκτῳ] dialecto Syrochaldaica, Jesu Apostolorumque ætate in Palæstina usitata. Sed hæc verba serius addita esse videntur, cum quæstio orta esset, quanam dialecto Jesus locutus esset. σκληρὸν κ. τ. λ.] vid. not. ad ix. 5.

(16 sq.) προχειρίσασθαι] pro ἵνα σε προχειρίσω, de verbo προχειρίζεσθαι vid. not. ad iii. 20. ὧν εἶδες] pro ἐκείνων ἃ εἶδες, vid. ad xxii. 15. ὧν τε ὀφθήσομαί σοι] et quæ tibi amplius demonstrabo, revelabo, patefaciam. ὄφομαι] id. qd. δείκνυμι, Hebr. נגלה, Ies. xl. 5. ubi LXX. adhibitum est hoc verbum, quoniam præcessit εἶδες. Alii vertunt: quæ te videre faciam, quæ mea procuratione videbis, et referunt hæc verba ad visa somniorum, aliaque hujus generis, quibus postea de docendi et universa agendi ratione, divinitus admonitus fuerit Paulus. (17.) Per τὸν λαὸν, cum opponatur τοῖς ἔθνεσι, intelligitur populus Judaicus; hinc etiam in nonnullis codd. e glossemate legitur τῶν Ἰουδαίων. Verba autem ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν haud pauci interpretes explicant: *erepturus te insidiis et vexationibus Judæorum atque gentilium.* Hesychius; ἐξαιρούμενος, ἀποκριζόμενος, ῥυόμενος. Sic Act. vii. 10. ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων. xii. 11. ἐκ χειρὸς Ἡρώδου. add. xxiii. 27. huic explicationi favere etiam videntur ea quæ v. 22. leguntur: ἐπικουρίας τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ. Sed verbum ἐξαιρεῖν et ἐξαιρεῖσθαι denotat etiam *eligere*, ut Xen. Cyr. iv. 5. 16. Κυαξάρει ἐξέλεσθε ὁποῖα ἂν—χαρίζεσθαι. Anab. ii. 5. 3. ἐκ τούτων πάντων τοῦτον ἂν τὸν τρόπον ἐξελοίμεθα. In versione Alexandrina respondet Hebr. נצל Deut. xxxiii. 11. Job. xxxvi. 21. Ies. xlviii. 10. atque hæc notio verbi in hac orationis serie omnino præferenda videtur. Nam Paulus refert h. l. etiam ea, quæ ipsi Ananias jussu Jesu dixerat. Legitur autem ix. 15. σκεῦός ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος τοῦ βαστάσαι κ. τ. λ.

Digitized by Google

λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω, Ἀνοῖξαι 18
ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ
τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεὸν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ
εἰς ἐμέ. Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς 19
τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ· Ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ πρῶτον καὶ 20
Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ
τοῖς ἔθνεσιν, ἀπήγγελλον μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν
Θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας. Ἕνεκα τού- 21
των με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο δια-
χειρίσασθαι. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, 22
ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρόμενος μικρῷ τε
καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν
μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς· Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ 23
πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ

(xxii. 21.), præcessit etiam verbum προχειρίζεσθαι v. 16. εἰς οὓς] referendum ad λαὸν et ἔθνη, ut e v. 20. patet: cf. etiam ix. 15.

(18 sqq.) ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν] *ut oculos eorum aperias*, i. e. ut eos intelligentia meliori imbuas: ὀφθαλμὸς mens, ὀφθαλμοὶ τῆς διανοίας Eph. i. 18. oculi mentis aperiuntur, cum ea quæ recta sunt et vera, et nobis salutaria, cognoscimus. ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς] *ut transeant e tenebris ad lucem*: σκότος, *tenebræ*, perpetua imago inscitiæ, improbitatis, v. Matth. iv. 16. Joh. viii. 12. Rom. ii. 19. h. l. coll. v. 20. Itaque φῶς h. l. vi oppositionis est, vera Dei rerumque divinarum cognitio et probitas, ut 2 Cor. vi. 14. Eph. v. 8. illustrantur his verbis ea quæ præcesserunt. καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεὸν] *e Satanæ imperio ad obsequium Deo præstandum*, ut superstitioni, inscitiæ, improbitati valedicant, et ad veram rerum divinarum scientiam ac vitam sanctam transeant; ut ex idolorum cultoribus et Messiæ contemptoribus fiant Dei et Messiæ cultores. Regni Satanæ cives dicuntur homines, rerum divinarum ignari, superstitioni et improbitati dediti, doctrinæ Christi adversarii, v. ad Joh. xii. 31. xvi. 11. ubi Satanas nuncupatur ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου. add. Col. i. 13. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν] v. Act. ii. 38. Col. i. 13, 14. κλῆρος] id. qd. κληρονομία, Act. xx. 32. καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, ubi v. not. πίστει τῇ εἰς ἐμὲ] suscipienda mea doctrina Col. i. 12. οὐκ ἐγενόμην — ὀπτασίᾳ] *cœlesti viso parvi*: ὀπτασία] vid. ad Luc. i. 22. οὐκ ἀπειθὴς] litotes, Gal. i. 16. ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα] *facta mutato animo digna*: v. Matth. iii. 8. ἕνεκα τούτων, scl. πραγμάτων, *propterea*, quod Jesum Messiam, in vitam revocatum, Judæis et gentilibus prædico. διαχειρίσασθαι] vid. ad v. 30. ἐπειρῶντο] Hesychius: ἐπεσπούδαζον, ἐβούλοντο.

(22.) ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ] *sed divino auxilio adjutus*, v. xxi. 31. xxii. 22. xxiii. 16 s. οὖν, *sed, tamen*, v. *Noldius* Concordd. Particc. ἐπικουρία, *auxilium*, Polyb. ii. 48. οὐ τυγχάνοντας δὲ τῆς παρηκούσης ἐπικουρίας ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν. add. Thucyd. i. 32. Diod. Sic. p. 114. B. Hesychius: ἐπικουρίας, βοηθείας, συμμαχίας, v. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. ἕστηκα] *in vivis, salvus sum*, præcessit ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι v. 21. Verbum ἵστασθαι, *in statu suo perdurare, conservari, incolumem esse*, opponitur τῷ, πίστιν, *e statu pristino deturbari, interire*, Hebr. נפל: cf. *Kypkius* ad h. l. et Apoc. xiv. 8. nos ad Luc. ii. 34. μαρτυρόμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ] *instituens omnis generis homines, junge und alte*, vid. not. ad viii. 10. ὧν] pro ἐκείνων ἃ, ut v. 16. xxii. 15. οὐδὲν ἐκτὸς κ. τ. λ.] v. xxi. 21, 28. xxiv. 14.

(23.) εἰ] *quod*, ut v. 8. παθητὸς ὁ Χριστὸς] *Messiæ mala esse subeunda, eum mortem subire debere*: παθητὸς, *qui pati potest*, Vulg. *passibilis*. Philo de Spec. Legg. p. 805. C. μεῖζον γὰρ οὐκ ἔστιν ἀσέβημα ἢ τῷ παθητῷ τὴν τοῦ δρῶντος ἀναιδείαν δόναμιν· nulla major impietas est, quam rebus in quas *perpessio cadit*, *adscribere agentis potentiam*. Plutarch. de Placitt. Philos. c. 16. v. *Abreschius* Dilucc. Thucydd. p. 576. ad Æschyl. p. 622. H. l. παθητὸς dicitur, *qui pati debet*, suppli-

Digitized by Google

24 λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη· Μαίνῃ, Παῦλε· τὰ πολλά 25 σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Ὁ δέ· Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆστε, ἀλλ' ἀληθείας καὶ σωφροσύνης 26 ῥήματα ἀποφθέγγομαι. Ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ

cio destinatus, hanc explicationem orationis contextus flagitat, et confirmat locus Luc. xxiv. 25 sq. εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν κ. τ. λ.] *ac primum omnium, qui in vitam redituri sint, lucis nuntium Judæis et gentilibus allaturum esse*: πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως, v. Col. i. 18. Christus vocatur, ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. 1 Cor. xv. 23. ἀπαρχή. add. Apoc. i. 5. Per φῶς intelligi potest *doctrina* vera et salutaris; frequenter enim hoc nomen, ut Hebr. אור ponitur de religione vera, quatenus hominum animos illustrat, ignorantiam depellit, et felicitatem largitur, vid. ad Joh. i. 4. Malim tamen h. l. vocabulo φῶς tribuere notionem *felicitatis*, quo significatu, ut Hebr. אור, sæpius recurrit, ut Job. xviii. 5, 19. Ies. xlv. 7. al. cum v. 18. præcesserit: τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν κ. τ. λ. cf. etiam v. 6, 7. Alii ἐξ vertunt *post*, ut Matth. xix. 12. atque sensum ita constituunt: et post resurrectionem suam primum fore, qui Judæis et gentilibus annuntiaturus sit doctrinam suam, nempe per Apostolos.

(24.) Festus, cum Paulum de Jesu supplicio affecto, et in vitam revocato, eodemque salutis, non tantum Judæorum, sed etiam gentilium auctore, et mortuorum resurrectione (v. Act. xvii. 32.) dicentem audiret; in hanc erumpebat vocem: μαίνῃ Παῦλε—περιτρέπει] *insanis Paule, multi te libri ad insaniam redigunt*. Verbum μαίνεσθαι, *insanire*, poni solet etiam de iis, qui aliquid dicunt aut faciunt, quod aliorum fidem cogitationemque superat, inprimis de iis, qui vehementiore animi motu feruntur, aut afflatu divino, aut a dæmone agitati, loquuntur et agunt. Thom. Mag. p. 593. μαίνεται περὶ λόγους κρείττονος, καὶ βακχεύει ἢ ἐνθουσιᾷ. Porphyrius de vita Plotini, c. 15. ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγινώσκοντος τὸν ἱερὸν γάμον, καί τινος, διὰ τὸ μυστικῶς πολλὰ μετ' ἐνθουσιασμοῦ ἐπιπεφωνημένος ἱερεῖσθαι, εἰπόντος μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον, ἐκείνος εἰς ἐπήκοον ἔφη πάντων· ἔδειξας ἐμοῦ καὶ τὸν ποιητὴν, καὶ τὸν φιλόσοφον, καὶ τὸν ἱεροφάντην· *legente quondam me in Platonis natalibus poema de sacro connubio, ac quodam, eo quod multa divino cum afflatu secretoque mysterio dicta fuissent, Porphyrium insanire pronuntiante, statim ille* (Plotinus) *audientibus universis: imo demonstrasti, ait, simul poetam, philosophum, sacerdotem*. Hinc *Maius* Obss. Sacrr. Fasc. 4. p. 12. *Læsnerus*, *Schleusnerus* (in Lex. sub h. v.), *Dindorfius*, alii, verba Festi interpretantur: affectu es abreptus, s. a dæmone quodam actus videris, afflatu divino loqui videris, *du redest wie ein Begeisterter*. Quæ tamen interpretatio orationis seriei non videtur esse consentanea. Vulgaris erat apud veteres opinio, ut ad h. l. observavit *Kypkius*, eos, qui sapientiæ et literis nimiam impenderent industriam, mente captos insanire. Constat vero etiam fuisse qui nimio literarum studio de mente deturbarentur; sed ut apposite ad h. l. monuit *Heinrichsius*, nimia doctrinæ et eruditionis copia in sublimiores affectus sacrumque ardorem abripi, omni rerum naturæ reclamat, quia divinior ille enthusiasmus haudquaquam studio et arte, doctrinæ et literis debetur, sed menti innascitur aut cœlitus quasi instillatur. Excogitata videtur hæc explicatio, ne injustius de Paulo judicium tulisse, aut sanctissima de Christo dogmata pro insanientium somniis habuisse videatur quis." Itaque retinenda est vulgaris verbi μαίνεσθαι significatio. πολλὰ γράμματα] explicant, *multæ literæ*, multa literarum studia. Sed γράμματα etiam esse possunt *libri*, quo significatu frequenter hoc nomen legitur, ut ap. Xen. Mem. iv. 2. 1. 8. 1 Macc. v. 10. in vers. Alex. respondet voc. ספר Esth. vi. 1. viii. 5, 10. Ies. xxix. 11. Dan. i. 4. Joh. vii. 14. ubi γράμματα sunt libri Judæorum sacri: v. et Eustath. ad Odys. ω'. p. 1959. 59. Derivandam autem putavit Festus Pauli insaniam a πολλοῖς γράμμασι, quoniam Paulus commemorarat Mosen et Prophetas, et quoniam etiam in custodia detentus, ut *Stolzius* atque *Heinrichsius* quoque suspicati sunt, libris sacris et commentariis in eos legendis occupatus fuisse videtur.

(25—27.) ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι] *vera et sana proloquor: σωφροσύνη* cum opponatur τῇ μανίᾳ, non *modestiam* significat, ut nonnulli voluerunt, sed *mentis sanitatem*, quæ a Latinis opponitur *dementiæ*. Senec. lib. 2. Controv. 12. *dementia res est sanitati contraria*. Phavorinus: μανία ἀντίκειται σωφροσύνῃ. Isidorus iii. 266. σωφροσύνη κυρίως λέγεται ἡ ἀντιδιαστελλομένη τῇ μανίᾳ. Sic ὁ σωφρονῶν opponitur τῷ δαιμονιζομένῳ Marc. xv. ubi v. not. et *Elsnerus* Obss. Sacr. T. i. p. 144. ἀποφθέγγεσθαι] cf. not. ad ii. 4. περὶ τούτων] *iste novit*, nempe Jesum

Digitized by Google

βασιλεὺς, πρὸς ὃν καὶ παῤῥησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν γὰρ αὐτόν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο. Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, 27
τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις. Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς 28
τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι.
Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν· Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ 29
καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον, γενέσθαι τοιούτους ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. Καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, 30
ἀνέστη ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ ἡγεμὼν, ἥ τε Βερνίκη, καὶ οἱ συγ-

30. ∼ Ἀνέστη τε.

supplicio affectum, in vitam rediisse, doctrinam ejus Judæis et gentilibus prædicari, et prophetas de futuro felicitatis gentium auctore cecinisse. παῤῥησιαζόμενος] confidenter, non metuens, ne me insanum habeat. ἐν γωνίᾳ] *in angulo*, i. clam, occulte, id. qd. ἐν κρυπτῇ, Joh. xviii. 20. Matth. x. 27. Luc. xii. 3. πιστεύεις — ὅτι πιστεύεις] *num fidem habes, rex Agrippa prophetis?* credisne eos vera prolocutos esse? *scio, te habere.* Frequens in foro et quotidiano sermone, interrogare, et interrogati vicem sibi respondere. Plin. ep. ix. 12. *nunquam fecisti, quod a patre corripi possit? fecisti dico.* v. *Priœus* ad h. l.

(28.) Jam vero Agrippa Paulum his interpellabat verbis: ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι] in quibus tamen verbis interpretandis enarratores inter se dissentiunt. Haud pauci ea explanant: *parum abest, quin mihi persuadeas, ut Christi cultor evadam.* alii: *exiguo temporis spatio* (institutione brevissima) *usus persuadere mihi conaris, ut Christianus fiam.* Qui priorem rationem sequuntur, ἐν ὀλίγῳ positum existimant pro ὀλίγου, quod legitur ap. Xen. Sympos. iii. 6. Mem. iii. 10. 14. Plat. Phæd. 29. et παρ' ὀλίγον qua voce *oi o'.* Prov. v. 14. Hebr. כמעט *propemodum, pæne*, expresserunt. Contendunt autem plerique horum interpretum Agrippam oratione Pauli affectum, hæc serio dixisse, idque inde apparere aiunt, quod Agrippa postea Paulum innocentem declararit v. 32. Sed formula ἐν ὀλίγῳ ita adhibetur, ut subintelligi debeat χρόνῳ, Xen. Hist. Gr. iv. 4. 12. ἐν ὀλίγῳ πολλοὶ ἔπεσον. Plato Apol. 7. ἔγνων οὖν αὖ καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο. add. Polyb. xi. 6. Herodi. i. 1, 4. Suppletur ellipsis, Xen. Cyr. ii. 4. 2. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐγίνετο. Plato Apol. 2. ἐν πολλῷ χρόνῳ — ὀλίγῳ χρόνῳ. Neque enim probabile est Agrippam, regem, in tali loco et conventu, ejusmodi confessionem effudisse, præsertim cum Festus Paulum captivum clara et intenta voce insaniæ arguisset. Erat præterea Christianorum nomen, quo Agrippa usus est, ignominiosum, v. xi. 26. Innocentem Paulum declaravit Agrippa, erat enim rex, auctore Josepho, homo quidem luxuriosus, æquus tamen et mitis, et Romæ educatus, liberius sentiebat, nec divina magnopere curabat; neque offensus erat Christianis, quos sciret non esse homines seditiosos, nec regem terrenum denuntiare. Itaque adstipulor interpretibus iis qui posteriorem supra memoratam verborum explicationem proposuerunt, quæ sane simplicissima est, cui et Pauli responsio v. 29. apprime convenit; atque arbitror, Agrippam Pauli confidentia, qui ipsum acriter postremis verbis (v. 27.) ursisset, irritatum fuisse, ideoque eum interpellasse, et verba regis ironice accipienda esse.

(29.) Modeste, ad Agrippæ dictum alludens, respondebat Paulus, εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ κ. τ. λ. Qui ἐν ὀλίγῳ vertunt *propemodum*, verba καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ interpretantur vel, *non propemodum solum sed plane* i. omnino, omni ex parte, ac si scriptum esset, οὐ μόνον ἐν ὀλίγῳ ἀλλὰ καὶ ἐν πολλῷ· vel, *utinam sive parum sive multum abfuerit*, similes mei evaderent. Simplicissima et verissima verborum interpretatio est, *sive exiguo tempore, sive multo opus sit*, εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, ut recte ad h. l. annotavit *Kypkius* proprie significat, *vota Deo facere*, s. *nuncupare*, cum vero factis votis preces ad Deum emissæ junctæ esse solerent, hinc factum est, ut εὔχεσθαι Θεῷ s. Θεοῖς notaret etiam, *precibus a Deo aliquid expetere*, ut h. l. *optarim utique a Deo, utinam.* Xen. Cyrop. ii. 3. 1. εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἀγαθά. Mem. iii. 14. 3. ὅταν οἱ ἄλλοι τοῖς θεοῖς εὔχονται πολυπαρρησίαν, τινότοις ἂν οὔτοι πολυωφίαν εὔχοιτο. Thomas Mag. εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἤγουν, εὐχὴν πρὸς αὐτὸν ὑπέρ τινος ποιοῦμαι, v. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων] *exceptis hisce vinculis meis.* Paulus in custodia militari detinebatur, et

Digitized by Google

31 καθήμενοι αὐτοῖς· Καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· Ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει
32 ὁ ἄνθρωπος οὗτος. Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη· Ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

ΚΕΦ. κζ.

Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατον-
2 τάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς. Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν

per catenam prolixiorem militi alligatus erat: vid. not. ad xxii. 29. xxviii. 16. Sueton. Domit. 14. extr.

(30 sqq.) οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς] assessores, chiliarchi et primores civitatis: coll. xxv. 23. Verba καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ plures libri omittunt; ac pro iis habent, ἀνίστη τε ὁ βασιλεύς, quam lectionem rectissime *Griesbachius* in ordinem recepit. τρέσσει] pro πίπτει vel ἴπτεται, v. xxv. 11, 25.

CAP. XXVII.

(1.) Paulus Romam deducitur. Navigatio periculis plena. Naufragium patitur, sed naufragi omnes salvi in terram evadunt. ἐκρίθη] profectio Pauli ad Cæsarem jam ante decreta erat, nunc tempus constitutum. τοῦ ἀποπλεῖν] de hac constructione, vid. not. ad iii. 12. ἡμᾶς] intelliguntur Aristarchus et Lucas, qui Paulum sponte comitabantur v. 2. παρεδίδουν] *tradebant*; cogitandum de iis qui sub auspiciis Festi rem agebant, et παρεδίδουν impersonaliter capiendum, v. ad Luc. xii. 20. Joh. xv. 6. Ἰουλίῳ] *Grotius* eum Juliæ domus libertum fuisse suspicatur. σπείρης Σεβαστῆς] plerumque vertunt, *cohortis Augustæ*. Scilicet ab Augusti Octaviani inde tempore fuerunt *legiones* nuncupatæ *Augustæ*. Sic a Claudiano Bel. Gildon. v. 422. memoratur *legio Augusta*: v. et *Wetstenius* ad h. l. Hinc interpretes plurimi opinantur, in omnibus legionibus aliis, et sic quoque in quinque cohortibus (v. ad Matth. xxvii. 27.) Cæsareæ collocatis, fuisse unam cohortem, quæ Augusta (*kaiserliche Leibcompagnie*) diceretur, aut cohortem h. l. memoratam fuisse cohortem legionariam legionis Augustæ in Syria et Judæa collocatæ. Aliam conjecturam, neque eam improbabilem, proposuit *Schwarzius* in Diss. de cohorte Italica et Augusta ex Act. x. 1. et cap. xxvii. 1. Altorf. 1720. 4. p. 43. statuit nimirum, cohortem illam cognomen retulisse ab urbe Samaritana, ab Herode in honorem Augusti Σεβαστὴ vocata (vid. not. ad Act. viii. 5.), ut proprie diceretur *cohors Sebasta*, vel *Sebastena*, aut *Sebastiensis*. "Constat autem, scribit V. D. l. l. in ea urbe fuisse valida Romanorum præsidia; imo Romanos, ex Sebastino populo æque, ac Cæsareensi, militares copias suas, quæ in Judæa erant, augere solitos esse. Id testatur evidenter Josephus Ant. xx. 6. eo ipso loco, in quo enarrat res gestas *Felicis*, procuratoris Judææ, cui a Nerone successor datus erat *Festus*; cujus adeo utriusque procuratoris tempore vixit ille ipse *Julius*, qui Act. xxvii. 1. dicitur centurio *cohortis Sebastæ*; οἱ πλεῖστοι, inquit, τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐκεῖσε στρατευομένων Καισαρεῖς ἦσαν καὶ Σεβαστινοί, h. e. *plurimi qui per ea loca sub Romanis castra sequebantur, patria erant Cæsareenses et Sebasteni*. Ita apud eundem Josephum B. I. ii. 2. Gratus, quidem belli dux, dicitur τὸ μαχιμώτατον τῶν Σεβαστηνῶν, *pugnacissimos Sebastenos* duxisse. An non igitur fieri potuit, ut hinc peculiares cohortes recte appellarentur Σεβασταί, *Sebastæ* vel *Sebastorum*, prout ap. Joseph. B. I. ii. 11. re ipsa legimus, Cumanum, procuratorem Judææ, secum ex Cæsarea adduxisse ἴλην ἱππέων καλουμένην Σεβαστηνῶν, h. e. *alam equitum, quæ vocabatur Sebastenorum*. Si enim illo ipso tempore, de quo disputamus, teste Josepho, Cæsareæ extitit *ala* equitum quæ vocabatur *Sebasta*, vel *Sebastenorum*, cur non ibidem etiam existere potuit peditum *cohors*, quæ ex eadem ratione cognominata sit *Sebasta?*"

(2.) ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ] *conscensa igitur nave Adramyttena*. Navibus a patria, ubi constructæ erant, aut unde veniebant, nomen dari solebat Jul. Cæs. Bel. Civ. iii. 5. 3. *præerat* Ægyptiis *navibus Pompeius filius*, Asiaticis *D. Lælius et C. Triarius*, Syriacis *C. Cassius*; Rhodiis *C. Marcellus cum C. Coponio*; Liburnicæ *atque* Achaicæ *classi Scribonius Libo et M. Octavius*. Liv. xxxv. 11. *quinque tantum* Rhodiæ *naves cum* Cois *effugerunt*. Navis h. l. memorata nomen obtinuisse videtur a loco, ubi fabricata fuit et unde illa venit. Sed non uno modo nomen urbis, cujus h. l. mentio facta est, in codd. scribitur. Vulgaris lectio est ἀδραμυττηνῷ,

Digitized by Google

τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριστάρχου Μακεδόνος Θεσσαλονικέως. Τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. Φιλ- 3
ανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν. Κἀκεῖθεν ἀναχ- 4

in aliis autem libris legitur, ἀτραμυττηνῷ, in aliis ἀδραμυττηνῷ, in aliis ἀδραμυττινῷ. Nil frequentius scribarum erroribus in exprimendis nominibus urbium, sed et ipsi auctores veteres hoc nomen vario modo scripserunt. Scholiast. ad Thucyd. v. 1. Ἀδραμύττιον, Εὔπολις (poeta comicus Atheniensis), Ἀτραμύττιον, Θουκυδίδης. Stephanus Byzantinus p. 22. Ἀδραμύττιον πόλις Μυσίας· ἡ γραφὴ διχῶς, διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο. Ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο τῷ ι μόνος. add. Eustath. ad Hom. Il. ζ'. p. 520. Ἀδραμύττιον legitur ap. Herodo. vii. 42. Xen. Exp. Cyr. vii. 8. 8. Ἀτραμύττιον ap. Diod. Sic. xii. 72. Quæritur autem quænam urbs h. l. intelligenda sit? Et *Grotius* quidem, *Drusius*, *Witsius* in Meletem. Leidens. p. 175. præeunte *Hieronymo*, cogitarunt de *Adrumeto*, Africæ oppido haud ignobili, a quo navis illa nomen suum tulerit. Rectius *Beza*, *Clericus*, *Raphelius*, *Wolfius*, *Walchius*, in Antiquitatt. nauticis ex itinere Pauli Romano Act. xxvii. xxviii. collectis, Jen. 1767. 4. p. 5.; alii, *Adramyttium*, civitatem Mysiæ, in Asia Minori, intelligendam esse statuerunt. In nullo enim cod. Actorum Lucæ, nomen Ἀδρυμύσιος deprehenditur, sed libri omnes, quomodocunque in scriptura nominis dissentiant, priores syllabas efferunt ἀδρα, vel ἀτρα. Urbis autem Adrumeti in Africa nomen gentile Græce erat Ἀδρυμήσιος, Latine *Adrumetinus*. Stephanus de urbib. p. 24. τὸ ἰθνικὸν (urbis Ἀδρυμήτου) Ἀδρυμήσιος. Cæterum hæc navis Adramyttina, tunc, cum Paulus ei imponeretur, Syriacis mercibus onusta ad maritimas Asiæ oras (μέλλοντι πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους) reverti voluisse videtur, et Julius centurio Paulum eo deducere volebat, sperans se in Ciliciæ, Pamphiliæ et Lyciæ oris navem, quæ recta Italiam peteret, inventurum, qua ipse una cum suis et captivis eo posset venire, nec spes eum fefellit: coll. v. 6. μέλλοντες πλεῖν—τόπους] *Asiæ litora lecturi*. Pro μέλλοντες haud pauci libri habent μέλλοντι, ut sermo pertineat ad navem; hanc lectionem comprobarunt *Millius* Prolegg. §. 1203. *Bengelius* et *Griesbachius*. Recte. Nempe librarii mutarunt μέλλοντι in μέλλοντες, quoniam præcessit ἐπιβάντες, et sequitur ἀνήχθημεν. Haud raro autem naves ipsæ πλεῖν dicuntur: sic infra v. 6. πλεῖν Ἀλεξανδρῖνον πλοῖον. Xen. H. Gr. vi. 2. 8. εἴ τινα τις ναῦς πλεῖ τὴν Ἀττικὴν ἴσμεν, *oram Atticæ legebat*: v. *Marklandus* ad Max. Tyr. Diss. xxii. p. 692. *Masvicius* ad Polyæn. Strateg. iv. 2. p. 324. Ante verba τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους in nonnullis codd. adjectum legitur εἰς, in aliis ἐπὶ, e glossemate; præpositiones enim ἐπὶ, εἰς, ἐν, sæpius a scriptoribus Græcis et Latinis omitti solent, cum de loco quo quis contendit sermo est. Hom. Odys. γ'. 278. ἀλλ' ὅτι Δοίνιον ἐὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνῶν. add. Il. α'. 322. Eurip. Med. 1143. Cycl. 92. 106. Virg. Æn. i. 2. *Italiam—Lavinia venit litora*. Curt. iii. 4. 1. *Alexander regionem quæ castra Cyri appellatur, pervenerat*, ubi v. *Snakenb.* add. *Bosius* de Ellips. sub v. εἰς et ἐπὶ. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 1 sq. κατὰ sæpius periphrasi inseruit, ut ap. Æschyl. Agam. 587. Θεοὶ οἱ κατ' Ἑλλάδα. Diod. Sic. p. 202. D. ἐβασίλευσε μέχρι τῶν κατὰ Ῥήγιον τόπων, *regnavit usque ad Rhegium*: v. *Münthius* ad h. l. *Fischerus* l. l. p. 191. ἀνήχθημεν] *solvimus*, vid. ad xiii. 13. ὄντος—Θεσσαλονικέως] *comitante nos Aristarcho Macedone, Thessalonica oriundo*. Aristarchi mentio facta ix. 29. ubi v. add. Philem. xxiv. Col. iv. 10.

(3.) τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν κ. τ. λ.] *postridie appulimus Sidonem, ubi Julius, qui Paulum humanissime tractabat, ei permittebat adire amicos, qui ejus curam haberent.* κατήχθημεν, vid. ad xxi. 3. φιλανθρώπως τ. Π. χρησάμενος] Julius Paulum, civem Romanum, humanissime tractabat, mandato Festi, cui eo libentius parebat, cum ipsi quoque de Pauli innocentia persuasum esset xxiv. 23. xxv. 18, 23. xxvi. 31 sq. χρῆσθαι, dative personæ junctum, notat, *tractare aliquem*, Xen. Mem. iv. 3. 12. οὐ οἰόμενον ἔτι φιλικώτερον ἢ τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι, *benigniores erga te esse*. Herodi. iii. 13. 8. καὶ γὰρ ἐκείνος τοῖς Ἀντωνίου παισὶ πολέμιον γενομένου οὕτως ἐχρήσατο, *nam et ille Antonii liberos, hostis sui, eodem modo tractavit*. Diod. Sic. xi. 26. ἀνθρωπίνως αὐτοῖς χρήσασθαι—ἐχρῆτο πᾶσιν ἐπιεικῶς. Auct. ad Her. iv. 29. *vos me quo pacto vobis videbitur, utamini*. vid. *Raphelius* Obss. Xen. et Polybb. et *Wetstenius* ad h. l. ἔτρεψε κ. τ. λ.] ap. cum milite, qui eum custodiebat, v. xxviii. 16. not. ad xxii. 29. xxvi. 29. πρὸς τοὺς φίλους] ad Christianos ibi degentes. ἐπιμελείας τυχεῖν] a quibus hospitio exciperetur, pecunia, rebus ad iter conficiendum necessariis juvaretur.

(4. 5.) ὑποπλεῖν] *sublegere, oram cominus*

Digitized by Google

θέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι
5 ἐναντίους. Τό, τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμ-
φυλίαν διαπλεύσαντες, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας.
6 Κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον πλέον εἰς τὴν
7 Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό. Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις

legere, drr. nautæ, qui propter ventos contrarios non rectum cursum tenent, altum non petunt, sed insulæ vel oræ adjacentis opportunitate venti adversi violentiam coercere atque infringere student. ἀνίμους] plurali numero utitur Lucas, quoniam plures sæpe venti junctim naves infestare et iter maritimum periculosum reddere solent Veget. de re milit. iv. 38. *sæpe singuli, interdum duo, magnis autem tempestatibus etiam tres flare consueverunt.* add. Horat. Carm. i. 3. 12. Virg. Æn. i. 86 sq. (5.) κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας] *Myra Lyciæ perveniebamus.* Μύρα urbs maritima Lyciæ, quæ erat Asiæ regio litoralis, inter Pamphiliam et Cariam. Stephanus: Μύρα, πόλις Λυκίας· λίγυραι καὶ θηλυκὸν καὶ οὐδέτερον· v. et *Wetstenius* ad h. l. Pro Μύρα in aliis libris vitiose legitur Σμύρα l. Σμύρναν l. Λύστρα, Smyrna enim, ut recte monuit *Beza* ad h. l. est longe diverso tractu, nempe in Ionia, supra Ephesum, in Ægeum pelagus obversa. Paulus autem nondum Cnidum erat prætervectus; Lystra autem erat urbs Lycaoniæ, procul a mari in continente sita v. ad xiv. 6. *Grotius* cum Myra interius jaceat, legendum conjecit Λίμυρα, quod nomen est fluvii eique adjacentis oppidi in Lycia: v. Plin. H. N. v. 28. arrisit hæc conjectura etiam *Boltenio*, qui autumat, Lucam in diario suo, lingua Syriaca conscripto, posuisse ܠܝܡܘܪܐ, idque postea interpretem Græcum, qui ܠ pro præfixo habuerit, reddidisse εἰς Μύρα. Sed hac conjectura facile supersedere possumus. Myra enim et Lemyra, auctore Strabone 14. p. 981. in Lycia sita erat, et utraque urbs a litore, quod portum habebat, viginti stadia, i. horæ spatium distabat: v. *Michaëlis* ad h. l. et *Gableri neuest. Theol. Journal*, B. 12. p. 521.

(6.) κἀκεῖ—Ἰταλίαν] *ibi centurio navem Alexandrinam nactus, Italiam petituram:* κἀκεῖ scl. ἐν τοῖς Μύροις, in portu Myrorum. πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον navis Alexandrina vocatur ab Alexandria, Ægypti urbe, ubi exstructa erat et unde venerat, v. not ad v. 2. Satis magnam hanc navem Alexandrinam fuisse, e numero naufragorum xxvii. 37. perspicitur, erantque omnino naves Alexandrinæ onerariæ grandiores: v. *Hasæus* in diss. de navibus Alexandrinis c. 1. §. 7 sq. Etiam alias sæpius navium Alexandrinarum, quæ Alexandria Romam vectæ sunt, mentio sit: v. Sueton. V. Aug. 98. Ner. 45. Senec. ep. 77. Alexandria enim frumentum in Italiam quotannis devehi solebat, non solum classibus navium, sed etiam navibus singularibus privatis, v. Sueton. Senec. ll. ll. Galba 10. Tacit. Hist. iv. 52. Varro R. R. 2. procem. p. 97. Lucan. vi. 105. Hinc plerique interpretes statuunt, navem h. l. memoratam fuisse frumentariam, inprimis etiam propterea, quod nautæ in naufragii periculo, navis levandæ caussa, τὸν σῖτον in mare projecisse dicuntur v. 38. et cum naves Alexandrinæ frumentariæ solerent alto se committentes recto cursu in Italiam tendere h. l. autem centurio navem Alexandrinam in Myrorum portu nactus esse legatur: interpretes illi ut suam sententiam tueantur, monent, si per tempestatem navigatio minus tuta esset, nonnunquam eas ad Syriæ oram trajecisse, et superata Cypro, prætervectisque Cilicia et Pamphilia per mare Græcum Italiam petiisse: v. *Wetstenius* ad h. l. Sed nautæ etiam merces in mare projecisse dicuntur atque adeo per τὸν σῖτον intelligenda esse videntur alimenta, cibaria; vid. not. ad v. 18, 38.: putaverim ergo potius hanc navem Alexandrinam Indicis aliisve mercibus fuisse onustam, et, cum naves mercatoriæ bis terve olim merces aliis mercibus permutare solerent, dominum navis (ut jam suspicatus est *Walchius* l. l. p. 19.) data opera navis cursum ad Asiæ Minoris portus direxisse, propter aliquem mercatum, ut post hanc in Lycia aut Cilicia negotiationem, novum quæstum faceret in Italia, quamquam præfracte negare nolim, fieri etiam potuisse, ut vi ventorum ac tempestatum nautam sibi impositam videret necessitatem a recto cursu deflectendi, et ad Lyciæ oram navigandi. ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό] *nos ei imposuit:* ἐμβιβάζειν, verbum nauticum, de hominibus, qui navi imponuntur: Thucyd. i. 53. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, ἄνδρας εἰς κυκλήτιον ἐμβιβάσαντες— προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις. Lucian. Ver. Hist. p. 680. ἐμβιβάσας πεντήκοντα τῶν ἡρώων εἰς ναῦν. Xen. Anab. v. 3. 3. εἰς τὰ πλοῖα τοὺς ἀσθενοῦντας ἐνεβίβασαν. H. Gr. v. 1. 8. εὐθὺς ἐμβιβάσας (scl. τοὺς ναύτας) ἐπηκολούθει· v. et *Palairetus* ad h. l.

(7.) ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες] *cum vero per plures dies tarde navigassemus*, np. ob ventos adversos, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους· coll. v. 4. Artemidor. iv. 32.

Digitized by Google

βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην· Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς τόπον 8
τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία. Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφα- 9
λοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι,

ἔτυχε πλέων καὶ ἐβραδυπλόησεν. Cic. ad Div. xiv. 5. *cum sane adversis ventis usi essemus, tardeque et incommode navigassemus.* Oppositum εὐθυδρομῶν xvi. 11. καὶ μόλις—ἀνέμου] *et vento nos repellente, vix Cnidum attigissemus.* Pro προσιῶντος *Heinsius* legi malebat προσιλῶντος, *non impellente vento*; et *Bowyerus*, μὴ πρόσω ἰῶντος ἡμᾶς (scl. πλοῖν) τοῦ ἀνέμου, *non permittente.* Sed his conjecturis non opus est; προσιῶν positum legitur pro simplici ἰών· Lucian. H. V. p. 657. οὐ γὰρ εἶα ὁ ἄνεμος, *ventus non permittebat.* Sic et h. l. μὴ προσιῶντος τοῦ ἀν. est, *non permittente nobis vento*, i. nos retinente. Vulg. *prohibente.* cf. etiam *Albertius* atque *Wolfius* ad h. l. Κνίδος urbs Cariæ, Veneris cultu ejusque simulacro a Praxitele sculpto celeberrima: v. Pausan. Attic. i. 20. Plin. H. N. xxxvi. 5. Strabo xiv. p. 965. C. ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην] *Cretam prope Salmonem prætervecti sumus.* Κρήτη, *Creta*, insula, in mari Mediterraneo sita, hodie *Candia* dicta, de qua peculiarem libellum scripsit *Meursius*, Amstel. 1675. 4. Horat. Carm. iii. 27. 33. eam dicit, *centum potentem oppidis*, oppida habentem. add. Horat. Epod. ix. 29. Homer. Il. β'. 649. ἑκατόμπολιν, ubi vid. *Klarkius* et *Heynius* ad Virg. Æn. iii. 106. Σαλμώνη, *Salmonium*, promontorium Cretæ in latere orientali, sed et versus Boream spectans, Cnido obversum. Scholiast. Apollon. Rhod. iv. 1694. Σαλμωνὶς καὶ Σαλμώνιον ἀκρωτήριον Κρήτης. Strabo x. p. 727. B. τὸ δ' ἴδιον (ἀκρωτήριον) τὸ Σαλμώνιον ἐστίν. vid. *Cellarii* Geogr. Plen. ii. 14. §. 81. p. 1030.

(8.) μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν] *ægre eam legeramus*: μόλις, *ægre, difficulter*, v. 7, 16. xiv. 18. παραλέγεσθαι, *litus legere, præternavigare*, vox nautica, cui apud Latinos respondet, *legere oram, litus.* Diod. Sic. 14. p. 426. A. τὰ μὲν φορτηγὰ τῶν πλοίων ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, αἱ δὲ τριήρεις ἔπλευσαν εἰς τὴν Λιβύην, παρελέγοντο τό τε τὴν γῆν, oneratæ quidem naves per altum vela faciunt, at triremes ad Libyam navigantes terram legebant. Virg. Æn. iii. 127. ubi Servius: *legimus, præterimus, vi litoraque Epiri legimus* (Æn. iii. 292.) Livius xxi. 51. *Ipse compositis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens Ariminum pervenit.* ἤλθομεν—πόλις Λασαία] *venimus ad locum quendam, qui portus pulcher dicitur, cui vicina urbs Lasæa.* Stephanus: καλὴ ἀκτὴ, πόλις Κρητῶν· plerique interpretes καλὴ ἀκτὴ eundem locum esse putant, qui vocabatur καλοὶ λιμένες, sed locus Stephani scripturæ vitio laborat; καλὴ ἀκτὴ erat Siciliæ urbs, ut *Holstenius* et *Berkelius* docuerunt. Pro Λασαία in aliis libris scriptum extat Ἄλασσα, in aliis Θάλασσα. *Grotius* veram lectionem, nulla tamen addita caussa, putabat Ἀλασσα. *Beza* reponi jubebat Ἐλαία, quam Plin. iv. 12. inter maritimas Cretæ urbes recenset. Sed Elæa a Lasæa scriptura longius recedit, et dubiæ est auctoritatis, ab *Harduino* ex Cretensium urbium catalogo ejecta. Retinenda est vulgaris lectio, etsi Lasæa nulla apud geographos mentio facta sit. Sed, ut scienter monuit *Rhoer* in Diss. de Pauli ad insulam Melitam naufragio Traj. ad Rhen. 1743. 4. p. 5. in insula centum urbibus nobili, facile una esse potuit, quam nemo alius dicendo attigit, sicut in *Meursii* catalogo lib. 1. Cret. c. 2. haud paucæ sunt, unius tantum testimonio notæ.

(9.) ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου—παρεληλυθέναι] *multo tempore elapso*, diu ibi detenti coll. v. 11. *cum jam periculosa esset navigatio, exacto nimirum jejunii magni tempore.* Lucas more Judaico, certum anni tempus a festo celebriori descripsit. Etenim per νηστείαν intelligendum est *jejunium magnum Judæorum*, sive, dies expiationis. Hic dies a Josepho, Philone et magistris Judaicis κατ' ἐξοχὴν vocatur νηστεία Philo vit. Mos. lib. 2. p. 657. C. τὸν δὲ τὴν λιγομένην νηστείαν οὐ σέβηται καὶ προσκυνεῖ, καὶ μάλιστα δι' ἔτους λεγομένου, τῆς ἱερομηνίας αὐστηρότερον καὶ σεμνότερον τρόπον, quis jejunium quod vocant non mirabundus adorat, præsertim quotannis recurrens sacrato mense, juxta disciplinam austeram severamque. cf. *Relandus* Antiq. Hebr. P. 4. c. 6. §. 1. *Hasæus* de computatione mensium Paulini itineris etc. in Bibl. Brem. T. i. p. 23. et *Kypkius* ad h. l. Dies autem expiationis in X mensis Tisri incidebat, qui quidem mensis est pars Septembris et Octobris nostri. Sed cum autumno tempus periculosæ navigationis incipere judicabant veteres. Quare Romani mare claudebant ante d. III. Id. Novembris usque ad VI. Id. Martias, a quo die usque ad III. Id. Novembres apertum erat. Vegetius de Re Militari, iv. 39. *Ex die* III. *Idum Novem-*

Digitized by Google

10 παρῄνει ὁ Παῦλος, λέγων αὐτοῖς· Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ
ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου,
11 ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. Ὁ δὲ
ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον

10. ~ φορτίου. 11. ~ ἑκατοντάρχης.

bris usque in diem VI. *Iduum Martii; maria clauduntur. Nam lux minima, noxque prolixa, nubium densitas, aëris obscuritas, ventorum, imbrium vel nivium geminata sævitia non solum classes a pelago, sed etiam commeantes a terrestri itinere deturbat.* add. Plin. H. N. ii. 37. Cæs. Bel. Gal. iv. 36. v. 23. Apud Græcos quoque mare apertum erat post Dionysia majora; v. Theophr. Char. c. 3. ibique *Casaubonus*, quæ in vernum tempus, eumque mensem incidebant, qui Romanorum *Martio* æqualis ex parte erat. Utrique populi, cum Græci tum Romani, rudiori calculo rem computantes, mare clausum ab *occasu* Pleiadum s. Vergiliarum, apertum vero ab earum *ortu* definiebant: Propert. i. 8. 9. *O utinam hibernæ duplicentur tempora brumæ, Et sit iners tardis navita Vergiliis.* v. Servius ad Virgil. Georg. i. 38. *Gronovius* ad Arrian. v. 21. intpp. ad Curt. v. 6. *Hesæus* l. l. p. 28 sq. Paulus ergo mense Octobri, quo jam ingruentes procellæ mare infestabant, cum jam jejunium magnum Judæorum præteriisset, in Cretæ portu commorabatur. Hæc verborum interpretatio omni narrationi apprime congruit. Neque adeo ferenda est *Castalionis* conjectura, qui pro νηστείαν rescribi volebat ναυμίαν *venti tranquillitatem*: v. *Wolfius* in Curis ad h. l. nec locus relictus est sententiæ *Er. Schmidii*, qui verba vertit, *cum etiam inedia accessisset*, atque statuit, per νηστείαν intelligendum esse jejunium privatum nautarum, qui ob continuos aliquot dierum labores, cibum capere non potuerint. Nam ut verissime monuit *Wolfius*, nautæ in portu erant et ab omni apparatu satis instructi, v. 34 sqq. alia eorum conditio erat, cum iterum mari se committerent, et laboribus continuis avocati, a cibo per plures dies abstinerent v. 33. Cum ergo jam mensis October laberetur, et mensis November instaret, Paulus merito censebat, eo potius loco hiemandum (v. 12.), quam hibernam navigationem tentandam. παρῄνει ὁ Παῦλος] *cohortatus est Paulus*: παραινεῖν, *admonere, cohortari*: v. Xen. Mem. i. 3. 8. Exp. Cyr. i. 7. 2. Æschin. Socr. ii. 12. et 13.

(10.) Pro ὅτι — μέλλειν ἔσεσθαι debebat esse μέλλει ἔσεσθαι· sed particulas ὅτι et ὡς sæpissime sequuntur Infinitivi loco Indicativi vel Optativi, cum pendent a verbis (ut h. l. a verbo θεωρῶ), quibus addi recte poterant Infinitivi simpliciter, ita, ut particulæ illæ redundent, quam in rem exempla plura e Polybio, et Arriano ad h. l. collegit *Raphelius*; add. *Fischerus* ad Plat. Phæd. c. 8. not. 7. et ad Xen. Cyr. vii. 4. 6. viii. 1. 25. μέλλειν ἔσεσθαι] vid. ad xi. 28. ὕβρεις] *Er. Schmidius, Schleusnerus* in Lex. h. v. *Thalemanus*, h. l. et v. 21. eo significatu accipiunt, ut sit *incommodum, damnum, clades*, vertunt, *cum incommodo* l. *clade*. Laudant Pind. Pyth. i. 140. ubi sermo est de clade navali, quam Carthaginienses perpessi erant ad Cumam, ab Hierone rege Siciliæ: Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν τὰν πρὸς Κύμας. Sed illa significatione admissa, oratio languet. Itaque malim cum *Kypkio* (ad v. 21.), aliisque, vocabulum ὕβρις h. l. et v. 21. interpretari, de *sævitia tempestatis, de injuriis cœli et ventorum*, ut verba sonent: *video navigationem conjunctam fore cum sævitia tempestatum; magnaque jactura etc.* Joseph. Ant. iii. 5. τῶν ὄμβρων ὕβρις, *imbrium injuriæ*. Horat. Carm. i. 14. 15. *tu, nisi ventis Debes ludibrium, cave.* ζημία] *jactura*. Philo Vit. Mos. i. p. 624. B. ζημία χρημάτων. add. Xen. Ages. xi. 16. φόρτος et φορτίον (ut rescripsit *Griesbachius* auctoritate plurium codd.) *onus*, dicitur quodcunque navi ad transportandum committitur, *die Schiffsladung*, merces: v. *Schleusneri* Lex. h. v. et not. ad xxi. 3. ψυχὴ] *vita*, cf. not. ad Matth. x. 39. τῶν ψυχῶν ἡμῶν Paulo persuasum erat, se non periturum: coll. xxiii. 11. loquitur communicative. Cæterum Paulus h. l. non agit personam prophetæ (nullus enim nautarum postea vitam amisit), sed loquitur ut homo rei nauticæ peritus: v. 2 Cor. xi. 25.

(11.) ναύκληρος] *dominus navis*, qui hominibus vel mercibus trajiciendis lucrum quærit. Hesychius: ναύκληρος — ὁ δεσπότης τοῦ πλοίου. Xen. Œcon. viii. 12. φορτίων, ὅσα ναυκλήρους πίεδους ἔνικα ἄγεται. Sed κυβερνήτης est *gubernator navis*, qui clavum tenet et puppim dirigit: Xen. Cyr. i. 6. 18. τοῖς κυβερνήταις οἱ συμπλέοντες πείθονται. Artemidor. ii. 42. Ἀφροδίτη ἡ πελαγία ναυκλήροις καὶ κυβερνήταις καὶ πᾶσι τοῖς ναυτιλλομένοις ἀγαθή. Dominus et gubernator navis censebant perveniri posse ad portum commodiorem; et centurio, qui eos rerum nauticarum Paulo peritiores habebat, magis eorum verbis ausculabat, quam Pauli consilio, et consentiebant cum iis plurimi, qui in consilio nautico erant coll. v. 12.

Digitized by Google

ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις. Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος 12
ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν,
ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴ πως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα
παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ Λίβα καὶ
κατὰ Χῶρον. Ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου, δόξαντες τῆς προ- 13
θέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες Ἄσσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

(12.) ἀνευθέτου δὲ — παραχειμασίαν] *cum nempe portus ille ad hibernandum non esset idoneus:* ἀνευθέτου, comparative dictum. Cur autem portus ille ex plurimorum sententia non satis opportunus fuerit, non liquet, cum auctor reticuerit. παραχειμασία est *hibernatio*, ut παραχειμαστίζειν *hibernare*, v. *Pricæus* et *Wolfius* ad h.l. ἔθεντο βουλὴν] consilium dabant: v. *Raphelius* Obss. Herodot. ad h.l. εἴπως δύναιντο καταντήσαντες κ. τ. λ.] *si forte pervenire possent Phœnicem, ibique hibernare, qui portus est Cretæ, spectans versus Africum et Caurum.* Φοίνιξ, portus in australi litore Cretæ situs, cui auctore Ptolemæo Geogr. iii. 17. oppidum ejusdem nominis adjacebat: v. *Cellarii* Geogr. Antiq. ii. 12. p. 1264. Portus ut ex verbis quæ sequuntur patet, incurvus erat, ita ut versus austrum in mare prominens, curvitate sua, non modo Africo sed et Cauro patuerit, notante ad h.l. *Er. Schmidio.* Λίψ, *Africus*, ventus inter occidentem et meridiem spirans, *Südwestwind:* v. *Salmasius* Exercitt. Plin. p. 879 sq. Χῶρος, *Corus*, s. *Caurus*, ventus e regione ea, quæ inter occidentem et septentrionem est, spirans, *Nordwestwind:* v. Cæs. B. G. v. 7. Senec. Nat. Quæst. v. 16. cf. de utroque vento quos laudavit *Albertius* ad h.l. In hac autem orationis serie λίψ et χῶρος ipsas cœli plagas, unde flant, designant. Verbum βλέπειν sæpius ponitur de rebus et personis, quæ aliquo se vertunt, directæ sunt. Sic *Belgæ spectare* dicuntur *in septentriones;* et Herodi. vi. 5. 2. *unam partem militum* dicit πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη ἀφορῶσαν, *ad septentrionalia spectantem;* ubi vid. *Irmischius.* Strabo ix. p. 657. ora Thessaliæ maritima βλέπουσα πρὸς ἕω, *ad orientem spectans.* Xen. Cyr. viii. 5. 2. πρὸς ἕω βλέπουσαν ἱστασθαι τὴν σκηνήν. Cæs. B. G. vii. 69. *sub muro, quæ pars collis ad orientem spectabat.* vid. *Albertius* et *Kypkius* ad h.l.

(13.) ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου κ. τ. λ.] *itaque leniter spirante austro, rati, se propositum assecutos, solvebant et Cretæ oram propius legebant.* Νότος, *Notus, Auster, Südwind*, Luc. xii. 55. Ovid. Met. i. 66. 263. ὑποπνεῖν, *leniter spirare*, sæpius enim ὑπὸ in compositis rem minuit: Æl. H. V. ix. 11. ὑποπνέομαι, *leniter susurro.* Id. iv. 9. ὑπομειδιάζειν, *leniter ridere.* "Hic ventus non contrarius videbatur. Siquidem Belliportus, ubi adhuc degebant, in meridionali insulæ litore *versus orientem*, haud procul a promontorio Salmonio, situs erat: at Phœnix, cujus portum petebant, in eadem quidem ora australi mari adjacebat, verum versus *occidentem.* Jam igitur occidentem versus tendentibus viatoribus non quidem secundissimus, verumtamen haudquaquam adversus erat Notus." *Heinrichsius* ἄραντες, scl. τὰς ἀγκύρας l. τὴν ναῦν, *ancoras* l. *navem:* Polyb. Excerpt. Leg. p. 1313. ὁ δὲ κυβερνήτης, ἄρτι διαφώσκοντος ἄρας τὰς ἀγκύρας, ἐπέλευε τὴν πλοῦν ἁπλῶς. Thucyd. ii. 23. οἱ μὲν ἄραντες τῇ παρασκευῇ, ταύτῃ περιέπλεον. Scholiast. τὰς ναῦς δηλονότι. Plaut. Mil. Glor. iv. 7. 17. *navem solvere.* Corn. Nep. V. Hannib. viii. 2. *cum solvissent naves, ac vela ventis dedissent.* Adhibetur autem hoc verbum non tantum de iis, qui mari navigant, sed etiam *de iis, qui terra iter faciunt*, ita, ut sit, *proficisci, discedere:* Herodi viii. 7. 1. ὁ δὲ Μάξιμος, ἀπὸ τῆς Ῥαβέννης ἄρας, ἱκέτευε Ἀκυληΐαν, *Maximus autem, Ravenna profectus, pervenit Aquileiam.* Philo de Joseph. p. 554. D. ἄραντες δὲ συνέτεινον εἰς Αἴγυπτον, *profecti, contenderunt in Ægyptum.* Joseph. Ant. iii. 1. 3. ἄραντες ἐπέβησαν, εἰς Ἦλιν ἀφικνοῦνται, *inde autem castris motis, ad Elim pervenerunt.* cf. *Elsnerus, Krebsius, Lœsnerus* ad h.l. *Bosius* de Ellips. sub v. ἄγκυρα, et *Ruhnkenius* ad Timæ. Lex. p. 11. ἄραντες Ἄσσον] Vulgatus vertit, *cum sustulissent de Asson;* hinc *Erasmus* intelligit *Asum*, urbeculam Cretæ, πολίχνιον Κρήτης, a Stephano Byzantino memoratam. Illud vero oppidulum erat *Mediterraneum*, notante Plin. H. N. iv. 12. Sed si h.l. urbs memorata esset, ea esse deberet maritima, præterea si Vulgatum interpretem sequi vellemus, legendum esset ἀπὸ vel ἐκ τῆς Ἄσσου, aut si cum *Erasmo* verba vertenda essent *cum sustulissent Assum*, legi deberet ἐπὶ vel εἰς τὴν Ἄσσον, ut xx. 13. v. *Beza* ad h.l. Hesychius ἄσσον explicat πλησίον, ἐγγὺς, et hæc significatio orationis seriei apprime convenit. Cretæ oram quam proxime legebant. Opposuerunt quidem *Boisius* Collat. p. 500. et *Hammondus*, ἄσσον *propius*, tantum apud poetas occurrere, adeoque loco ἄσσον legendam conjecerunt θᾶσσον *statim*, et conjungi hoc voluerunt cum ἄραντες quod præcessit, *statim solventes.* Sed ἄσσον *propius*, non tantum a poetis usurpatur, sed etiam a scriptoribus orationis solutæ Joseph.

Digitized by Google

14 Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλού-
15 μενος Εὐροκλύδων. Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ
δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

Ant. i. 20. 1. de Jacobo: τοὺς μὲν προϋπιμπτι τοὺς δὲ λειπομένους ἔσσον ἐπέλευσι ἀπολουθεῖν, *alios quidem præmittebat, alios vero proxime sequi se jubet.* Antonin. Lib. fab. 41. βῆναι εἰς ἔσσον τῷ κυνί. add. Joseph. Ant. xix. 2, 4. Herodo. 4. 3. ἴέναι ἔσσον αὐτῶν. add. vii. 233. Conjungendum autem est ἔσσον cum παρελίγοντο Lucian. H. V. 1, p. 657. τῇ ἐπιούσῃ δὴ, φράντες, ἐπλείομεν πλησίον τῶν νεφῶν, *sequenti die sublatis ancoris navigavimus prope nubes.*

(14.) ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς κ. τ. λ.] *invasit eam ventus procellosus, qui Euroclydon dicitur.* Ad κατ' αὐτῆς *Boisius* et *Wolfius* subaudiunt πρόρας. *Bolteniusad* τὸ πλοῖον refert v. 10. et αὐτῆς positum putat pro αὐτοῦ. Alii referunt ad τῆς προβίσεως v. 13. Durius. Simplicissima ratio est, ut subintelligatur τῆς Κρήτης, quod proxime præcessit, *invasit insulam ventus.* Τυφὼν et τυφωνικὸς dicitur *quivis ventus procellosus et turbulentus*, cœlum, mare, terras verrens et quasi permiscens. Etym. M. τυφὼν γάρ ἐστιν ὁ τοῦ ἀνέμου σφοδρὸς πνοὴ, ὃς καὶ Εὐροκλύδων καλεῖται. Hesychius: τυφὼν, ὁ μέγας ἄνεμος. Nomen Εὐροκλύδων derivatur ab Εὖρος, *Eurus*, ventus ab oriente flans, et κλύδων, *fluctus*, ut adeo notetur, Eurus fluctus et procellam vehementem excitans. Sed pro Εὐροκλύδων Cod. Alex. et Vulg. habent: Εὐροκύλων, *Euroaquilo.* Hanc lectionem præoptandam confuerunt *Cluverius* Sicil. Antiq. 2. p. 442. *Grotius, Millius, Clericus, Bengelius*, cum Εὐροκλύδων nusquam memoretur, et nullus esse potuerit ventus Euroaquilone magis adversus Italiam proficiscentibus. Contra vero monuerunt alii, hanc ipsam ob caussam lectionem mutatam videri in Εὐρακύλων, neque hujus venti nomen alias occurrere, offendere præterea etiam hoc ipsum venti nomen ex Græca et Latina lingua compositum, cum navis fuerit Alexandrina et nautæ fuerint Græci, v. *Wolfius, Bowyerus* ad h. l. Equidem cum *Toupio* in Emendatt. ad Suidam P. 3. p. 506. *Ernestio* in *Neu. Theol. Biblioth.* Th. viii. p. 24. legendum puto Εὐρακλύδων, quam lectionem tuetur Auctor Etymologici M. Εὐροκλύδων est *ventus, longe, lateque fluctus ciens*, ingentes fluctus excitans. Significatur hoc nomine ventum non fuisse e statis, qui nomen acceperit a cœli plaga unde flaret (et hæc ipsa fuit lectionis mutandæ caussa) sed ventum procellosum, qui huc illuc transiliret. Venti olim erant quorundam locorum proprii, alii nautarum sermone nobiles, v. Senec. Quæst. Nat. v. 17. *Gellius* N. A. ii. 22. *sunt alia quædam nomina quasi peculiarium ventorum, quæ incolæ in suis quique regionibus fecerunt.—Sunt alii venti commentitii, suæ quisque regionis indigenæ.* Εὐροκλύδων. *Es bedeutet eben das, was jetzt einer von den Levantern heisst (Winde, die die Französischen Seefahrenden Levante, und die Englischen Levanteer nennen), welche nicht auf einen einzigen Punkt eingeschlossen sind, sondern in allen Richtungen wehen. v. Bowyer* et *Michaëlis.*

(15.) συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου] *quo navis correpta.* Philo de Gig. p. 285. D. ὑπὸ σφοδροῦ δίνης βιαιοτάτης ἁρπασθεῖσαι, *violentissimi gurgitis vortice correptæ.* Plutarch. de garrul. p. 507. νῆς μὲν γὰρ ἀρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται, *navem a vento correptam inhibent*, v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ] *cum non posset vento reniti: ἀντοφθαλμεῖν* Suida interprete est, ἀντιβλέπειν ἐξ ἐναντίας, *ex adverso, contra intueri*, ὀφθοῖς ὄμμασιν ὀφᾶν (Soph. Œd. Tyr. 1385. et nos ad h. l.) *rectis oculis adspicere* (Sueton. Aug. 16. *tollere contra* oculos et *obsistere contra* conjunxit Lucret. i. 67). Hoc facere solent audaces et imperterriti, qui alteri sese opponunt, eique resistunt, hinc significat ἀντοφθαλμεῖν, *resistere, obniti*, Sir. xix. 5. Sap. xii. 14. Respondet ergo ἀντοφθαλμεῖν verbo ἀντιβλέπειν quod etiam notat *reniti, resistere*, ut apud Joseph. Ant. vi. 6. 2. οἷς παθήμασιν οὐκέτι ἦν ἀντιβλέψαι, *quibus malis resistere non poterant*, v. *Krebsius* et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. ἐπιδόντες ἐφερόμεθα, *permittentes eam tempestati ferebamur.* Ad ἐπιδόντες supplendum τὸ πλοῖον, quod præcessit. Heliod. Æthiop. i. 3. τοῦ κυβερνήτου ἐνδόντος (scl. τὸ πλοῖον) τῷ ἀνέμῳ, *cum gubernator navigium dedisset vento.* Plutarch. de fortuna Rom. p. 319. Cæsar ad navis gubernatorem fluctus vehementiores timentem: τόλμα, καὶ δέδοικε μηδὲν, ἀλλὰ ἐπιδίδου τῇ τύχῃ τὰ ἱστία, καὶ δέχου τὸ πνεῦμα, τῷ πνέοντι πνοιτύων, ὅτι Καίσαρα φέρεις καὶ τὴν Καίσαρος τύχην, *aude, nec quicquam metue, sed committe fortunæ vela, et excipe ventum, crededeque flanti, nam Cæsarem vehis et Cæsaris fortunam.* Sil. Ital. xi. 275. *puppimque dat vento.* cf. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. ἐφερόμεθα, *huc illuc ferebamur.* Verbum proprium de navigio, quod vento agitatum incerto cursu fertur Herodo. iii. 10. ἐφέροντο κατὰ πνεῦμα καὶ ἄνεμον. Philo de migr. Abrah. p. 410. E. ὥσπερ σκάφος ὑπ' ἐναντίων πνευ-

Digitized by Google

Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης· Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε, μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. 16 17

μάτων διαφερόμενον. Homer. Odys. η'. 343. σχιδίην ἀνέμοισι φέρεσθαι κάλλιστα, ratem ventis ferendam relinque. v. et *Albertius* ad h. l.

(16 sq.) νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην] *insulam parvam quandam, Clauden, prætervecti.* Κλαῦδην in aliis libris legitur Κλαύδαν, in aliis Καύδην, *Gauden.* Solent enim nomina urbium et locorum, partim vulgi inconstantia, partim scriptorum negligentia, inprimis librariorum imperitia corrumpi. Erat autem Κλαύδη parva insula prope Cretam, spectans eam inter meridiem et occidentem; a Ptolomæo vocatur Κλαύδος, a Mela ii. 7. et Plinio iv. 22. *Gaudos.* μόλις—σκάφης] *egre potuimus*, ob venti et fluctuum vehementiam *obtinere*, funibus attrahere *scapham.* Scapha navi alligata erat, Cic. Invent. ii. 51.—(17.) ἣν ἄραντες] *qua* scaphâ *subducta*, s. ut *Er. Schmidius* interpretatur: cum navi propiorem admovissent, ut ea pro proposito uti possent; *als wir das Boot ans Schiff gezogen hatten.* Scaphæ auxilio navis latera firmabant. cf. v. 30. Alii præeunte *Grotio* explicant: quam cum in navem recepissemus, ne incussa navi eam læderet. βοηθείαις ἐχρῶντο] *adjumentis usi: βοήθεια, adjumentum, auxilium*, hinc plerique interpretes, *Grotius, Heinsius, Heumanus*, alii, βοηθείαις intelligunt de ope, quam viatores afferre coacti sint nautis. *Bahrdtius* vertit: *so musste das Schiffvolk herbey. Stolzius: als wir endlich das Boot behauptet hatten, musste alles ausgeboten werden.* Alii contra, veluti *Kypkius, Wetstenius, Rosenmüllerus*, rectius, ut videtur, hoc vocabulo significari statuunt, adminicula, quibus navi periclitanti succurritur, quo pertinent catenæ, unci, funes, et alia instrumenta nautica. In scriptoribus mechanicis, notante *Wetstenio*, βοηθείαι dicuntur, quæ ad structuram collapsam sustentandam supponuntur. ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον] *navem succinxerunt*, scl. nautæ. Solebant veteres, naves funibus utrinque sub fundum adductis, et utraque earum latera constringentibus contra ventorum et fluctuum vim munire, ne dissolverentur. Polyb. Leg. 64. ναῦς συμβουλεύσας τοῖς Ῥοδίοις ὑποζωννύειν. Theognis. 513. νηός τοι πλευρῆσιν ὑπὸ ζυγὰ θήσομεν ἡμεῖς πλεκτείοθ' οἱ ἴχομεν. Hesychius: ζωνεύματα, ὑποζώματα, σχοινία κατὰ μέσον, τὴν ναῦν διεμενόμενα· v. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l. *Rivii* historia navalis, e qua sua desumpsit *Bilius* in Symb. Duisb. p. 481. interpp. ad Horat. Carm. i. 14. 6. *Er. Schmidius* hæc verba hunc in modum explanat: scapham fundo navis subligantes, ut si forte in Syrtes incideret, quod metuebant, scapha illa arenis infixa, navis tamen ab ea soluta, libere abire posset. Recte vero contra monuit *Heinrichsius:* "de hoc more nil unquam auditum est, neque apparet, quo pacto vel inter procellæ sævitias effectum illud dare voluerint, vel navem ita contra Syrtium insidias munire potuerint." φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι] *veriti ne in Syrtin incideret. Syrtes* erant loca arenosa in litore Africæ, et quia situm variabant, periculosissima; erant duæ, major et minor Sallust. Lug. 78. Aristotel. de Mundo c. 3. §. 7. p. 67. ed. *Kappii.* Tibull. iii. 4. 91. Horat. Carm. i. 22. 5. *per Syrtes iter æstuosas facturus.* Propert. ii. 9. 33. *Non sic incerto mutantur flamine Syrtes.* Deinde vero Syrtes loci quicunque maris arenosi dicuntur, ut Virg. Æn. i. 111. ubi v. *Heynius* Exc. 4. et h. l. ἐκπίπτειν dicitur navis, cum vel scopulis alliditur, aut in brevia et litus impingit Herodo. viii. 13. φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. Polyb. i. 51. τῶν μὲν καθιζόντων ἐν τοῖς βράχεσι, τῶν δ' ἐκπιπτόντων σκαφῶν, *cum aliæ naves inter brevia siderent, aliæ terræ alliderentur.* add. Diod. Sic. p. 19. A. v. *Elsnerus, Kypkius* et *Münthius* ad h. l. χαλάσαντες τὸ σκεῦος] *demisso malo.* In constituenda significatione vocabuli σκεῦος (quo, cum de navigio sermo est, quælibet instrumenta et machinæ in navi denotantur, v. Pollux. x. 13. Xen. Œcon. viii. 11 et 12.) interpretes variant. *Beza, Er. Schmidius, Pricæus, Elsnerus, Wolfius, Heumanus, Morus, Heinrichsius*, intelligunt *vela* s. *antennam cum velis, sie strichen die Segel*, vela demittebant, ne navis, velis agitata, in Syrtes incideret, aut si forte incideret, ne nimis subito et violenter in eas ferretur, sed cursu remissiore, minus alte arenis infigeretur. Sed vela haud dubie statim post exortum ventum vehementiorem demisserant coll. v. 15. præterea, ut *Boltenius* monuit, si de velis sermo esset, Lucas haud dubie scripsisset τὰ σκεύη. *Kypkius* verba vertenda putat: *demittentes ancoram* s. *ancoras*, coll. v. 29. Huic vero interpretationi aperte repugnant verba οὕτως ἐφέροντο, vid. not. ad v. 15. *Grotius, Boltenius*, de *malo* cogitarunt, quibus accedere nullus dubito; χαλάσαντες τὸ σκεῦος, *man liess den Mast sinken.* Ita et Syrus interpres vocabulum σκεῦος ac-

Digitized by Google

18 Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο.
19 Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν.
20 Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας,

cepit. Solet autem demitti malus, aut etiam in repentino periculo abscindi, ne ventus ea parte navem urgeat. οὕτως] vid. not. ad Joh. iv. 6. Act. xx. 11.

(18.) σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν] *cum vero vehementi tempestate factaremur, altero die* (nautæ) *jacturam fecerunt:* χειμὼν, *tempestas*, ut v. 20. cf. et not. ad Joh. x. 22. hinc χειμάζειν, *tempestatem excitare*, Xen. Œcon. viii. 16. ὅταν χειμάζῃ ὁ θεὸς (Neptunus) ἐν τῇ θαλάσσῃ. add. Diod. Sic. p. 27. D. et Passivum χειμάζεσθαι, *vehementi tempestate jactari et affligi*. Thucyd. ii. 25. ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου, χειμαζόμενοι ἐν ἀλιμένῳ χωρίῳ. iii. 69. πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι. viii. 32. χειμασθεισῶν τῶν νεῶν. Joseph. Antiq. xii. 3. 3. Diod. Sic. p. 97. A. v. *Krebsius* et *Münthius* ad h. l. Pro ἐκβολὴν ποιεῖσθαι, *jacturam facere*, Aristot. ad Nicom. iii. 1. simpliciter dixit ἀποβάλλεσθαι. Significatur autem his verbis, *jactura mercium, onerum navis*, τῶν φορτίων, coll. v. 10. Formula ἐκβολὴν ποιήσασθαι τῶν φορτίων laudatur a Polluce i. 99. ῥίπτειν τὸν φόρτον dixit Achill. Tat. iii. 2. extr. de nautis, qui ne naufragium paterentur, jacturam faciebant, Jon. i. 5. interpretes Alexandrini usi sunt formula: ἐκβολὴν ποιεῖσθαι τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ πλοίῳ εἰς θάλασσαν.

(19.) καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν] *tertio die ipsi sarcinas nostras e navi projecimus:* αὐτόχειρ h. l. genuinam suam et propriam vim obtinet, atque significat eum, *qui sua manu aliquid facit* Herodi. vii. 2. 17. αὐτουργὸς καὶ αὐτόχειρ. Aristæn. 2. ep. 13. καὶ τὴν ἐπιστολὴν, ἃς αὐτοχειρίᾳ μάλιστα γεγραμμένην. Hesychius: αὐτοχειρία, τὸ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ποιῆσαι τί. Quod rem attinet, similis locus est Achill. Tat. iii. 2. p. 238. ed. *Boden.* καὶ ὁ κυβερνήτης ἐκέλευε ῥίπτειν τὸν φόρτον, διάκρισις δὲ οὐκ ἦν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πρὸς ἄλλό τι τῶν εὐτελῶν, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἠκοντίζομεν ἔξω τῆς νηός· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων, αὐτοὶ τῶν οἰκείων λαμβάνοντες ἐν οἷς εἶχον τὰς ἐλπίδας, ᾤδουν ἀπειγόμενοι· καὶ ἦν ἤδη ἡ ναῦς τῶν ἱστίων γυμνή· ὁ δὲ χειμὼν οὐκ ἐκαίνδυνεύετο, tum gubernator dejici onera jussit. Nec ullum inter aurum, argentumve, aç vilia quæque discrimen fiebat: sed omnia æque in mare deturbabantur, iis ipsis etiam mercatoribus merces omnes suas, in quibus spem posuerant, dejicientibus. Jam navis penitus exhausta erat: nec tamen tempestas commutabatur.) Vocabulo σκευὴ plerique interpretes significari putant *arma* (Virg. Æn. v. 15.) *armamenta* (Plaut. Mercat. i. 2. 61. 76.) *navis* h. e. vela, ancoras, funes, trabes etc. quæ alias dicuntur ἔσκλα, ut ap. Homer. Odys. β'. 390. ubi schol. min. ἔσκλα, τὴν σκευὴν τῆς νηός. Verum enimvero cum parum probabile sit, in media tempestate armamenta navis, quæ ad eam conservandam pertinebant, ejecta esse; cum et v. 29. ancoris adhuc quatuer usi legantur nautæ, cum præterea etiam de armamentis navis usitatius fit nomen σκεύος Ælian. H. V. vi. 12. σκευὴ δὲ εἶχεν ἕτερα πλοῖα ἄλλαις πεντακοσίοις. Demosth. de falsa legat. p. 212. τί δὲ, οὐ τριήρεις τριακοσίαι καὶ σκευὴ ταύταις καὶ κτήματα ὑμῖν περίεστι; *quid vero? annon triremes trecentæ, et armamenta illarum et pecuniæ nobis supersunt?* adstipulor potius *Kypkio, Wetstenio, Rosenmüllero*, qui *vasa, utensilia, impedimenta, sarcinas viatorum, die Bagage*, intelligunt; hinc etiam Lucas in prima persona dicit, nos viatores ipsi utensilia nostra e navi projecimus, ἐρρίψαμεν scilicet ἐκ vel ἀπὸ τοῦ πλοίου.

(20.) μήτε δὲ ἡλίου κ. τ. λ.] *per dies autem complures neque sole neque stellis apparentibus.* Graphice describit tempestatem maritimam Achill. Tat. iii. 2. p. 234. verbis his: ὁ μὲν ἥλιος τίλιον ἐρπάζεται, ἐρῶμεν δὲ ἑαυτοὺς ὡς ἐν σιλήνῃ· πῦρ μὲν ἀπὸ νέφους ἵσταται, μυκᾶται δὲ βροντὴν οὐρανὸς, καὶ τὸν ἀέρα γεμίζει βόμβος, ἀντεβόμβει δὲ κάτωθεν τῶν κυμάτων ἡ στάσις, μεταξὺ δὲ οὐρανοῦ καὶ θαλάσσης ἀνέμων πολέμοι ἐσύριζε ψόφος· καὶ ὁ μὲν ἀὴρ εἶχεν σάλπιγγας ἤχου κ. τ. λ. *sol nobis omnino ereptus fuit, neque alter alterum cernebamus, nisi ut fit luna lucente. Flamma inter nubes coruscabat, cœlum tonitru mugiebat, aer strepitu implebatur. Surgentes ab imo, ac mutuo sese collidentes fluctus adstrepebant, inter cœlum et mare diversorum ventorum murmura resonabant, aerque tubæ instar clangorem fundebat.* Similis descriptio Virg. Æn. i. 85 ss. *Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis Africus—Eripiunt subito nubes cœlumque diemque Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra Intenuere poli, et crebris micat ignibus æther.* Id. iii. 195 ss.—*imber Noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris Continuo venti voluunt mare, magna surgunt Æquora: dispersi jactamur gurgite vasto Involvere diem nimbi, et nox humida cœlum Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes, Excutimur cursu, et cæcis erramus in undis.* Servius ad h. l. *hiemem Græce dicit, nam χειμὼν etiam tempestas a Græcis dicitur.* add. Horat. Epod. x. 9. χειμῶνός τι οὐκ ἐλίγου

Digitized by Google

χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα
ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς. Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, 21
τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν· Ἔδει μέν, ὦ ἄν-
δρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης,
κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. Καὶ τανῦν 22
παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται
ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου. Παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ 23
ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμὶ, ᾧ καὶ λατρεύω, Λέγων· Μὴ φο- 24
βοῦ, Παῦλε· Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ, κεχάρισ-
ται σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ. Διὸ εὐθυ- 25
μεῖτε, ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται, καθ' ὃν
τρόπον λελάληταί μοι. Εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. 26

ἐπικειμένου κ. τ. λ.] *et tempestate vehementissima nos urgente, tandem omnis spes salutis nostræ evanuit.* ἐπικεῖσθαι, *violenter urgere, premere, irruere,* Liban. ep. 1139. ἴδοιτε ἄν, μὴ περίττους γένοιθε τοῦ χειμῶνος· νῦν δ' ὑμῶν ἐπικεῖσθαι, *vereret utique, ne tempestatem illam salvi effugeretis. Jam vero illa vos premet,* v. *Wolfius* et *Wetstenius* ad h. l. add. not. ad Luc. v. i. ἤδη *tandem,* Xen. Ages. xi. 8. ζῶντας οὕτω εὐδαίμονας, τοὺς δὲ τετελευτηκότας ἤδη μακαρίους.

(21. 22.) Nimio labore et abstinentia a cibo defatigatis animum addebat Paulus. πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης] *cum diutius inconatati fuissent.* Vulg. *cum multa jejunatio fuisset:* non quod alimenta deessent, eos enim non laborasse penuria alimentorum e v. 34 ss. patet, sed continui labores, et metus a periculis effecerant, ut de cibo capiendo non cogitarent. vid. v. 33. κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν] *sed hanc tempestatis injuriam et jacturam rerum evitare:* ὕβρις, vid. ad v. 10. ζημία, v. 18. 19. κερδαίνειν s. κερδαίνειν notat, *lucrifacere, evitare,* Joseph. Ant. ii. 3. 2. ubi Rubenus fratres ab impia cæde Josephi retinere studet ita, ut eum vendendum dicat, τὴν μιανθῆναι τὰς χεῖρας αὐτοὺς κερδαίνειν, *ut ita pollutas manus lucrifacerent,* i. fratricidii crimen evitarent. Heliodor. 8. p. 380. Chariclia χαίρουσα εἰ Θεαγένους οὐκ ἔτι ὄντος τεθνήξειεν, καὶ κερδήσει τὸ ἐναγὲς τῆς πράξεως, ἣ καθ' ἑαυτῆς ἐγκόπτει ποιεῖν, ἑτέρων τοῦτο δρασάντων, *gaudebat, quod Theagene non amplius superstite esset moritura et scelus* (se ipsam vita privare voluerat) *evitatura, quod adversus se patrare decreverat, aliis ad conficientibus.* Philemon p. 352. ed. Cleric. πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακὰ, *quicunque enim pauper est, magna evitat mala,* v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. (22.) καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς κ. τ. λ.] *et nunc vos cohortor, ut bono animo sitis, nullius enim vestrum vitæ jactura fiet,* ubi nimirum meis dictis parueritis (v. 31.) *sed tantum navis* scl. ἀποβολὴ ἔσται. Ἀποβολὴ *jactura* Joseph. Ant. ii. 6. 9. παίδων ἀποβολή. Id. xiv. 14. 3. φορτίων ἀποβολή. v. *Krebsius, Lœsnerus* ad h. l. *Heraldus* Advers. i. 7. p. 30.

(23—26.) παρέστη γάρ μοι] *mihi enim apparuit:* παρεστάναι, ut ἐφεστάναι, v. xxiii. 11. verbum de apparitione deorum geniorumque cœlestium, et de visis nocturnis frequens Athen. ix. 17. p. 406. ταῦτα μοι ἐρμαίνοντα παρέστατο Παλλὰς Ἀθηνᾶ, *hæc mihi studiose tentanti adfuit Pallas Minerva.* Joseph. Ant. i. 21. 2. de Deo Jacobo in somnio apparente: ἡ Θεὸς παρεστὰς ἐκέλευεν θαῤῥεῖν Plin. epp. vii. 5. *adstitit ei quiescenti Drusi Neronis effigies,* v. *Elsnerus* et *Lœsnerus* ad h. l. οὗ εἰμὶ (scl. δοῦλος) ᾧ καὶ λατρεύω, *cujus minister sum, quemque colo.* Philem. fragm. p. 306. v. 4. δοῦλοι βασιλέων εἰσὶν ὁ δὲ βάσιλεύς, θεῶν, *sunt servi regum, sed rex* (servus) *est deorum.* add. Rom. xiv. 6. 2 Tim. ii. 19. 1 Cor. iii. 23. κεχάρισταί σοι—μετὰ σοῦ] *tibi Deus donavit omnes tecum navigantes,* i. tui caussa eos servabit. Herodo. 3. p. 107. uxor Intaphernis dicit: εἰ μὲν δή μοι δοῖεν βασιλεὺς ἑνὸς ψυχὴν, εἰ ἑνὶ τῷ μοι δοῖεν βασιλεῦ ἑνὸς ψυχὴν, *si uni rex mei caussa vitam servare vult:* v. *Kypkius* ad h. l. supra xxv. 11. 16. εἰς νῆσον—ἐκπεσεῖν] *etenim certo in insulam quandam* propinquam *ejiciemur, wir werden auf eine Insel verschlagen werden,* v. 17. 29. Cæterum quod visionem h. l. memoratam attinet, eam Paulo per somnium accidisse in promptu est coll. v. 23. Somniavit Paulus se cum sociis terram continentem appulsurum esse. Hujus somnii originem e periculosa Apostoli ejusque sociorum conditione facile explicari posse contendit *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 3. p. 407. 1084. Sperasse nimirum Paulum tempestatem, quæ jam per quatuordecim fere dies

Digitized by Google

27 Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν
ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενοοῦν οἱ ναῦται προσ-
28 άγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν. Καὶ βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς
εἴκοσι· βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον
29 ὀργυιὰς δεκαπέντε. Φοβούμενοί τε, μήπως εἰς τραχεῖς τό-
πους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας,
30 ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι. Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ
τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν,

29. ∼ ἐκπέσωμεν.

sæviisset, brevi sedatum iri. Somnium reddidisse ei quæ vigilans cogitasset, et Apostolum somnium adhibuisse, ut sociis animum adderet, præsertim cum indicia vicinæ insulæ sibi animadvertisse existimasset. Eventum hoc somnium habuisse, rem ita moderante divina providentia, ut multa somnia quibus eventus responderit. Contra *Eichhornium* disputavit, et Pauli somnium non naturale, sed divinum fuisse, quod fallere ipsum non potuerit, evincere studuit *Storrius* Opuscc. Vol. iii. p. 192.

(27.) διαφερομένων ἡμῶν] *cum agitaremur*: διαφέρεσθαι ut φέρεσθαι v. 15. poni solet de navigio, quod incerto cursu huc illuc fertur, v. *Kypkius* et *Westenius* ad h. l. ἐν τῷ Ἀδρίᾳ] scl. πόντῳ, *in mari Adriatico*. Non sinus Adriaticus inter Italiam et Dalmatiam intelligitur, qui nunc mare Adriaticum nominatur, sed ex more loquendi veterum, mare inter Græciam, Italiam et Africam, ita, ut maria Ionicum, Creticum, Siculum, hoc nomine comprehendantur. Hinc Hesych. Ἰόνιον πέλαγος, ὁ νῦν Ἀδρίας. v. Strabo 2. p. 185. lib. 7. p. 488. Scholiast. ad Apollon. iv. 308. *Bochart*. Geogr. i. 26. *Beza* et *Michaëlis* ad h. l. ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν] *suspicabantur nautæ sibi appropinquare terram quandam continentem*. Lucas optice loquitur, nautarum more, proprie enim navis promota appropinquat terræ, Val. Flacc. ii. 8. — *jam longa recessit Sepias*. Virg. Æn. iii. 72. *Provehimur portu: terræque urbesque recedunt*. Ovid. Met. vi. 513. *Admotumque fretum remis, tellusque repulsa est*. Cic. Quæst. Acadd. iv. 25. *videsne navem illam? stare nobis videtur: at iis, qui in navi sunt, moveri hæc villa*. Achill. Tat. ii. 32. γῆν γὰρ ἐωρῶμεν ἀπὸ τῆς νηὸς κατὰ μικρὸν ἀναχωρεῦσαν, ὡς αὐτὴν πλέουσαν, terra a navi quasi ipsa navigaret, recedere paulatim videbatur.

(28.) ἡ βολὶς perpendiculum nauticum, *das Senkbley*, hinc βολίζειν perpendiculum nauticum demittere, quod nautæ facere solent, ut altitudinem maris explorent, ne vadis allidant. ὀργυιά, "passus. Sic recte vetus interpres. Nam passus Latinis a pandendo, dicitur mensura, quam Græci ὀργυιὰν, παρὰ τὸ ὀρέγειν vocant: quantum videlicet spatium expansis brachiis comprehenditur ab extremo medii digiti ad alterum extremum, medio pectore interjecto, quod intervallum Latini quinque Romanis pedibus, Græci sex suis pedibus, i. e. Romanis sex et quarta præterea pedis parte, definiunt." *Beza*. Vernacule, *eine Klafter*. Hesychius: ὀργυιά, ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις. Etym. M. ὀργυιὰ σημαίνει τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν, σὺν τῷ πλάτει τοῦ στήθους. vid. et interpp. ad Lycophr. Cassandr. v. 1077. βραχὺ διαστήσαντες] *paulo longius progressi*, scl. κατὰ βραχὺ διάστημα χρόνου v. *Bosius* de Ellips. sub v. διάστημα p. 103. ed. *Schæf*. δεκαπέντε] *quindecim*, decrescere ergo cognoscebant maris altitudinem, quod erat indicium terræ propinquæ.

(29.) φοβούμενοί τε μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν] *metuentes ne in scopulos incederent*: εἰς τραχεῖς τόπους loca saxosa, qualia multa circa insulas esse solent Diod. Sic. p. 157. D. τὰ σκάφη κατά τινας τραχεῖς τόπους προσπαίοντα τῇ γῇ διαφθείρει. *Er. Schmidius* conjicit εἰς βραχεῖς v. *in brevia, loca vadosa*. Citra necessitatem. ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας] *quatuor ancoris de puppi jactis*, ob tempestatis gravitatem pluribus ancoris opus erat Cæs. B. C. i. 25. *naves quaternis ancoris destinabat, ne fluctibus moverentur*. ἤυχοντο ἡμέραν γενέσθαι] *optabant, ut luceceret*. Curtius v. 4. 26. *exspectata lux omnia quæ terribiliora nox fecerat, minuit*.

(30—32.) τῶν δὲ ναυτῶν—θάλασσαν] *cum vero nautæ e navi effugere vellent* (in terram quam intelligebant propinquam v. 28.) *et scapham in mare demitterent*. Pertinet huc locus Achill. Tat. iii. 3. gubernator navis ῥίπτει μὲν τὰ σκεύη ἐκ τῶν χειρῶν· ἀφίησι δὲ τὸ σκάφος τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑστερίζει ἤδη τὴν ἰφελκίδα, καὶ τοῖς ναύταις ἐμβαίνειν κελεύει—οἱ μὲν γὰρ ἐπιβάντες ἤδη τὸν κάλων ἔκοπτον, ἐξ συνήθειας τὴν ἰφελκίδα τῷ σκάφει· τῶν δὲ πλωτήρων ἕκαστος ἑστιν ὑπὲρ μετακωλῶν, ἵνα καὶ τὸν πυξερνήτην ἐωρέκεσαν ἰφελκόντα τὸ κάλων· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἰφελκίδος μετιβαίνων

Digitized by Google

προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν. Εἶπεν 31
ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις· Ἐὰν μὴ
οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε. Τότε 32
οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκαφῆς, καὶ εἴασαν
αὐτὴν ἐκπεσεῖν. Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρ- 33
εκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων· Τεσ-
σαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες, ἄσιτοι διά-
τελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι· Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς [1]προσ- 34
λαβεῖν τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπ-
άρχει· οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς[||] πεσεῖται.
Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ 35
ἐνώπιον πάντων, καὶ κλάσας, ἤρξατο ἐσθίειν. Εὔθυμοι δὲ γενό- 36
μενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς. Ἦμεν δὲ ἐν τῷ 37
πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ, διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ. Κορεσ- 38

34. ~ μεταλαβεῖν. || ~ ἀπολεῖται.

οὐκ ἀνέστρεφον· εἶχον δὲ καὶ πελέκεις, καὶ μαχαίρας, καὶ πανάξιον ἠτείλεον, εἴ τις ἐσβήσεται κ. τ. λ. temone abjecto, maris arbitrio navem permisit, scaphamque instruxit, ac nautis descendere jussis etc. nautæ qui ingressi erant, funem, quo scapha navi alligabatur, præcidebant, vectores autem, gubernatorem funem trahentem cernentes, ut et ipsi desilirent operam dabant. Illi contra minime pati, sed, cum secures gladiosque haberent, intentatis plagis quemcunque ingredi volentem perterrere etc. Cic. de Invent. c. 51. *ipsos tempestas vehementius urgere cœpit, usque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator esset, in scapham confugeret.* Liv. xxix. 27. *prope obrutis navibus, scaphis in terram evaserunt.* **προφάσει** *ὡς* ἐκ **πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν**] *quasi vellent ancoras e prora demittere:* **μελλόντων** scl. **αὐτῶν**, genitivus consequentiæ vid. *Kypkius* ad h. l. **πρόφασις**, *prætextus*, cf. not. ad Joh. xv. 22. Milites quibus detexerat Paulus nautarum perfidiam, funes quibus nautæ scapham versus proram ducebant, ubi illi eam conscendere statuerant, dissecuerunt, eamque vi fluctuum quocunque auferendam tradiderunt, atque ita nautis fugam præcluserunt. **σωθῆναι οὐ δύνασθε**] cum milites et viatores navem gubernare nescirent.

(33.) Interea dum elucesceret, Paulus omnes cohortatus est, ut cibo se recrearent. **μεταλαμβάνειν τροφῆς**] vid. ii. 46. **τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον—προσλαβόμενοι**] *hic dies decimus quartus est, e quo exspectantes jejuni mansistis, nec cibum (justum) cœpistis:* **προσλαβόντες**] laborum levamen, ut vel tempestas neret, vel portum attingerent. Verba **ἄσιτοι διατελεῖτε**, ut **μηδὲν προσλαβόμενοι**, non ad vivum resecanda sunt, sed ita capienda, ut hi homines per illos dies non ordinario modo et ad satietatem usque cibum potumque sumsisse dicantur, sed ut in his laboribus fieri solet, raro, et pauca, et raptim, nec simul omnes, ut navigantium mos est, cf. v. 21. not. ad Matth. iv. 2. xi. 18. et quæ hanc in rem exempla e Josepho attulit *Krebsius* ad h. l. (34.) Pro **προσλαβεῖν** alii libri exhibent **μεταλαβεῖν**, probam hanc lectionem judicavit *Bengelius*, et in ordinem migrare jussit *Griesbachius*, sed **μεταλαβεῖν τροφῆς** e v. 33. in hunc venisse videtur. **τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει**, *hoc ad salutem vestram cedet*, firmiores evadetis ad perferendos labores, refectis viribus corporis. **οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται**] *nullius enim vestrum capillus peribit*, i.e. nemini vestrum quicquam mali eveniet. Locutio proverbialis Hebræorum vid. 1 Sam. xiv. 11. 1 Regg. i. 52. ubi additur, **ἐπὶ τὴν γῆν** quod h. l. subaudiendum, sed **πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν** est id. qd. **ἀπόλλυσθαι**. cf. etiam Matth. x. 30. Luc. xii. 7. add. *Vorstius* de Adagiis N. T. c. 6. Pro **πεσεῖται** alii libri habent **ἀπολεῖται**, quod interpretamentum, petitum, ut videtur, ex Luc. xxi. 18. male in ordinem recepit *Griesbachius*.

(35—38.) **εὐχαρίστησε**] more religioso Matth. xiv. 19. xv. 36. Joh. vi. 11. ostendens simul a Deo salutem esse exspectandam v. 23 sq. **εὔθυμοι γενόμενοι**] *cum animum sumsisset*, audiverant enim a Paulo omnes brevi servatum iri, et ipsi sciebant terram continentem propinquam esse. **ψυχαί**] vid. ad ii. 41. **ἐκούφιζον**] Vulg. *alleviabant*. Achill.

Digitized by Google

θέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβάλλόμενοι τὸν σῖτον
39 εἰς τὴν θάλασσαν. Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπε-
γίνωσκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν, ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν
40 ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον. Καὶ τὰς ἀγ-
κύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς
ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων· καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ

Tat. iii. 1. ὅπως τὸ μὲν βαπτιζόμενον τῆς νηὸς ἀναπαυφίσαιμεν, *ut demersam partem navis allevaremus.* ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν, *alimenta in mare proficiendo*, cum nempe scirent terram esse propinquam, atque iis carere posse opinarentur. σῖτον] *cibaria, alimenta*, מזון Job iii. 24. Prov. iv. 17. Suidas: σίτου, τροφῆς. Alii, qui navem fuisse putant frumentariam, σῖτον vertunt *frumentum*: vid. ad. v. 6.

(39.) τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον] *terram non agnoscebant*, ignorabant quo nomine appellaretur xxviii. 1. Verba κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν haud pauci interpretes vertunt: *conspexerunt sinum quendam litus habentem.* Quasi vero, ut probe notavit *Er. Schmidius*, sinus aliquis esset, qui non haberet litus, aut quasi sinus agnosci posset, nisi prius litoris ratione perspecta. Omnis enim sinus habet litus, quo concluditur, sed non omne litus habet sinum, quem concludat. Alii vertunt: *litus* planum *habentem.* Sed Lucas simpliciter scripsit αἰγιαλὸν, h. e. litus. Construenda ergo sunt verba: κατενόουν αἰγιαλὸν ἔχοντα κόλπον τινὰ, εἰς ὃν scl. κόλπον animadvertebant litus *habens sinum quendam* s. *sinum in litore animadvertebant, in quem (sinum) decreverunt, si fieri posset, appellere.* κόλπος, *sinus* maris, litorum curvitate conclusus. Hesychius: κοῖλος τόπος παραθαλάσσιος, *ein Meerbusen.* ἐξωθεῖν, *impellere, propellere*, dicitur de navibus, quæ ad litus impelluntur Schol. ad Thucyd. ii. 90. ἐξέωσαν, πρὸς τὴν γῆν ἐπεῖλαι ἐποίησαν, *in litus impingere fecerunt.* Petron. c. 114. *si voluerit misericors* (fluctus) *ad idem litus expellere.* Cæs. B. C. iii. 28. *gubernatorem in terram navem ejicere cogunt.* Liv. xliv. 28. *pars eorum, qui propiores continenti litori erant, in Erythræam enatarunt, pars velis datis ad Chium naves ejecere.* vid. *Elsnerus, Raphelius* Herodo. *Wetstenius* ad h. l. *Dorvillius* ad Charit. p. 363. Lips.

(40.) Jam ut appellere possent, moræ impatientes. τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν] *ancoras abscissas reliquerunt in mari:* ἀγκύρας ancoras quatuor, quas antea ex puppi demiserant: coll. v. 29. Præcidebant ancoras, *sic kappten die Anker*; περιαιρεῖν, *amputare, abscindere*, Plutarch. V. Pompei. 646. A. ἀγκύραν αἴρειν πελεύσας ἀνιεῖσαι πλεῖν ἀνάγκη· v. *Lud. de Dieu* et *Wetstenius* ad h. l. Alii verba reddunt: *sublatis ancoris*, et εἴων εἰς τὴν θάλασσαν concise dictum putant pro εἴων τὸ πλοῖον εἶναι εἰς τὴν θάλασσαν, *commiserunt navem mari.* Sed prior ratio simplicior est, et orationis seriei convenientior. ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων] *simul resolutis gubernaculorum vinculis.* Male *Beza* et *Lud. de Dieu* pluralem τῶν πηδαλίων pro singulari positum esse existimant. Etenim naves veterum paulo majores duo habebant gubernacula s. duos clavos, unum in prora, alterum in puppi, quorum vinculis laxatis, gubernacula multum in aquas descendebant, et navem fortius retinebant, quo minus a ventis everteretur. Heliodor. 5. p. 241. *Commelin.* τῶν δὲ πηδαλίων θάτερον ἀποβαλόντες, *altero clavo amisso.* Lucian. Toxari, p. 51. τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος ἐκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, *navigii jam abeuntis gubernaculis hærentes.* Ælian. H. V. ix. 40. ἔτι Καρχηδόνιοι δύο κυβερνήτας εἰσῆγον εἰς τὴν ναῦν, ἄσσον λίγοντες εἶναι, δύο μὲν πηδαλία ἔχων κ. τ. λ. ubi v. *Perizonius.* add. Aristoph. Equitt. 539. Seneca Consol. ad Marcian. 16. *turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit* Petron. c. 114. *non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus.* v. *Munkerus* ad Hygin. fab. 14. *Bochartus* Hieroz. P. ii. lib. 4. c. 1. *Scheffertus* de militia navali vett. lib. 2. c. 5. *Lipsius* ad Tacit. Annal. ii. 6. *Grævius* ad Hesiod. Ἔργ. v. 45. *Albertius* et *Elsnerus* ad h. l. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνοούσῃ] scil. αὔρᾳ, vid. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 252. *velo ad venti flatum directo:* ἐπαίρειν, *expandere, tollere*, de velis, Plutarch. in Lucullo, p. 493. μεθ' ἡμέραν μὲν ὑφιεμένοις πλεῖν τοῖς ἱστίοις καὶ ἐπαιωροῖς, νύκτωρ δ' ἐπαιρομένοις, *interdiu velis subductis et contractis navigans, noctu vero expansis.* Lucian. H. V. 2. p. 686. ἐπάραντες τὴν ἰδόνην· v. *Kypkius* ad h. l. Diversissimi autem sunt interpretes in explicanda voce ἀρτέμων. *Lutherus* ea significari putat *malum, Erasmus antennam*; neutra tamen significatio comprobari potest. Rectius alii de *velo* cogitant, ἀπὸ τοῦ ἀρτᾶσθαι, quod velorum potius additamentum est. Discrepant vero etiam inter se, qui hanc notionem vocabulo

Digitized by Google

πνεούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Περιπεσόντες δὲ εἰς 41
τόπον διθάλασσον, ἐπώκειλαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῴρα ἐρεί-
σασα ἔμεινεν ἀσάλευτος, ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας
τῶν κυμάτων. Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς 42
δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι.
Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος, βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώ- 43
λυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος, ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους

42. ∼ διαφύγῃ.

subjiciunt. *Albertius, Wolfius, Dindorfius* intelligunt *velum majus*, quod ad puppim est, et Venetis *Artimon* audit. Rectius vero, opinor, *Grotius, Vossius* in Etymol. *Heumanus, Michaëlis, Rosenmüllerus*, hoc vocabulum accipiunt de *velo minori proræ proximo*, quod *dolona* Pollux vocat, quo nautæ uti solent, ne majora vela plus satis venti concipiant, et navem nimis urgeant. Juvenal. Sat. xii. 68. *vestibus extentis et quod superaverat unum velo proro suo.* Scholiast. *artemone solo velificaverunt.* κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν] *cursum ad litus dirigebant*: κατέχειν verbum nauticum, quod non tantum declarat, *aliquo versus navem dirigere*, ut h. l. sed interdum etiam *appellere* Suidas: κατέσχον· προσωρμίσθησαν, *appulerunt*. Schol. Thucyd. iv. 54. κατασχόντες· προσορμίσαντες. Subaudiendum est τὴν ναῦν. Homer. Odys. λ. 454. φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν νῆα κατισχόμεναι, *caram in patriam terram navem dirige.* Xen. H. Gr. ii. 1. 19. κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα τὴν Λαμψάκου ἄκραν, *cursum ad Abarnidem Lampsaci promontorium direxerunt.* v. *Raphelius* Obss. Polybb. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. Sic quoque usurpatur verbum ἐπέχειν Arrian. Hist. Indic. c. 32. ταύτην τὴν ἄκρην ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ' αὐτὴν πλεῖν ἐκέλευεν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαστρεύοντας παλαιπωρίσεσθαι, *id promontorium ubi conspicati sunt*, Onesicritus *classem eo dirigi jubebat, ne per sinum navigantes calamitatibus afficerentur*; et verbum προσέχειν, quam in rem Philonis locos attulit *Læsnerus* ad h. l.

(41.) περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον κ. τ. λ.] *sed in brevia delati, navem allidebant, ita, ut prora quidem hærens inconcussa maneret, puppis autem ventorum vi solveretur*: διθάλασσος proprie vocatur isthmus, terra augusta inter dua maria. Hinc Corinthum *bimarem* dicit Horat. Carm. i. 7. Ovid. Fast. iv. 499. Neque tamen h. l. cum quibusdam interpretibus intelligi potest isthmus, litus ipsum, quorsum enim isti in mare sese projicerent, si in ipsum litus navis impegerat prora? sed τόπος διθάλασσος indicat h. l. *brevia* (*Untiefe*) l. *aggerem oblongum ex arena densata congestum, eine Sandbank*; ad hæc brevia naufragium fecerunt. ἐπωκείλαν, *impingere, allidere*, dicitur navis, quæ cum vehementia ad litus, vel in vada et scopulos impellitur. Suidas: ὀκείλαν· προσορμεῖν, ἐκρέκειν· ἔρηται ἐπὶ τῶν νηῶν. Hesychius: ἐπωκείλαν· ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐλθεῖν. Xen. Exp. Cyr. vii. 5. 8. ἔνθα τῶν εἰς τὸν πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ἐκείλουσι καὶ ἐπαίτιοι, hoc loco pleraque naves in Pontum profecturæ *alliduntur, et in litus ejiciuntur.* Arrian. Hist. Ind. c. 37. τρεῖς τῶν νεῶν ἐπωκείλασαι ἐν τῷ ξηρῷ ἐσχίσθησαν, *tres naves impactæ in vado sicco hærebant.* Id. c. 41. τοῦ μὴ ἐπωκείλειν ἐν τοῖς βράχεσι τὰς νῆας, *ne naves in vada impingant.* Diod. Sic. p. 338. A. οὐκ ὀλίγοι τῶν τριήρων ἐν βράχεσι ἐπώκειλαν, *non paucæ triremes inter brevia compulsæ substiterunt.* Supra v. 39. erat ἐξώσαι τὸ πλοῖον. vid. *Raphelius* Polyb. *Albertius, Wetstenius* et *Læsnerus* ad h. l. ἔμεινεν ἀσάλευτος κ. τ. λ. Virg. Æn. v. 206. *illisaque prora pependit; Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis.* Æn. x. 303. *puppis tua, Tarchon— inflicta vadis dorso tum pendet iniquo, anceps sustentata diu, fluctusque fatigat, solvitur* (h. l. ἐλύετο) *atque viros mediis exponit in undis.* Cic. Attic. xv. 11. *prorsus dissolutum offendi navigium.* ἐρείσασα] scl. ἑαυτήν.

(42.) τῶν δὲ στρατιωτῶν διαφύγοι] *jam milites consilium cœperunt captivos interficiendi, ne quis eorum natando aufugeret.* Interficere volebant captivos ipsis commissos, erant enim Romani acerrimi disciplinæ militaris vindices: v. ad Matth. xxviii. 13. Act. xii. 19. 16. 27. ἐκκολυμβᾶν, *enatare, natando evadere*: Diod. Sic. xx. 87. οἱ πλεῖστοι δὲ καιομένων τῶν Ἀκαίων ἐξεκολύμβησαν, *pars maxima conflagrantibus Acatiis, natando evadunt.* vid. *Kypkius* ad h. l.

(43 sq.) βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον vid. not. ad v. 3. cf. v. 21—26, 33, 34. ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κ. τ. λ.] *jussit eos qui natare possent, se primos in mare projicere, ut in terram evaderent.* ἀπορρίψαντας] scl. ἑαυτοὺς εἰς τὴν θάλασσαν. Diod. Sic. p. 427. C. ἔρριψαν ἑαυτοὺς εἰς τὴν θάλασσαν, ἐλπίζοντες διανήξεσθαι τὸν μεταξὺ πόρον, *in mare se præcipites dederunt*, quod *maris in medio tractum natando superare se posse confiderent.* cf. et

Digitized by Google

44 κολυμβᾶν, ἀπορρίψαντας πρώτους, ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι· Καὶ τοὺς λοιπούς, οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν.

ΚΕΦ. κη'.

Καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖ-
2 ται. Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν

Kypkius ad h. l. Cæterum pertinet huc locus Arrian. Indic. Hist. c. 24. §. 5. αὐτὸς τε τῶν στρατιωτῶν ὅσοι αὐτοί τε κουφότατοι, καὶ κουφότατα ὡπλισμένοι, τοῦ τε νεὼν δαημονέστατοι, τούτους δὲ ἐκνήξασθαι κελεύει ἀπὸ ξυνθήματος.—§. 7. ἅμα δὲ ἐρρίπτουν ἐωϋτοὺς οἱ ἐπὶ τῷδε τεταγμένοι ἐκ τῶν νεῶν ἐς τὸν πόντον, καὶ ἐνήχοντο ἕξεως, tum ex militibus qui expeditissimi levissimeque armati essent, et nandi peritissimi, signo dato, enatare jubet.—*Confestim itaque, qui ad hoc designati erant, sese e navibus in mare conjiciunt, celeriterque enatant.*—(44.) τοὺς λοιπούς] *cæteros autem* np. τοὺς μὴ δυναμένους κολυμβᾶν, *qui natare non possent.* οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν κ.τ.λ.] *partim tabulis, partim aliis de nave fragmentis avulsis:* τοῦ πλοίου sc. ἀπορρηγμάτων, præterea e v.43. repetendum : ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι. Achill. Tat. iii. 4. extr. πολλοὶ δὲ καὶ ξύλοις ἀπειρρωγόσι συμπεσόντες, ἐπείρωντο δίκην ἰχθύων, *multi disjectas navis tabulas nacti piscium more natabant.* διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν] *salvi in terram evaserunt*: διασωθῆναι prægnanti sensu positum, pro διασωθῆναι καὶ ἀφίκεσθαι ἐπὶ τὴν γῆν. Diod. Sic. p. 427. C. οἱ πλεῖστοι μὲν ὑπὸ τοῦ ῥοῦ διεφθάρησαν, πεντήκοντα πρὸς τὴν Ἰταλίαν διεσώθησαν, *plurimi fluctibus hausti perierunt, et vix quinquaginta ad Italiæ litus vivi pervenerunt.* Æsop. fab. 42. χειμῶνος δὲ σφοδροῦ γενομένου, καὶ τῆς νεὼς περιτραπείσης, πάντα ἀπολέσαντες, αὐτοὶ ἐπὶ τὴν γῆν διεσώθησαν· v. not. ad xxiii. 24. *Gataekeri* Advers. posthum. c. 31. p. 762.

CAP. XXVIII.

(1.) Naufragi in insulam Meliten salvi evadunt 1. a Melitensibus comiter excipiuntur 2. Paulus viperam quæ manui ipsius sese implicuerat, in ignem excutit, et nil mali patitur 3. Publii patrem et alios sanat 8, 9. Tribus mensibus elapsis, navi Alexandrina, quæ in insula hibernarat, inde proficiscuntur 11. Romam deveniunt 16. ibi Paulus cum Judæorum primoribus ad se arcessitis de vinculorum suorum caussa agit 17. per biennium Romæ doctrinam Christi prædicat 30. καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται] *servati comperiebant* (np. ex incolarum indicio) *insulam illam Meliten vocari.* Μελίτη duæ erant hujus nominis insulæ, una in mari Adriatico, ad Illyricum pertinens, quæ hodie *Meleda* appellatur, v. Apollon. Rhod. Argon. iv. 572. *Cellarius* Geogr. Antiq. ii. 8. p. 626. altera in mari Mediterraneo, inter Africam et Siciliam, quæ hodie *Malta* dicitur : vid. *Cluverius* Sicil. Antiq. ii. 16. Disputatum est olim ab interpretibus, utrum Melite Dalmatica s. Illyrica, an Africana s. Sicula intelligenda sit. Melite in mari Adriatico paucos defensores habuit (v. *Wolfius* ad h. l.) inter quos eminet *Rhærius* de Pauli ad insulam Melitam naufragio Traj. ad Rhen. 1743, 4. plerique omnes recte alteram illam in mari Siculo sitam h. l. intelligendam esse contendunt : vid. *Scaliger* de Emendatione tempor. p. 500. 535. *Bochartus* Geogr. Sacr. P. 2. lib. 1. c. 26. *Cluverius* l. l. *Cellarius* ii. 12. p. 819. et *Michaëlis* ad h. l. De insula Melita in mari Siculo sermonem esse, vel ex ipso itineris cursu patet, nam Paulus dicitur Melite ad Syracusas, Syracusis Rhegium, et per fretum Siculum Puteolos v. 13. pervenisse, quod ostendit, hoc iter factum esse, intra Libyci et Siculi maris freta; hæc via tam recta est, si profectio fuit ex Africana Melita, quam flexuosa et præpostera fuit, si ex Illyrica dicesserunt, et omnem fidem excedit, per sinum Adriaticum, multis insulis refertum, non nisi hanc deprehendisse viatores. cf. et not. ad xxvii. 27.

(2.) Βάρβαροι] proprie dicitur is, qui linguam peregrinam loquitur, non ea utitur, qua nos utimur, cujus linguam non intelligimus, peregrinus, sine ulla ferociæ et ruditatis notione Ovid. Trist. v. 10. 37. *barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.* 1 Cor. xiv. 11. hinc βάρβαροι a Græcis et Romanis vocabantur omnes alii populi, ut adeo ad vim hujus nominis reperiundam, semper videndum sit, de qua civitate sermo sit, et quinam sint isti, qui ejus ratione barbari nominentur. Festus : *barbari antiquitus dicebantur omnes gentes exceptis Græcis* Plautus Asinar. Prolog. v. 10. *huic nomen Græce est Onagros fabulæ, Demophilus scripsit, Marcus vertit barbare,* i. e. Romane add. Trinum. Prol. 19. Herodo. ii. 158. βαρβάρους πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. Herodi. i. 1. 5. βάρβαροι qui non sunt Romani, ubi v. *Irmischius* p. 21. ut ap. Joseph. Procem. B. I. §. 5. *Judæi*

Digitized by Google

ἡμῖν· ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν, προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψύχος. Συστρέ- 3
ψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς 4
χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν, διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης, ἡ δίκη ζῆν

ratione Ἑλλήνων dicuntur βάρβαροι. add. Justin. M. Apol. i. 5. Juvenal. Sat. vi. 156. vid. *Krebsius*, *Wetstenius*, *Læsnerus* ad Rom. i. 14. Insulam Melitam eo tempore habitabant Carthaginienses s. Pœni, iisque Græci et Romani mixti; et Melitenses, quamvis legibus Romanis subjecti, h. l. dicuntur *barbari*, ob linguam peregrinam quam vulgus loquebatur: v. *Lightfootus* ad h.l. *Bochartus* Geogr. P. 2. lib. 1. c. 26. p. 499. 503. Hieroz. P. 2. lib. 3. c. 2. p. 371. παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν, haud vulgarem nobis exhibuerunt humanitatem: vid. ad ix. 11. διὰ τὸν ὑετὸν—τὸ ψύχος] *propter pluviam nos prementem et frigus.* ἐφιστάναι id. qd. ἐπικεῖσθαι xxvii. 20.

(3.) φρύγανα] *sarmenta, virgulta refecta et arida.* Hesychius: φρύγανα, ὕλη λιστὴ καὶ ξηρά. Xen. Anab. iv. 3. 8. φρύγανα συλλίγοντες ὡς ἐπὶ πῦρ. Sic et h. l. συστρέψαντος idem valet quod συλλέξαντος, ut et Chrysostomus interpretatus est. Latuerat in sarmentis vipera, et cum iis simul arrepta fuerat, ignis calore expulsa prorepsit, et manui Pauli adhæsit. Pro ἐκ τῆς θέρμης, *ob calorem*, in aliis libris legitur ἀπὸ τῆς θέρμης, quam lectionem probarunt *Grotius*, *Pricæus*, *Bengelius* in Gnom. et *Griesbachius*; sed ἀπὸ glossema redolere videtur. Sæpius autem ἐκ, ut ἀπὸ, caussam indicat, ita, ut sit *præpropter* Apoc. xvi. 21. ἐκ τῆς πληγῆς, *propter plagam.* Soph. Œd. Col. 612. ἐκ σμικροῦ λόγου, *ob levem caussam.* Æl. H. V. iii. 8. ἐκ τούτων ἐθαυμάζοντο, *propter ista colebantur.* Sic Latini quoque uti solent præpositione *ex* Sallust. Cat. 35. *satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi:* vid. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 119 sq. Loco ἐξελθοῦσα in multis libris rectius legitur διεξελθοῦσα, probavit hanc scripturam etiam *Griesbachius.* καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, *manui ejus se alligavit*, sequitur κρεμάμενον v. 4. *e manu Pauli pendentem bestiam: καθάπτειν, alligare*, ut ap. Soph. Trachin. 1051. Xen. Cyneg. vi. 7.: v. *Suicerus* Thes. Eccles. T ii. p. 5 sq. et *Wolfius* ad h. l. Cæterum fabula, viperis omnino, aut saltem venenatis, insulam Maltam carere ex alio figmento derivanda est, quod Paulum eas ex insula expulisse tradit, de quo miraculo Lucas silet: v. *Walchii* Commentat. in hujus cap. v. 6. Götting. 1753, 4. *Michaëlis Oriental. Biblioth.* Th. xx. p. 142 sq. *Neue Orient. Bibl.* Th. v. p. 49 sq. et in *Anmerkk.* ad h. l. Erat autem vipera ista aut non venenata, etsi Melitenses eam pro venenata habuerint, aut si erat, insinuavit quidem se Pauli manui, non vero momordit, id quod nec Lucas refert, imo eam non momordisse colligi potest e verbis v. 5. ἔπαθεν οὐδὲν κακόν.

(4.) θηρίον] dicitur de animalibus venenatis, ut ap. Diod. Sic. p. 754. inprimis de serpentibus, v. Diod. Sic. p. 118. D. p. 616. D. Artemid. Onirocr. iv. 50. Lucian. Philopseud. T. ii. p. 333. *Græv.* Theocrit. Id. xxiv. 54. hinc ap. Xen. Mem. i. 3. 13. καλὸς homo vocatur θηρίον, quia ejus consuetudo et osculum, quasi venenum aliquod aliis immitit. Suidas: θηρία καὶ τὰ δάκνοντα ἔχιδνα, φαλάγγια, ὄφεις· et a Galeno Opp. T. iii. p. 523. θηριακὰ dicuntur medicamenta, ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἰᾶται δήξεις, *quæ viperarum morsus sanant.* [vid. *Turnebus* Advers. v. 20. et *Wolfius* in Curis ad h. l. Præcipiti judicio homines illi dicebant: πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος κ. τ. λ. *profecto hic est homicida, quem e mari servatum, vindicta divina non sinit vivere.*] *Heinsius* suspicatur, pœnam homicidæ ibi fuisse morsum serpentis. *Pricæus* sensum ita constituit: naufragium, mortem bonis juxta et malis communem evasit, ut rariore et insigniore exemplo ejus scelera puniantur. Equidem adstipulor *Elsnero*, statuenti, suspicionem Melitensium, Paulum fuisse homicidam, et moriturum esse, niti opinione illa veterum, per eadem puniri homines, per quæ deliquissent: vid. *Spanhemius* ad Callim. h. in Cer. 64. hinc, cum cædes manu peragi soleant, (unde homicidæ profanis audiebant οὐ καθαροὶ χεῖρας, *manibus polluti*, v. not. ad Matth. xxvii. 24.) et viderent viperam *e manu* Pauli pendentem, circum ejus manum sinus suos ducentem, homicidam eum putasse, quippe qui sceleris perpetrati pœnam in manu lueret, ea scilicet parte, qua peccasset. ἡ Δίκη] *dea justitiæ*, Jovis filia, vocata etiam Nemesis. Arrian.

Digitized by Google

5 οὐκ εἴασεν. Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ,
6 ἔπαθεν οὐδὲν κακόν· Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον,
7 μεταβαλλόμενοι ἔλεγον, θεὸν αὐτὸν εἶναι. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ, ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς, τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξ-
8 ένισεν. Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου, πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθὼν, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο
9 αὐτόν. Τούτου οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθε-

Exp. Alex. iv. 9. οἱ πάλαι σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διὶ ἐποίησαν. Hesiod. Ἔργ. 256. Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα. add. Soph. Œd. Col. 1377. Plutarch. de S. N. V. p. 6. ed. *Wyttenb.* Eurip. Med. 1389.: vid. Perizonius ad Æl. H. V. xiii. 2. *Albertius, Wetstenius* ad h. l. et *Mitscherligius* ad Horat. Carm. iii. 2. 32.

(6.) *Illi tamen exspectabant, ut vel intumesceret, vel mortuus subito concideret:* πίμπρασθαι, *intumescere,* Æl. H. A. iii. 18. de physalo pisce venenato: εἴ τις αὐτοῦ ψαύσῃ, ὅγε ἔτι καὶ μᾶλλον πίμπρασται, *si quis eum tetigerit, magis adhuc ardet et intumescit:* v. *Elsnerus* ad h. l. Bochartus Hieroz. P. 2. lib. 3. p. 369. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων κ. τ. λ] *sed cum satis diu exspectassent, et vidissent, nihil mali ei accidere, mutata sententia deum dixerunt:* ἐπὶ πολὺ, *diu,* Thucyd. vii. 11. ubi schol. διάστημα δηλοῦσι. add. Epictet. Enchir. c. 63. Joseph. Ant. viii. 14. 4. ἄτοπον,] *malum, incommodum, noxium,* Herodi. iv. 11. 7. οὐδὲν ἄτοπον προσδοκῶντες, *nihil mali exspectantes.* Joseph. Ant. ii. 5. τοῦ μηδὲν κατὰ τὴν ὁδὸν παθεῖν ἄτοπον, *ut nihil damni in via paterentur.* Suidas: ἄτοπον, ἀντὶ τοῦ—κακὸν μοχθηρόν· vid. *Perizonius* ad Æl. H. V. ii. 8. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. μεταβάλλεσθαι scl. τὴν γνώμην, *sententiam mutare.* Xen. H. Gr. ii. 3. 18. τὴν πολιτείαν ἄριστον ἡγούμην εἶναι, καὶ νῦν οὐ μεταβάλλομαι. Joseph. Ant. xiii. 20. μεταβάλλεσθαι γνώμας ἐποίησεν, *fecit ut sententiam mutaret.* v. *Albertius, Kykius* et *Münthius* ad h. l. ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι] propter læsionem nullam a vipera acceptam, deum putabant. Hanc Miletensium opinionem *Elsnerus* inde enatam opinatur, quod serpentibus veteres divinam naturam tribuissent, eosque apud deos frequenter conspici solere. *Heinsius* et *Albertius* suspicantur, incolas indigitasse Herculem Alexicacum, qui in ulnis adhuc jacens angues superaverit: v. Theocrit. xxiv. 54. quemque Miletenses coluerint, v. Ptolemæus Geogr. iv. 4. neque esse, inquiunt, quod Græca superstitione imbutam insulam, quæ inter Lilybæum Siciliæ promontorium et Africam, miremur, quam præsertim Romani tenerent. *Wetstenius* de Æsculapio cogitat, qui cum serpente pingitur.

(7 sq.) ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον κ. τ. λ.] *in illo autem tractu prædia erant Publio, insulæ primario:* ἐν δὲ τοῖς περὶ τ. τόπον pro ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ut ap. Diod. Sic. p. 32. D. τὰ περὶ τὰς Θήβας, τὰ περὶ τὴν Μέμφιν, *Thebæ, Memphis:* vid. *Lud. de Dieu, Münthius,* ad h. l. *Fischerus* ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 219. χωρίον, *ager, prædium,* vid. ad Matth. xxvi. 36. πρῶτος in se spectatum, significare posset, virum inter reliquos cives opibus eminentem, et hoc ipso sensu nonnulli interpretes, veluti *Bengelius, Wolfius,* alii, hoc nomen nostro loco acceperunt. Verum ex inscriptionibus patet, magistratum Romanum, præfectum hujus insulæ, vocatum esse πρῶτον Μελιταίων· vid. *Grotius* ad h. l. et *Bochartus* Geogr. P. 2. lib. 1. c. 26. Ciceronis ætate Malta in ditione Prætoris Siciliæ erat, v. Cic. Verr. iv. 18. Publius igitur Prætoris Siciliæ legatus fuisse videtur. ὃς ἀναδεξάμενος—ἐξένισεν] *qui nobis receptis per triduum hospitium benignum præbuit:* φιλοφρόνως, *benigne, benevole.* Æl. H. V. iv. 9. ὑπεδέξατο αὐτοὺς εὖ μάλα φιλοφρόνως. add. Herodo. iii. 51. 2 Macc. iii. 9. καὶ φιλοφρόνως ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ὑποδεχθείς· cf. et *Kypkius* atque *Wetstenius* ad h. l. (8.) πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι] *febri et torminibus laborantem decumbere:* πυρετοῖς pluralis pro singulari, ut ap. Diod. Sic. p. 434. B. ἐν τούτου κατ' ὀλίγον ἠκολούθουν πυρετοί. Eadem copulat Gellius viii. 10. *ibi alvo, mihi cita accedente febri rabida, decubueram.* συνέχεσθαι] vid. ad Matth. iv. 24. Ammian. Marcell.

Digitized by Google

νείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο καὶ ἐθεραπεύοντο. Οἱ καὶ 10
πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ
πρὸς τὴν χρείαν. Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ 11
παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσ-
κούροις. Καὶ καταχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν 12
ἡμέρας τρεῖς. Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· 13

xxvi. 4. *constricti rapidis febribus.* κατακαιόμενοι] vid. not. ad Marc. i. 30.

(10.) πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς] *multis muneribus nos*, Paulum ejusque comites, *ornarunt*: τιμὴ, *munus, præmium*, Xen. Hist. Græc. τὰς τιμὰς ἑκάστῳ προτιθέναι. add. Hiero. ix. 7. Sic apud Latinos legitur *honos*; Cic. ad Div. xvi. 9. *honos habendus medico*; ad quem locum *Manutius*: de pecunia intellige, non de honore. Unde *honorarium*, præmium honoris caussa datum. Virg. Æn. i. 253. *hic pietatis honos.* Ita et τιμᾶν pro *præmiis ornare*: Sir. xxviii. 1. τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ. Etiam Latini *honorare*, pro, beneficiis, præmiis ornare. Quinctil. v. 10. *honorarit an deceperit*, i. e. præmiis afficere voluerit, an ludificari: vid. *Burman.* p. 432. Sueton. V. Aug. c. 45. *nullique Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit*, i. præmio affecerit. cf. et not. ad Joh. xii. 26. καὶ ἀναγομένοις κ. τ. λ.] *et solventibus ad iter necessaria suppeditarunt.*

(11.) μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας] post tres menses, post hiemem transactam: vid. ad xxvii. 9. ἐν πλοίῳ—παρασήμῳ Διοσκούροις] *in navi—quæ signum habebat Dioscuros.* Διόσκουροι, Castor et Pollux, Helenæ fratres, Jovis e Leda Tyndaride filii, quorum peculiare munus erat hominibus naufragio periclitantibus succurrere: vid. Horat. Carm. i. 3. 2. iv. 8. 31. Catull. iv. 27. Senec. Herc. Fur. 14. Xen. Symp. viii. 29. Theocrit. Id. xxii. 1 sqq. *Albertius* ad h. l. intpp. ad Hygin. f. 77. *Spanhemius* ad Callim. Lavacr. Pallad. 24. *Heynius* ad Apollod. iii. 10. 7. παρασήμῳ] navis erat Castoris et Pollucis imagine insignita. Solebant veteres certo insignì naves ornare et inde nominare. Hoc παράσημον, *insigne*, a quo navis nomen accipiebat, veluti galea, clypeus Minervæ, deus, aut dea, aut heros, aut animal, in *prora* navis appingebatur vel collocabatur: Ovid. Trist. i. 10. 1. *Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ, Navis; et a picta caside nomen habet.* add. Virg. Æn. v. 115 sqq. *puppis* vero referebat imaginem numinis pictam, vel in ea collocata erat statua numinis, in cujus *tutela* navis erat. *Tutela* et *insigne*, etiam ex auro vel ebore, vel simili materia esse solebat: Sil. Ital. xiv. 410. *Numen erat celsæ puppis vicina Dione.* Virg. Æn. x. 111. *et aurato fulgebat Apolline puppis.* Romani *tutelam*, quæ in *puppi* erat, ab *insigni*, quod in *prora* poni solebat, discernebant: v. Ovid. l. l. navis ibi memoratæ *numen tutelare*, Minerva erat, in puppi collocata, *insigne* autem, παράσημον, galea Minervæ, in prora pictum navi nomen dedit. Sed non una eademque populorum veterum consuetudo erat. Reperiuntur etiam loci e quibus constat, eandem rem *tutelam* fuisse et παράσημον, quoties scilicet numinis ipsius effigies, in cujus erat tutela navigium, pro *insigni* locaretur in *prora*, quod sæpe accidit, tunc navis nomine illius dei vocabatur, quem fictum, pictumve præferebat in prora. Sic et navis illa Alexandrina, in qua Paulus vehebatur, insigne habebat Dioscuros, simulque tutelam, unde et Διόσκουροι vocata est. Conf. *Albertius* ad h. l. *Enschedii* Diss. de tutelis et insignibus navium, quam sub præsidio *Ruhnkenii* defendit 1771. cujusque meminit *Ernestius* Neuest. theol. Biblioth. Vol. i. p 862 sqq. *Kunzii* Obss. de vexillo navis Alexandrinæ qua Paulus in Italiam vectus est, Jen. 1733. 4. *Heinsius, Drakenborchius* et *Rupertius* ad Sil. It. xiv. 409. *Salmasius* ad Solin. p. 403. *Bochartus* Geogr. Sacr. lib. 2. c. 3. p. 712. *Meursius* ad Lycophr. 110. 1299. *Schefferus* de militia navali, iii. 1. p. 372 sq. *Burmanus* ad Petron. c. 105. ad Val. Flacc. i. 301. *Heynius* ad Virg. Æn. x. 171. *Schützius* ad Æschyl. Sept. c. Theb. v, 210.

(12. 13.) Συρακούσας] *Syracusæ*, urbs maritima Siciliæ clarissima et amplissima: v. Strabo 6. p. 413. B. *Cellarius* Geograph. lib. 2. c. 12. p. 787. Ῥήγιον—Ποτιόλους] ibi Alexandrinæ naves appellere solebant Sueton. Vit. Tit. c. 5. *quare festinans* (e Judæa) *in Italiam, cum Rhegium, dehinc Puteolos, oneraria nave appulisset, Romam inde contendit.* add. Senec. ep. 77. Ῥήγιον] *Rhegium*, urbs et promontorium, in Italia inferiore, versus Siciliam sita. Nomen suum traxisse dicitur a ῥήγνυσθαι, *rumpi*, quod hic violentia terræ motuum Siciliam ab Italia divulserit Justin. iv. 1. *Siciliam ferunt angustis quondam faucibus Italiæ adhæsisse, majore impetu superi maris, quod toto undarum onere illuc vehitur.—Proximum Italiæ promontorium, Rhegium dicitur, ideo quia*

Digitized by Google

καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν, ἐπιγενομένου νότου, δευτεραῖοι ἤλθο-
14 μεν εἰς Ποτιόλους. Οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ'
αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά· καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην
15 ἤλθομεν. Κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ, ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν,
ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου, καὶ Τριῶν
ταβερνῶν· οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, ἔλαβε
16 θάρσος. Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρ-

Græce abrupta hoc nomine pronuntiantur. Plin. Hist. Nat. iii. 8. *Sicilia—interfuso mari avulsa—ab hoc dehiscenti argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido in margine Italiæ sito.* Festus: *Rhegium appellatur id municipium, quod in freto Siciliæ est, quoniam id a rumpendo dictum est, quod est Græce ῥήξαι.* Etymol. Magn. Ῥήγιον, πόλις πλησίον Σικελίας, ἐπειδὴ σεισμοῦ γενομένου ἀπεστιλίσθη τὰ ἐκεῖ ῥαγέντος τοῦ τόπου ἐκείνου. cf. de hac urbe, quæ nunc *Reggio* vocatur, Strabo. 6. p. 395. B. Mela ii. 7. *Cellarius* Geogr. Plen. 2. c. 9. p. 735. καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν—εἰς Ποτιόλους] *et post unum diem, orto austro, secundum diem agentes Puteolos veniebamus.* ἐπιγίνεσθαι, de vento et tempestate frequens, Diod. Sic. p. 248. D. μεγάλου πνεύματος ἐπιγενομένου. p. 240. B. χειμὼν μέγας ἐπιγενόμενος. p. 426. A. ἐπιγενομένου πνεύματος οὐρίου, *secundo vento flante.* Xen. Hist. Gr. iii. 2. 17. σεισμὸς ἐπιγίγνεται. ib. v. 4. 17. ἔπεμπε αὐτῷ ἐξαίσιος ἐπιγίνεται. add. Herodo. v. 85. Thucyd. iv. 30. δευτεραῖοι] vid. ad Joh. xi. 39. Ποτίολοι] *Puteoli,* oppidum maritimum Campaniæ, opportuno portu instructum, hodie *Pozzuolo:* v. Varro L. L. iv. 5. Cic. Verr. v. 59. Strabo 5. p. 376. A. ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γεγένηται μέγιστον] *Cellarius* l. l. ii. 9. 4. p. 673.

(14. 15.) ἀδελφοί] sunt Christiani, ut v. 15. παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς κ. τ. λ.] *ab iis rogati sumus, ut per septem dies apud ipsos maneremus.* Indulsit Paulo centurionis humanitas xxvii. 3. 43. Pro ἐπ' αὐτοῖς in nonnullis codd. legitur, παρ' αὐτοῖς, e glossemate: ἐπὶ id. qd. παρὰ, *apud ipsos,* v. *Lud. de Dieu* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 231 234. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν] *atque ita Romam profecti sumus.* οὕτως] vid. ad xx. 11. Nondum Romam venerant sed ἔρχεσθαι h. l. ut sæpius, notat, *ire, proficisci:* vid. not. ad Joh. vi. 16. ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν, *de nobis audiverant:* τὰ περὶ ἡμῶν pro περὶ ἡμῶν, *de nobis,* vid. ad i. 3. de adventu nostro. Christianorum, qui Romæ erant, Paulum videndi cupidorum, alii obviam ei ibant usque ad Appii Forum, alii ad Tres Tabernas, illi prius, hi serius. Etenim Tres Tabernæ erant propiores Romæ. Ἄππιος φόρος, *Forum Appii.* Via Appia, celeberrima, a Statio *regina viarum* dicta (Silv. ii. 2. 11.), Roma, per portam Capenam, Capuam, et Capua Brundusium ducens, ab Appio Cæco Censore, strata magnifice: v. Liv. ix. 29. Cic. ad Attic. ii. 12. *Forum Appii,* oppidum ad viam Appiam situm, Horat. Sat. i. 5. 3. De hoc oppidorum genere, quæ *Fora* dicebantur, agit Sigonius Ant. Jur. Ital. ii. 5. Τρεῖς Ταβέρναι, *Tres Tabernæ,* locus in Via Appia, ad quem devertere viatores et vino ciboque se reficere poterant: Cic. ad Attic. i. 13. distabat hic locus a Roma sex milliaria Germanica, et Appii Forum octo milliaria: vid. *Michaëlis* ad h. l. interpp. ad Horat. l. l. Antonini Itinerar. p. 107. οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος κ. τ. λ.] *quibus visis, Paulus gratias Deo egit, animoque confirmatus est:* ἰδὼν sensu latiori accipiendum, ut non tantum sit *videre,* sed etiam *colloqui cum aliquo;* v. not. ad Joh. xii. 21. "Boni ominis instar habendum erat, quod primi, qui ex urbe, cujus videndæ ardentissimo voto jam dudum flagraverat Paulus, (c. xix. 21. xxiii. 11. xxvii. 24.) occurrebant, e Christianorum hominum numero fuerant, tamque studiose eum exceperant, unde plenus gratiarum ad Deum preces fundit, optima quævis in commodum Evangelii arguratus." *Heinrichsius.* θάρσος λαμβάνειν] *animum capere:* v. *Kypkius* ad h. l.

(16.) ὅτε δὲ ἤλθομεν—τῷ στρατοπεδάρχῃ] *cum Romam venissemus, centurio* (Julius xxvii. 1.) *vinctos tradidit Præfecto Prætorio:* στρατοπεδάρχης, *Præfectus Prætorio;* στρατόπεδον, *castra Prætoriana, die Casernen der kaiserlichen Leibgarde:* v. Joseph. Ant. xviii. 6. 6. Scilicet Imperatorum temporibus is obtinuit mos, ut rei, ex provinciis Romam ad Cæsarem missi, Præfecto Prætorio custodiendi committerentur, et in castris Prætoriis a milite Prætoriano, (quorum magna tunc temporis Romæ copia erat) qui captivo catena longiori alligatus erat, custodirentur: v. Joseph. l. l. Plin. epp. x. 65. *Krebsius* ad h. l. et in Opuscc. Acadd. et Scholast. p. 151 sq. add. supra not. ad xxii. 29. τῷ δὲ Παύλῳ ἐπιτρέπει κ. τ. λ.] *Paulo autem per-*

Digitized by Google

ἔδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπε-
τράπη μένειν καθ' ἑαυτόν, σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ.
Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς συγκαλέσασθαι τὸν Παῦλον 17
τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους. Συνελθόντων δὲ αὐτῶν,
ἔλεγε πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον ποιή-
σας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύ-
μων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων· Οἵτινες ἀνα- 18
κρίναντές με, ἐβούλοντο ἀπολῦσαι, διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν
θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί· Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, 19
ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα· οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου
ἔχων τι κατηγορῆσαι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρ- 20
εκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι· ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος
τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι. Οἱ δὲ πρὸς 21
αὐτὸν εἶπον· Ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα
ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας· οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν
ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν. Ἀξιοῦμεν δὲ 22

17. ∼ αὐτὸν.

missum est seorsim manere cum milite qui eum custodiret: κατ' ἑαυτὸν, *seorsim, separatim* ab aliis captivis (v. Xen. Mem. iii. 5. 4. Anab. ii. 4. 5. Æl. H. V. iii. 19. *Albertius, Wetstenius, Münthius* ad h. l.) h. e. in conductis ædibus coll. v. 30. ita, ut per catenam alligatus esset militi prætoriano, quem, ubicunque esset, etiam in foro et plateis ad latus haberet. Ut Paulo hæc liberior custodia contingeret, effecerant literæ Festi, v. xxv. 25. xxvi. 31. et intercessiones Julii centurionis. Cæterum verba: ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ desunt in A B, al. Syr. Ar. Copt. Armen. Vulg. ea pro supposititiis habenda esse, verissime judicarunt *Millius* Prolegg. §. 881. *Bengelius, Heinrichsius;* nempe addita sunt a scholiaste, qui historiam Pauli auctiorem reddere voluerit, neque enim facile perspicitur quomodo ea a librariis omitti potuerint.

(17—19.) ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς κ. τ. λ.] *post triduum Paulus primores Judæorum convocavit,* cum ut a se propulsaret criminis commissi suspicionem v. 17 sqq. tum ut eos, doctrinam divinam iis prædicando, in suas partes traheret. τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους] qui inter Judæos auctoritate et dignitate eminebant, primores Judæorum, ut ap. Joseph. Ant. vii. 11. 5. ἀφικνοῦνται δ' εἰς Γάλγαλα πρὸς αὐτὸν οἱ τῆς χώρας πρῶτοι, *Gilgala autem ad eum veniunt, primores regionis Israeliticæ:* v. *Krebsius* ad h. l. τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις] vid. xxiv. 14. xxii. 3. xxi. 28. ἐξ Ἱεροσολύμων] scl. ἀπαχθεὶς, *abductus:* v. *Bosius* de Ellips. sub v. ἀπάγειν p. 584. *Schæf.* add. Act. vii. 9. Ῥωμαίων] procuratori Romano Cæsareæ degenti. (18.) ἐβούλοντο ἀπολῦσαι] vid. xxiv. 26. xxv. 25. xxvi. 31 sq. οὐχ ὡς] subintell. ἀλλὰ, ut Marc. xvi. 26. Homer. Il. β'. 522. Cic. epp. ad Div. xii. 15. *hæ nuntiaverunt Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, venisse, non receptum,* pro sed non receptum. vid. *Bosius* de Ellips. s. ἀλλὰ p. 752.

(20.) διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κ. τ. λ.] *hanc igitur ob caussam vos rogavi, ut me viseretis, et mecum colloqueremini, nam propter spem Israelitarum his vinculis constrictus sum:* ἕνεκεν τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ] propter Messiam, quem jam venisse doceo: vid. not. ad xxvi. 6. 1 Tim. i. 1. τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι] pro, ἡ ἅλυσις αὕτη περίκειταί μοι. Joseph. de Maccab. c. 12. init. ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον, *cum jam vinculis cerneret circumdatum:* v. *Kypkius* ad h. l.

(21.) Dixerat Paulus se non commisisse crimen supplicio dignum, nec se propterea ad Cæsarem provocasse, ut gentem suam accusaret v. 18, 19. Eo spectant principum Judæorum verba: οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα, οὔτε παραγενόμενός τις ἀπήγγειλε περὶ σοῦ πονηρὸν, *non literas de te accepimus, neque quisquam advenit, qui de te mali quid nuntiaret.* ἀξιοῦμεν] *volumus, cupimus,* v. not. ad xv. 38. et *Kypkius* ad h. l. ἃ φρονεῖς] quæ

Digitized by Google

παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι, ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύ-
23 της γνωστόν ἐστιν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται. Ταξά-
μενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἦκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλεί-
ονες· οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ,
πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως
24 καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας. Καὶ οἱ μὲν ἐπεί-
25 θοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες
πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν,
ὅτι καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἠσαΐου τοῦ προ-
26 φήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, Λέγον· Πορεύθητι πρὸς τὸν
λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπέ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε·
27 καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ
ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ
τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ
28 ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν,
ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· αὐτοὶ καὶ
29 ἀκούσονται. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι,
30 πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν. Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος

26. ∼ εἰπόν. 30. † ὁ Παῦλος.

sit tua sententia, tua placita, tuam doctrinam. τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστόν ἐστιν ἡμῖν] *de hac secta nobis compertum est*, v. xxiv. 5. 14. contemptim loquuntur de Christi sectatoribus.

(23.) ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν] *diem ei constituebant*, quo accuratius ipsis doctrinam suam exponeret, volebant etiam ut plures eum dicentem audirent. οἷς τὴν ξενίαν] *in hospitium*, conductum deversorium v. 30. οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρούμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ] *quibus diligenter exposuit doctrinam de regno Messiano*, quænam hujus regni natura et ratio esset. πείθων τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ] *docens eos Jesum esse Messiam*: vid. not. xix. 8. ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν] *e Mosis et prophetarum scriptis*, adhibitis Mosis libris et vatum oraculis: coll. v. 20. Luc. xxiv. 27. habuit orationem similem ei quæ legitur xiii. 16 sqq. ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας] *a diluculo ad vesperam*, quoniam multum in utramque partem disputabatur: coll. v. 25. ἀπὸ πρωὶ] ut ap. Athen. 12. p. 526. C.

(25.) ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπελύοντο] *in partes scissi discedebant*: ἀπολύεσθαι, *abire, discedere*, Diod. Sic. p. 116. A. τὸ τελευταῖον ἀπολύονται συμπάθειαν οὐδεμίαν λαμβάνοντες, *tandem, nulla miseratione affecti, inde discedunt*. add. LXX. Ex. xxxiii. 11. Sic etiam διαλύομαι legitur ap. Thucyd. v. 113. cf. et *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν] *cum Paulus hoc unum addidisset*, tot monitis ad notandam eorum incredulitatem. ἕν ῥῆμα poni etiam solet de pluribus verbis, effato Xen. H. Gr. ii. 3. 24. λέγεται δὴ ἓν ῥῆμα καὶ τοῦτο αὐτοῦ· ὡς εἴπειν ὁ Σάτυρος, ὅτι οἰμώξειεν εἰ μὴ σιωπήσειεν, ἐπήρετο, ἄν δὴ σιωπῶ, οὐκ ἄρα, ἔφη οἰμώξομαι, aiuntque tum hoc quoque verbum tum ab eo prolatum fuisse. Quum Satyrus diceret daturum pœnas, ni taceret, interrogabat; quodsi ego tacuero, non mulctabor?

(26. 27.) Vid. not. ad Matth. xiii. 14 sqq.

(28 sq.) Conf. xiii. 40, 46. xviii. 6. σωτήριον] doctrina salutaris, doctrina Christiana, ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη xiii. 26. add. xvi. 17. ἀκούσονται] *illi eam admittent*, vid. Luc. x. 16. ix. 35.—Versus 29. qui in libris multis non legitur, merito interpolationis nomine suspectus visus est *Grotio*, *Millio* Proleg. §. 981. aliis. Nempe consarcinarunt eum grammatici e v. 25. et librarii verba in margine posita, in ipsa texta contulerunt. πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν] *multam habentes inter se disceptationem*, alio defendente, quod alius improbabat et repudiabat. συζήτησις, *disputatio*, ut xv. 2.

Digitized by Google

διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι· καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς
εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν· Κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ 31
Θεοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ
μετὰ πάσης παῤῥησίας, ἀκωλύτως.

(30. 31.) ἐν ἰδίῳ μισθώματι] *in diversorio mercede conducto,* sublevatus a Christianis Romanis: cf. etiam v. 10. Vulg. *in suo conductu mansit.* Theophr. Char. 23. ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν, *conductitiam domum habens.* Petron. c. 9. *tuus iste frater seu comes paulo ante in conductum accucurrit.* Senec. de Benefic. vii. 5. *nec conductum meum, quamquam sis dominus, intrabis.* Nomen Παῦλος omittunt ABE al. Copt. Arm. Vulg. a librariis e margine temere in ordinem translatum est, ut recte judicarunt *Millius, Bengelius, Griesbachius.* κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ] tam viva voce præsentibus, quam per literas absentibus. ἀκωλύτως] *nemine prohibente.* Herodi. viii. 2. 1. διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου.

Digitized by Google

INDEX.

M. *Marcus.* L. *Lucas.* J. *Johannes.* A. *Acta.*

A.

Ἀγαθὸς J. vii. 12. L. viii. 8. τὰ ἀγαθὰ L. xii. 18.
ἀγαλλιᾷν L. i. 47.
ἀγαπᾷν vi. 24. M. x. 21.
ἀγγαρεύειν v. 41.
ἄγειν xiv. 6. J. xi. 7. A. vi. 12. xx. 12.
ἄγγειν xviii. 28.
ἁγία πόλις iv. 5.
ἁγιάζειν vi. 9. J. x. 36. J. xvii. 17.
ἅγιον, τὸ vii. 6.
ἅγιος τοῦ Θεοῦ M. i. 24.
ἁγνοεῖν L. ix. 45. A. xiii. 27.
ἀγορὰ xi. 16. xx. 3. L. vii. 4.
ἀγόραιος A. xix. 38. ἀγοραῖοι A. xvii. 5.
ἄγρα L. v. 4.
ἀγράμματος A. iv. 13.
ἀγρεύειν L. xii. 13.
ἀγρὸς xxii. 5. L. ix. 12. L. xiv. 18.
ἀγωνία L. xxii. 44.
ἀγωνίζεσθαι L. xiii. 24.
Adjectivum fem. pro neutro xxi. 42.
Adjectiva neutra junguntur substantivis diversi generis vi. 34. pluralia ponuntur pro adverbiis ix. 14.
ἀδελφὸς, ἀδελφὰ, xii. 46.
ἀδικεῖν L. x. 19.
ἄδικος L. xvi. 8, 9. L. xviii. 6.
ἅδου πύλαι xvi. 18.
Adverbium adjectivo affini junctum xxi. 41.
Adverbium comparativo junctum M. v. 26. adverbia loci pro adverbiis temporis L. i. 37.
ἀδυνατεῖν τι παρά τινι L. i. 37.
ἀδύμετος A. x. 28.
ἀθετεῖν M. vi. 26. M. vii. 9. L. vii. 30. J. xii. 48.
ἀθῶος xxvii. 24.
αἷμα xxiii. 30. J. i. 13.
αἶνος xxi. 16.
αἴρειν xxiv. 39. J. xi. 48. A. xxvii. 13. αἴρειν τὴν ψυχὴν J. x. 24.
αἰσθάνεσθαι L. ix. 45.
αἰτεῖν vii. 9. L. vi. 30.
αἰτία xix. 3, 10.
αἰὼν L. xvi. 8.
ἀκέραιος x. 16.
ἀκμὴν xv. 16.
ἀκοὴ iv. 24. M. vii. 35. L. vii. 1. J. xii. 39. A. xvii. 20.
ἀκολουθεῖν ὀπίσω, μετά τινος L. ix. 49.
ἀκούειν v. 21. xi. 15. xvii. 6.
ἀκρατὴς xxiii. 25.
ἀκράτεια xxiii. 25.
ἀκρίδες iii. 4.
Activum pro Medio A. xiv. 14.
ἀλάβαστρον xxvi. 7.
ἀλαλάζειν M. v. 38.
ἅλας v. 13. M. ix. 50.
ἀλήθεια M. v. 33. J. iii. 21.
ἀληθὴς xxii. 16.
ἀληθινὸν J. i. 9.
ἀλλὰ pro ἢ xi. 8 præced. negatione xx. 23. id. qd. εἰ μὴ M. ix. 8. præcedente conjunctione negante M. iv. 22. quæso, obsecro M. ix. 22. omissum M. vi. 22. Vide etiam J. viii. 26. J. xvi. 2. *attamen, nihilominus tamen* A. iv. 17. adhortantes, *agedum* A. x. 20.
ἅλλεσθαι J. iv. 14.
ἀλλόφυλος A. x. 28.
ἁμαρτάνειν L. vii. 37.
ἁμαρτάνειν εἴς τινα xviii. 15.
ἁμαρτία i. 21. ix. 2. M. iii. 29.
ἁμαρτωλοὶ v. 46.
ἁμαρτωλὸς L. vii. 37.
ἁμὴν v. 18.
ἀμύνεσθαι A. vii. 24.
ἀμφίβληστρον iv. 18.
ἀμφιέννυσθαι vi. 30.
ἀμφότερα A. xxiii. 8.
ἂν omissum xxiv. 22.
ἀνὰ M. vi. 40. J. ii. 6.
ἀναβαίνειν xx. 17. xiii. 7. A. xxv. 1.
ἀναβάλλεσθαι A. xxiv. 22.
ἀναβλέπειν xi. 5. pro βλέπειν J. ix. 11.
ἀναγγέλλειν J. xvi. 13.
ἀνάγειν iv. 1. L. ii. 22. v. 3. viii. 22.
ἀναγεννηθῆναι J. iii. 3.
ἀνάγεσθαι A. xiii. 13. A. xx. 3. ἀνάγειν θυσίαν A. vii. 41.
ἀναγινώσκειν L. iv. 16. A. viii. 28.

Digitized by Google

ἀναγκάζειν xiv. 22.
ἀνάγκη L. xxi. 23.
ἀναδείκνυμι L. x. 1.
ἀνάδειξις L. i. 80.
ἀνάθημα L. xxi. 5.
ἀνακεῖσθαι ix. 10.
ἀνακλίνεσθαι viii. 11.
Anacoluthon A. xxiii. 30.
ἀνακρίνειν L. xxiii. 14. A. xii. 19.
ἀνακρίνεσθαι A. iv. 9.
ἀνακυπτειν L. xxi. 28.
ἀναλύειν L. xii. 26.
ἀναπαύειν L. xii. 19.
ἀνάπαυσις xii. 43.
ἀνάπηρος L. xiv. 13.
ἀναπίπτειν L. vi. 40. J. vi. 10.
ἀνακτάω A. ix. 1.
ἀνακράττειν L. iii. 13.
ἀνασείειν M. xv. 11.
ἀνασκευάζειν A. xv. 24.
ἀνάστασις L. ii. 34.
ἀναστατοῦν A. xvii. 6.
ἀναστενάζειν M. viii. 12.
ἀναστῆναι A. v. 36. vii. 17.
ἀναστρέφειν J. ii. 15.
ἀνατίθεσθαι A. xxv. 14.
ἀνατολὴ L. i. 78.
ἀνατύσσειν L. iv. 17.
ἀναχωρεῖν xxvii. 5.
ἀνάψυξις A. iii. 20.
ἀνέκλειπτος L. xii. 33.
ἀνεπάζειν A. xxii. 24.
ἀνήχεσθαι xvii. 17. A. xviii. 14.
ἀνὴρ i. 16. J. iv. 18. pro τὶς xviii. 23. L. v. 18. redundat A. i. 11. A. viii. 27. ἄνδρες redundat xii. 41.
ἀνθρωποκτόνος J. viii. 44.
ἀνθ' ὧν L. i. 20.
ἄνθρωπος x. 35. J. ix. 11. J. xvi. 21. pro τὶς xviii. 23. xxi. 28. 33. Servus L. xii. 36. aliis nominibus junctum redundat xi. 19. L. ii. 15.
ἀνθύπατος xiii. 7.
ἀνίστημι M. x. 1.
ἀνόητος L. xxiv. 25.
ἄνοια L. vi. 11.
ἀνορθοῦν A. xv. 16.
ἀντάλλαγμα xvi. 26.
ἀντίγεσθαι τίνος vi. 24.
ἀντιβάλλειν L. xxiv. 17.
ἀντίδικος v. 25.
ἀντικρὺ A. xx. 15.
ἀντιλαμβάνεσθαι L. i. 54.
ἀντιλέγειν L. ii. 34.
ἀντιπίπτειν A. vii. 51.
ἀντιστῆναι A. xiii. 8.
ἀντιτάσσεσθαι A. xviii. 6.
ἀντοφθαλμεῖν A. xxvii. 15.
ἄνυδρος xii. 43.
ἀνύειν x. 23.
ἀνώγαιον M. xiv. 15.
ἄνωθεν L. i. 3. J. iii. 3.
ἄξιος x. 11.
ἀξιόω A. xv. 38.
Aoristus pro futuro M. iii. 21. J. xv. 6. vim plusquam perfectum habet J. xviii. 24. aoristi conjunctivus pro futuri indicativo J. vi. 37.
ἀπάγειν vii. 14. xxvii. 31. J. xix. 17. A. xii. 19.
ἀπάγχεσθαι xxvii. 5.
ἀπαιτεῖν L. vi. 30. xii. 20.
ἀπαλλάττεσθαι ἀπό τινος L. xii. 58.
ἀπαρτᾶν L. xiv. 31.
ἀπάτη xiii. 22.
ἀπελπίζειν L. vi. 35.
ἀπέχεσθαι xxvi. 24. πρὸς ἑαυτὸν L. xxiv. 12.
ἀπερίτμητος A. vii. 51.
ἀπέχειν vi. 2.
ἁπλοῦς vi. 23.
ἀπὸ M. v. 35. J. xviii. 28, propter xviii. 7. pro ὑπὸ xi. 19. A. ii. 22. præ xiii. 44. L. xix. 3. J. xxi. 6. pro ἐκ xxviii. 8. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων xv. 1. vocabulis loci junctum ita ut omissum sit ἐλθόντες M. vii. 4. patriam et domicilium indicat J. xi. 1. A. xvii. 13. ἀφ' ἕρπε J. xiii. 19. facit periphrasin genitivi A. xxiii. 21.
ἀποβολὴ A. xxvii. 22.
ἀπογεγράφεσθαι L. ii. 2.
ἀπογραφὴ L. ii. 2.
ἀποδεκατοῦν xxiii. 23.
ἀποδέχεσθαι A. ii. 4. A. xxiv. 3.
ἀποδιδόναι v. 33.
ἀποδοκιμάζειν M. viii. 31.
ἀποθνήσκειν viii. 25. ix. 18.
ἀποκατάστασις A. iii. 21.
ἀποκεφαλίζειν xiv. 10.
ἀποκρίθεις εἶπεν xi. 25.
ἀποκτείνειν x. 28.
ἀπολαμβάνειν L. vi. 34.
ἀπόλλυμι viii. 25. J. xvii. 12.
ἀπολύειν i. 19. L. ii. 29. L. vi. 37. A. iii. 13. xv. 33.
ἀπολύεσθαι A. xxviii. 25.
ἀπομάττεσθαι L. x. 11.
ἀποπνίγειν xiii. 7. xviii. 28.

Digitized by Google

ἀποπνίγεσθαι L. viii. 33.
ἀποσπᾶν A. xx. 30.
ἀποστάσιον v. 31.
ἀποστίλλειν J. xx. 21. A. x. 16.
ἀποστερεῖν M. x. 19.
ἀποστῆσαι A. v. 37.
ἀποστοματίζειν L. xi. 53.
ἀποτάσσεσθαί τινι M. vi. 46. L. xiv. 33.
ἀποφορτίζεσθαι A. xxi. 3.
ἀπώλεια J. xvii. 12.
ἀργὸς xii. 36.
ἀργύρεια xxvi. 15.
ἀργύριον M. vi. 8.
ἀριστᾶν L. xi. 37. J. xxi. 12.
ἄριστον L. xi. 37. L. xiv. 12.
ἁρπάζειν xi. 12. J. vi. 15.
ἄῤῥωστοι xiv. 14.
Articulus vim habet pronominis indefiniti v. 1. xii. 29. xiii. 2. xv. 29. xxiv. 25. præpositivus neutrius generis sententiæ præmissus M. ix. 23. A. iv. 22.
ἄρτος vi. 11.
ἄρχεσθαι redundat iv. 17. xvi. 22. L. xiii. 25. J. xiii. 5. A. i. 1. xi. 15.
ἀρχὴ A. x. 11.
ἀρχηγὸς A. iii. 15.
ἀρχὴν, τὴν J. viii. 25.
ἀρχιτρίκλινος J. ii. 9.
ἀσέλγεια M. vii. 22.
ἄσημος A. xxi. 39.
Ἀσιάρχαι A. xix. 31.
ἀσπάζεσθαι v. 47. x. 12.
ἀσσάριον x. 29.
ἀστεῖος A. vii. 20.
ἀστραπὴ fulmen imago celeritatis L. x. 17. fulgor, splendor, ἀστράπτειν fulgere, coruscere, L. xi. 36.
ἀσωτία, ἄσωτος, L. xv. 13.
ἀτενίζειν L. xxii. 56.
ἄτοπον L. xxiii. 41. A. xxviii. 6.
αὐγὴ A. xx. 11.
αὐλὴ ii. 3, 58. J. x. 1.
αὐλίζεσθαι xxi. 7.
αὐξάνειν vi. 28. J. iii. 30.
αὔριον vi. 34.
αὐστηρὸς L. xix. 21.
αὐτόματος M. iv. 28.
αὐτόπτης L. i. 2.
αὐτὸς redundat viii. 1. xix. 5. xxi. 41. A. x. 38. *solus* M. vi. 31. αὐτῆς, αὐτῆς, ἑαυτῆς permutata M. v. 26. Pron. αὐτὸς bis positum M. v. 1.
ἀφαιρεῖν xxvi. 51.
ἀφανίζειν vi. 16, 19.
ἀφανίζεσθαι A. xiii. 40.
ἄφεσις L. iv. 18.
ἀφιέναι vi. 12. ἁμαρτίας ix. 9. M. iv. 12. τὴν ψυχὴν xxvii. 50. τὴν φωνὴν M. xv. 37. negligere M. vii. 8.
ἀφίημι M. vii. 8.
ἄφιξις A. xx. 29.
ἀφορίζειν L. vi. 22.
ἀφροσύνη M. vii. 22.
ἀφυπνοῦν L. viii. 23.
ἀχρεῖος L. xvii. 10.
ἄχρηστος xii. 36.
ἄχρι A. iii. 21.

B.

βαθὺς A. xx. 9. ὄρθρος L. xxiv. 1.
βαλάντιον L. x. 4.
βάλλειν ix. 17. x. 34. M. vii. 33.
βαπτίζεσθαι iii. 11. xx. 22. M. x. 39.
βάρβαροι A. xxviii. 2.
βασανίζειν iv. 24. viii. 6.
βασανισταὶ xviii. 34.
βασανος iv. 24. xviii. 34.
βασιλεία τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ, τῶν οὐρανῶν iii. 2. v. 3. vi. 10, 33. viii. 11. xi. 12. xiii. 43, 44. xvi. 19. xviii. 23. xix. 23. xx. 1. xxi. 43. xxiii. 13. τοῦ Πατρὸς xxvi. 29.
βασιλεύς, βασιλεύειν, ii. 22.
βάσις A. iii. 7.
βαστάζειν J. xii. 6. J. xvi. 12. J. xx. 15.
βαττολογεῖν vi. 7.
Βεελζεβοὺλ x. 25.
βῆμα xxvii. 19. A. xii. 21.
βιάζεσθαι xi. 12.
βίβλος i. 1. ζωῆς L. x. 20.
βίος M. xii. 44.
βίωσις A. xxvi. 4.
βλέπειν xiv. 30. xxiv. 2. A. xxvii. 12. pro ἐμβλέπειν v. 28. εἰς τὰ ὀπίσω L. ix. 62.
βοανεργὲς M. iii. 7.
βούκεντρον A. ix. 5.
βουλεύεσθαι A. v. 33.
βουνὸς L. iii. 5.
βραδὺς L. xxiv. 25.
βρῶμα J. iv. 31.
βρῶσις vi. 19.
βυρσεὺς A. x. 6.

Γ.

Γάζα A. viii. 27.
γαζοφυλάκιον M. xii. 40.
γαμεῖν xiv. 5.
γάμος, γάμοι, xxii. 2.
γὰρ i. 18. xxvii. 23. J. iv. 44. A. xix.

Digitized by Google

35. profecto, utique, J. ix. 30, nempe, scil. A. xxiv. 5.
γενεὰ xi. 16. xxiii. 36. L. xvi. 8.
γενεαί i. 17.
γενέσια xiv. 6.
γένεσις i. 1.
γεννᾶν i. 8, 16.
γέννημα iii. 7. xxvi. 29.
γεννήματα L. xii. 18. ἐχιδνῶν iii. 7.
γένος A. vii. 19.
Genitivus objecti M. i. 11. xi. 22.
γεύεσθαι θανάτου xvi. 28.
γεύσασθαι A. x. 10.
γεωργεῖν xxi. 33.
γῆ ii. 5. iv. 15. x. 15. xxvii. 45.
γῆρος L. i. 36.
γίνεσθαι xviii. 19. J. vi. 21. εἴς τι xix. 5. J. xvi. 20. εἰς οὐδὲν A. v. 36. ἐν ἑαυτῷ A. xii. 11.
γίνομαι L. iv. 42.
γινώσκειν i. 25. vii. 23. xxiv. 39. A. ii. 23.
γινώσκω L. xix. 42.
γλωσσόκομον J. xii. 6.
γραφεὺς M. ix. 3.
γωρεῖζειν L. ii. 15.
γραμματεῖς ii. 4. xiii. 52. xxiii. 11.
γράφειν J. i. 45. viii. init. n. 5. legem ferre M. xii. 19.
γραφὴ J. i. 45.
γυμνὸς xxv. 36. M. xiv. 51. A. xix. 16.
γύναι J. ii. 4.

Δ.

δαιμόνιον ἔχειν xi. 18.
δαιμονιζόμενοι iv. 24.
δαίμων, δαιμόνιον, A. xvii. 18.
δανίζειν v. 42.
δανεῖον xviii. 27.
δανειστὴς L. vii. 41.
δαπανᾶν M. v. 26.
Dativus pro genitivo viii. 1. M. ii. 18. L. vii. 12.
Dativus passivo junctus loco genitivi cum præpositione v. 21.
δὲ J. vi. 40. pro γὰρ M. xvi. 8.
δεῖν xvi. 19. de morbo L. xiii. 12.
δεῖγμα i. 19.
δειγματίζειν i. 19.
δεῖνα, ὁ xxvi. 18.
δεκτὸς L. iv. 19.
δέρειν xxi. 35.
δεσμὸς de morbo L. xiii. 12.
δεῦρο iv. 19.
δεῦτε iv. 19.
δέχεσθαι x. 40. xi. 14. A. iii. 21.
δὴ L. ii. 15.
δῆμος A. xvii. 5. εἰσελθεῖν, παρελθεῖν εἰς δῆμον A. xix. 30.
δηνάριον xviii. 28.
διὰ vocabulis temporis junctum xxvi. 41. διὰ τοῦτο xiii. 52. post M. ii. 1. caussam efficientem designat J. vi. 57. διὰ τοῦτο xix. 11. cum genitivo *coram* A. vii. 53. pro ἐν A. iii. 16.
διαβάλλειν L. xvi. 1.
διάβολος iv. 1.
διαγγέλλειν L. ix. 60.
διαγίνομαι de tempore M. xvi. 1.
διαγινώσκειν A. xxiii. 14.
διαθήκη xxvi. 28. A. iii. 25. A. vii. 8.
διακονεῖν iv. 11. L. x. 40.
διακονία A. xi. 29.
διακούειν A. xxiii. 35.
διακρίνεσθαι A. xi. 2.
διαλέγεσθαι A. xvii. 2. A. xx. 7.
διαλείπω participium junctum L. vii. 45.
διαλογίζεσθαι xvi. 7.
διαλύειν A. v. 36.
διαμερίζειν x. 36.
διανεύειν L. i. 22.
διανοίγειν L. xxiv. 45.
διανυκτερεύειν L. vi. 12.
διασάφεῖν xviii. 31.
διασείειν L. iii. 14.
διασκορπίζειν L. i. 51.
διασπᾶν A. xxiii. 10.
διαστέλλεσθαι xvi. 20.
διαστρέφειν L. xxiii. 2. A. xiii. 8.
διάταγμα A. vii. 53.
διατάσσειν A. vii. 53.
διατηρεῖν L. ii. 51. ἑαυτὸν ἔκ τινος A. xv. 30.
διατίθεσθαι L. xxii. 29.
δίδωμι x. 8. xxiv. 24. J. xiv. 27. J. xvii. 15. *concedo* M. x. 37.
δίκαιος i. 19. xx. 4. xxxiii. 35. J. xvii. 25.
δικαιοσύνη iii. 15. v. 6. J. xvi. 8.
δικαιοῦν L. vii. 29.
δίκη A. xxv. 15. ἡ Δίκη A. xxviii. 4.
διορύσσειν vi. 19.
διχοτομεῖν xxiv. 51.
διψᾶν v. 6. J. iv. 14.
διώκειν L. xvii. 23.
δόγμα A. xvi. 4.
δοκεῖν redundat iii. 9. L. viii. 18.
δόξα vi. 29. M. x. 37. L. ii. 9, 32.
δοξάζειν J. xvii. 5.

Digitized by Google

δοξάζεσθαι vi. 29.
δοχὴ L. v. 29.
δρόμος A. xiii. 25.
δύναμαι redundat J. vii. 7. xii. 39.
δύναμις xxv. 15. L. i. 17. A. iv. 33. pro Θεὸς xxvi. 64.
δύνασθαι viii. 28. xx. 22. aliis verbis junctum redundat ix. 15. M. vi. 5. *velle* M. vi. 5.
δυνατοὶ A. xxv. 5.
δυνατὸς L. xxiv. 19.
δύω l. δύμι et δύνω M. i. 32.
δῶμα L. v. 19. A. x. 9.
δῶρον v. 23.

E.

ἔα M. i. 24.
ἐὰν J. xiv. 3. ἐὰν μὴ J. v. 19. ὁ ἐὰν M. xiii. 11.
Ἑβραῖοι A. vi. 1.
ἐγγίζειν iii. 2. xxiv. 32. L. x. 9.
ἐγείρειν J. ii. 19.
ἐγείρεσθαι xi. 11.
ἐγκάθετος L. xx. 20.
ἐγκαίνια J. x. 22.
ἐγκαλεῖν A. xix. 38.
ἐγκόπτειν A. xiv. 4.
ἐδαφίζειν L. xix. 44.
ἔθνη L. xxi. 25.
ἔθος L. ii. 27.
εἰ xxii. 45. xxvi. 39. L. xiii. 9. L. xix. 42. J. xv. 20. A. iv. 9. A. xi. 17. A. xvi. 15. εἰ μὴ xii. 4. L. iv. 26. in juramentis M. viii. 12. pro ὅτι M. xv. 44. A. xxvi. 8. vim interrogandi habet M. ix. 23. cum J. vii. 4. x. 35.
εἰδέναι A. vii. 18.
εἰκῇ v. 22.
εἶναι xvii. 4. J. xii. 1. J. vii. 42. τινα, τι A. v. 36.
εἴκοσιν iv. 3. xx. 21. xxi. 3. L. vii. 40.
εἰρήνη L. ii. 14.
εἰρηνοποιοὶ v. 9.
εἰς xv. 21. xx. 1, 2. εἴς τι xiv. 30. εἰς δύο xxvii. 51. coram L. vii. 1. pro ἐν M. i. 9, 39. ii. 1. xiii. 3, 9, 16. xiv. 9. J. i. 18. ix. 7. xx. 7. A. viii. 40. xii. 19. xviii. 21. xxii. 30. εἰς καιρὸν L. i. 20. *ad, versus* J. iv. 5. ix. 11. A. xx. 14. *usque ad* A. xx. 38. nominibus personarum junctum A. xvi. 40. eventum indicat A. i. 25.
εἷς pro τὶς viii. 18. M. x. 17. J. xx. 7.
εἰσέρχεσθαι L. ix. 46.
εἴσοδος A. xiii. 24.
ἐκ xxv. 8. xii. 37. J. viii. 23. J. xi. 1. *propter* A. xxviii. 3. παρὰ J. vi. 65. ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι J. viii. 47.
ἐκατόνταρχος viii. 5.
ἐκβάλλειν vii. 3. ix. 25, 37. xii. 35. L. vi. 22.
ἔκδοτος A. ii. 23.
ἐκεῖ ii. 22. A. xvii. 13. post ὅπου redundat M. vi. 55.
ἐκεῖνος omissum ante ὃς A. xxi. 19. xxii. 15. L. xxiii. 41.
ἐκκομίζειν L. vii. 12.
ἐκλείπειν L. xvi. 9.
ἐκλεκτοὶ xx. 16.
ἐκλύεσθαι ix. 36.
ἐκνεύειν J. v. 13.
ἐκπίπτειν A. xxvii. 17.
ἐκπλήσσεσθαι vii. 28.
ἐκπτύω M. xv. 37.
ἐκτίθημι A. vii. 19. xi. 4.
ἐκφέρειν A. v. 6.
ἐκχεῖν ii. 17.
ἵλαειν L. vii. 46.
ἐλαττοῦσθαι J. iii. 30.
ἐλέγχειν J. iii. 20. xvi. 8.
ἐλεῖν M. v. 19.
ἐλεημοσύνη L. xi. 41.
ἕλιος L. i. 50.
Ἑλληνισταὶ A. vi. 1.
Ellipsis voc. μέρη M. xv. 38. μήτης, γυνὴ, L. vi. 14. participii σκοπῶν M. xi. 13. pronom. τις M. ii. 1. J. iii. 25. xvi. 17. articuli J. v. 36. pronominis ἐκεῖνος ante οἱ J. xviii. 26. τὶ J. vi. 39. præpos. ἐν J. vii. 13. voc. πύλη J. v. 2. τροφὴ J. vi. 12. ὑπηρέτης J. iv. 47. χρόνος J. iii. 22. vi. 66. ἀδελφὸς A. i. 13. ἄυρα A. xxvii. 40. μέρος A. i. 8. πατὴρ A. vii. 16. πόλις A. xxii. 3. verbi λέγειν A. xvi. 36. præpositionis ante pronomen ὃς A. xiii. 2. præpositionis εἰς A. xxvii. 2. ἐπὶ *ib.* pronominis ἑαυτοὺς A. xxvii. 43. partic. ἀλλὰ A. xxviii. 19. adv. οὕτως A. xx. 24.
ἐμβαίνειν viii. 23.
ἐμβιβάζειν A. xxvii. 6.
ἐμβλέπειν vi. 26.
ἐμβριμάομαι M. xiv. 5.
ἐμβριμᾶσθαι J. xi. 33.
ἐμπνέειν A. ix. 1.
ἐμφανίζειν A. xxiii. 14.
ἐν i. 18. vi. 7. nominibus virtutum junctum xvi. 27. M. i. 23. xii. 38.

Digitized by Google

nominibus vestium vii. 15. J. xx. 12. ἐν παρδίᾳ xii. 40. ἐν ἐκείναις ἡμέραις iii. 1. pro οἷς M. iv. 36. i. 16. L. i. 17. vii. 16. *coram* L. xvi. 15. pro ἐξ L. i. 69. pro μετὰ L. xiv. 31. per J. i. 4. xiii. 31. prope, apud, J. xviii. 4. quod attinet J. xvii. 17. pro σὺν A. xx. 32.
ἐναγκαλίζεσθαι M. ix. 36.
Enallage generis xxviii. 19. M. v. 41. J. i. 7. personæ J. iv. 22.
ἐνδείκνυται L. xiii. 33.
ἐνδύειν vi. 30. xxvii. 31.
ἐνδύεσθαι L. xxiv. 49.
ἐνιδρύειν L. xi. 54.
ἐνίκειν M. vi. 19.
ἐνισχύειν A. ix. 19.
ἔννυος A. ix. 7.
ἐνόντα, τὰ L. ix. 41.
ἐνοχλεῖσθαι L. vi. 18.
ἐντάφια xxvi. 12.
ἐνταφιάζειν xxvi. 12.
ἔντιμος L. vii. 2.
ἐντρέπεσθαι xxi. 37.
ἐντυγχάνειν A. xxv. 24.
ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ L. i. 6.
ἐνωτίζεσθαι A. ii. 14.
ἐξαιρεῖσθαι A. xxvi. 17.
ἐξαιτεῖν L. xxii. 31.
ἐξαλείφειν A. iii. 19.
ἐξάπινα M. ix. 8.
ἐξ αὐτῆς M. vi. 25.
ἐξεπάζειν ii. 8.
ἐξίστημι xii. 23. M. iii. 21.
ἔξοδος L. ix. 31.
ἐξολοθρεύειν iii. 23.
ἐξομολογεῖν L. xxii. 6.
ἐξομολογεῖσθαι iii. 6. xi. 25.
ἐξουθενεῖν L. xviii. 9.
ἐξωθεῖν A. xxvii. 39.
ἐπαγγελία A. xxiii. 21.
ἐπάγεσθαι A. v. 28.
ἐπαίρειν τὴν κεφαλὴν L. xxi. 28. τοὺς ὀφθαλμοὺς L. vi. 20.
ἐπανάγειν L. v. 3.
ἐπάνω L. iv. 39.
ἐπαρχία A. xxv. 1.
ἐπαυτοφώρῳ J. viii. 4.
ἐπιδήπερ L. i. 1.
ἐπαῖδα L. i. 25.
ἐπίκεινα A. vii. 43.
ἐπενδύτης J. xxi. 7.
ἐπεροτᾶν xvi. 1.
ἐπέρχεσθαι L. xi. 22. ἐπί τινα L. i. 35.
ἐπέχειν A. xix. 22. xxvii. 40.
ἐπηρεάζειν v. 44.
ἐπί i. 11. iv. 4. xiv. 25. A. viii. 27. xi. 19. xxv. 9. pro πρὸς xxv. 20. pro ὑπὲρ xxviii. 14. ἐφ' ᾧ s. ἐφ' ᾧ xxvi. 49. *sub tempore* (it. *coram*) M. ii. 26. L. iii. 2. iv. 27. *post* M. vi. 52. pro περί M. ix. 12. pro εἰς L. vii. 44. verbis eundi vel mittendi junctum L. xv. 4. *ad, juxta*, J. iv. 6. v. 2. *ad, sub*, A. iii. 1. *apud* A. xxviii. 14. *coram* A. xxiii. 30. *propter* A. iii. 16. xix. 13. temporis durationem indicat A. xix. 10. redundat A. x. 16. ἐπὶ τὸ αὐτό A. i. 15. ii. 1, 44. iii. 1.
ἐπιβάλλειν L. xiv. 72. xv. 12. τὰς χεῖρας A. xii. 1.
ἐπιβλέπειν L. i. 25, 48.
ἐπιγαμβρεύειν xxii. 24.
ἐπιγίνεσθαι A. xxviii. 13.
ἐπιγινώσκειν A. iv. 13.
ἐπιδημεῖν A. xvii. 21.
ἐπιδίδωμι permitto A. xxvii. 15.
ἐπιθυμεῖν v. 28.
ἐπικεῖσθαι L. v. 1. xxiii. 23. J. xi. 38. A. xxvii. 20.
ἐπικρίνω L. xxiii. 24.
ἐπιλαμβάνεσθαι A. ix. 26.
ἐπιλαμβάνομαι L. xx. 20.
ἐπιλύειν M. iv. 34.
ἐπιμένειν A. xii. 16.
ἐπίνοια A. viii. 22.
ἐπινοεῖν A. viii. 22.
ἐπιούσιος vi. 11.
ἐπιορκεῖν v. 33.
ἐπικίπτειν M. iii. 10.
ἐπίσημος xxvii. 16.
ἐπισιτίζεσθαι L. ix. 12.
ἐπισιτισμὸς L. ix. 12.
ἐπισκίπτεσθαι xxv. 36.
ἐπισκιάζειν xvii. 5. L. i. 35.
ἐπιστάτης L. v. 5.
ἐπιστέλλειν A. xv. 20.
ἐπιστῆναί τινι L. xx. 1. A. iv. 1.
ἐπιστρέφειν aliis verbis junctum L. xxii. 32.
ἐπισυνίστασθαι A. xxiv. 12.
ἐπισύστασις A. xxiv. 12.
ἐπιτιλεῖν L. xiii. 32.
ἐπιτίθεσθαι A. xviii. 10.
ἐπιτιμᾶν xvi. 22. M. i. 25. L. iv. 35.
ἐπίτροπος x. 18. xx. 8. xxiv. 47.
ἐπιφᾶναι L. i. 79.
ἐπιφέρειν αἰτίαν A. xxv. 18.
ἐπιχειρεῖν L. i. 1.

Digitized by Google

ἐκκαίλλειν A. xxvii. 41.
ἔκος iv. 4.
ἐργάζεσθαι ix. 37. J. vi. 27. A. x. 35.
ἐργασία A. xvi. 16.
ἐργάτης ix. 37. L. xiii. 27.
ἐρευνᾶν J. v. 39.
ἔρχεσθαι vii. 25. viii. 18. M. iv. 21. L. ii. 44. J. vi. 16. ἐπί τινα x. 13. L. xiv. 31. pro ἐπανέρχεσθαι xxiv. 45. ἐρχόμενος, ὁ iii. 11. xi. 2. εἰς L. xxiii. 42. εἰς ἑαυτὸν L. xv. 17. *ire, abire*, J. xxi. 3. *ire, proficisci*, A. xxviii. 14. pro συνέρχεσθαι A. xxii. 30.
ἐρωτᾷν L. iv. 38.
ἕτερος pro ἄλλος. v. 39. viii. 21.
ἔτι μικρὸν J. xiv. 19. xvi. 16.
ἑτοιμάζειν L. i. 17. ix. 52.
εὖ xxv. 21.
εὐαγγέλιον Proleg. M i. 1.
εὐγενὴς L. xix. 12. A. xvii. 12.
εὐδία xvi. 2.
εὐδοκεῖν iii. 17.
εὐδοκία L. ii. 14.
εὐεργέτης L. xxii. 25.
εὐθέως xxiv. 29. J. vi. 21.
εὐθὺς J. xiii. 32.
εὐκαιρεῖν M. vi. 21. A. xvii. 21.
εὔκαιρος M. vi. 21.
εὐλαβεῖσθαι A. xxiii. 10.
εὐλαβὴς L. ii. 25.
εὐλογεῖν v. 44. xiv. 19. L. i. 28. ix. 16.
εὐνοῦχος A. viii. 27.
εὐπορεῖν A. xi. 29.
εὐπορία A. xix. 25.
εὐρισκεῖν L. i. 30. xxiii. 2.
εὑρίσκεσθαι i. 18. A. viii. 40.
εὐσχήμων M. xv. 43.
εὐφορεῖν L. xii. 16.
εὐφραίνεσθαι L. xv. 23. A. vii. 41.
εὔχεσθαι τῷ Θεῷ A. xxvi. 29.
ἐφημερία L. i. 5.
ἐφιστάναι A. xxiii. 11.
ἐφίστημι L. ii. 9.
ἔχειν xiii. 12. xiv. 4, 5. xix. 16. L. vii. 40. xvi. 8. J. iv. 18. xi. 17. A. viii. 27. pro δύνασθαι xviii. 24. M. xiv. 8. ἔχεσθαί τινος, ἐχόμενος M. i. 38. *scire* J. xiv. 12. pro ἀπέχειν A. i. 2.
ἐχέμυθη A. xx. 15.
ἕως xxii. 44. ἕως οὗ xiv. 22. ἕως θανάτου xxvi. 88.

Z.

ζῆν iv. 4. ix. 18. J. iv. 50. A. vii. 38. pro ἀναζῆν J. xiv. 19.
ζητεῖν xii. 46. τὴν ψυχὴν ii. 20.
ζυγὸς xi. 29.
ζώνη x. 9.
ζωογονεῖν L. xvii. 33.

H.

ἢ v. 18. vii. 9. xvi. 36.
ἤ M. vi. 15. index glossematis L. xxi. 15. pro καὶ A. i. 7. x. 14.
ἡγεμὼν x. 18.
ἤδη A. xxvii. 20.
ἥκω J. viii. 42.
ἡλικία L. ii. 52.
ἡλικίαν ἔχειν J. ix. 21.
ἥμεθα xxiii. 30.
ἡμέρα xxiv. 22. ἡμέραι ii. 1.
ἡμέρας μέσης A. xxvi. 12.
ἧσθα xxvi. 69.
ἥφει M. i. 34.
ἦχος L. iv. 37.

Θ.

θάπτειν viii. 21.
θαυμάζειν viii. 10. M. vi. 6. J. vii. 21.
θεᾶσθαι J. i. 14.
θέατρον A. xix. 29.
θεῖον L. xvii. 26.
θέλειν xii. 38. xv. 28. L. x. 23. cum accusativo personæ et rei xxvii. 43. omissum iii. 14. v. 23. x. 39. xxv. 2. redundat v. 40. J. v. 35. precari J. xvii. 24. Latine exprimendum *lubenter* J. vi. 21. viii. 44. vii. 17. id. qd. μέλλειν A. ii. 12.
θέλημα J. i. 13.
θεομαχεῖν A. xxiii. 9.
θεός, ὁ A. xix. 37.
θέρος xxiv. 32.
θεωρεῖν L. xxi. 6.
θηρᾶν iv. 19.
θηρίον A. xxviii. 4.
θησαυρίζειν vi. 19.
θησαυρὸς ii. 11. vi. 19. xii. 35.
θορυβεῖσθαι ix. 23.
θραύειν L. iv. 18.
θρέμματα J. iv. 12.
θρηνεῖν xi. 17. J. xvi. 20.
θύειν L. xv. 23.
θυμομαχεῖν A. xii. 20.
θυρωρὸς M. xiii. 34.

I.

ἴασθαι M. iv. 12. L. iv. 18.
ἴδε xxviii. 2.
ἰδεῖν xvi. 28. L. viii. 20. J. viii. 56. τὸν θάνατον L. ii. 26.
ἴδια, τά, J. i. 11. xvi. 32. xix. 27.
ἴδιος xxii. 5.

Digitized by Google

ἰδιώτης A. iv. 13.
ἱεραὶ πόλεις iv. 5.
ἱερὸν xxi. 12.
ἱεροσυλος A. xix. 37.
Ἰησοῦς i. 21.
ἱκανὸς viii. 8. xxviii. 12.
ἱλεώς σοι xvi. 22.
ἱμάτιον ix. 20. omissum xi. 8. ἱμάτια xvii. 2. xxvi. 65.
Imperativus pro futuro J. ii. 19. xx. 22. per missionem indicat J. xiii. 27.
Imperfectum pro plusquamperfecto A. iv. 13.
ἵνα J. ix. 39. ἵ J. xv. 8. pro ὅτι J. xvi. 2. xii. 23.
ἵνα μὴ J. vii. 23.
Infinitivus pro Inperativo L. ix. 3. xxii. 42.
ἵστημι xxvi. 15. A. vii. 59.
ἰσχύειν ix. 12. L. xvi. 3. A. xix. 16.

K.

καθαιρεῖν M. xv. 46. L. i. 52.
καθάπτειν A. xxviii. 3.
καθαρίζειν viii. 2, 3.
καθαρὸς J. xiii. 10. ἀπὸ τοῦ αἵματος A. xx. 26.
καθεύδειν ix. 24.
καθηγητὴς xxiii. 10.
κάθημαι L. xxi. 35.
καθίζειν xx. 21.
καθιστάω A. xvii. 15.
καθὼς L. i. 2. J. xvii. 2.
καὶ xii. 5. xxiii. 14. xxvi. 49. M. ix. 49. L. x. 39. J. vi. 37. vii. 22. v. 30. pro δὲ ii. 12. *sed*, *tamen*, vi. 26. vii. 16. xi. 19. xii. 43. xiii. 2, 22. xxiii. 3. in interrogationibus xv. 3. M. x. 26. L. i. 43. x. 29. A. xxiii. 3. *aut* xii. 27. pro οὖν, *igitur*, xiii. 4. pro ἤ xxvi. 45. pro ὥστε xii. 45. in apodosi redundat xxviii. 9. καὶ μὴ ix. 13. καὶ οὐ μὴ xv. 5. *inprimis* M. i. 6. L. ii. 34. xi. 46. *quamvis* L. xviii. 7. *nam* M. x. 32. *aliquando*, *postea*, M. iii. 20. *quare*, *itaque*, M. iii. 22. pro οὕτως M. iii. 26. vim pronominis relativi habet M. ii. 15. glossematis index M. vi. 51. *quare* J. vi. 57. vii. 22. v. 30. *quamquam*, *etsi*, J. vi. 35. viii. 49. ix. 30. x. 12. xvi. 22. xvii. 25. *tamen* J. i. 10. v. 40. vi. 35. *sed* J. vi. 7. ii. 4. pro οὕτως J. xiii. 33. loco pronominis J. xv. 6. vii. 4. explicantis J. x. 12. pro ὅτι A. v. 7. καί γε A. ii. 18. καί τοι γε A. xiv. 17.
καίειν v. 15.
καίεσθαι L. xxiv. 32.
καινότερον A. xvii. 21.
καιρὸς viii. 29. J. vii. 6.
καιρῷ M. xii. 2.
κακία vi. 34.
κακολογεῖν xv. 4.
κακοῦν A. vii. 6.
κακῶς ἔχειν M. i. 34.
κάλαμος xi. 7.
καλεῖν ii. 7. xx. 16. xxii. 3. καλεῖσθαι pro εἶναι v. 9. xxi. 13, 14.
καλὸς id. qd. ἀγαθὸς xii. 33. L. viii. 15. J. x. 32.
καλῶς M. vii. 9.
καμμένειν xiii. 15.
κάρποὶ xxi. 34.
κάρφος vii. 3.
κατὰ J. ii. 6. A. xi. 1. xiii. 1. xiv. 23. *propter* xix. 3. pro ἀπὸ viii. 32. κατ' ὄναρ i. 20. κατὰ τόπους xxiv. 17. pro ἐν L. xv. 14. A. xxiv. 12. κατὰ κράτος A. xix. 20. κατὰ λόγον A. xviii. 14. κατ' ἡμέραν, κατ' οἶκον, A. v. 42. κατὰ τὸ αὐτὸ A. xiv. 1. in compositis A. vii. 24. xvii. 16. inservit paraphrasi A. xvii. 28. xxvii. 2.
καταβαίνειν vii. 25. L. viii. 23.
κατάγειν L. v. 3.
κατάγεσθαι A. xxi. 3.
καταδικάζειν L. vi. 36.
καταδιώκειν M. i. 36.
καταδυναστεύειν A. x. 38.
κατακεῖσθαι M. i. 30. ii. 15.
κατακλίνειν L. ix. 15. xiv. 8. xix. 7.
καταλαμβάνειν J. i. 5. xii. 35.
καταλύειν v. 17.
κατάλυμα M. xiv. 14.
καταμένας M. iii. 10.
καταντίειν L. i. 22.
καταυγεῖν A. vii. 31.
καταύσσεσθαι A. ii. 37.
καταπατεῖν vii. 6.
καταπαύειν A. xiv. 18.
καταπίνειν xxiii. 24.
καταποντίσθαι A. vii. 24.
καταρᾶσθαι v. 44.
καταργεῖν L. xiii. 7.
κατασείειν A. xii. 17.
κατασκάπτειν A. xv. 16.
κατασκήνωσις viii. 20.

Digitized by Google

INDEX.

κατασοφίζεσθαι A. vii. 19.
κατασύρειν L. xii. 58.
κατάσχεσις, A. vii. 5.
κατασφάττειν L. xix. 25.
καταφάγειν L. xv. 30.
καταφέρεσθαι A. xx. 9.
καταφιλεῖν xxvi. 49.
καταχέειν M. xiv. 3.
κατίχειν A. vii. 5. xxvii. 40.
κατηχεῖσθαι L. i. 4.
κατόρθωμα A. xxiv. 3.
Καφαρναοὺμ iv. 13.
κειρίαι J. xi. 44.
κεῖσθαι L. xii. 19. εἴς τι L. ii. 34.
κελεύειν xiv. 28.
κενὸς v. 22.
κέντρον, πρὸς κέντρα λακτίζειν A. ix. 5.
κεραία v. 18.
κέρας σωτηρίας L. i. 69.
κεράτιον L. xv. 16.
κερδεῖν A. xxvii. 21.
κέρμα J. ii. 15.
κερματιστὴς J. ii. 15.
κεφάλαιον A. xxii. 28.
κῆνσος xxii. 17.
κηρύσσειν iii. 1.
κῆτος xii. 40.
κλαίειν ἐπί τινα L. xxiii. 28.
κλᾶν ἄρτον M. viii. 19.
κληρονομεῖν τὴν γῆν v. 5.
κλητοὶ xx. 16.
κλίνειν L. ix. 12.
κλίνη M. iv. 21.
κοιλία J. vii. 38.
κοιμᾶσθαι xxvii. 53. J. xi. 11.
κοινὸν A. x. 14.
κοινὸς xv. 11.
κοινοῦν xv. 11.
κολλᾶσθαι A. v. 13.
κολλυβιστὴς xxi. 12.
κολοβοῦν xxiv. 22.
κολώνια A. xvi. 12.
Comparativi pro superlativis xiii. 31. xviii. 1. J. xiii. 27.
κομψὸς J. iv. 52.
κονία A. xxiii. 3.
κονιάω A. xxiii. 3.
κόπτεσθαι xi. 17. L. viii. 52.
κορβᾶν xxvii. 6.
κοσμεῖν xxv. 7.
κόσμος J. vii. 4, 7. viii. 23. xii. 31.
κουστωδία xxvii. 65.
κράσπεδον ix. 20.
κρατεῖν M. iii. 21.
κρεμάω xxii. 40.
κρίμα xxiii. 14.
κρίνειν v. 40. vii. 1. xix. 28. J. xii. 31. A. iii. 13. κρίνεσθαι A. xxiii. 6.
κρίσις xix. 28. J. v. 23.
κρύπτειν xiii. 44.
κτήματα A. ii. 45.
κτῆνος L. x. 34.
κτίσις M. x. 6. xiii. 19.
κύκλῳ M. vi. 36.
κύριος vii. 22. viii. 2. xxi. 3.
κωμόπολις M. i. 38.
κώνωψ xxiii. 24.
κωφὸς ix. 33.

Λ.

λαλιὰ xxvi. 73.
λαμβάνειν i. 20. x. 8. xv. 26. J. xix. 17. redundat A. iii. 3.
λαμπρὸς L. xxiii. 11.
λέγειν xxi. 3. L. i. 25. A. xv. 24.
λέγεσθαι pro εἶναι i. 16.
λειτουργία L. i. 23.
Lectionem falsam haud raro omnes libri scripti continent M. i. 27. xv. 25. L. ii. 2.
λέπρα viii. 2.
λευκὸς xvii. 3.
λῆρος L. xxiv. 11.
λικμᾶν xxi. 44.
λιθόστρωτον J. xix. 13.
λίμνη iv. 13.
λιμὸς xxiv. 7. L. xv. 14.
λίτρα J. xix. 39.
λόγιος A. xviii. 24.
λόγον ποιεῖσθαι A. xx. 23.
λόγος iv. 4. v. 32. xii. 32. M. i. 45. L. i. 2. xxxvii. 65. v. 15. vii. 16. A. i. 1. xi. 22. xix. 38.
λοιμὸς xxiv. 7.
λύειν v. 17. xvi. 19. L. xiii. 12. J. ii. 19. vii. 23. A. xiii. 43.
λυμαίνεσθαι A. viii. 3.
λυπεῖσθαι xiv. 9. xviii. 31.
λύπη J. xvi. 21.
λύτρον xx. 28.
λύχνος v. 15. J. v. 35.

M.

μαθητεύειν xiii. 52.
μαίνεσθαι A. xxvi. 24.
μακαρίζειν L. i. 48.
μακρὰν viii. 30.
μακροθυμεῖν xviii. 27. L. xiii. 7.
μαλακία iv. 23.
μαλακὸς xi. 8.
μᾶλλον comparativis junctum M. vii. 36. omissum L. x. 20. xiv. 12. xv. 7.

Digitized by Google

μαργαρίται vii. 6.
μαρτυρία L. iv. 22.
μαρτυρῶν τινι ib.
μαστιγοῦν M. iii. 10.
μάστιξ ib.
μάχαιρα x. 34.
μάχεσθαι A. vii. 26.
μεγαλειότης L. ix. 43.
μεγαλύνειν L. i. 46.
μέγας L. i. 15.
μεγιστᾶνες M. vi. 21.
Medium pro passivo A. xv. 22.
μεθιστάναι A. xiii. 22.
μεθύειν J. ii. 10.
μείζων xviii. 1.
μελετᾶν x. 19. M. xiii. 11.
μέλι ἄγριον iii. 4.
μέλλειν *cunctari* A. xxii. 16. seq. infinitivo futuri A. xxiii. 30.
μὲν ita positum ut non sequatur δὲ J. vii. 12. A. i. 1.
μένειν x. 11. L. viii. 27. J. i. 38. viii. 32. xxi. 22. A. xx. 23.
μέρη, τὰ, xv. 21.
μεριμνᾶν vi. 25. L. x. 41.
μερὶς L. x. 41.
μέρος A. xix. 27.
μέσον x. 16. L. ii. 46.
μεσονύκτιον M. xiii. 35.
μέσος J. i. 26.
μεσοῦν J. vii. 14.
μετὰ i. 12. *coram* xxvii. 66. *contra* xii. 41. inservit paraphrasi xii. 3. M. v. 40. μετὰ τρεῖς ἡμέρας xvi. 21. M. viii. 31. c. acc. *post* M. x. 30.
μετοικαίνειν J. xiii. 1.
μεταβάλλεσθαι A. xxviii. 6.
μεταμέλομαι xxvii. 3.
μετάνοια, μετανοεῖν, iii. 2.
μεταξὺ A. xiii. 42.
μεταπέμπειν A. xv. 5.
μετοικεσία i. 12.
Metonymia J. xvii. 3.
μὴ interrogat vii. 15. ix. 15. ἀλλὰ J. vi. 26.
μηδὲν pro μὴ A. iv. 22.
μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα J. iv. 14.
μήποτε ut omissus sit imperat. verborum ὁράω, βλέπω, φυλάττω &c. A. 5. 39.
μικρὸς xviii. 6.
μισεῖν vi. 24.
μιαίνομαι L. i. 73.
μνημόσυνον A. x. 4.
μνηστεύεσθαι L. i. 27.
μογιλάλος M. vii. 32.
μοιχαλὶς xii. 39.
μοιχᾶσθαι v. 32.
μόνον omissum v. 46. M. ix. 37.
μορφοῦσθαι v. 13.
μορὸς v. 13.

N.

Ναζωραῖος ii. 23.
ναὶ xv. 27.
ναὸς J. ii. 20.
νικᾶν M. xiv. 51.
Negationem per comparationem Hebræi expremunt J. iii. 19.
νυκτὸς viii. 22.
νίνειν L. i. 22.
Neutra vim Activorum habent v. 45. Neutrum pro masculino J. i. 11. iv. 22. vi. 37. viii. 25.
νυκτέρος A. xix. 35.
νηστεύειν iv. 2.
Nomen proprium loco pronominis J. iv. 1. nomen collectivum pluralis sequitur J. vii. 49. L. xxiii. 1. nomina diminutiva loco primitivorum ponuntur J. vi. 7.
νομίζεσθαι A. xvi. 13. nomina Dei junguntur aliis nominibus ad indicandam rei alicujus præstantiam, magnitudinem L. ii. 9. nomina personarum, de loco, in quo is, cujus nomen additum est, A. xiv. 13.
Nominativus absolute positus L. xxi. 6. J. vii. 39. xvii. 2. A. vii. 40. pro Accusativo M. ix. 20. pro Vocativo M. v. 41. ix. 25. J. xx. 28. pro Dativo A. xv. 22. xx. 3.
νόμος J. x. 34. xii. 34.
νόσος ix. 11.
νοσφίζεσθαι A. v. 2.
νύμφη x. 35.
νῦν J. xi. 8.
νὺξ J. ix. 4.

Ξ.

ξενίζειν A. xvii. 20.
ξένος A. xvii. 20.
ξεστὴς M. vii. 4.
ξηρὰ xxiii. 15.
ξύλον A. xvi. 24.

O.

ὁ *hic* i. 25. xvi. 3. loco pronominis indefiniti i. 28. v. 1. xxviii. 17.
ὁδηγεῖν xv. 15. J. xvi. 13.
ὁδὸς xv. 15. xxi. 32. A. ix. 2.
ὀδυνᾶσθαι L. ii. 48.
ὀδύνη *ibid.*

Digitized by Google

ἰδέα xxvii. 59.
οἴκημα. A. xii. 7.
οἰκία xxiii. 14.
οἰκόνομος xxiv. 47.
οἶκος xxiii. 14, 38. A. ii. 1.
οἰκουμένη, ἡ, xxiv. 14. L. ii. 1.
οἰκτίρμων L. vi. 36.
ὁλοκληρία A. iii. 16.
ὁμιλεῖν L. xxiv. 13.
ὁμνύειν v. 33.
ὁμοθύμαδον A. i. 14.
ὁμοιοῦν M. iv. 30.
ὁμολογεῖν L. xxii. 6.
ὀνειδίζειν v. 11. xi. 20.
ὄνομα xxiv. 5. pro ἄνθρωπος A. i. 15.
ὅπου M. iv. 15.
ὅπτεσθαι τὸν Θεὸν v. 7.
ὅπως xxiii. 35. A. iii. 20. pro πῶς xxii. 15.
ὀρᾶν J. vi. 36, 46. viii. 38.
ὀργὴ iii. 7.
ὀρθρίζω L. xxi. 38.
ὅρια ii. 16.
ὁρμὴ A. xiv. 5.
ὄρνις xxiii. 37.
ὅτι xii. 5, 36. J. v. 27. ὅτι—καὶ ii. 25. *sed* vii. 14. post verba jurandi xxvi. 72. vim pronominis habet v. 45. vi. 26. redundat vii. 23. J. xviii. 37. A. xi. 3. xxvii. 10. omissum viii. 25. *ideo, propterea,* L. vii. 47. *quamquam* L. xi. 48. pro διατί M. ix. 11. *sane* J. i. 15. viii. 44.
οὐ—ἀλλὰ x. 19. J. vi. 26. pro οὐχὶ vi. 26. vii. 22. pro οὔπω M. xi. 13. J. vii. 8. οὐ μὴ εἰς τὸν αἰῶνα J. viii. 51. xi. 26.
οὐδείς A. v. 36. οὐδέν ἐστι A. xxi. 24.
οὐκ εἶναι, οὐκ ἔτι εἶναι ii. 18.
οὐκέτι pro οὐ M. vii. 12. J. xv. 15.
οὖν *sed, tamen,* A. xxvi. 22.
οὐρανὸς xvi. 2. pro Θεὸς iii. 2. xvi. 19. xxi. 24. L. xv. 18.
οὗς xi. 15.
οὕτω vii. 17.
οὕτως ix. 33. xix. 10, 12. J. iv. 6. A. xx. 11. xxviii. 14.
ὀφειλέτης vi. 12. L. xiii. 4.
ὀφείλημα vi. 12.
ὀφθαλμὸς πονηρὸς xx. 12.
ὀφρῦς L. iv. 29.
ὀχλεῖσθαι L. vi. 8.
ὄχλοι L. iii. 7.
ὀψάριον J. vi. 9.
ὀψὲ xxviii. 1.
ὄψει J. xi. 40.
ὀψία viii. 14.
ὄψις J. xi. 44.

Π.

παγιδεύειν xxii. 15.
πάγος A. xvii. 19.
παῖς viii. 6. xiv. 2.
παλιγγενεσία xix. 28. J. iii. 3.
πάλιν iv. 6. xiii. 44.
πανοικὶ A. xvi. 34.
πάντη A. xxiv. 3.
παρὰ L. xiii. 2. οἱ παρά τινος M. iii. 21.
παραβάλλειν A. xx. 25.
παραβιάζεσθαι A. xvi. 15.
παραβολὴ xiii. 3.
παράγειν ix. 9.
παραθεωρεῖν A. vi. 1.
παράδειγμα i. 19.
παραδειγματίζειν i. 19.
παράδεισος L. xxiii. 43.
παραδιδόναι J. xix. 17.
παράδοξος L. v. 26.
παραδοῦναι xi. 27.
παραιτεῖν L. xiv. 18.
παρακαλεῖν L. ii. 25.
παράκλησις *ibid.* A. ix. 31.
παράκλητος *ibid.* J. xiv. 16.
παρακολουθεῖν L. i. 3.
παρακούειν xviii. 17.
παρακύπτω L. xxiv. 12.
παραλαμβάνειν ii. 13. iv. 5. x. 8. xxiv. 40.
παράλιος, παραλία, παράλιον, L. vi. 17.
παραλυτικοὶ iv. 24.
παραπορεύεσθαι M. ii. 23.
παρασκευάζειν A. x. 10.
παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ L. i. 19.
παρατείνειν A. xx. 7.
παρατεῖσθαι A. xxv. 11.
παρατηρεῖν M. iii. 2.
παρατιθέναι A. xvii. 3.
παρατίθημι L. x. 8.
πάρει xxvi. 49.
παρεμβολὴ A. xxi. 34.
παρέρχεσθαι v. 18. L. xii. 37. xvii. 7.
παρίστημι L. ii. 22. A. xxiv. 13. xxvii. 23.
παροικεῖν L. xxiv. 17.
παροιμία J. x. 5. xvi. 25.
παροτρύνειν A. xiii. 50.
Participia pro substantivis posita L. iii. 14. omisso verbo substantivo pro temporibus finitis M. vii. 19. xii. 5. A. xxiv. 5. post verba desistendi loco infinitivi ponuntur A. vi. 14. participiis jungun-

Digitized by Google

tur tempora finita verba εἶναι A. i. 14.
Particulæ duæ idem valentes junctæ J. xi. 7.
πᾶς iv. 23. A. viii. 1. x. 12. πάντες id. qd. πολλοὶ A. iii. 19.
Passivum pro Activo A. xx. 13.
πάσχα xxvi. 1, 17.
πάσχειν M. v. 26. L. xiii. 2.
πατεῖν L. xxi. 24.
πατὴρ xiii. 15. J. viii. 44.
πατρὶς M. vi. 1.
πατρῴος A. xxiv. 14.
παχύνειν xiii. 15.
πεζῇ xiv. 13.
πειθαρχεῖν A. v. 29.
πείθειν τινα xxviii. 14. A. xii. 20. xix. 8.
πεινᾶν v. 6. L. i. 53.
πειράζειν, πειρασμὸς, iv. 1. vi. 13.
πειράζεσθαι A. vii. 24.
πέμπειν J. xx. 21.
πενθεῖν v. 4.
περὶ J. x. 33. pro ὑπὲρ xxvi. 28. *circiter* xx. 3. in compositis xxvi. 38. inservit periphrasi M. iii. 10. iv. 19. J. xi. 19. A. xviii. 25. *quod attinet* A. xxi. 25.
περιβάλλεσθαι vi. 29.
περίεργος A. xix. 19.
περιοχὴ A. viii. 32.
περιποιεῖσθαι A. xx. 28.
περιῤῥήγνυμι A. xvi. 22.
περισπᾶσθαι L. x. 40.
περιτομὴ A. vii. 51.
πέτρος, πέτρα, xvi. 18.
πηγὴ M. v. 29. J. iv. 14.
πηδάλια A. xxvii. 40.
πήρα x. 10. L. x. 4.
πιάζειν J. vii. 30.
πίναξ xiv. 5.
πίπτειν L. ii. 34.
πιστεύειν J. ii. 11. xiv. 1. ἐπί τινα xxvii. 42. de fidei incrementis J. ii. 11. xi. 15. xiii. 19.
πιστικὸς M. xiv. 3.
πλεῖν A. xxvii. 2.
πλεονεξία L. xii. 15.
πλήθεσθαι L. i. 23. v. 2, 6.
πλημμύρα vi. 48.
πλὴν xxvi. 39, 64.
πλήρης M. iv. 28.
πληροῦν iii. 15. v. 17. i. 22. L. vi. 1.
πληροῦσθαι M. i. 15. L. i. 57.
πληροφορεῖν L. i. 1.
πλησίον v. 43.
Pluralis pro singulari ii. 20. ix. 8.
πλούσιος xix. 23.
πνεῖν A. xix. 1.
πνεῦμα L. i. 17. J. vii. 39. xiv. 17.
πνεῦμα ἅγιον i. 8. iii. 11. L. i. 35.
πνεῦμα Θεοῦ xii. 28.
πνίγειν xviii. 28.
πνίγεσθαι L. viii. 23.
πόθεν M. xii. 35.
ποία xxii. 36.
ποιεῖν xii. 33. xvii. 12. xviii. 35. xx. 12. xxv. 16, 40. xvi. 18. J. vi. 15. *tractare*, construitur cum dativo et accusativo xxvii. 23. *parare*, it. *purgare*, L. xi. 40. *constituere* M. iii. 14. *beneficia tribuere* M. vii. 12. ἱκανὸν ποιεῖν M. xv. 15. ὁδὸν ποιεῖν, ποιεῖσθαι M. ii. 23. ποιεῖν τι μετά τινος L. i. 72. A. xiv. 27. ποιεῖν ἕξω A. v. 34. ποιεῖν ἑορτὴν A. xviii. 21. χρόνον A. xv. 33. ποιεῖσθαι ἀναβολὴν A. xxv. 17. λόγον A. i. 1. ποιεῖν participio junctum abundat A. xxi. 13.
ποῖον pro τί J. x. 32.
πόλεμος L. xiv. 31.
πόλις L. viii. 39.
πολιτεύειν, πολιτεύεσθαι, A. xxiii. 1.
πολλὰ ix. 14. M. iii. 12.
πολυλογία vi. 7.
πολὺς v. 12. L. xvi. 10. A. xi. 21. pro πᾶς xxvi. 28.
πονηρία xxii. 17.
πονηρὸς vi. 13. vii. 11. L. vi. 22. J. xvii. 15.
πορεῖν A. ix. 21.
πορνία v. 32.
πορφύρα L. xv. 17.
Positivus pro comparativo et superlativo poni solet v. 19. L. x. 42. A. i. 1.
ποταμὸς J. vii. 38.
ποτήριον xx. 22. xxvi. 28.
πραγματεύεσθαι L. xix. 13.
Præsens pro fut. iii. 10. xxvi. 29. M. iii. 21. J. i. 9. iii. 36. v. 22, 24. vii. 33. viii. 14, 31. xiv. 17. xx. 17. A. iii. 6. pro imperfecto J. i. 9. v. 2. viii. 58. pro præterito A. xxv. 11.
Præteritum pro præsenti J. i. 34. v. 45. viii. 29. xx. 29. pro futuro J. iv. 38. v. 24. xiii. 31. xiv. 7. xvii. 18.
πραιτώριον A. xxiii. 35.
πράκτωρ L. xii. 58.
πρασιὰ M. vi. 40.
πράττειν, πράττεσθαι, L. iii. 13. xii. 58.

Digitized by Google

πραΰς v. 5.
προάγειν A. xii. 6. pro ἄγειν ii. 9.
προβαίνειν L. i. 7.
προβάλλειν A. xix. 33.
προβιβάζειν xiv. 8.
προλαμβάνειν M. xiv. 8.
Pronomen positum, ubi nullum nomen præcessit, quod tamen ex orationis serie intelligi potest xi. 1. pronomen relativum respondet casui nominis præcedentis non verbo sequenti M. vii. 13. J. vii. 39. A. i. 1. iii. 25. ix. 13. xvii. 13. xx. 38. xxii. 15. xxvi. 22. pronomen relativum omissum M. xii. 5. pronominis pleonasmus M. v. 2. J. xv. 2. xvii. 2. pronominis trajectio L. xi. 39. Pronomen non genere sed sensu cohæret cum vocabulo quod præcessit M. v. 41. Pronomen demonstrativum ponitur pro relativo J. i. 6. A. x. 36. pronomina referuntur ad nomina quæ verbis superioris orationis continentur J. viii. 4. iv. 9, 2. xvii. 5. A. iv. 5. pronomen ad remotius subjectum referendum J. vii. 50. A. iv. 11.
προπέμπειν A. xv. 3.
πρὸς *propter* xix. 8. *ita ut* v. 28. locum indicat xxvi. 57. L. i. 28. pro περὶ L. xix. 9. xx. 19. *adversus* J. x. 35. accusativis pronominum et personarum junctum sæpius locum indicat in quo is est cujus nomen additum legitur J. xx. 10. nominibus personarum junctum A. xvi. 40.
προσαιτῶν M. x. 46.
προσαναλίσκω L. viii. 43.
προσδαπανᾶν L. x. 35.
προσδέχεσθαι L. xv. 2.
προσδοκᾶν L. iii. 15.
προσέχειν vi. 1. A. viii. 6. xxvii. 40. ἀπό τινος vii. 15.
προσκεφάλαιον M. iv. 38.
προσκληροῦσθαι A. xvii. 4.
προσκλίνεσθαι A. v. 36.
προσκολλᾶσθαι xix. 5.
προσκυνῶν ii. 2. iv. 9.
προσορμίζεσθαι M. vi. 53.
προσποιεῖσθαι L. xxiv. 28.
προσπορεύεσθαι M. x. 35.
προστίθεσθαι vi. 33. πρὸς τοὺς πατέρας A. xiii, 37.
προστίθημι aliis verbis junct. A. xii. 3.
προσφάγιον J. xxi. 5.
προσφάτος, προσφάτως, A. xviii. 2.
προσψαύειν L. xi. 46.
πρόσωποι λαμβάνειν L. xx. 21.
πρωτείνειν A. xxii.
προφητεύειν xxvi. 68. L. i. 67.
προφήτης vii. 15. x. 41. xiii. 35. L. i. 76.
προφήτις L. ii. 36.
προφθάνειν xvii. 25.
προχειροτονεῖν A. x. 41.
πρωτότοκος i. 25.
πτερύγιον iv. 5.
πτῶμα xxiv. 28.
πτῶσις L. ii. 34.
πτωχοὶ τῷ πνεύματι v. 3.
πυγμῇ M. vii. 3.
πύθων A. xvi. 16.
πυκνὰ L. v. 33.
πυνθάνεσθαι A. xxiii. 34.
πῦρ iii. 11. M. ix. 49. L. ix. 54.
πύργος L. xiii. 4.
πωροῦσθαι M. vi. 52.
πώρωσις M. iii. 5.
πᾶς xvi. 11. L. x. 2, 64.

P.

ῥαδιουργία A. xiii. 10.
ῥαπίζειν v. 39. J. xviii. 22.
ῥῆμα L. i. 37, 65.
ῥήσσειν M. ix. 18.
ῥήτωρ A. xxiv. 3.

Σ.

σάββατον xxviii. 1. σάββατα xii. 1.
Σαδδουκαῖοι iii. 7.
σαλεύειν A. ii. 25. xvii. 13.
σάλος L. xxi. 25.
σαλπίζειν vi. 2.
Σαμαρεῖτης x. 5.
σαπρὸς vii. 17.
σὰρξ J. i. 13. iii. 6.
σὰρξ καὶ αἷμα xvi. 17.
Σατανᾶς iv. 10. xvi. 23.
σείειν L. iii. 14.
σείεσθαι xxi. 12.
σεισμὸς viii. 24. xxiv. 7.
σεληνιαζόμενοι iv. 24.
σημεῖον L. ii. 34.
σήμερον L. iv. 21.
σής vi. 19.
σίκερα L. i. 15.
σινδὼν xxvii. 59. M. xiv. 51.
σκανδαλίζειν—ζεσθαι v. 29. xviii. 6. xxvi. 31.
σκάνδαλον v. 29. xvi. 23.

Digitized by Google

σκεῦος A. ix. 15.
σκιρτᾶν L. i. 41. vi. 23.
σκληροτράχηλος A. vii. 51.
σκότος iv. 16.
σκυθρωπὸς vi. 16.
σκύλα L. xi. 22.
σκύλλειν ix. 36.
Somnus mortis imago J. xi. 11.
σουδάριον L. xix. 20.
σπαράσσειν M. i. 26.
σπεῖρα xxvii. 27.
σπεκουλάτωρ M. vi. 27.
σπερμολόγος A. xvii. 18.
σπλάγχνα ix. 36. ἱλίους L. i. 78.
σπλαγχνίζεσθαι ix. 36.
στάσις A. xv. 2.
σταυρὸς xxvii. 32.
στενάζειν M. vii. 34.
στῆναι vi. 5. L. v. 2.
στηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ L. ix. 51.
στιγμὴ L. iv. 5.
στίλβειν M. ix. 3.
στοιβὰς et στιβὰς M. xi. 8.
στολὴ M. xii. 38.
στρατιωτὴς A. xvi. 20.
στρατιὰ L. ii. 13.
στρέφειν xviii. 3. A. xvi. 20.
στρουθίον x. 29.
στρωννύω M. xiv. 15.
στυγνάζειν xvi. 3. M. x. 22.
συγκατατίθεμι L. xxiii. 51.
συγκινεῖν A. vi. 12.
συγκομίζειν A. viii. 2.
συζητεῖν L. xxiv. 15.
συκοφαντεῖν L. iii. 14.
συλλαμβάνειν L. v. 9.
συμβαίνειν redundat, A. xxi. 35.
συμβάλλειν L. ii. 19. xiv. 31. A. xx. 14.
συμβάλλεσθαι τινα A. xviii. 27.
συμβιβάζειν A. ix. 22.
συμπίσιον M. vi. 39.
συμφέρει v. 29.
συμφωνεῖν xviii. 19.
συμφωνία L. xv. 25.
σύν τινι εἶναι A. iv. 13. xiv. 4.
συναγωγὴ vi. 2. iv. 23.
συναλίζεσθαι A. i. 4.
συναντιλαμβάνεσθαι L. x. 40.
συναρπάζειν L. viii. 29.
συνπλεύνειν A. vii. 26.
συνέχεσθαι i. 18.
Synesis xxi. 28.
συνευδοκεῖν A. viii. 1.
συνέχεσθαι iv. 24. A. xxviii. 8.
συνθρύπτειν A. xxi. 13.
συνίημι xiii. 19. M. vi. 52.
συνοδία L. ii. 44.
συντέλεια τοῦ αἰῶνος xiii. 39. xxiv. 3.
συντηρεῖν M. vi. 20.
συντίθεσθαι L. xxii. 5.
συντόμως A. xxiv. 4.
συντρίβειν M. v. 4. L. iv. 18. ix. 39.
σύντροφος A. xiii. 1.
συντυγχάνειν L. viii. 19.
συνωμοσία A. xxiii. 13.
σύρειν A. viii. 3.
σύρτις A. xxvii. 17.
συστέλλειν A. v. 6.
σφραγίζειν J. iii. 33.
σχίζεσθαι A. xiv. 4.
σώζειν viii. 25.
σῶμα xiv. 12.
σωτὴρ i. 21.
σωτήριον L. ii. 30. A. xxviii. 28.
σωφρονεῖν M. v. 15.
σωφροσύνη A. xxvi. 25.

T.

τάλαντον xviii. 24.
ταμιεῖον L. xii. 24.
ταμιεῖον vi. 6.
ταινῦν A. iv. 29.
ταπεινὸς L. i. 52.
ταπεινότης L. i. 52.
ταπεινοῦν ἑαυτὸν xviii. 4.
ταπείνωσις L. i. 48.
ταράσσειν A. xv. 24.
ταράσσεσθαι ii. 3.
ταραχὴ M. xiii. 8.
Ταρσὸς A. ix. 12.
τάττεσθαι A. xiii. 48.
ταῦτα spectat sequentia xi. 25.
τε A. ii. 43. *nam* A. iv. 13.
τελεμίριον A. i. 3.
τελῶν x. 23.
τελεσφορεῖν L. viii. 14.
τελευτᾶν xv. 4.
τέλος x. 23. L. xxii. 37.
τελῶναι v. 46.
τετράρχης xiv. 2.
τηρεῖν xix. 17.
τήρησις A. iv. 3.
τί L. xii. 49. pro πότερον ix. 5. pro διατί vi. 28. xxvi. 10. J. i. 25. pro ὡς vii. 14. τί ὅτι M. ii. 16. τὶ pro ὃ M. xiv. 36. τί pro τίς L. i. 66. τὶ magnum J. vii. 4.
τιθέναι ἐν τῇ καρδίᾳ L. i. 66. ψυχὴν J. x. 12.
τίθημι J. xv. 16.
τιμᾶν xv. 3. J. xii. 26.

Digitized by Google

Digitized by Google